This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 1,363,002


ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TURRIS

878
E7
V5
182
V. 2

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

EUTROPII

BREVIARIUM

33149

HISTORIÆ ROMANÆ

EX EDITIONE HENRICI VERHEYK

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1821.

878
E7
V5
1821

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Annæ T. Fabri filiæ Epistola Serenissimo Delphino	1
Dissertatio de Vita et Scriptis Eutropii, a C. H. Tzschucke	3
Testimonia de Eutropio	34
Codicum manu et typis exaratorum, qui inter VV. LL. occurrunt, Catalogus	48
Eutropii Præfatio ad Imp. Valentem	49
Eutropii Breviarii Romanæ Historiæ Lib. I.	51
——— ——— ——— ——— Lib. II.	68
——— ——— ——— ——— Lib. III.	89
——— ——— ——— ——— Lib. IV.	108
——— ——— ——— ——— Lib. V.	129
——— ——— ——— ——— Lib. VI.	140
——— ——— ——— ——— Lib. VII.	165
——— ——— ——— ——— Lib. VIII.	190
——— ——— ——— ——— Lib. IX.	215
——— ——— ——— ——— Lib. X.	242

Pag.

NOTÆ VARIORUM in Eutropii Breviarium Historiæ Romanæ 265
——— ——— Lib. I. 267
——— ——— Lib. II. 297
——— ——— Lib. III. 328
——— ——— Lib. IV. 353
——— ——— Lib. V. 379
——— ——— Lib. VI. 391
——— ——— Lib. VII. 415
——— ——— Lib. VIII. 443
——— ——— Lib. IX. 475
——— ——— Lib. X. 501
RECENSUS EDITIONUM 525
RECENSUS CODICUM Mss. qui in Bibliothecis Britannicis asservantur 542
INDEX i

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

VOL. II.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

VOL. II.

SERENISSIMO

DELPHINO

S. P. D.

ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.

Apud Antiquos, cum quis arti, quam profitebatur, valedicere vellet, solebat ille omnia artis suæ instrumenta Deo, qui eidem præsidebat, dedicare, eaque ejus templo apponere. Simili ratione nunc Tecum agere decrevi, Delphine Serenissime: hic Tibi Musa nostra Latina desinet, quæ a Te principium sumsit, quæque propter Te solum sese hominibus ostendere non verita est. Olim quidem quasi lusoriam operam literis navavi, nulla cupiditate scriptum aliquod edere, et sic in ora hominum pervenire; sed postquam ab Invictissimo tuo Parente, institutionem tuam quoquo modo juvare, et studiola mea in usum tuum convertere jussa sum, mihimet deesse non potui, quin munus illud mihi honorificentissimum sustinere conarer. Cœpi itaque rem seriam aggredi, et primo quidem Historicum Florum sub auspiciis tuis emisi, deinde Dictyn Cretensem, postea Sextum Aurelium Victorem, et nunc tandem Eutropium. Fateor, Delphine Serenissime, ea spe me diu oblectare non potui, fore ut hæce Commentationes Tibi multum prodesse possent. Mihi eam laudem præripuit industria tua

et ingenii tui celeritas, quippe dum altiora petis, humiliora ista cito pervolasti. Neque tamen ea omnia, qualiacumque sint, perdita duco, DELPHINE SERENISSIME. Eveniet tempus illud, cum ea usum aliquem præstent Regio Infanti, qui VICTORIÆ Matris e gremio teneras porrigens manus, ad Te dulce risit semihiante labello; divino, inquam, illi puero, quem, ut olim tibi Musa nostra cecinit, e thesauris suis eduxit Deus Optimus Maximus, ut ostendat se genti Borboniæ nec metas rerum nec tempora ponere. Omnia virtutum semina Borboniis ingenerantur, DELPHINE SERENISSIME, sed ea rectis cultibus et augenda et corroboranda: quare Musæ, junctæque Musis Gratiæ, a Te illud expectant, ut almum tuum Burgundiæ Ducem eis educandum mandes, donec, postquam earum ope felices auctus ceperit, tute eum exemplis tuis instruas, veramque virtutis viam edoceas, qua et Te et Avum suum sequendo ad summum gloriæ fastigium evehatur. Faxit Deus, ut non solum Tibi et Invictissimo Avo suo similis sit, sed etiam ut Vobis similem progeniem det, ita, dum reliquæ omnes Nationes hominum imperata facere videbuntur, soli Galliarum populi, se non hominibus parere, sed veris Regibus, qui Deum in terris imitentur, obtemperare et fatebuntur et sentient. Vale, DELPHINE SERENISSIME, et vive.

Lutetiæ Parisiorum Idibus
Decembr. 1682.

DISSERTATIO

DE VITA ET SCRIPTIS EUTROPII.[a]

CAP. I.

DE GENTE EUTROPIORUM.

EUTROPII nomen, quod originem Græcam primo aspectu facile prodit, inde a sæculo quarto in Romana historia non innotescere solum cœpit, sed et inclarescere. Tres, in quibus noster, producit Suidas, aliosque passim alii scriptores commemorant, quorum aliquos notavit Juretus.[b] Nominis celebritatem indicant fasti, quippe qui Eutropios consules referunt, unum a. C. 387. alterum 399. Prior vixit sub Theodosio I. et idem forte est, quem Suidas εὐνοῦχον et

NOTÆ

[a] De Eutropio ex recentioribus, qui plura attulerunt, vel data opera exposuerunt, notandi sunt maxime: Elias *Vinetus* in præfatione ad Eutropium; G. I. *Vossius* de historicis Latinis lib. II. c. 8. *Hanckius* de R. rerum scriptoribus P. I. c. 31. D. G. *Mollerus* in dissert. de Eutropio Altdorf. 1685. 4. I. A. *Fabricius* in bibl. Lat. lib. III. c. 6. §. 6. sq. (Tom. III. p. 180. sqq. ed. Ernesti.) *Tillemontius* hist. des Empereurs Tom. V. p. 134. sq. I. Nic. *Funccius* de vegeta L. L. senectute c. 8. §. 44. p. 747. *Histoire littéraire* de la France T. I. P. II. pag. 220. *Allgemeine Welt-Geschichte* (4.) Tom. XIV. p. 321. *Hambergerus in Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern* Tom. II. p. 784. sq. *Saxius* in Onomastico literario P. I. p. 419.

[b] Ad Symmachum lib. III. epist. 47. Plures infra passim commemorabo.

ἐπίτροπον Θεοδοσίου vocat; vel, si diversus fuit ab hoc, dignitatem tamen Eutropiorum probat. Posterior maxima potentia valuit sub Arcadio, qua quidem, cum superbe abuteretur, tandem dejectus a consulatu et interfectus est.[c] Neque in viris solum viguit hoc nomen, sed et in fœminis nobilitatum est. Fuit enim Eutropia uxor Maximiani Herculii, ex qua Maxentium et Faustam, conjugem Constantini, suscepit. Quam cum Syram mulierem vocet Aurelius Victor,[d] suæ gentis homines inde arcessivisse, suaque tutela et ope ita sustinuisse videtur, ut postea ad summos honores eveherentur. Idem etiam nomen gessit Constantini soror, unde Nepotianum, qui cum imperium arripuisset, a Marcellino, Magnentii duce, interfectus est, genitum esse refert Zosimus.[e]

CAP. II.

DE EUTROPII HISTORICI PATRIA.

An ex Eutropiorum illa gente hic ortus sit, etsi a vero non plane abhorret, pro certo tamen affirmari nequit, cum de ejus natalibus et patria nihil in scriptoribus memoratum legatur. Italum facit Suidas. Quod si patriam spectat, minime adversatur superioribus, immo Eutropiam gentem in Italia consedisse probat. Obtinuit etiam vulgo hæc opinio, quæ tamen corruit, aut certe labefactatur, si cum Fabricio[a] velimus, Suidam id innuere voluisse, quod Latine scripserit Eutropius. Galliæ eum vindicare tentarunt auctores historiæ literariæ Gallo-Francicæ.[b] Nempe putant, eundem esse, ad quem Symmachus[c] aliquas epistolas scrip-

NOTÆ

[c] Vid. de eo Jo. Antiochenus in excerptis Peirescianis p. 848. unde sua duxit Suidas, et, qui plura attulerunt, Zosimus v. 3. sq. et Philostorgius XI. 3. sq. Innotuit magis carmine, quod in eum scripsit Claudianus.

[d] In epit. XL. 12.

[e] II. 43.

[a] C. l. Fabricio assentitur Verheykius in præfat. ad Eutrop. p. 29.

[b] C. l. his verbis: Eutrope étoit de même païs, que Iule Ausone; c'est à dire de Bourdeaux ou de quelque autre endroit d'Aquitaine du côté de Basas.

[c] Vid. III. 46, 53.

sit, in quarum una[d] eum hortatur, ut, quia polleat Minerva, Gratiani res gestas stylo exequatur, et sic de promisso quasi appellari, quod ipse in fine libri ediderit. Iidem vero Symmachi Eutropium Gallum fuisse ex alia epistola[e] efficiunt, in qua hæc verba leguntur: 'Ausonius, vir consularis, admirator tuus, scripto ex Asia nuper allato, mutilari agros suos, qui tuis conjunguntur, accepit.' In hoc scilicet loco pro *Asia*, reponendum censent, *Auscia*, quia constet Ausonium agros habuisse non in Asia, sed in Galliæ illa parte. At omnis hæc disputatio versari in conjecturis videtur. Quod enim emendant *Auscia*, an hoc nomine dicta tum fuerit hæc urbs, dubium est. Antiqui enim, vel illius fere ætatis scriptores, *Ausci*[f] habent, qui celeberrimi erant in Aquitaniæ populis, unamque tantum eorum urbem *Augustam* commemorat Ptolemæus,[g] Melæ[h] Cliumberrum prisco nomine. In itinerario[i] Hierosolymitano legitur *civitas Auscius* pro *Ausciis*, ut reliquorum locorum forma expressa docet, pro quo in notitia civitatum Galliæ est *civitas Auscio-rum*. Gentile enim varie effertur, *Ausci*, *Auscii*, vel etiam *Auscensis*, uti apud Sidonium Apollinarem.[j] Inde post enatum est nomen *Auxis*, quod facile transiit in hodiernum *Aux* vel *Auch*. Porro Ausonius agros suos habuit in Santonis,[k] qui ab Auscis amplo interjecto spatio distant, nec intelligitur quomodo Eutropius, qui in Oriente egit, agros habuerit in Gallia Ausonii agris conterminos. Deinde non indubia est lectio nominis *Ausonius*, quippe pro quo legitur etiam *Musonianus*, veluti in editione Parei. Denique nec magis constant verba: *qui tuis* (agris) *conjunguntur*, cum alii afferant, *qui tibi junguntur*, etsi propter ultima epistolæ verba priorem lectionem præferendam existimem. Fuit quidem Ausonius proconsul Asiæ post consulatum quem gessit a.

NOTÆ

[d] III. 47.
[e] III. 53.
[f] Ammian. Marcellinus XV. 11. (28.) Cf. Cellarius in Geogr. ant. II. 2, 22.
[g] II. 7.
[h] III. 2, 41.
[i] P. 550. ed. Wessel.
[j] Epist. VII. 6. p. 432. ubi cf. Savaro.
[k] Cf. epist. VIII. 14. et alibi.

C. 379. ut docuit Scaliger[l] in lectionibus Ausonianis, et ex Symmachi loco supra memorato astruere conatus est. Fuit item proconsul Asiæ, aut fuisse videtur, Eutropius noster circa a. C. 373., Imperatore Valente, uti ex narrationis serie discetur, de quo infra dicendi campus patebit apertior. At refragatur temporum ratio, quo minus utrumque conciliari et componi recte possit. Immo, an noster Symmachi Eutropius fuerit, nec satis certum est, et gravi dubitatione premitur. Noster enim, quantum ex indiciis manifestis apparet, in Orientis maxime partibus versatus est. Ille, quem Symmachus commemorat, et partem antiquiorem amicorum suorum vocat,[m] in Italia diu egit, et ante abitum sermones suavissimos cum ipso sæpe miscuerat, ut ex pluribus locis intelligitur. Quæ quidem si quis expedire velit, et ad nostrum referre, multas removeat a chronologica ratione objectas difficultates, neque tamen longius multo promovebit. Contra Vinetus in præfatione ad Eutropium Constantinopolitanum eum fuisse putat, seu, qualem se memoret Ammianus Marcellinus,[n] Græcum et militarem, eamque sententiam his argumentis stabilire nititur; quod ejus nomen unicum sit et Græcanicum; quod ejus oratio non admodum Romana (nisi quis sæculo malit ascribere); tum quod bella sit secutus, in eo orbe gesta; postremo, quod ad eum scripserit, qui apud Constantinopolim partem Imperii Romani administrabat. Neque tamen illa, etsi numero aucta, pondere suo satis commovent. Si enim in nomine Græco hæreas, omnes sunt Græci, qui Græcum nomen gerunt, et a majoribus Græcis originem traxerunt, omnesque adeo Eutropii, qui præter nostrum commemorantur. Tum ipse sensit, ad omnes posterioris ætatis auctores referri posse, quod de oratione Eutropii non admodum Romana monuit. Neque validiora sunt, momentumque afferunt, quæ iis adjecit. Quis enim neget, in Italia natos

NOTÆ

[l] II. 17.
[m] III. 50.
[n] Lib. XXXI. extr.

Orientis bellis interfuisse, neque Græcum videat, sua potius lingua ad Imperatorem in Orientis partibus versantem scripturum fuisse, quam incognita male usurum? At Latinam linguam bene calluisse Eutropium, et tantum ex ætatis suæ labe aspersa aliqua traxisse, ipse liber poterit docere. At in his evertere vel labefactare posita facilius est, quam stabilire, aut firmiora erigere, et nostra ætate Græcum potius, quam Italum censuit etiam Saxius. Sed omissa hac disputatione, unde certa elici non possunt, quod de unico nomine notavit Vinetus, confirmare id videntur Eutropii Codices aliorumque narrationes. *Flavii* enim prænomen, quod vulgo addunt, accessit auctoritate Caroli Sigonii[o] et Balthas. Bonifacii,[p] uti etiam agnoscit Fabricius. Neque tamen temere factum videtur. Præponitur enim illud in fastis Eutropio consuli, et forte ex Constantinorum gente ab Eutropia fluxit. A *Flavio* tamen, si verum sit prænomen, adoptatum eum fuisse putat Saxius.

CAP. III.

DE EUTROPII VITA REBUSQUE GESTIS.

Ab origine ejus et patria progredior ad vitam resque gestas, de quibus quidem parce et strictim, diserte tamen, loquuntur auctores. Constant autem fere hæc: Fuit ἐπιστολογράφος Constantini, uti refert Anonymus in antiquitatibus Constantinopolitanis.[a] Quod quidem ad nostrum pertinere, indubium faciunt verba adjecta: σοφιστὴς καὶ ὁ συμπαρὼν τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ ἐν Περσίδι, quippe quæ de ejus expeditione in Persas intelligenda esse, cui interfuit Eutropius, ex ipsius narratione apparet.[b] Idem iisdem verbis usus testatur Codinus,[c] etsi ibi vulgo male Κωνσταντῖνος le-

NOTÆ

[o] De historicis n. 17. in Roberti miscellaneis historicis Tom. III. p. 417.

[p] In excerptis de Romanæ historiæ scriptoribus. Vid. in Roberti miscellan. Tom. III. n. 17. p. 537.

[a] P. 1. lib. I. p. 4. ed. Ven.

[b] IX. 16. in.

[c] De origin. Constantin. p. 4. Ven.

gitur pro *Κωνσταντίνου*, quod et recte habet Cod. Vaticanus,[d] et præter commentatores emendavit Hearnius ad testimonia veterum de Eutropio, editioni præmissa. Habuerunt enim Imperatores, qui epistolas scriberent, in quibus mentem suam aut voluntatem sine supplici libello aut relatione publice declarabant, Latinis dicti Epistolares,[e] et diversi ab epistolarum magistris, quippe qui in sacris scriniis epistolarum militabant, et legationes civitatum, consultationes et preces tractabant.[f] Ita vero commemoratur Justiniani *ἐπιστολογράφος* Plutarchus a Codino,[g] et alii passim ab aliis. An idem fuerit Eutropius, quem portum[h] Eutropii condidisse scribit Anonymus[i] de antiquitatibus Constantinopolitanis, et Imperatoris Constantini tempore *πρωτοσπαθάριον*[j] et *Κοιαίστορα* (Quæstorem) facit, dubium est et incertum. Nam non solum ibi Cod. Regius 2. legit: *ἐν τοῖς χρόνοις Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου τῶν βασιλέων*, sed et diserte sic affert Codinus.[k] Ante Justiniani tamen tempora portum eo nomine fuisse docet Procopii locus in notis indicatus. Postea noster comitatus est Julianum in expeditione contra

NOTÆ

[d] Vid. Lambecius ad Codin. p. 109. et Bandurius ad Anonymum illum p. 354. Ven. qui notat, in Cod. Regio 2. legi *στηλογράφος*, qui titulos, inscriptiones facit. Sed excidit, opinor, *ἐπὶ*, accessitque post corruptio.

[e] Vid. Du Fresne gloss. h. v. et Gutherius de officiis domus Augustæ II. 21.

[f] Vid. Gutherius c. l. I. 26. ubi de hoc discrimine monuit, et inprimis de illorum officio III. 4.

[g] De origin. Constantin. p. 51.

[h] Hujus portus plures meminerunt posterioris ævi auctores. Prope Chalcedonem fuisse discitur ex Zonara XIV. 14. non procul ab Heræo ex Procopio de ædif. I. 11. De situ ejus accurate exposuit Gyllius de Bosphoro Thracio III. 11. cf. etiam Tournefort Voyage du Levant Tom. II. lettre 15. p. m. 413. (ed. a Lyon 1727. 8.)

[i] III. p. 52. (Ven.)

[j] *Πρωτοσπαθάριος* passim commemoratur ab iisdem auctoribus, et in officialibus Palatii Constantinopolitani ponitur a Codino cap. 2. ad quem docuit Goarus, Spatharios esse satellites, *spatha* ense armatos, ipsam *spatham* gladium latiorem (gladium majorem vocat Vegetius II. 15.) qui a recentioribus *σπαθίων* et *σπαθί* vocetur. Vid. et Du Fresne in glossario mediæ-Latin. sub vocibus Protospatharius et Spatharius, et Labbeus in notis ad Mich. Glycam Annal. P. 4. p. 282. (ed. Ven.)

[k] De origin. Constant. c. l. pag. 46. cf. etiam Bandurius ad Anonymum illum p. 539.

Persas, uti ipse[l] narrat aliique[m] testantur. Hinc ἡλικιώτης ὁμοῦ καὶ αἱρεσιώτης Ἰουλιανοῦ vocatur a Nicephoro Gregora.[n] Mortuo tamen illi fuisse superstitem et sub Valente floruisse manifestum est ex ipsius historiæ initio et fine, unde eum recte idem Nicephorus σύγχρονον Valentis vocat. Atque hactenus sine offensa progredi licet. Sed ad conjecturas redeunt, et vel speciem veri habent, vel difficultatibus obsidentur, quæ inde ab illo tempore de ejus vita a multis commemorari solent, cum certis signis minime constet, quam diu sub Valente vixerit, et an ejus successorum ætatem attigerit. Quod ipse in historiæ dedicatione Valentem *Gothicum* appellat, docere possit, eum post annum 369. vixisse, quippe quo Valens Athanarico, Gothorum regi, petenti pacem dedit. At suspecta est ea vox, et a Schonhovio renitentibus libris obtrusa, quam etiam postea melius expulerunt viri docti. Commemoratur tamen sub Valente Eutropius, quem Ammianus Marcellinus[o] proconsularem dignitatem eo tempore obtinuisse scribit, quo Theodorus notarius imperii affectati accusatus damnabatur, et præter alios etiam Eutropius[p] hic tanquam factionis illius conscius in crimen arcessebatur, etsi innocuus abscessit, Pasiphilo eximente philosopho, uti refert Ammianus. Factum id esse circa a. C. 373. adjunctarum rerum series declarat. Attigit etiam hanc Eutropii calamitatem, quam ipse cum aliis multis expertus erat, Libanius,[q] qui Festum calumniatorem et accusatorem producit his verbis: περὶ τούτου μόνος πρὸς μόνον τὸν Βαλέντα εἰπών· ὡς ἐμέ τε ἂν αὐτῷ ῥᾳδίως καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἕλοι, σπεύδων ὤχετο εἰς Ἰωνίαν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Festus autem, crudelis[r] ille homo cum præses[s] fuisset Syriæ,

NOTÆ

[l] x. 16. in.

[m] Cf. Anonymus c. l. lib. I. p. 4. et Codinus c. l. p. 7.

[n] In oratione encomiastica in Imperatorem Constantinum M. cujus particulam vulgavit Lambecius in commentariis de bibl. Vindobon. lib. VIII. p. 136. (ed. Kollar.)

[o] XXIX. 1.

[p] Cf. Ammianus c. l. et Libanius de vita sua Tom. I. p. 113. sq. ed. Reisk.

[q] C. l. p. 106.

[r] Vid. Zosimus IV. 15. et Suidas h. v. Eunapius in Maximo p. m. 89. φοινικὴν καὶ μαγειράδη ψυχὴν vocat; et

Magisteriumque memoriæ peregisset, remoto, quod videtur, Eutropio, in Asiam proconsulari potestate missus est, ut, quoscumque suspectos invenisset, interficeret.[t] Eundem vero Eutropium etiam alibi[u] sic memorat Libanius, ut eum Acacii Sophistæ discipulum fratrisque filium fuisse affirmet, qui quidem magistratum nondum gesserit, sed brevi gesturus sit. Ad ipsum magistratum et proconsulatum Asiæ spectat Libanii oratio περὶ τοῦ μὴ λῆξεῖν, in qua[v] eum Scyllam vocat, uti Cicero Verrem[x] et Clodium,[y] acerbeque omnino perstringit. Memorat etiam eundem Gregorius Nazianzenus,[z] et magnum vocat; Proconsulem Asiæ fuisse, non obscure idem innuit[a] his verbis:[b] ἐμοί τε πρὸς πᾶσιν, οἷς τετίμηκας οὐσι τοιούτοις, ἡνίκα τὸν ὑψηλότατον εἶχες θρόνον, ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν εἰ μέμνησαι... An vero idem, quod existimat Valesius,[c] breviarii auctor fuerit, ad liquidum vix perduci potest, et ad opiniones speciosas magis quam veras rejiciendum videtur. Nec adeo se videre pronuntiat Verheykius,[d] quo illa opinio stabiliri possit. Occurrit porro Eutropius, qui præfectus fuit prætorio a. C. 381. uti ex Codice Theodosiano[e] licet colligere. Eundem et hunc, qui superior, et hinc nostrum esse Eutropium putat Valesius, quem etiam hic simpliciter repetiit Fabricius. In utroque renititur Hambergerus, quia is fuerit natione Græcus et Sophista. Lubens transeo, maxime de præfecto

NOTÆ

sic alii in notandis feriis ejus moribus consentiunt.

[s] Libanius c. l. p. 103. Ammianus XXIX. 2.

[t] Vid. Ammianus et Zosimus c. l. et quos præterea de hoc homine attulit Reitemeierus ad Zosim. p. 585. Breviarii noti eum auctorem fuisse putat Valesius ad Ammian. XXIX. 2.

[u] Epist. IV. 19.

[v] Tom. I. p. 219.

[x] Verrin. V. 56.

[y] De haruspic. respons. c. 27.

[z] Epist. 137.

[a] Epist. 138.

[b] Attulit jam illa verba eadem de causa Valesius ad Ammian. XXIX. 1. et repetiit Fabricius. Ad illum tamen Eutropium refert Gothofredus in Prosopogr. Cod. Theodos. p. 359. s. p. 52. (ed. Ritteri) qui anno 387. consul fuit cum Valentiniano III.

[c] Ad Ammian. c. l.

[d] In præfat. ad Eutrop. p. 30.

[e] Vid. I. 1, 2. XII. 29, 3. ubi Syagrio et Eucherio Css. i. e. a. C. 381. commemoratur. cf. etiam Gothofredus in Prosopogr. c. l.

prætorio, ad partes Hambergeri, gravioribus tamen momentis impulsus. Primum enim causa epistolæ ad Eutropium in Codice[f] illo spectat Nicænæ fidei sustentationem et pravæ religionis dejectionem; ex quo efficitur, quod tamen dubium est, Eutropium grandiori ætate ad religionis Christianæ sacra se convertisse. Succedit alia difficultas, quam objicit temporis ratio. Narrat enim Anonymus[g] ille, Eutropium nostrum, qui Julianum comitatus erat ad bellum Persicum, cum aliis quibusdam accurate exposuisse de Constantinopolis exstructione, et exponere potuisse, quia fuerit θεατὴς καὶ συνίστωρ τῶν τότε πραχθέντων. Et sic Codinus[h] Eutropium αὐτόπτην τῶν τηνικαῦτα πραχθέντων fuisse affirmat. Eodem vero tempore Constantino M. ab epistolis fuisse videtur, quia, dum singulos illius rei testes, quos recensent, suis dignitatibus insigniunt, illam nostro tribuunt. Quod si igitur Eutropius noster anno 330, quo Constantinopolim conditam esse constat, annorum fuit 30, quod quidem poni commode poterit, inde, omisso numero centenario, hæc ætatis ejus ratio facile existit: Eutropius proconsul Asiæ natus fuit annos 73. præfectus prætorio annos 81. et si idem consul fuit in Oriente a. 387. cum Valentiniano III. et post a. 399. uti putat Gothofredus,[i] eam ætatem attigit, quæ et ipsa est insolita, et sustinendis negotiis plane impar. Miscentur igitur sic diversi Eutropii, et in unum congeruntur, quæ plures sibi recte vindicant. Quod si enim detur, nostrum fuisse Asiæ proconsularem, vix tamen ad illum pertinet præfectura prætorio, multo minus uterque consulatus, quem male confundit Gothofredus, ut contra illum docuerunt Tillemontius[j] et Ritterus.[k] Quem enim Consulem a. C. 399. Arcadio imperante producunt scriptores, fuit is Eunuchus ille scelestissimus, in quem scripsit

NOTÆ

[f] I. 1, 2.
[g] De antiqu. Constantin. lib. I. p. 4.
[h] De origin. Constant. p. 7.
[i] In prosopogr. Cod. Theodos. c. I.
[j] In hist. des Empereurs Tom. V. p. 135. et 203.
[k] In prosopogr. Cod. Theod. p. 52.

Claudianus. Inde vero etiam apparet, quantum a vero aberrent, qui Eutropium nostrum Augustini discipulum fecerunt, etsi fuit hæc olim multorum[l] opinio. Augustinus enim floruit circa finem sæculi 4. et initium 5. quo tempore Eutropius vel decesserat, vel certe senex decrepitus Augustinum discipulus audire non poterat. Immo Eutropium illum presbyterum fuisse, docuerunt Cavius,[m] uterque Mollerus Joan.[n] et Dan.[o] Guilielmus. Manavit secundum Vossium ad alios hic error ex Gennadio,[p] etsi hic de Eutropio presbytero tantum, de historico nihil, ut libri memorati indicant, refert. At plures[q] fuerunt Eutropii, qui caute discerni debent, nisi quis velit tempora miscere, vel conjecturis vanis indulgere. Liceat hoc unum addere, quod forte ad cognoscendam Eutropii nostri ætatem referri possit. Pæanius in metaphrasi[r] facto additamento, scribit, Narsei nepotes, Hormisdam et Saporem, suam ætatem attigisse. Cum vivo Eutropio versionem suam Pæanius confecisse minime videatur, efficitur, Eutropium post bellum Gothicum primum, a Valente gestum, quod sine dubio innuit in fine operis, et ante Saporis mortem obiisse circa annum 370. Quæ quidem supputatio adhibito in subsidium Agathia[s] ita probatur: Narses regnavit annos 7. menses 5. Cum a Galerio Maximiano victus fuerit a. C. 297.[t] ponamus mortis annum, qui poni commode potest, ex nostra æra 300. Successit Hormisdas, qui etiam imperavit totidem annos, igitur ad annum C. 307. Sapores vixit regnavitque simul, quippe qui infans recens editus rex esset creatus, annos 70. unde efficitur annus C. 377. Valens obiit a. C. 378. Sin proconsul Asiæ noster fuit, obiit demum post

NOTÆ

[l] Vid. quos nominant Vossius de hist. Lat. II. 8. Aubertus Miræus ad Gennadium de viris illustribus c. 49. et Cavius in histor. liter. scriptor. eccles. Vol. I. p. 414. (Oxonii 1740. fol.)

[m] C. l.

[n] In Homonymoscop.—p. 369.

[o] In dissert. de Eutropio.

[p] C. l.

[q] De quibus vid. Fabricius c. l. p. 132. sq. Addo alium, eundem præfectum prætorio sub Imperatoribus Leone et Anthemio, uti discitur ex Cod. Theodos. I. 3, 33, 34.

[r] IX. 25.

[s] Lib. IV. p. 94. sq. ed. Ven.

[t] Vid. ad Eutrop. c. l.

annum 373. et sic fere æqualem habuit Pæanium.[a] Quod narrat Agathias,[y] Jovianum Sapori Nisibin tradidisse anno Saporis 24, factum id est ex historiæ Romanæ fide a. C. 363. cui si addideris annos 46. qui ad annum vitæ et imperii Saporis explendum desunt, mortis ejus annus profertur ad a. C. 409. cum tamen ex superiori supputatione mortuus esse debeat a. C. 377. Sed ipse post Agathias in viam redit, et superiora tacite probat, dum Isdigerdem ab Arcadio moribundo, anno C. igitur 408. Theodosio tutorem[x] datum esse refert. Successores enim Saporis eodem auctore fuerunt Artaxerxes an. 4. Sapores an. 5. et Varanes an. 11. quem excepit Isdigerdes. Igitur pro εἰκοστὸν in Agathia corrigi debet πεντηκοστόν. Sed omissis illis, progredior ad ea, quæ propius ad nostrum ejusque studia, quibus magis inclaruit, pertinent. Antiquiores autem illum varie, vel ab eruditione, vel a libris editis designant. Ita ἱστορικὸν vocant fragmenta[y] antiqua de mensuris ac ponderibus. Locus hic est: Ἐξ Ἱστορικοῦ τοῦ Εὐτροπίου, οὗ μετέφρασε Παιάνιος, σημαίνει, ὅτι τὰ σημεῖα μίλια[z] καλοῦσι οἱ Ῥωμαῖοι. Hincmarus Rhemensis,[a] qui vixit sæculo 9. 'antiquum historicum' vocat; χρονογράφον Jo. Malalas;[b] σοφιστὴν Codinus et Anonymus[c] supra memoratus; σοφὸν Nicephorus Gregoras,[d] quod perinde valet. Indicantur autem hoc verbo, uti monet Suidas,[e] πάντες οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ὁρμώμενοι, et σοφία sæpe est ἐμπειρία, ut idem explicat,[f] et aliunde constat. Usitate autem a recentioribus Græcis[g] σοφὸς de his-

NOTÆ

[a] Cf. cap. 9.

[y] C. l. paulo inferius.

[x] Idem confirmat Procopius de bello Pers. 1. 2.

[y] Apud Stephanum le Moyne Varr. Sacr. Tom. 1. p. 502.

[z] Ita etiam σημεῖα explicat Suidas h. v. etsi vulgo ibi μήλια ex usitata commutatione.

[a] In opusculo ad Hincmarum Laudunensem c. 16.

[b] Sub Juliano p. 11. ed. Ven. ubi simul monet, in quibusdam a se dissentire.

[c] Uterque cc. ll. Attingunt enim narrationem Eutropii de Juliani expeditione, cui interfuit.

[d] In oratione encomiastica c. 1.

[e] H. v. Tom. III. p. 349. ed. Kuest.

[f] S. v. σοφία.

[g] Sic Malalas passim Palæphatum vocat σοφώτατον in Chronogr. p. 13, 21.—Ven. Sic Herodotum p. 10.

toricis dicitur, uti a Latinis posterioribus *sapientissimus*.[h] Præterea vero etiam alii Eutropium nostrum vel simpliciter, vel adjecta historiæ et narrationis cujusdam notatione commemorant, e quibus indico Bedam,[i] Flodoardum,[j] Leonem Ostiensem,[k] Geographum Ravennatem,[l] Joannem Sarisberiensem[m] et auctorem Chronici Belgici.[n] Iis forsitan adjungi potest Stephanus,[o] qui, ut Carthaginem etiam in Armenia fuisse probet, Eutropium testem producit. Nam licet id nusquam apud Eutropium nostrum inveniatur, respicere tamen videtur locum illum,[p] in quo Cottam apud Chalcedonem victum esse narrat. Pro Chalcedone autem Pæanius in Codice suo legisse videtur Carthago, aut ipse postea corruptus est. Ita enim locum in versione Codex Pæanii exhibet: *πρὸ Καρχηδόνος τῆς ἐπὶ τῷ Βοσπόρῳ*. Atque sic incidit in talem Codicem Stephanus, quod et ad eum existimat Berkelius. Neque tamen pro certo affirmari potest, quod et innuit Sylburgius, an Eutropium nostrum ille intellexerit,[q] cum ne sic quidem appareat, qui Bosphori locus ad Armeniam unice referri possit. Quare etiam Cellarius ex Latinis Græca ad veram rationem revocavit, et sic Bosphoro Thracio Chalcedona suam vindicavit.

NOTÆ

Suetonium p. 13. Pausaniam p. 86. hunc quidem adjecto nomine chronographi, quod et facit in Didymo p. 33. et in aliis. Ita hæc vox occurrit in Chron. Pasch. p. 36. Ven. et aliis.

[h] Sic *Orosium* sapientissimum vocat Geographus Ravennas v. 29. et alibi alios.

[i] In hist. Anglic. lib. I. c. 11.

[j] In hist. eccles. Rhemens. lib. I. c. I.

[k] In chronico monasterii Casinensis I. 17.

[l] IV. 5. qui in Dardaniæ commemoratione eum cum Porphyrio et Libanio conjungit; quos hic et alibi in regionum descriptoribus numerat. Quod cum ex Eutropii historia elici non possit, in qua ter Dardaniæ Dardanorumque mentio nuda injicitur, aut alium videtur intelligere, aut noster ejusmodi etiam librum conscripsit. Cf. paulo post de Stephano.

[m] In Polycratico VIII. 21.

[n] In Pistorii scriptorr. rerum German. Tom. III. p. 6. Ex Eutropio enim locus ibi indicatur, etsi pro lib. IX. affertur lib. X. uti hodie vulgo solet, et ex Victore aliena admiscentur. Nempe interpolatum Eutropium habuit auctor Chronici illius, qui sæculo 15. scripsit, uti apparet ex loco aliquo p. 449. ubi annus 1474. memoratur.

[o] De urbibus s. v. *Καρχηδών*.

[p] VI. 6.

[q] Cf. quæ dicta sunt not. 62.

CAP. IV.

DE RELIGIONE EUTROPII.

ATTINGENDA videtur quæstio, quæ olim viguit, de religione Eutropii. Fuerunt enim, qui Christianum illum fuisse censerent, adducti in eam opinionem his ejus verbis de Juliano:[a] 'religionis Christianæ insectator, perinde tamen, ut cruore abstineret.' Quibus quidem fortius nituntur ii maxime, qui legunt *nimius...insectator*, uti etiam monuit Lambecius.[b] Sed ita et gentilem hominem recte scribere potuisse, in confinio maxime clarioris lucis constitutum, et Christianæ doctrinæ veritate percussum, quis non intelligit? Ita, etsi suppresso nomine Juliani, vexationes aperte tangit Themistius,[c] quem omnes gentilem fuisse sciunt. At fuerunt fere illi opinioni addicti, qui nostrum Augustini discipulum credidere, male tempora turbantes, ut supra docui. Quod vero affirmat Vossius,[d] in eum errorem omnes impulsi sunt, quod Gennadius[e] Eutropium memoret, qui scripserit duas epistolas consolatorias ad duas sorores ob religionem Christianam a parentibus exhæredatas. Sed eodem summa disputationis redit. Gennadius enim Eutropium illum presbyterum[f] vocat, et hinc ad Gennadium recte jam monuit Aubertus Miræus, Augustini eum discipulum male cum breviarii scriptore confundi. Contra alii ex laudibus Juliani[g] gentilem eum fuisse contendunt, in primis cum hæc verba subjiciat: 'Fuerunt non nulli, qui vulnera gloriæ ejus inferrent.' Hos enim Christianos fuisse, nec in laudes Juliani, nisi gentilem, ea effundere potuisse

NOTÆ

[a] x. 16. f.

[b] C. I. cf. etiam notata ad Eutropii illum locum.

[c] In orat. III. in laudem Joviani p. m. 59.

[d] De historicis Latinis II. 8.

[e] In catalogo illustrium virorum cap. 49.

[f] Fabricius quidem p. 133. de Eutropio presbytero etiam Honorium Augustodunens. de scriptorr. eccles. II. 49. allegat.

[g] x. 16.

existimant. Eandem etiam causam, cur Malalas[k] a se Eutropium in Juliani vita discrepare scribat, non temere in notis suspicatur Chilmeadus, studiique, si Christianus fuisset, indicia in vitis Diocletiani et Constantini repertum iri Tillemontius.[i] Inter utramque opinionem fluctuatur Bonifacius,[j] nec liquere putat, quam religionem professus fuerit; quippe quod in colliminio tenebrarum et lucis constitutus, nec paganorum ritus probaret, nec Christo tamen nomen dare auderet. Sed dirimit disceptationem illam remque aperte testatur Nicephorus Gregoras,[k] qui illum vocat ἀλλοφύλου θρησκείας τρόφιμον, et vi sola veritatis ictum Constantini M. virtutes prædicasse scribit, in eo quidem majori fide dignum, διὰ τὸ τῆς θρησκείας ἀκοινώνητον καὶ ἡλικιώτην ὁμοῦ καὶ αἱρεσιώτην Ἰουλιανοῦ γεγενέσθαι. Eutropios autem Christianos habemus alios, a nostro plane diversos, de quibus cum alienum sit a meo consilio disserere, qui cognoscere cupiat, commode consulere poterit Fabricium.[l]

CAP. V.

DE SCRIPTIS EUTROPII.

INNOTUIT maxime Eutropius breviario historiæ Romanæ, in decem libros descripto, quod Imperatoris Valentis jussu, ut ipse in præfatione affirmat, confecit, et inde ab urbe condita, ad Valentis tempora deduxit, quippe in quibus, ad uberiorem et ornatiorem historiam se paraturus, desinit. Si Codicum quorundam lectio constaret, in quibus Valens *Gothicus* vocatur, editus fuerit hic liber post annum C. 376. quo fœdus cum Gothis iniit Valens, et ante an. 378. quo occidit. At refragantur tantum non omnes boni Codices et editiones antiquæ ante Schonhovium, ita ut temporis inde

NOTÆ

[k] In chronogr. lib. XIII. p. 11. (Ven.)

[i] In hist. des Empereurs Tom. III. p. 185.

[j] Loco supra indicato. Sic Anbertus Miræus in auctario de scriptorr. eccles. n. 89. p. 7. (vid. in Fabricii hist. eccles.) se, quod certo statuat, non habere dicit.

[k] In oratione encomiast. c. l.

[l] C. l. p. 182. sq.

indicium peti minime possit. Inscribitur autem vulgo *breviarium historiæ Romanæ*, quem titulum a se præpositum, ne insolens atque adeo barbarus videatur, defendit Vinetus in præfatione. Docet enim, eo verbo jam antea usos esse passim Suetonium[a] et Plinium,[b] ut commentarium indicaret, vel, quam vulgo appellamus epitomen,[c] seu compendium. *Summarium* tamen olim dictum esse affirmat Seneca,[d] quod suo tempore vulgo *breviarium* vocaretur. Neque tamen temere et suo arbitrio hanc vocem addidit Vinetus, quippe quam in Codice suo antiquo invenisset, cui suffragatur Codex Ambrosianus historiæ miscellæ, vel Eutropii[e] interpolati. An alios etiam libros scripserit, etsi dubium minime haberi possit, cum id Suidas[f] diserte affirmet, quales tamen fuerint, ignoratur. Ipse majus opus in fine breviarii promittit, sed an perfecerit, non magis constat. Accuratius etiam videtur exposuisse de Constantinopolis instauratione, quia ejus in hac re testimonio præter alia utuntur Codinus[g] et anonymus[h] de antiquitatibus Constantinopolitanis. An librum etiam Grammaticum scripserit, quem testem de literis advocat Priscianus,[i] dubium est inter eruditos et in utramque partem causa agitur. Affirmat Hearnius,[k] negat Vossius,[l] et ad alium refert. Certe, quod plura ab Eutropio scripta esse Suidas refert, non satis justa haberi potest et gravis causa, cur illum librum Grammaticum nostro vindicet Hearnius. Geographiam etiam trac-

NOTÆ

[a] Vid. in Aug. c. 101. ubi 'breviarium totius imperii' dicitur; in Galba c. 12. 'breviarium rationum;' in Vespas. c. 21. 'officiorum breviaria,' et quod propius huc facit, de Grammat. c. 10. eodem sensu 'breviarium rerum Romanarum.'

[b] In hist. nat. VII. 27. (26.) XVIII. 62. (26.)

[c] Cf. post not. 6. Suidæ locum.

[d] In epist. 39.

[e] Inscribitur enim: Eutropii breviarium historiæ Romanæ, uti notatur in Muratorii scriptorr. rer. Ital. Tom. I. p. 1.

[f] S. v. Εὐτρόπιος, ubi hæc habet: Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐπιτομικῶς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ ἐγραψε, καὶ ἄλλα.

[g] De origin. Constant. p. 7. (Ven.)

[h] Lib. I. p. 4. (Ven.)

[i] Lib. I. p. 540. ed. Putschii. Ita quidem ibi: 'Id etiam Eutropius confirmat, dicens:' Una duplex X, quæ ideo ab *i* incipit, quia ob Græcos in eandem desinit.

[k] In præfat. ad testimonia de Eutropio.

[l] De histor. Lat. II. 8. p. 198.

tasse videtur, si vestigiis inhærere liceat, quæ supra[m] indicavi. Conjungitur enim in eadem causa a Geographo[n] Ravennate cum scriptoribus, qui circa idem tempus vixerunt. Medicum autem eundem esse, quem Marcellus[o] in præfatione de medicamentis empiricis memorat, nulla idonea ratione evinci potest, etsi Cornarius in præfatione minime refragandum putat, annuente, certe non adversante, Vossio.[p] Neque tamen vel sic, si idem fuit Eutropius noster, ea opinio astrui inde potest.

CAP. VI.

DE EUTROPII HISTORIA ROMANA.

Redeo ad ejus breviarium historiæ Romanæ, cujus virtutes et vitia varie spectari possunt. Prima in historico virtus recte celebratur et probatur veritatis studium. Quod si in ea parte, ubi remotiorum aut superiorum temporum historiam contexit, ex fontibus judicetur, quos adiit, non temere ad scribendum noster accessit, nec, quos paratos invenit, temere et sine delectu adhibuit. Plures enim eum explorasse, uti omnino ex longa rerum temporumque serie intelligi potest, ita etiam ex ipso[a] discitur, cum variorum diversas narrationes in medium afferat. Nominatim ex antiquissimis indicat Fabium[b] Pictorem. De aliis, quorum nomina suppressit, judicare licet facta rerum ipsiusque narrationis comparatione. Hinc apparet, in eorum numero poni posse Livium, Sallustium in deperdita historia, Suetonium, historiæ Augustæ scriptores, quorum etiam verba sæpe reddit, vel errores propagat, uti in notis[c] passim monui. De Livio luculentum extat testimonium Suidæ,[d] qui adeo scribit: *Εὐτρόπιος ὁ Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμὼν Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον,*

NOTÆ

[m] Ad cap. 3.

[n] IV. 5.

[o] In Henr. Stephani medicæ artis principibus Tom. II. p. 242.

[p] C. l. p. 198.

[a] VIII. 11. Sic 'a plerisque creditur' IX. 19. et alibi eodem vel simili modo.

[b] III. 5.

[c] Cf. VIII. 11.

[d] S. v. Καπίτων Tom. II. p. 240. ed. Kuesteri.

etsi Sylburgius,[e] cui etiam postea assensus est Cellarius,[f] suspicionem injicit, pro Livio forte Florum reponendum esse, vel ipsum Suidam memoria lapsum errasse, quia constet, a Floro, non ab Eutropio Livianæ historiæ epitomen factam esse, et præterea Eutropius non Livii, sed Romanæ historiæ, summam constrictam exhibeat, eamque ad sua usque tempora ultra Livianæ historiæ terminum deducat. Forte tamen illa referri possunt ad eam, et quidem potiorem, historiæ partem, quam Livius descripsit. Certe eum passim in erroribus etiam manifestis sequitur.[g] Neque tamen servo obsequio illi duci paruit, sed rebus aliunde exploratis, vel aliorum testimoniis adhibitis, ab ejus vestigiis recedit.[h] Hinc forte delusus ad devia fertur et falsa passim narrat,[i] ubi rectiora tradit Livius, quæ etiam monumentorum, fastorum in primis, fide comprobantur. Quibusdam narrationibus prava admiscet, quia vel leviores auctores secutus est, vel graviorum verba negligenter legit, aut male intellexit. Ita narrat,[k] Cæsarem bis in Germania male pugnasse, quod semel tantum factum erat. Sic ex Capitolino pro *ministeriis* eum retulisse *ministros*[l] censent viri docti, qui de vasis locum intelligunt. *Sentio*[m] tribuit, quæ rectius de *Hosidio* commemoranda erant, et sic passim alibi alia immutat aut turbat, uti ex notis cognosci potest. Sunt tamen etiam aliqua, quorum veritas sola Eutropii fide nititur, cum in iis auctoribus, quorum libros melior fortuna servavit, nihil ejusmodi legatur. Ex magna autem rerum congerie, quas tulit res publica Romana, prout postulabat scriptionis consilium, delibavit maxime memorabiles, levioribus, quæ ipsi viderentur, neglectis, etsi poterat aliquas ad narrationis seriem arctius continendam intexere, vel, ut sibi ab omni parte æqualiter constaret, cum aliis breviter, strictimque attingere. Videtur tamen plerumque consulto

NOTÆ

[e] Ad Pranii metaphrasin in.
[f] In præfatione ad Eutropium.
[g] Cf. II. 1. et alibi.
[h] Cf. II. 1, 6. III. 14. XXII. 4, 8.—
[i] Cf. III. 8, 20.
[k] VI. 17. f.
[l] VIII. 14.
[m] VII. 13.

eas silentio premere, quæ vel infeliciter vel turpiter a Romanis gestæ erant, veluti Viriathi[n] necem consilio aut insidiis Cæpionis intentam, certe ubi commemorat, paucis defungi et leviter tantum innuere[o] solet. In illis autem, quas affert, temporum seriem sequitur fere, ut ipse prædicat in præfatione, etsi etiam subinde, maxime ubi variorum auctorum, e quibus sua hausit, diversa supputatione deceptus oscitanter ab hac lege desciscit et præpostera ratione miscet.[p] Ita consules præponit,[q] qui debebant subsequi, eodem anno gestum aliquid affirmat,[r] quod ad alium melius retulerit, nec semper, in primis sub imperatoribus, quo ordine singula se exceperunt et consecuta sunt, ponit, et vel sero appendit alia, vel inepte obtrudit. In transitu autem ad res novas varie solet tempus indicare, formulisque suis uti, quarum tamen aliquæ laxius valent. Ita *eodem tempore* factum aliquid scribit,[s] ubi alii aliquot annorum, veluti bienii,[t] aut plurium[u] annorum spatium interponunt. Alibi[x] *post eum* latius dicit, quod ad proximum successorem male aliquis retulerit, et Verheykius vel ex lacuna librariorum vitio orta, vel ex prava Eutropii opinione explicandum putat Sed et ita in eodem loco paulo quidem inferius ponitur, et poni potest, ut præteritis iis, quæ interjecta erant, festinantius ad superiorum exitum, vel ad similium connexum deducat. Ubi ipse tempus rei gestæ ignorasse videtur, vel omnino tantum ex adjunctarum commemoratione notare voluit, dicere solet *per id tempus*.[y] Usitatius tamen hanc viam insistit, ut sub regibus gesta descriptione temporis omissa uno ambitu summatim complectatur, post, iis exactis, dum libera viguit res publica, ad necem usque Julii Cæsaris, annos vel a Consulibus de-

NOTÆ

[n] IV. 16.—[o] Vid. II. 9, 20.
[p] Cf. ad IV. 9. in.
[q] IV. 21. in. Præpostero etiam ordine res narrat V. 8.
[r] III. 7.
[s] II. 9.
[t] II. 11. in.
[u] VI. 11. Sic interjecta omittit, extremaque ponit alibi. Cf. V. 8.
[x] IV. 17.
[y] Vid. IV. 11. in. X. 4. in. IX. 21.

signet, vel ipsos annorum numeros apponat. Tum a libro inde septimo, cum ad singulorum arbitrium et dominatum res publica relapsa esset, ad priorem rationem redit, et per principum vitas plurium annorum res gestas digerit, in quo quidem, si summam earum spectes, difficilius fuit errare. Contra evenit, ubi singulos annos numeris maxime indicat, quippe qui, non literis, sed signis vel notis expressi, facile a librariorum incuriosis manibus vitiari solent et disjici, quod et in nostro sæpe factum esse usus docet, ut, quam supputandi rationem secutus ille sit, minime aut ægre statuere liceat, de quo monendi in ipso commentario sæpe occasionem vel necessitatem objectam esse sensi. Sunt tamen, ubi Codices concinunt, quæ Varronis ab eo calculos probatos esse suadeant.

CAP. VII.

DE ORATIONE EUTROPIANA.[a]

Usus est Eutropius in conscribenda historia, quæ decet maxime, oratione tenui, aperta, et perspicua, sic ut detracto omni fere ornatu cultuque exquisitiori, sine verborum numerosiore mensura, et periodorum ambitiosa structura res

NOTÆ

[a] De Eutropii oratione disserunt commentatores in præfationibus, et qui de auctoribus veteribus exposuerunt, veluti Vossius de historicis Latinis II. 8. Olaus Borrichius in conspectu præstantiorum scriptorum n. 42. p. 97. Walchius in historia critica L. L. cap. 8. 5.—Sed data opera hanc quæstionem instituit Reinhardus in dissertatione philologica de stylo Eutropii, quam præfixit editioni suæ, et in peculiari libello Aug. Gottlob Frid. *Koltitzius* de veterum Latinorum lectione (Vitemberg. 1754. 8.) cui appendit tractatum de stylo Eutropii. Nimis tamen hic alte rem repetit, et aliena sæpe immiscet. Porro in universum magis disputat, et, quæ propius ad ipsam causam pertinent, strictim tantum attingit potius, quam pressius persequitur. Ille quidem consilio proposito inhæret, et ex virtutibus historici styli Eutropium dijudicat. Contendit autem et exemplis quibusdam prolatis evincere studet, puritatem, perspicuitatem, dignitatem et suavitatem ejus orationi inesse. Sed pro ipso disputationis modulo diutius in aditu moratus, inde ad persequendas orationis historicæ virtutes latius expatiatur, et quasi ad viam aliqua ex Eutropio decerpit.

ipsas in liberum conspectum producat, et lectorum animis objiciat. Quodsi singulas partes intueamur, et vel verba verborumque formulas consideremus, occurrunt aliqua, quæ ex ætatis suæ usu tum vulgari attraxit, etsi vel sic mirum videatur, quod non plura adhæserint vitia. De quibus cum satis, opinor, expositum fuerit in notis, ut tamen continuo quasi oculorum obtutu prospici possint, exempla tantum hic afferam, ex quibus id intelligatur. Occurrunt autem primum verba, quæ plane ignoravit ætas antiquior, a posterioribus auctoribus invecta usuque vulgata, in quorum numero ponenda sunt *dubietas*,[b] *medietas*,[c] *nimietas*,[d] in quo quidem tuendo olim Columellæ[e] auctoritate abuti solebant viri docti, *ignominiose*,[f] *aliquanta*[g] in plurali pro *aliquot*, *subjugare*[h] exercitum, quod bonis auctoribus est, Sub jugum mittere; *remandare*,[i] pro Respondere per legatos, et alia.[k] Ad structuram referunt *præfectura urbi*,[l] cum alias usitate genitivus adjungi soleat, cui potest addi *exosus universis*,[m] sensu passivo positum. Quædam verba, etsi antiquioribus incognita, post tamen invecta, et frequentata ab aliis, excepit noster, veluti *inhonorus*,[n] *vorucitas*,[o] *computatio*,[x] *transitorius*,[p] *Tuscia*[q] pro Etruria. Idem factum est in mutata vel innovata antiquorum verborum significatione, quo referri possunt *genitura*[r] de horoscopo, themate natalitio, *ægritudines*[s] de corporis doloribus et afflictionibus, *mereri*[t] pro Consequi, *privatus*,[u] ut opponatur Principi. Sic ad novum sensum detorsit Eutropii ætas *distrahere*[x] pro Vendere, *necessitudines*[y] de cognatis, et alia inprimis in honoribus et titulis Imperatorum celebrata, de quibus paulo post monebo. Aliorum verborum vim plane invertit cum æqualibus, uti *extrinsecus*[z] pro Præterea, *alius*[a]

NOTÆ

[b] VI. 19.—[c] II. 26.
[d] X. 18.—[e] VI. 24.
[f] IV. 24. 26.—[g] IV. 27.
[h] IV. 17.—[i] II. 13.
[k] Sic *ignobiliter* VII. 23. *incivilis* X. 18. *locupletator* X. 15.
[l] VIII. 16.—[m] VII. 23.
[n] X. 15.—[o] VII. 18.
[x] I. 3.—[p] VII. 23.
[q] I. 11. III. 9. VII. 3.
[r] VII. 20.—[s] IX. 5.
[t] VI. 2. VIII. 4.
[u] VII. 16.—[x] VIII. 13.
[y] X. 16.—[z] IX. 25.
[a] II. 26.

pro Alter, *medie*[b] pro Mediocriter, *triclinium*,[c] si quidem Annam Fabri audias, de mensa, *exequiæ*[d] de reliquiis, ossibus s. cineribus mortuorum. Multa etiam occurrunt in dignitatum novarum nominibus, qualia sunt *domesticus*,[e] *rationalis*,[f] *magister scrinii*;[g]—alia etiam in indicandis dignitatibus, veluti *purpuram sumere*.[h] Insolite porro et contra antiquum morem in compellandis Imperatoribus substantiva ponit pro adjectivis, quæ forma Tiberio regnante primum innotuit. Sic *mansuetudo, tranquillitas tua*,[i] vel etiam *tranquillitas vestra*[k] de uno, quod tum obtinuerat. Omnino autem in verbis singulis eorumque usu et structura occurrunt multa insolentiora vel rariora, quæ certe parum frequentavit antiquior ætas. Quorum quidem recensu summa hujus disputationis confici poterit. Sic *implere certamen*,[l] quod est ad exitum perducere; *bene pugnare*[m] i. e. feliciter; *cadere alicui ad pedes*,[n] quod compositis alii efferre solent, Procidere, projicere se ad pedes, et similiter; *in acie, in castris, in fuga insatiabili ira victoris consumi*,[o] pro Interfici, perire; *committere*[p] absolute, omisso prælio; *latrocinari navibus*,[q] vel quod cum aliis habet etiam historia miscella, *naves*, pro Populari, deprædari naves; *pati naufragium*,[r] pro Facere; *cum bello venire*[s] i. e. infesto agmine; *triumphum revehere*,[t] pro Agere; *petere aliquem*,[u] pro Ab aliquo uti volunt *esse in auxilium*,[x] pro Auxilio, uti et passim veteres; *habere in matrimonium*,[y] de quo idem valet; *ad*[z] sæpe pro In; *perdere*,[a] pro Amittere; *strata vetus*,[b] omissa voce via. Nec magis castis auribus probæque Latinitatis sensu imbutis probetur hoc: *responsum est, quod bellum et ipse pateretur*,[c] loco accusativi

NOTÆ

[b] VII. 13.
[c] X. 1.—[d] VII. 18. IX. 2.
[e] X. 17.—[f] IX. 14.
[g] VIII. 23.—[h] IX. 8.
[i] In præfat.—[k] I. 12.
[l] I. 16.
[m] I. 12. cf. et index h. v.
[n] IV. 7.
[o] V. 8. vid. index s. v. *consumi*.
Sic 'ordinare pacem' v. 7. pro Componere.
[p] IV. 10. V. 6. IX. 24.
[q] III. 7.
[r] II. 22. vid. index s. v. *pati*.
[s] II. 2.—[t] VIII. 10.
[u] II. 24.—[x] IV. 6.
[y] VIII. 10.—[z] V. 6.
[a] I. 8. et alibi.
[b] IX. 15.—[c] V. 5.

cum infinitivo; cui quidem simile addunt aliqui, ubi *promittentes, per se omne certamen implendum,*[d] pro Impletum iri. In verborum formis rarius ab usu Latinæ linguæ recedit, et pauca tantum, nec nisi in paucis Codicibus exempla prostant, ubi Græcam terminationem prætulisse videatur, veluti *Mithridaten,*[e] *Artocen,*[f] *Xerxen,*[g] *Oroden,*[h] *Samnitas,*[i] *Panticapæon,*[k] *Amison.*[l] Verba autem ipsa Græca duo tantum occurrunt, ἀπόκλησις[m] et κομήτης,[n] quorum quidem admixtionem excusat explicationis causa et vis luculentior. Si interiorem consideres orationis formam et dicendi indolem repetitiones[p] passim amare videtur, qua de causa etiam *penetrarunt,*[q] *Fabius,*[r] *dies,*[s] *bellum*[t]—deinceps posita, tolerantur. *Hic* et *is*[u] sæpe in narrationis progressione de eodem homine ponit. At eleganter facto ejusdem verbi incremento ipsam rei intentionem[x] alibi indicat. Passim etiam ipsas res verbis formulisque grandioribus et illustrioribus declarat. Sic *orbem terrarum ædificare,*[y] *delere exercitus,*[z] *genus humanum*[a] de Romanis, vel qui sub imperio Romano agunt, ex notione orbis terrarum, vel uti noster etiam habet, *orbis Romani*;[b] *infinitus*[c] de magna rerum multitudine, et quædam alia, quæ prætereo. Nam satis ex iis, quæ hic produxi, et in ipsis notis commemoravi, apparere arbitror, quo dicendi genere modoque usus sit Eutropius, nec tam antiquæ ætatis elegantiam in eo spectandam esse, quam narrationis tenuem simplicitatem et perspicuam brevitatem rerumque utilissimarum exposita tabula conclusam imaginem.

NOTÆ

[d] I. 16.
[e] VI. 8.—[f] VI. 14.
[g] VIII. 23.—[h] VI. 14.
[i] II. 8.—[k] VII. 9.
[l] VI. 8.—[m] VIII. 10.
[n] X. 8.
[p] VI. 19. VII. 9. IX. 8.
[q] IX. 8.—[r] III. 10.
[s] VII. 21.—[t] VII. 9.
[u] VII. 13, 21. et alibi.
[x] IX. 6.—[y] VIII. 4.
[z] II. 1.—[a] VIII. 15.
[b] VII. 15. VIII. 6.
[c] I. 3. —

CAP. VIII.

DE AUCTORITATE EUTROPII.

EUTROPII historiam in magno olim honore habitam diligentique multorum lectione versatam esse, præter varia auctorum testimonia, docent etiam crebræ ejus repetitiones et inprimis versiones antiquæ. Cum enim non solum expedita esset ejus lectio, et frugifera brevitate commendabilis, tum etiam, quo propius ad exitum contendit, eo etiam certiorem afferebat fidem ipso rerum usu collectam. Ita Hieronymus, cum Eusebii libros annales vel verteret Latine, vel longius deduceret, multa ex Eutropio petiit et iisdem sæpe verbis reddidit.[a] Idem fecerunt post Hieronymum Tiro Prosper Aquitanus, et Cassiodorus in Chronicis. Pressius nostrum sequuntur Sextus Rufus, æqualis, sub Theodosio Victor Schotti, et sæculo quinto Orosius, etsi hi per eandem viam aliunde objecta minime omittunt. Nec postero tempore neglectus jacuit Eutropius, sed a Chronicorum scriptoribus magno studio consultus est et expressus, aspersis aliorum narrationibus. In censum hic maxime veniunt Monachorum S. Pantaleonis, Ordinis S. Benedicti, Chronica Regia[b] usque ad annum 1161. continuata, quæ confecta putat Eccardus a Coloniensibus S. Pantaleonis monachis, quia archiepiscopos et abbates S. Pantaleonis exacte recenseant. Etsi enim ea more solito ex multis auctoribus farraginem rerum construunt, veluti e Justino, Victore—qui etiam ad ea utiliter possunt in multis locis exigi, et initio libri X. ab Eutropii narratione desciscunt, plurima tamen subministrant, ex quibus Eutropiana lectio judicari et confirmari possit. Sic in aliis chronicis multa latitant, quæ, ut omnino, exhaustis Codicum fontibus, ad auctorum veterum libros, sic etiam ad Eutropium emendandum et probandum

NOTÆ

[a] Cf. Dodwellus in prælectionibus Camdenianis p. 150. 154.

[b] Inseruit ea Eccardus Tom. I. corporis historici medii ævi.

transferri possunt. In primo tamen loco ponenda hic est *historia miscella*, quæ Eutropii historiam non solum iisdem verbis, etsi alia multa assuat vel intertexat, reddit, sed et ab initio auget et ad ulteriora tempora persequitur. A Jano enim, quem primum facit Italiæ regem, exorditur, et in primo anno Imperatoris Leonis Armeni subsistit. Errat igitur Gruterus, vel perperam excusum est in historiæ Augustæ scriptoribus minoribus Latinis, in quibus[c] historiam miscellam ad annum Dominicæ incarnationis 706. perductam esse scribit. Sed et quod alii[d] referunt ad annum 806. de æra Alexandrina, quam sequitur Theophanes ejusque interpres Anastasius, intelligi debet. Quæ cum a Dionysiana 7. annis discrepet, usitata quidem et recepta ratione annus reponendus erit 813. Ipsa autem sortita est hoc nomen, quia ex variis auctoribus collecta et ex partibus commista in unum quasi historiæ corpus redigit. Auctorem ejus plerique faciunt Paullum Warnefridum,[e] vel rectius Warnefridi, sc. filium, quem, quia Caroli M. ætate Diaconus Aquileiensis fuit, immo fuisse vulgo putatur, vulgo etiam Paullum Diaconum vocant. Pauci enim in eo dissentiunt, in quibus Du Pin,[f] qui Anastasii opera eam confectam arbitratur, etsi a Paullo Eutropium auctum fuisse minime negat, et Baronius,[g] qui Theophani attribuit. Falso uterque. Etsi enim Vossius contendit, Baronium post Frontonem Ducæum id non de tota historia miscella judicasse, sed de ejus postremis libris, ipsa tamen Baronii verba eam excusationem

NOTÆ

[c] P. 771.

[d] Veluti Canisius in editione ejus, Fabricius in bibl. Latina c. l. p. 134. Verheykius in præfat. ad Eutrop. p. 14.—

[e] De Paullo Diacono dissertationem scripsit G. Mollerus, Altorf. 1686. 4. Alios, qui de ejus vita et libris exposuerunt, indicaverunt Natalis Alexander in hist. eccles. Tom. v. sæc. 8. cap. 3. art. 9. p. 687. Marus ad Petrum Diaconum de viris illustr. Casinensibus c. 8. Hambergerus in *Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern* Tom. III. p. 535. et Saxius in Onomastico literario Tom. II. p. 90.

[f] In bibliotheca auctor. ecclesiast. Tom. VI. p. 114.

[g] In annalibus ad ann. 719. et 726. cf. Bellarminus de scriptorr. eccles. (Col. 1684.) p. 148.

rejiciunt, quippe in quibus aperte Theophanem, remoto Diacono, historiæ miscellæ auctorem prædicat. Scripsit autem hic Chronographiam Græcam, quæ Syncelli chronicon ab anno 280. ad 813. continuat, et ab Anastasio in Latinam linguam conversa est. Apparet autem ex ejus cum historia miscella comparatione, ultimos quidem libros repetitos inde esse, at superiores aliunde consarcinatos. Idem de Anastasio valet, qui non nisi in extremam ejus historiæ partem manavit. Refutat etiam utrumque Muratorius,[h] Baronium Jacobus Goar.[i] Neque tamen vel sic prioris sententiæ sectatores satis sibi constant, si quæras de librorum Eutropianorum augmentis et rerum interpolationibus. Duos tantum libros a Paullo Diacono additos esse scribit Schonhovius,[k] quod tamen in nulla editione se reperisse affirmat Verheykius.[l] Immo editiones interpolatis Eutropii libris, aliæ sex, octo aliæ, Paullinos de gestis Romanorum subjungunt, etsi res ipsa propter instabilem librorum descriptionem ad idem redit. In quibusdam Paullini libri ita sequuntur, ut primus dicatur, qui vulgo est liber XI. Nempe historia miscella conjunctim edita inde a libro Eutropii VII. relicto ejus ordine ex septimo duos facit, septimum et octavum, uti apud Grutertum, Muratorium, cum Paulli Diaconi Eutropius ejusque appendix vulgarem descriptionem sequatur. Quatuor vero tantum libros ab eo adjectos esse scribit Fabricius,[m] sextum decimum usque ad 24. a Landulpho Sagace, in iisque totam fere Anastasii bibliothecarii Romani historiam ecclesiasticam ex Georgio Theophane aliisque collectam contineri. Vossius,[n] Aubertus Miræus,[o] et Ceillier[p] Paullo ascribunt 5 libros post Eutropium; 8 libros inde a decimo Eutropii ad annum C. 730. Nata-

NOTÆ

[h] In præfatione ad historiam miscellam, quæ inserta est ejus scriptoribus rerum Italicarum Tom. I.

[i] In Notis ad Theophanis Chronogr. p. 2. ed. Ven.

[k] In præf. ad Eutrop.

[l] In præf. ad Eutrop. p. 18.

[m] C. l. p. 134.

[n] De hist. Lat. II. 30. p. 292.

[o] Ad Sigebertum Gemblacensem de scriptorr. eccles. c. 80.

[p] In hist. générale des auteurs sa-

lis Alexander,[q] ceteros a 17 ex ordine historiæ miscellæ notato ad 24 Landulpho Sagaci. Eadem[r] etiam discrepantia objicitur in accessionibus variis, quibus auctus est in historia miscella Eutropius. Non enim Codices ejus solum, sed et libri editi modo plures inferciunt, modo pauciores, quod et apparet ex notis, quas subjecit Muratorius, et ego ipse intellexi ex comparatione Gruterianæ editionis, quam quidem ille neglexit. Diversus est etiam Paulli Diaconi Eutropius, qualis olim prodibat, ab Eutropio historiæ miscellæ, quippe quæ alium Paullum magisque auctum producit, quam qui Eutropii libris appendi solet. Præterea hic ad librum XVIII. producitur, cum historia miscella habeat 24. In editione tamen Basileensi ann. 1532. decuplo major exhibetur Eutropius et 23 libris, nempe servato librorum Eutropii ordine, historiam ad Leonis tempora pertexit. Atque hinc conflata est historia miscella, diversique inde orti Paulli Diaconi libri et ipsa discrepans historia. Quod uti collatio utriusque recensionis facile docere potest, ita probe tenendum puto, ne vera ratio turbetur. Sed ut luculentius ista appareant, totam quæstionem ordine, et quatenus ex scriptorum indiciis explicari posse videatur, breviter persequar. Eutropii historia, ob perspicuam brevitatem rerumque amplissimarum complexum, cupide, cum et esset Imperatori Valenti dedicata, a multis excepta, lectitata, et repetita est. Docent id, præter auctorum testimonia supra apposita et excerpta a multis Eutropii loca, maxime versiones Capitonis et Pæanii, a pluribus memoratæ, quibus effectum est, ut in Græcorum etiam manus et usum Eutropius perveniret. Ita vero, quod solet in libris brevioribus, in quibus artium et doctrinarum lineæ ducuntur, maxime in historicis, mature vel explicationibus vel supplementis Eutropii lectio adjuta, ipse varias mutationes

NOTÆ

crés—Tom. XVIII. p. 242.

[q] In hist. eccles. Tom. v. p. 686.

[r] Cf. quos laudat Fabricius c. l. Pithœi præfatio ad hist. miscellam, Labbeus de scriptorr. eccles. Tom. II. p. 172. Seldenus ad Eutychii origines Alexandrinas p. 153.—

expertus est. Proxime enim aliqui attigerunt Eutropii tempora, qui eum reddiderunt, nec multum ejus ætatem excedunt, qui versiones confecerunt, in quibus tamen accessiones factas esse non temere existimare mihi videor. Sive enim Pæanius, de cujus versione accuratius judicare licet, in pravum Codicem incidisse dicas, sive ipsum multa depravasse, quod quidem vero est similius, certe probabilius, perinde id habendum est, immo illud, maturius factas esse mutationes, evincit. At secutæ sunt aliæ eæque majores. Quarum quidem præcipuum auctorem fuisse Paullum Diaconum discitur ex diserto testimonio Leonis Marsicani s. Ostiensis in Chronico Casinensi,[a] ubi sic de eo scribit: ' Ejusdem Adelpergæ [filia hæc fuit Desiderii Langobardorum regis] rogatu in historia Romana, quam Eutropius breviter composuerat, plurima hinc inde de historicis ecclesiasticis addidit. Ad ultimum vero duos libellos a tempore Juliani apostatæ, in quem ipsam historiam Eutropius terminaverat, usque ad tempora primi Justiniani imperatoris eidem annexuit.' Quæ enim tunc inferta sunt et assuta, ignorat Pæanius, et, si qua post eum aliunde accesserunt, etsi singulatim enarrari nequeunt, arbitrario tamen diversoque privatorum studio debentur, cum Paullinæ illæ locupletationes, quas ex variis auctoribus consarcinaverat, publica quasi auctoritate confirmatæ et Adelpergæ nomine munitæ fuerint. Neque tamen sic quievit aliorum male officiosa sedulitas, sed tanto exemplo excitata manus injecit et alia effudit. Qui enim Eutropio addi vulgo solent Paulli Diaconi libri VIII. ad Leonis Isauri Iconomachi tempora producuntur, qui quidem regnavit ab anno 717. ad 741. cum tamen Paullus teste idoneo Leone Marsicano s. Ostiensi prima tantum Justiniani tempora attigisset. Atque id confirmat, præter editionem Vineti, Merulæ, et aliorum post Schonhovium, Codex Ambrosianus optimus Eutropii Paullini, quem ad historiam miscellam contulit Muratorius,

NOTÆ

[a] Lib. I. c. 15.

quippe in quibus Paullus desinit in libro XVII. his verbis, quæ et in aliis editionibus leguntur: ‘quia verba restant adhuc, quæ de Justiniani Augusti felicitate dicantur, in sequenti, Deo præsule, libello promenda sunt.’ Liber XVIII. qui hinc subsequitur, et ad Leonem usque Isauricum procedit, sparsim in Paulli historia de gestis Langobardorum legitur. Omissis enim pluribus, quæ ad illam historiam pertinent, si connexueris ex lib. I. capp. 25. 26. in. ex lib. II. capp. 1. 2. 3. 4. fin. 5. 11. ex lib. III. capp. 11. 12. 15. 17. 18. 20. 22. 23. 24. — 27. ad med. ex lib. IV. capp. 27. 34. 37. 51. fere ad extr. ex lib. V. capp. 6. — 14. 30. ex lib. VI. capp. 4. 11 — 14. 23. 31. 32. 34. 36. 41. 47. 49. a medio ad finem, contextam habebis seriem libri XVIII. qui Paullo ascribitur. Raro enim aliquid aliunde intexitur, veluti in libro II. c. 1. de Prisciano Grammatico et alibi passim. Rarius verba aliqua omittuntur. Aut igitur totus liber XVIII. Eutropii Paullini ex historia Langobardorum collectus est et ab aliquo assutus, aut, quod placet Muratorio,[t] librum illum Paullus ipse vel aliquis alius, per frusta divisum, in historiam Langobardorum transtulit, præsertim cum Codex ille antiquissimus Ambrosianus, et quibus usus est Vinetus aliique, librum subsecuturum diserte promittant, quem quidem librum appendit Codex alius Ambrosianus iisdem verbis quibus editiones Eutropii olim vulgatæ eum exhibebant, uti apparet ex Muratorii thesauro scriptorum rerum Italicarum,[u] ubi additamentum illud descriptum legitur. At a libris illis, quos Paullus Diaconus Eutropio addidit, non solum divisione, quod leve sit, sed et ipsa oratione rerumque narratione aliquantum recedit historia miscella. Hæc enim, ut exemplum petam a libro XVIII. Paulli, quæ hic de Justiniani collectione et descriptione legum narrat, illa plane omittit, sed et multo plura et diversa tradit, quæ ad verbum plerumque ex Anastasii historia de-

NOTÆ

[t] Tom. I. scriptorr. rerum Italicarum in præfatione ad hist. miscellam.

[u] Tom. I. p. 179. sqq.

promta sunt. Idem facile observari potest in aliis libris, etsi in libro Paulli XI. parcius Anastasium refert, multis aliunde attextis, largius et pressius in libris sequentibus. Ex quo efficitur, historiam miscellam non esse a Paullo profectam, sed ex illo passim in libris Eutropii, vel Eutropio subnexis, assutam et nutritam. Nec igitur video, quo jure Fabricius[x] Mollerum[y] exagitare possit, quod utriusque historiæ auctorem diversum existimaverit. Certe ex Gelenii editione Basileensi 1532. invalide eum confutat, quippe quæ non Paullum Diaconum, sed illam ipsam historiam miscellam sistit. Contra Codex ille Ambrosianus in editione Muratorii, et ab Eutropio et ab historia miscella sic differt, ut illi aliqua passim admisceat, quæ et habet historia miscella, hujus augmenta pleraque ignoret. Postremos ejus libros, qui excipiunt Paulli librum XVIII. nemo temere ipsi Paullo ascripserit, cum refragetur historia, quam ultra annum 799. quo mortuum ferunt Paullum, proferat. Triplici igitur forma conspicitur Eutropius noster, nativa illa et integra, quam revocavit Schonhovius aliique, etsi passim allitis maculis, quas recentiores absterserunt; altera Paulli manibus diducta et ab initio etiam aucta, quæ apparet in Codicibus multis, etiam Ambrosiano antiquissimo et quibusdam editionibus priscis; tertia deturpata et inquinata undique in historia miscella, ut vera illa et sincera agnosci et deprendi vix possit. Ex plurimis enim auctoribus historia illa coaluit, et in prioribus libris Eutropii, Flori, Suetonii, Victoris, Eusebii, Rufini, Orosii, Jordanis aliorumque, forte etiam deperditorum loca conglutinata sunt; in posterioribus Anastasii potissimum historia ad verbum fere repetita est, ut rerum series inde componeretur. At quis auctor ejus operis fuerit, vix pro certo affirmare licet, nec una est virorum doctorum sententia. Landulphum Sagacem plerique jactant, et in editionibus nomen etiam ejus apponunt, Codicis forte alicujus auctoritate moti.

NOTÆ

[x] In bibl. Lat. c. l. p. 144.

[y] In dissert. de Paullo Diacono.

Ciacconius[a] tamen in vitis Romanorum Pontificum eam tribuit Paullo vel potius Joanni Diacono, qui Anastasii temporibus, anno circiter 875. ecclesiæ Romanæ, Diaconus fuit, et S. Gregorii Magni vitam libris IV. conscripsit. Quod etsi verum esse potest, verum tamen esse idoneis argumentis minime constat. Eidem etiam Joanni Diacono, vel Landulpho Sagaci adjudicat Labbeus;[a] ab ipso Anastasio bibliothecario profectam putat Du Pin.[b] Ex Muratorii sententia dubius latet et ignotus auctor, atque hoc solum affirmari potest, post Anastasii tempora eam historiam congestam esse. Quicquid est, præterquam quod variorum auctorum narrationes sub unum et continuum aspectum ponit, utiliter etiam potest ad ipsum textum Eutropii adhiberi, ejusque lectiones adjuvare et confirmare. Quare diligentius eam consulendam putavi in posterioribus maxime libris, qui ex auctoribus, vel non satis adhuc excultis, vel etiam ignotis ducti sunt, et in rebus dubiis vel obscuris versantur. Prostant autem plures ejus editiones, quas hic subjungam. Parisiis 1531. 8. Basil. 1569. 8. cura Pithœi; Ingolstadii 1603. 8. cura Henr. Canisii, qui et varias lectiones addidit. Repetiit eam bibliotheca[c] patrum max. Lugdunens. anno 1677. Canisium excepit Gruterus, qui historiæ[d] Augustæ scriptoribus Latinis minoribus inseruit, Hanoviæ 1605. fol. Contulit eam a capite ad calcem cum membranis Palatinis, adhibito simul Theophane Græco et

NOTÆ

[a] Ita notat Muratorius in præf. ad hist. miscellam. Equidem ipsum locum in amplo illo opere exquirere non potui. Ciacconius Tom. I. p. 661. tantum notat, teste Anastasio bibliothecario, plures eum historiarum libros e Græco in Latinum convertisse. Oldoinus ibi in novis additionibus p. 665. brevem ejus vitam exhibet, (monachus fuit Casinensis et Anastasii bibliothecarii familiaris,) et librum de S. Gregorio M. Papa commemorat. Sed de historia miscella, eo auctore, ne verbum quidem. Nec tamen fidem et diligentiam Muratorii impugno. Gregorii vitam tribuit Paullo eidem, qui Langobardorum historiam scripsit, Sigebertus Gemblacensis de scriptorr. eccles. c. 80. De Johanne vid. Cavius in hist. liter. scriptorr. eccles. Vol. II. p. 61. (Oxon. 1743.)

[a] De scriptorr. eccles. Tom. II. p. 172.

[b] Nouvelle bibl. des auteurs ecclésiastiques Tom. VI. p. 114.

[c] Tom. XIII. p. 201. sqq.

[d] P. 771. sqq.

Anastasio Latino, et in plurimis locis emendavit, adjunctis etiam notis maximam partem criticis, ut ipse in præfatione prædicare non dubitaverit, se eam magis instaurasse,[d] quam recensuisse. Usus est hac editione passim Cellarius in judicanda Eutropii lectione. Basileensem editionem an. 1695. quam quidem falso cum superiori commistam esse puto, commemorat Ceillier,[e] idemque[f] Canisianam repetitam prodiisse scribit Antwerpiæ 1725. Optima debetur studio Muratorii (an. 1723.) in cujus scriptoribus rerum Italicarum primum illa locum occupat. Hic enim non solum membranas Mss. monasterii Hersfeldensis contulit, quibus jam Canisius usus erat, ejusque præterea notas subjecit, sed et nova subsidia adhibuit, Codices 5. Ambrosianæ bibliothecæ, varias lectiones Jacobi Bongarsii Bodryæi ex Ms. Paulli Diaconi, itemque ex Ms. Pithœi et aliorum. Selegit tamen inprimis ex Codd. Ambrosianis unum eundemque antiquissimum, quippe cujus integram lectionem exhibuit. Refert autem ille Eutropium non quidem purum et intaminatum, sed qualem deformaverat curiosa illa Paulli sedulitas. At omisit Muratorius non solum notas Gruteri, sed et enarrationem earum lectionum, quas ille Codicum Palatinorum ope receperat, ita ut ejus recensio, quod usu intellexi, multis locis a textu Muratorii discrepet. Ex quibus omnibus conficitur, ne historiæ quidem miscellæ unam mansisse et constantem faciem, sed multos postero etiam tempore centones fuisse injectos.

CAROLUS HENRICUS TZSCHUCKE.

NOTÆ

[d] In illis, quæ ex Palatino Codice primus edidit Gruterus, (ut lib. XVI.) multa sunt suspectæ fidei, quæ scriptoris imperitiam arguunt, notante Paschasio Quesnello ad Leonem M. diss. I. p. 810. et ex eo Ernesti ad Fabricium c. l. p. 134. Sed totam omnino historiam mendis inquinatissimam esse præter alios jam notavit Holstenius ad Stephanum p. 79.

[e] In histoire générale des auteurs sacres et ecclesiastiques Tom. XVIII. p. 242.

[f] C. l.

TESTIMONIA

DE

EUTROPIO.

Priscian. l. 1. *cap.* 3.

Quæ *x* novissime a Latinis assumta, post omnes ponitur literas, quibus Latinæ dictiones egent. Quod autem ab *i* incipit ejus nomen, ostendit etiam Sergius in commento quod scripsit in Donatum his verbis: ‘ Sunt septem semivocales, quæ ita proferuntur, ut inchoënt ab *e* litera, et desinant in naturalem sonum, ut *f*, *l*, *m*, *n*, *r*, *s*, *x*. Sed *x* ab *i* inchoat.’ Id etiam Eutropius[1] confirmat dicens: ‘ Una duplex *x*, quæ ideo ab *i* incipit, quia apud Græcos in eandem desinit.’

In Fragmentis antiquis de Mensuris et Ponderibus apud Steph. le Moyne *Var. Sacr. p.* 502.

Πάλιν δὲ ἐξ Ἱστορικοῦ τοῦ Εὐτροπίου, οὗ μετέφρασε Παιάνιος, σημαίνει, ὅτι τὰ σημεῖα μίλια καλοῦσι Ῥωμαῖοι, τὰ γὰρ οὕτως ὀνομάζουσι, τοσούτοις βήμασι συμμετρούμενοι τὸ σημεῖον.

Ex Historico vero Eutropio, quem metaphrasi et interpretatione Græca donavit Pæanius, apparet, Romanis signa, quibus viæ distinguuntur, vocari milliaria, quia mille sic vocant, tali passuum numero singula milliaria et signa commensurantes.

NOTÆ

1 Eutropium istum a Prisciano memoratum eundem cum nostro puto, quia Suidas eum plura scripsisse testatur his verbis: Εὐτρόπιος, ὁ Ἰταλὸς σοφιστὴς, τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἱστορίαν ἐπιτεμὼν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ ἔγραψε καὶ ἄλλα: *Eutropius Italus Sophista Historiæ Romanæ compendium Italica*, i. e. *Romana, lingua scripsit et alia.* Hear.

Jo. Malala in Chronograph. Vit. Juliani Apostatæ, p. 24.

Ὁ δὲ σοφώτατος Εὐτρόπιος ὁ Χρονογράφος, ἔν τισι τούτων οὐχ' ὡμοφώνησεν ἐν τῇ αὐτοῦ συγγραφῇ.

Verum sapientissimus Eutropius Chronographus ex his nonnulla in scriptis suis aliter tradidit.

Joan. Saresberiensis lib. VIII. *de Nugis Curialium, c.* 21. *de Juliano.*

Eutropius quoque, qui Romanam eleganti compendio describit historiam, peremtum fatetur in castris.

Geor. Codinus de Originib. Constantinop. p. 9. *edit. Par. in fol. n.* XVII.

Καὶ Εὐτρόπιος ὁ σοφιστὴς, ὁ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ὁ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου.[2]

Et Eutropius Sophista, qui cum Juliano Apostata in Perside simul fuit, et Constantini [M.] epistolographus.

Ex Sigonii Judicio de Historicis.

Flavius[3] Eutropius sub Valentiniano majore vixit; sed cum ex Livio et Sallustio res, nobis nunc ignotas, decerpserit; et omnem Historiam Romanam breviter ab urbe condita usque ad Juliani Principis mortem libris decem persequatur, magni a nobis fieri debet.

Ger. Joannes Vossius, Hist. Lat. l. II. *cap.* 8.

Eutropius, sophista Italus, ut eum vocat Suidas, cum alia quædam, eodem teste, tum breviarium scripsit rerum Romanarum ab U. C. usque ad Flavium Valentem Augustum, cui et opus suum dicavit. Militasse se ait sub Juliano, atque expeditioni ejus in Persas interfuisse. Quo et pertinent verba Georgii Codini in Selectis de Originibus Con-

NOTÆ

2 Sic emendand. ex Mss. patet pro vulg. Κωνσταντῖνος. *Hear.*

3 Unde Sigonio hoc *Flavii* prænomen? Nulli quippe codices vel Mss. vel impressi ita habent. *Hear.*

stantinopolitanis.[4] Laudat vero eum testem in rebus Constantini Magni, quæ oculis suis vidisse eum ait. Atque ex his patet error Ptolemæi [Lucensis,] et hujus se auctoritate tuentis Raphaëlis Volaterrani, qui Eutropium hunc fuisse putarunt discipulum B. Augustini. Quæ et sententia est Gesneri, et Eisingrinii, et Theodori Zuingeri, Theatri sui volumine VI: lib. II. ad hæc Possevini in Apparatu sacro, atque aliorum. In errorem omnes eos impulit, quod Gennadius in illustrium Virorum catalogo Eutropium quendam referat, de quo hunc in modum apud eum legitur: ' Eutropius presbyter scripsit ad duas sorores, ancillas Christi, quæ ob devotionem pudicitiæ, et amorem religionis, exhæredatæ sunt a parentibus, epistolas in modum libellorum consolatorias, eleganti et aperto sermone duas, non solum ratione, sed etiam testimoniis Scripturarum munitas.' Meminit autem ejus Gennadius post Augustinum, Orosium, alios. Hunc illi esse breviarii scriptorem crediderunt. Sed tempora repugnant, cum auctor breviarii, Constantini, ejus liberorum, Juliani, Joviani, et Valentis temporibus vixerit: at non item Gratiani aut Theodosii; saltem non Arcadii et Honorii: ut Augustino esse junior non possit. Adhæc ille Gennadio memoratus presbyter erat: at hic an Christianus fuerit, merito ambigitur, cum reticeat Christianorum persecutiones X. ac in Joviano aperte suadeat perfidiam. Scio esse, qui Christianum fuisse colligant exinde, quod de Juliano scribat: ' Religionis Christianæ Insectator, perinde tamen, ut cruore abstineret.' Sed ita quoque scribere potuit gentilis, saltem qui in confinio tenebrarum ac lucis constitutus, nec gentilem religionem probaret, nec Christianæ tamen nomen dedisset: quales sæculum illud habuit multos. Sed utcumque hoc est, tempora, ut vidimus, eos refellunt, qui Augustino Eutropium faciunt juniorem. Stylum si spectes, parum est concinnus: sed hoc ætati, qua vixit, tribuamus. Res vero ipsas compendio satis commodo constrinxit. Sane quanti

NOTÆ

4 Vide supra.

a Græcis fieri solcat, vel argumento illud erit, quod Capito, historicus Lycius, epitomes Eutropii μετάφρασιν scripserit Græce: ut Suidas docet in Καπίτων. Immo et Simlerus, in Appendice bibliothecæ Gesneri, testatur, in bibliotheca P. Pithœi extare Παιανίου μετάφρασιν Romanæ Eutropii historiæ.[5] Ac video quædam ex Pæanio hoc citari a Scaligero. Compendio Eutropii Paulus Diaconus, malo sane exemplo, sua infersit; ut liquet ex undecim primis Historiæ Miscellæ libris: de quibus dicemus, cum ad Paulum Diaconum deventum erit. Meminit et Eutropii Beda Hist. Angl. Lib. I. c. 11. et, qui sæculo toto Beda junior est, Hincmarus Rhemensis, opusculo ad Hincmarum Laudunensem cap. 16. ubi de castello Lauduno loquens ait: 'Quod, sicut Eutropius, antiquus historiographus, dicit, auctore Marcobrio prætore conditum, ab exordio sui in paganismo inter civitates, vel provinciales sedes, nomen et locum non habuit.' Facit et mentionem Flodoardus Pontif. Rem. Lib. I. cap. 1. et Leo Ostiensis (qui Alexii et Henrici Impp. temporibus fuit) Chronici Casinensis Lib. I. cap. 17. De Eutropio hoc satis: a quo diversus est Eutropius grammaticus,[6] quem de literis testem laudat Priscianus Lib. I. item Eutropius medicus, memoratus Marcello Empirico præfat. operis de medicamentis.

Balthasar Bonifacius[7] *de Eutropio.*

Flavius Eutropius decem brevissimis libris Romanam historiam strictim complexus, Pauli Diaconi injuria productus, ac ex conferto dilutior effectus omnem pæne dignitatem amisit; donec fideli opera Antonii Schonovii in inte-

NOTÆ

5 Codex iste idem videtur esse cum eo, cujus meminerunt Catalogi Bibliothecæ Bavariensis qui anno MDCII. prodierunt, duodecim nempe annis post editionem Historiæ Romanæ Scriptorum Græcorum Sylburgianam.

6 Unde hoc didicit Vossius? Nonne plura scripsit Eutropius? V. supr. in Testim. Prisciani.

7 Bonifacii hujus de Romanæ Historiæ scriptoribus Excerpta, Venetiis parce excusa, et in Germania fere invisa, ex Anglicana bibliotheca protraxit et Helmstadii imprimi denuo curavit Cl. Busmannus.

grum, et quodam quasi postliminio reversus, pristinum locum recuperaret. Diaconus ille, monitu Adilbergæ, Desiderii Langobardorum Regis filiæ, non solum auctoris hujus historiam interpolem fecerat, sed ipsam pæne totam inverterat, dum multa de suo infarciret, multaque passim adimeret, aut transferret. Militavit Eutropius sub Juliano parabata ac desertore, librumque suum dedicavit Valenti. Nec satis liquet, cujus ille fuerit religionis; quippe qui, in colliminio tenebrarum ac lucis constitutus, nec Paganorum ritus probaret, nec CHRISTO tamen dedisset nomen. Sophistam Italum vocat Suidas; eodemque nomine censetur in originibus Constantinopolitanis. Quanquam non desunt, qui hunc Eutropium historicum eundem esse contendunt cum Eutropio presbytero Africano, Augustini discipulo, qui duas ad sorores consolationes conscripsit, cujus meminere Ptolemæus Lucensis, et Raphael Volaterranus. Stylum ejus improbat Vossius, ut parum concinnum: fatetur tamen, res ipsas compendio satis commodo ab Eutropio constrictas. Doctissimum fuisse Eutropium, et multa eloquentia scripsisse putat Jacobus Philippus. Antiquum historiographum appellat Hincmarus Rhemensis. At Schonovius non eum inter antiquos recenset; sed licet scripsit posterius, neque tamen, inquit, minor eloquentia; et judicio etiam superioribus fuit eminentior. Sane quanti eum Græci fecerint, vel argumento illud erit, quod Capito et Pæanius Eutropiani compendii metaphrasin Græce scripserint. Duæ sunt autem omnino res, quæ famam et gloriam scriptoribus conciliare soleant, si in alienas transferantur linguas, sique interpretationibus illustrentur.

Ant. Possevinus in Apparatu ad omnium gentium histor. §. III. *c.* 35.

'Minus quidem elegans, sed cum ex Livio et Sallustio res nobis nunc ignotas decerpserit, et omnem historiam Romanam,' &c. ut supra in verbis Sigonii.

Mich. Piccartus Decade XVI. *Observatt. historico-politicarum c.* 1.

Legens nuper in Eutropio, (qui breviarium historiæ Romanæ nobis reliquit, annorum quidem MCXV. succincta sane concinnaque brevitate, sic tamen, ut nihil per ea tempora acciderit pæne in Imperio Romano, quod non diligenti illi auctori vel tribus saltem verbis notatum) incidi in historiam Numæ, &c.

Meric. Casaubonus in Testimoniis de Marco Aurel. Antonino.

Suidas in voc. *Μάρκος* tria diversa diversorum scriptorum profert testimonia. Primum ex Philostrato, &c. Secundum quod incipit, *Μάρκος βασιλεὺς Ῥωμαίων ὃν ἐκπλήττεσθαι*, &c. est pura puta Eutropii *μετάφρασις*, aut *παράφρασις* potius. Quæcumque enim Latinus ille Breviator Historiæ stylo contractiore, et inde sæpius, sed et ob acumen sophisticum nonnunquam, obscuriore; hic Græce sic redduntur, ut non pauca passim verba suppleantur, quæ sententiam clariorem ac pleniorem reddant. In uno tamen et altero loco mentem Eutropii non satis assecutus est hic (quicumque) paraphrastes. Ceterum e duobus, quorum notitia ad nos pervenit, Eutropii Græcis interpretibus, Capitone, cujus non solus Suidas meminit, et Pæanio, cujus translatio pridem in lucem prodiit; utri horum tribuenda sint hæc, si quis quærat: etsi Pæanium videre mihi non hactenus contigerit, ex iis tamen quæ de ejus versione viri doctissimi, Jos. Scaliger, b. m. parens Is. Casaubonus, Valesius, aliique qui legerant, passim pronuntiant, non Pæanio, sed Capitoni, ut et antiquiori et longe præstantiori adjudicanda esse facilis est conjectura. Sunt enim hæc quoque talia, quæ auctoris sui non vulgare ingenium, et in veterum lectione diligentiam testentur.

Petr. Lambecius in Commentar. de Biblioth. Cæs. lib. VIII.

Decimus Codex[8] Manuscriptus Historicus Græcus est

NOTÆ

8 Inter Codd. nempe Græcorum Historicorum.

chartaceus antiquus, elegans, et bonæ notæ in quarto; in quo inter alia a fol. 19. pag. 1. usque ad fol. 52. p. 2. continetur, *Nicephori Gregoræ Oratio encomiastica, prolixa et perelegans in Imp. Constantinum Magnum;* quæ inscribitur atque incipit hoc modo: *Τοῦ αὐτοῦ* (scil. *σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ*) *εἰς τὸν ἐν βασιλεῦσι μέγιστον καὶ ἅγιον Κωνσταντῖνον τὸν ἰσαπόστολον. Τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς ἐνταῦθα σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι, οὐ τὴν ἀξίαν ἐστὶν ἀποδοῦναι φωνὴν τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἀλλὰ τὸ προσῆκον ἐκτίνειν ἐθέλοντας χρέος, μὴ πλέως ἐκπεσεῖν τῆς προθέσεως*, &c. Dignissima profecto est hæc Oratio, ut *Supplemento Corporis Historiæ Byzantinæ* aliquando inseratur. Interim nunc moneo extare in ea valde notabilem de Eutropio mentionem; nempe quod is, licet 'gentilis et a Christiana religione alienus,'[9] simul etiam Imp. Juliano Apostatæ addictissimus, vi tamen veritatis et conscientiæ Imp. Constantinum Magnum laudare coactus fuerit. Ipsa Gregoræ verba a fol. 33. p. 2. usque ad fol. 33. p. 2. sunt hæc:

Οὕτω τοίνυν (*ὁ Κωνσταντῖνος*) *τὰ τῶν μεγάλων ἐκείνων καὶ ἀντιτύπων ἐθνῶν ταπεινώσας φρονήματα, οὕτω δὲ καὶ τυράννων ἁπάντων καθαρὰν*

Sic igitur Constantinus magnarum illarum et immansuetarum nationum feroces animos frangens, sic etiam a Tyrannis orbem terrarum

NOTÆ

9 Sunt, qui Eutropium fuisse Christianum colligunt ex eo, quod ubi de Imp. Juliano agit, in nonnullis exemplaribus manuscriptis et impressis legitur: 'Nimius religionis Christianæ insectator; perinde tamen, ut cruore abstineret.' Sed adjectivum illud *nimius* supposititium ibi et superfluum est. Cum enim proxime præcedant hæc verba: 'Gloriæ avidus, ac per eam animi plerumque immodici;' explicandi vocabuli hujus *immodici* causa addidit ibi aliquis marginale vel interlineare glossema *nimii*: quod postea ab imperitis librariis mutatum in *nimius*, ipsi Eutropii contextui perperam insertum est. Prioribus quippe verbis accusat Eutropius Imp. Julianum, quod nimia gloriæ aviditate inconsultius præliis se inserens, mortem sibi accersiverit; posterioribus autem eundem laudat, quod insectator quidem fuerit Christianæ religionis, non tamen *nimius*, sed perinde, ut cruore abstineret. *Lambec.* Sciat autem lector, quod typographus *Eutropii* schedis supremam manum imposuerat, priusquam in hunc locum Lambecii incidi: alioquin ejus observationes propriis locis subjunxissem. *Hearn.*

καταστήσας τὴν οἰκουμένην, τῇ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ δυνάμει τὸ πᾶν τῆς αἰτίας ἀνετίθει, καὶ Θεῷ τὰς ἀπαρχὰς τῆς εὐχαριστίας ἐκ μέσης ἀνέπεμψε τῆς ψυχῆς· ἐγὼ δὲ μάρτυρας ἔχων τῶν λεγομένων μακρὰς ἱστορίας ἔκ τε τῶν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀρχαίας καὶ πάνυ τοι πλείστας, ἔκ τε τῶν θύραθεν σοφῶν, Ἑλλήνων δηλαδὴ καὶ Αἰγυπτίων, καὶ ὅσοι τῆς πάλαι Ῥώμης ἐγένοντο θρέμματα, μήκους ἕνεκα παρίημι· μνησθήσομαι δ' ἑνὸς τοὔνομα Εὐτροπίου, βραχυλογίᾳ χρωμένου τὰ μάλιστα, οὗ δὴ καὶ πρότερον μετρίως ἐμνήσθην, καὶ ταῦτα ἀπεχθῶς ἔχοντος πρὸς Κωνσταντῖνον, διά τε τὸ τῆς θρησκείας ἀκοινώνητον, καὶ πρός γε, διὰ τὸ ἡλικιώτην ὁμοῦ καὶ αἱρεσιώτην Ἰουλιανοῦ γεγενέσθαι, ἵνα μᾶλλον πιστότερα τὰ λεχθησόμενα ᾖ, διὰ τὸ τὰς τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίας ἔχειν τι πρὸς ἀξιοπιστίαν ἐνέχυρον βεβαιότερον· ἄλλως τε καὶ ἱστορίαν συγγράφων καθολικήν τε καὶ μακροτέραν ἐκεῖνος, οὐ δύναται τὴν τῆς ἀληθείας κρύπτειν ἐνάργειαν· φησὶ τοίνυν ἐκεῖνος, πρός γε τοῖς ἄλλοις, ὡς Κωνσταντῖνος[10] δὲ στρατηγεῖν τε ἀγαθὸς ὢν, καὶ ἀν-

purgans, salutaris crucis potentiæ totam attribuebat causam, et Deo primitias gratiarum ex animæ suæ meditullio offerebat. Ego vero quamvis eorum, quæ a me dicta sunt, testes habeam longas Historias, tum scriptorum nostri ovilis antiquas et plurimas, tum quoque exterorum sapientum, Græcorum scilicet et Ægyptiorum, et quotquot olim urbis Romæ fuerunt alumni: prolixitatis causa eas prætereo. Mentionem autem unius tantum faciam, nomine *Eutropii*, compendiaria narrationis brevitate quam maxime utentis, cujus et antea jam aliquatenus memini. Cum enim is infensum erga *Constantinum* gesserit animum, cum *propter differentiam Religionis*, tum *quod Juliani fuerit æqualis et sectator*, majorem ejus verba merebuntur fidem, quia testimonia bona, ab hostibus profecta, digniora et validiora censentur aliis. Hic itaque generalem et rebus gestis Constantini longiorem scribens historiam, non potest veritatis efficaciam occultare, sed inter alia ait, quod Constantinus

NOTÆ

10 Ipsa Eutropii verba Latina secundum antiquum codicem manuscriptum membranaceum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ sunt hæc: 'Constantinus tamen vir ingens, et omnia efficere nitens, quæ animo præparasset, simul Principatum totius Orbis affectans, Licinio bellum intulit, quanquam necessitudo; nam soror Constantia nupta Licinio erat.' Quæ Pæanius Sophista, a Friderico Sylburgio editus, nimis libera metaphrasi in Græcum sermonem transtulit hoc modo: Κωνσταντῖνος γὰρ, στρατηγεῖν τε ἀγαθὸς ὢν, καὶ ἀνδρειότατος ἐν ταῖς μάχαις, δυνατότατός τε ἤδη ἐν ταῖς προσβήκαις γεγενημένος, ἐπήγαγεν αὐτῷ πόλεμον, ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ παντὸς ἀρχῆς, παρὰ

δρειότατος ἐν ταῖς μάχαις, δυνατώτατός τε ἤδη ἐν ταῖς προσθήκαις γεγενημένος, σφοδρὸν ἐπήγαγε καὶ Λικινίῳ τὸν πόλεμον, παρὰ φαῦλον ποιησάμενος τὴν ἀπὸ τοῦ γάμου συγγενείαν· δόξης[11] τε γὰρ ἐπεθύμει πολεμικῆς, καὶ πρὸς ἀριστείας[12] ἕτοιμος ἦν· τύχη δὲ ἠκολούθει μετὰ αὐτοῦ τοῖς ἐγχειρήμασι δεξιὰ, τὰς ἀρετὰς δὲ οὐκ ἔκρυπτεν, ἀλλ' ἐκείνων ἐνομίζετο, καὶ ταύτης ἦν. Σκύθας τε[13] κατεπολέμησε, σπονδάς τε κατ' ἐξουσίαν ἐποιήσατο· πολύς τε ἦν αὐτοῦ παρὰ τοῖς βαρβάροις λόγος, ὥστε τοὺς πλείστους ἀμοιβὰς ἐποφείλειν αὐτῷ νομίζειν, τῆς τε ἄλλης βασιλικῆς μεγαλοπρεπείας,[14] καὶ τῆς ἐλευθέρου παιδείας, καὶ τῶν λογικῶν ἐπιστημῶν· καὶ γὰρ τοῦ παρὰ πάντων φίλτρου καὶ αὐτὸς, οὔτ' ἄλλης σπουδῆς ἦν[15] μετὰ τοῦ σεμνοῦ φειδόμενος· τῶν φίλων δὲ, καὶ οἷς ἐπίστευε,

peritissimus existens militandi, et in præliis fortissimus, simul etiam in rebus suis augendis acerrimus, grave bellum Licinio intulerit, nihili faciens[16] affinitatem, qua ipsi conjunctus esset. Gloriæ enim militaris appetens, et ad præclara facinora bellica propensus erat; comitante illius conatus fortuna prospera, ita tamen ut virtutes ejusdem non obscuraret, sed gloriosa ipsius acta non minus virtutum ejus haberentur effectus, quam revera essent fortunæ. Scythas etiam debellavit, et fœdera pepigit libera potestate; multaque ejus erat apud Barbaros existimatio, adeo ut plurimi eorum cum ob reliquam magnificentiam regiam, tum quoque ob liberalium artium et rationalium scientiarum studium, remunerationes ipsi se debere profiterentur; utpote qui et donis, et alia omni officiorum exhibendorum sedulitate, tanquam benevolentiæ omnium conciliandæ philtris, debita tamen gravitate servata, haud parce uteretur. Amicos

NOTÆ

φαῦλον ποιησάμενος τὴν ἀπὸ τοῦ γάμου συγγένειαν. κηδεστὴς γὰρ ἦν αὐτῷ Λικίνιος ἐπ' ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ. *Lambec.*

11 In dicto codice antiquo membranaceo Bibl. Cæs. pro *Militaris gloriæ appetentissimus, fortuna in bellis prospera fuit* (ut in vulg. Eutrop. edd. habetur), legitur, *Militaris gloriæ appetentissima, fortuna in bellis prosperis affuit; verum ita, ut non superaret industriam.* Et pro eo quod mox sequitur, viz. *affectator justi amoris, quem omnino sibi et liberalitate et docilitate quæsivit*, legitur, *adfectatur justitiam oris, quam omni et liberalitate et docilitate quæsivit*; in qua lectione, an præter vocem *omni* aliud aliquid boni latitet, aliis dijudicandum relinquo. *Lambec.*

12 In edit. Sylb. legitur ἀριστείαν. *Lambec.*

13 In ed. Sylb. perperam legitur: ἀλλ' ἐκείνων ἐνομίζετο· καὶ ταύτης ἦν Σκύθας τοι κατεπολέμησε, &c. *Lambec.*

14 Verba hæc, τῆς τε ἄλλης βασιλικῆς μεγαλοπρεπείας, in ed. Sylb. perperam omissa sunt. *Lambec.*

15 In ed. Sylb. perperam legitur: καὶ τοῦ παρὰ πάντων φίλτρου, μήτε δωρεᾶς ὑπὲρ τοῦτον, μητ' ἄλλης σπουδῆς, μετὰ τοῦ σεμνοῦ φειδόμενος. *Lambec.*

16 Habuit enim Licinius in matri-

καὶ οἷς μὴ, μεγάλως πάντας ἐθεράπευεν, οὐδεμίαν καταλιμπάνων[17] ὑπερβολήν· ἐνταῦθα καὶ οὗτος ἀνδρειότατόν τε ἐν ταῖς μάχαις εἶναί φησι Κωνσταντῖνον, καὶ στρατηγεῖν ἀγαθὸν, καὶ ἅμα δυνατώτατον ἐν ταῖς τῆς ἡγεμονίας αὐξήσεσι· μεγαλοδωρότατόν τε καὶ σεμνὸν τὸν βίον, καὶ λόγων σοφῶν ἐπιστήμονα, καὶ ἅμα τοῖς πᾶσιν ἐντεῦθεν ποθεινὸν καὶ ἐπέραστον, καὶ πάσαις ἀρεταῖς περιβρίθοντα. Ἕλλην δ' ὢν (ὁ Εὐτρόπιος) καὶ ἀλλοφύλου θρησκείας τρόφιμος, παρέμιξε τοῖς λεγομένοις καὶ λέξεις, αἳ τὸν μὲν νοῦν ὑγιαίνουσι, τὸ δὲ φαινόμενον ἀπόζουσιν Ἑλληνικῆς πικρίας· ὃ καὶ μᾶλλον ποιεῖ πιστοτέρας τὰς μαρτυρίας αὐτοῦ· μήτε γὰρ ἐξεπίτηδες, μήτ' ἀπὸ φίλης ὁρμᾶσθαι γνώμης καὶ γλώττης τὰ εἰρημένα· ὅτε γὰρ τύχην ἑπακολουθεῖν αὐτοῦ τοῖς ἔργοις φάσκοι δεξιὰν, τὸν τῶν πάντων αἴτιον εἶναι λέγει Θεὸν καὶ τὴν τοῦ σωτηρίου σταυροῦ δύναμιν· τύχην γὰρ ὀνομάζουσιν Ἕλληνες καὶ τὸν Θεόν. ὅτε δὲ καὶ δόξης ἕνεκα, παρὰ φαῦλον ποιησάμενον τὴν συγγέ-

porro, non solum probatæ, verum etiam suspectæ fidei, nulla iis bene faciendi occasione prætermissa, omnes summopere locupletavit. Hoc igitur loco et ille testatur, Constantinum fuisse fortissimum in prœliis, et militandi peritissimum, simul etiam acerrimum in augendo suo imperio, ad hæc munificentissimum æque ac gravitatis vitæ observantem, et eruditæ sapientiæ consultum, atque insuper omnibus exoptatum et peramabilem, cunctisque virtutibus refertum. Ceterum *Gentilis existens (Eutropius) et alienæ Religionis alumnus*, permiscuit narrationi suæ nonnullas loquendi formulas, quæ quidem secundum rectum sensum sanæ sunt, redolere tamen videntur *amarulentiam ethnicam;* quod quidem ipsius attestationes reddit majori fide dignas, tanquam non superficiarias, nec ab amicâ sententia et lingua profectas. Dum enim ait, fortunam prosperam acta Constantini comitatam esse, idem hoc est ac si dicat, Deum, supremum omnium rerum Auctorem, per potentiam salutaris crucis Christi, Constantinum in rebus gerendis adjuvisse; quoniam Gentiles etiam Deum nomine fortunæ indigitant. Dum porro autem dicit, Constantinum, respectu gloriæ affinitatem nihili

NOTÆ

monio Constantiam Imp. Constantini Magni sororem. *Lambec.*

17 In ed. Sylb. legitur: τῶν φίλων δὲ, τισὶ μὲν ἠπίστει τισὶ δὲ ἀναμφισβητήτως ἐθεράπευσεν, οὐδεμίαν καταλιπὼν ὑπερβολήν. *Lambec.*

νειαν, Λικινίῳ τὸν πόλεμον ἐπενεγκεῖν λέγοι, διπλαφρονεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζει περὶ αὐτοῦ· ἢ γὰρ ἠγνόησε τὴν οὖσαν αἰτίαν, ὅτι διώκτῃ γενομένῳ Χριστιανῶν Λικινίῳ τὸν πόλεμον ἐκεῖνον ἐπήνεγκεν, ἢ γινώσκων, ἑκὼν σεσιώπηκε διὰ τὴν ἔχθραν τὴν ἀπὸ τῆς θρησκείας· οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς σιωπᾷν Κωνσταντῖνον, οὕτω περιφανῶς Λικινίου μανέντος κατὰ Χριστιανῶν, ὁ γὰρ ἐνὸν κατασβέσαι ῥᾳδίως σπινθῆρα, μέχρι οὐρανοῦ παραπέμψειν βλαπτούσης φλογὸς κορυφὴν ὑπισχνούμενον, σιωπήσας ἑκὼν, αὐτὸς ἂν εἴη ἀτεχνῶς ὁ τὴν τῆς τοσαύτης φλογὸς μητέρα παρεχόμενος ὕλην.

facientem, Licinio bellum intulisse, ipse nos cogit duplicem de se habere opinionem. Nam aut ignoravit veram belli causam, nempe quod Licinio illud illatum sit tanquam persecutori *Christianorum*, aut si eam novit, de industria reticuit, nempe propter odium religionis Christianæ. Minime enim consentaneum fuisset, Licinio tam manifeste contra *Christianos* furente, Constantinum silere, quippe cum is, qui scintillam aliquam, futuræ suæ noxiæ flammæ apicem ad cœlum usque portendere minantem, facile, si velit, potest extinguere, non tamen hoc facit, sed consulto silet, æque sit in culpa, ac si ipse negligentia sua primam tantæ flammæ præbuisset materiam.

Hæc ibi de Eutropio Nicephorus Gregoras; usus, cum ea scriberet, non ipso Eutropii Historiæ Romanæ Breviario Latino, sed ut cuilibet conferenti videre licet, interpolatitia illa metaphrasi Græca Pæanii (seu potius Pæaniæ[18]) Sophistæ, quam primus omnium Fridericus Sylburgius in Græco-Latino scriptorum Historiæ Romanæ Syntagmate, Francofurti ad Mœnum A. 1589. in folio impresso, in lucem edidit. Ceterum quandoquidem Nicephorus Gregoras expresse indicat, se ejusdem Eutropii in eadem Oratione jam antea aliquatenus meminisse, libet mihi majoris lucis et confirmationis causa eam quoque mentionem huc apponere. Illa igitur extat folii vigesimi quarti hujus codicis manuscripti pagina prima et secunda his verbis:

NOTÆ

18 Teste Suida his verbis: *Παιανίας, ὄνομα κύριον*, h. e. *Pæanias, nomen proprium.* Hearn. Vid. ad ipsum Pæanium.

Τῷ γάρ τοι γενναίῳ καὶ θαυμαστῷ Κωνσταντίνῳ πατέρες ἐγένοντο τὰς τοῦ γένους ῥίζας ἐκ βασιλικῶν κατάγοντες αἱμάτων, καὶ ἀρετῆς μεταποιούμενοι τῆς βελτίστης· καὶ ἵνα τὰς τῶν ἀκριβέστερον τὰ ἐκείνου γινωσκόντων μαρτυρίας εἰς μέσον ἀγάγωμεν, φησὶν ὁ Σοφὸς[19] Εὐτρόπιος· ὃς Οὐάλεντι μὲν σύγχρονος γεγονὼς, Ἕλλην δ' ὢν τὴν θρησκείαν, ἔπειτα τὴν ἀρχαίαν Λατινικῇ διαλέκτῳ Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἀγώνισμα γλώττης ποιούμενος, τοὺς ἀπὸ Ῥωμύλου διέξεισι Βασιλέας, καὶ Στρατηγοὺς, καὶ Αὐτοκράτορας, καὶ ὅσοι, μεταξὺ τὰς Ὑπατικὰς καὶ Δημαρχικὰς ἐξουσίας διαλαχόντες, εἰς Καίσαρας καὶ Αὐγούστους ὀψὲ τὴν ἡγεμονίαν μετήνεγκαν τῆς ἐπωνυμίας· οὗτος τοίνυν φησὶν, ὡς ὁ τοῦ Κωνσταντίνου πατὴρ Κωνστάντιος, πάσης μέτοχος ὢν ἀρετῆς τε καὶ σωφροσύνης, πάντας παρῆει[20] τῇ κοινότητι· οἰκεῖν γὰρ ἡγούμενος πλοῦτον τὸν τῶν ὑπηκόων εὐδαιμονίαν,[21] τὰς μετὰ ἐκείνων συνεκρότει

Huic enim generoso et admirando Constantino parentes fuerunt originem generis ex Imperatorio sanguine ducentes[22] atque optimis virtutibus præditi; et, ut eorum, qui ad ipsum pertinentia accuratius noverunt, testimonia in medium producam, ait Eutropius Sophista, (qui, Valenti quidem Synchronus, Gentilis autem religione, eloquentiæ suæ Latino sermone exercendæ materiam sibi sumens antiquam Historiam Romanam, omnes inde a Romulo recenset Reges, Tribunos militares, Dictatores, et quotquot intermediis temporibus consulares atque plebeias nacti potestates, tandem in Cæsares et Augustos Principatum cognominem transtulerunt;) hic igitur ait, quod Constantini pater Constantius, omnis virtutis et prudentiæ particeps, omnes civilitate superaverit. Subditorum enim felicitatem pro divitiis propriis habens,[23] illorum quidem

NOTÆ

19 Σοφὸς pro Σοφιστής. Vide Suidam in Explicatione vocum Σοφιστὴς et Σοφὸς, atque S. P. Ludovici Cressollii Theatrum veterum Rhetorum lib. I. cap. 2. et l. II. c. 2.

20 In Sylb. ed. pro παρῆει legitur παρελθών. *Lambec.*

21 Hæc vox εὐδαιμονίαν deest in edit. Sylb. item paulo post pro τὴν τῶν ὑπηκόων εὐδαιμονίαν, legitur τὸν τῶν ὑπηκόων, scilicet πλοῦτον. *Lambec.*

22 Verba Eutropii circa finem libri noni, ad quæ Nicephorus Gregoras hic respicit, sunt hæc: *Constantius per filiam nepos Claudii traditur.* Quæ Pæanias Sophista in ed. Sylb. sic vertit: Ἦν δὲ Κωνστάντιος μὲν Κλαυδίου τοῦ βασιλεύσαντος ἀπὸ θυγατρὸς ἔκγονος. Quantum hac in re ab Eutropio et Pæania Trebellius Pollio dissentiat, vide apud ipsum in vita Imp. Claudii II. *Lambec.*

23 Ipsa Eutropii verba Latina secundum supra citatum antiquum Co-

κτήσεις, τὰς δ' οἰκείας καὶ βασιλικὰς παρὰ φαῦλον ἐτίθει·[24] ἄμεινον παρὰ τοῖς ἰδιώταις εἶναι λέγων τοῦ βασιλέως εὐπορίαν ἢ μικρῷ περικεκλεῖσθαι χωρίῳ τῶν βασιλικῶν ταμείων.[25]

facultatibus applaudebat, peculiares autem et Imperatorias flocci faciebat; quippe dicens, Imperatorias opes melius apud privatos asservari, quam exiguo circumcludi loco Imperialis Ærarii.

Hucusque de Eutropio Nicephorus Gregoras. Unde luculenter patet Eutropium hunc, Sophistam Gentilem, qui Imp. Valenti Breviarium Historiæ Romanæ dedicavit, a Joanne Trithemio in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Conrado Gesnero in Bibliotheca Universali, R. P. Antonio Possevino in Apparatu Sacro, et a compluribus aliis, perperam confundi cum Eutropio, Monacho et Presbytero, qui S. Augustini fuit discipulus, et Epistolas duas scripsit consolatorias ad duas sorores, ancillas Christi, quæ ob devotionem pudicitiæ, et amorem religionis, a parentibus exhæredatæ fuerant; ut testatur Gennadius Massiliensis in Libro de Scriptoribus, capite quadragesimo nono.

Gesnerus in Bibliotheca, p. 238.

Eutropii insigne volumen, quo Romana historia universa describitur, ex diversorum Auctorum monumentis collecta. Quanto vero major Codicum sinceritas eo tempore fuit, quam est hodie? Itaque non pauca leguntur hic emendatius multo quam in editionibus quorundam historicorum quæ vulgo circumferuntur.

NOTÆ

dicem manuscriptum membranaceum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ sunt hæc: 'Constantius, vir egregius et præstantissimæ civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens, fisci commoda non admodum affectans, dicensque melius publicas opes a privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari.' *Lambec.*

24 In ed. Sylb. legitur; παρὰ φαῦλον ἐνοιεῖτο· φασὶ γοῦν αὐτὸν λέγειν, ὡς ἄμεινον, &c. *Lambec.*

25 Hæc verba τῶν βασιλικῶν ταμείων sunt in ed. Sylb. *Lambec.*

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ,

AB URBE CONDITA

AD ANNUM EJUSDEM URBIS

MCXIX.

CODICUM MANU ET TYPIS EXARATORUM, QUI INTER VV. LL. OCCURRUNT, CATALOGUS.

Lugd. Bat. Codex Ms. Leidensis primus.
Lugd. Bat. 2, 3, 4, 5. Mss. quatuor alii Leidenses.
G. Ms. Thom. Galei.
B. Ms. Collegii Balliolensis.
S. Ms. in Seldeni Archivis in Bibliotheca Bodleiana.
M. Ms. in Bibliotheca Collegii Magdalenensis.
LC. Ms. in Bibliotheca Collegii Lincolniensis.
N. Ms. in Bibliotheca Collegii Novi.
L. Ms. inter Codices D. Guil. Laudi in Bibliotheca Bodleiana.
Burd. Burdegalensis Codex, quo Elias Vinetus usus est.
F. vel *Fuld.* Codex Fuldensis, quem Frid. Sylburgius contulit.
HM. Historia Miscella, ex Eutropio, Paullo Diacono, aliisque contexta, quam inter Scriptores Historiæ Augustæ post alios edidit Gruterus.
Ald. Utraq. Editiones Venetæ J. B. Egnatii MDXVI. et MDXXI.
V. vel *Ven.* Editio Veneta ejusdem Egn. MDXX.
Junt. Editio Juntina MDXVII.
P. vel *Paris.* Editio Parisiensis MDXIII.
Bas. Editio Basileensis Gelenii MDXXXII.
E. Editio Elzeviriana.
Vi. Eliæ Vineti Ed. Pictaviensis MDLIII.
Sc. vel *Sch.* Antonii Schonhovii Ed. MDXCIV.
Mer. Editio Merulæ MDXCII.
Vulg. Editiones Eutropii vulgatæ.
Lectiones præcipuæ ex prioribus 3. libris historiæ miscellæ ad Codices collatæ in Muratorii scriptoribus rerum Italicarum Tom. 1. *A.* Codex Ambrosianus. *H.* Hersfeldensis. Ex edit. C. H. Tzschucke.

DOMINO

VALENTI

MAXIMO PERPETUO

AUGUSTO.

RES Romanas, ex voluntate mansuetudinis[a] tuæ, ab urbe condita ad nostram memoriam, quæ in negotiis vel bellicis vel civilibus eminebant, per ordinem temporum brevi narratione collegi strictim, additis etiam his, quæ in principum[c] vita egregia extiterunt; ut[d] tranquillitatis tuæ[e]

[a] Deest M. P. V. Ald. utraque, Junt. ac Bas.—[b] *Augusto Eutropius.* B. S. LC.—[c] *Principio vita.* Lugd. Bat. *Vita* quoque F. V. V. Par. Aldd. Junt. Bas. Codd. Hearnii. *Vitis* Sch. et alii quidam.—[d] *Tit.* Lugd. Bat.—[e] *Tuæ quo* Lugd.

NOTÆ

[a] *Mansuetudinis*] Hic *mansuetudinem* dicit et infra *tranquillitatem*. Ut illa tempestate vera illa Romani sanguinis nobilitas pæne exaruerat, ita et sermonem Latinum incesserat turpis illa barbaries, et vere Gothica, quæ postea invaluit magis, ut cum ad Principes scriberent, eos *serenitatis, tranquillitatis, mansuetudinis, clementiæ*, et *æternitatis* titulo cohonestarent, quarum appellationum nullum apud antiquos vestigium. Ex eodem fonte manarunt quæ hodieque vigent, et cum honore personarum; nam piaculum sit nisi ita loquaris, *Excellentia vestra, Celsitudo, Eminentia, Reverentia vestra*; et ne quid ineptiarum absit, *Dominatio vestra*, quo nihil apud finitimos nostros frequentius, si vel agasonem aliquem aut sulfuratorum

possit mens divina lætari prius se illustrium virorum facta in administrando[f] imperio secutam, quam cognosceret lectione.[g]

Bat.—[f] *Administrandum* Lugd. Bat.—[g] *Eutropius Vic. peculiariter suus* Lugd. Bat. *Eutropius V. C. peculiariter suus* Sch. Mer. et Helmst. exemplar: sed Hearnii accuratiores non agnoscunt.

NOTÆ

propolam alloquantur; et tamen, *o sæclum insipiens!* Nino, Cyro, Alexandro, et Karolo Magno hujus nominis ferculum satis esset. *Pater meus*,

EUTROPII

BREVIARIUM[a]

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER I.

ROMANUM[b] imperium, quo[c] neque ab exordio ullum[d] fere minus,[a] neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, a Romulo exordium habet; qui Reæ Silviæ[e] Vestalis virginis filius,[b] et (quantum putatus est[c]) Martis, cum Remo fratre uno partu[d] editus est. Is, cum inter pastores latrocinaretur,[e] octodecim[f] annos natus,

[a] Ita cod. Burdeg. aliique; nisi quod in nonnullis sub initium hujus libri in masculina forma scribatur, *Incipit Breviarius Eutropii:* in Lugd. Bat. *Eutropius incipit peculiariter suus.* An hoc respectu Diaconi interpolatoris?— [b] *Romanorum* Lugd. Bat. 4.—[c] *Quod* Lugd. Bat. 3.—[d] *Nullum* Lugd. Bat. 4. et mox pro fere *sive.*—[e] *Qui Rheæ Sylviæ Vestalis Virginis filius* N. M. L. G. V. Gr. HM. et Lugd. Bat. 1. *Qui Silvæ Vestalis Virginis filius.* 2. *Qui Reæ Silvæ Vestalis Virginis filius.* 3. *Et Reæ Silviæ Vest. Virg. fil.* 4. *Qui Reæ filius Vest. Virg.* 5. *Qui Raeæ Iliæ Vestalis Virginis filius* E.—[f] *Decimo octavo nativi-*

NOTÆ

[a] *Ullum fere minus*] Ideo addit *fere*, quia noverat alia fuisse imperia, ab exordio, Romano etiam imperio minora.

[b] *Vestalis virginis filius*] Rheæ Sylviæ, quam alii Iliam dicunt.

[c] *Quantum putatus est*] Innuit creditum illud tantum fuisse, et nullis argumentis confirmatum. Hoc de se mater tantum confessa erat. Vide Florum I. 1.

[d] *Uno partu*] *Uno partu cum Remo fratre*, ita enim verba ordinanda sunt.

[e] *Latrocinaretur*] Latrocinari non est quod vulgo dicimus *voler, brigander:* si ita esset, contrarium plane

urbem exiguam[g] in Palatino monte constituit, XI. Kal. Maii,[e] Olympiadis sextæ anno [a]tertio,[h] post Trojæ excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt, trecentesimo[i] nonagesimo quarto.[l]

2. Condita civitate, quam ex nomine suo Romam[k] vocavit,[k] hæc[l] fere egit. Multitudinem finitimorum[l] in ci-

tatis suæ Lugd. Bat. 1. *decem octo annos, &c.* 3.—[e] X. *Kal. Maias* Lugd. Bat. 3. G. B. HM. S. M. LC. X. *Kalendas Maii* Lugd. 2. 4. 5. X. *Kal. Martias* V.—[h] *Olympiadis sextæ anno* CCCCXVIIII. *post Trojæ excidium* Lugd. Bat. 2. 4. *Olympiadis sextæ anno III.* CCCCLIX. *post Trojæ excidium B. Olympiadis sextæ anno* CCCXIX. *post Trojæ excidium* V. *Olympiadis sextæ anno* III. CCCCXIX. *post Trojæ excidium* S. *Olympiadis sextæ anno* CCCCXIX. *post Trojæ excidium* M. N. G. *Olympiadis sextæ anno quarto quadringentesimo* XIX. *post. Trojæ excidium* HM. In cod. autem N. M. ut et in P. et V. desunt reliqua usque ad finem sectionis.—[l] *Anno* addit Lugd. Bat. *Trecentesimo quarto* L. LC.—[k] *Vocavit, a qua et Romanis nomen inditum est, hæc* M. B. G. S. HM.

NOTÆ

scriberet Plutarchus, qui ait Romulum et Remum in raptores et viarum obsessores impetum fecisse, et eorum injuriam finitimis arcuisse. Nimirum *latrocinari* nihil aliud est quam militare, vitam in armis degere. Plaut. in Mil. Glor. act. II. sc. ult. 'An quia latrocinamini, arbitramini, Quid vis licere facere vobis, verbero?' et Gracchus in Nonium: 'qui apud regem in latrocinio fuisti.'

[a] *Octodecim annos natus*] Idem Solinus: 'Qui [Romulus] auspicato fundamenta murorum jecit duodeviginti natus annos.'

[g] *Urbem exiguam*] Romam quadratam intelligit, quæ tamen proprie urbs non erat, sed arx.

[h] *Olympiadis sextæ anno tertio*] Id est, paulo plusve minus ante Christum natum 752.: alii hoc referunt ad annum 1. olympiadis VII. alii etiam aliter: audi Solinum: 'Cincio Romam duodecima Olympiade placet conditam: Pictori octava: Nepoti et Lutatio opinionem Eratosthenis et Apollodori comprobantibus, Olympiadis septimæ secundo anno: Pomponio Attico et M. Tullio, Olympiadis sextæ anno tertio. Collatis igitur nostris et Græcorum temporibus, invenimus incipiente Olympiade septima Romam conditam,' &c.

[i] *Post Trojæ excidium, &c. trecentesimo nonagesimo quarto*] Error est, nam numerus aliquot decadibus amplior esse debet. Sed prisca illa tempora subtiliter et exacte constitui non semper possunt, quod et Eutropius olfecisse videtur, qui dicat, 'ut qui plurimum minimumque tradunt,' sunt enim qui plures, sunt etiam qui pauciores; vere tamen Solinus Romam conditam dicit anno post Ilium captum quadringentesimo trigesimo tertio: quod solidis argumentis comprobavit.

Ut qui plurimum minimumque tradunt] Scio hæc verba multis negotium facessere. Subintelligendum est, *ut eos præteream qui, &c.* Medium viam ingreditur Eutropius inter eos qui plurimum, et eos qui minimum tradunt.

[k] *Quam ex nomine suo Romam*] De Romæ appellatione, vide Festum in *Roma*, et Plutarchum in vita Romuli.

vitatem recepit:[m] centum ex senioribus elegit,† quorum consilio omnia ageret;[n] quos Senatores nominavit[o] propter senectutem.[m] Tunc cum uxores ipse et populus suus non haberent,[p] invitavit ad spectaculum ludorum[n] vicinas urbis nationes, atque earum virgines rapuit. Commotis[q] bellis propter raptarum injuriam, Cæninenses[o] vicit, Antemnates,[p] Crustuminos,[q] Sabinos, Fidenates,[r] Veientes;[s] hæc omnia oppida urbem[t] cingunt.[r] Et cum orta subito tempestate[u]

Lugd. Bat. 2. 3. 4.—[l] *Hoc* Lugd. Bat. 4.—[m] Ista *multitudinem finitimorum in civitatem recepit* Paulo Diacono ascribunt M. et B.—† *delegit* Lugd. Bat. 4. Txsch. edidit *legit*.—[n] *Egit* Lugd. Bat. 4.—[o] *Quos senatores propter senectutem, patres ob similitudinem nominavit* M. B. N. S. HM. Lugd. Bat. 2. 4. 5. Sed 3. tantum *multitudinem curæ nominavit*. ceteris omissis.—[p] *Haberet* Lugd. Bat. 4. qui mox *Urbis Romanæ*. Vi. habet *urbis Romæ*.—[q] *Commoti itaque bellis, Cæninenses videlicet, Antennates, Crustumii, Sabini, Fidenates, Bicentes, hæc omnia* V. *Commotis bellis propter, &c. Cæcinenses A. Crustumos, Sabinos, Fidenates, Bizentes, &c.* M. B. S. Galei codex hic loci nihil a nostra edit. discrepat, nisi quod *Crustulos* pro *Crustuminos* legat. *Commotis bellis propter raptarum injuriam, Cæninenses vicit, Antenates, &c.* Lugd. Bat. 1. *Antenates Crustumios Sabinos, Fidenates, Bizentes. 2. Antemnates Crustumii Sabini Fidenates, Bigentes* 3. *Ceninenses Antenates...Bigentes. 4. Bijentes* 5.—[r] *Cingunt. Romulus vero cum apud paludem Capreæ nusquam comparuisset, anno regni* XXXIX. S. N. V. HM. *Trigesimo septimo* lectionem veram esse, non solum ex Metaphraste, verum etiam ex Dionys. Hal. constat, qui L. II. ἐττὰ μὲν ἔτη καὶ τριάκοντα regnasse Romu-

NOTÆ

[l] *Multitudinem finitimorum*] Lucam enim inter arcem et Capitolium Asylum fecit, 'et statim mira vis hominum, Latini Tuscique pastores, quidam etiam transmarini, Phryges, qui sub Æneæ, Arcades, qui sub Evandro duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum.' Florus c. 1.

[m] *Quos Senatores nominavit propter senectutem*] 'Consilium Reipublicæ penes senes esset, qui ex auctoritate patres, ob ætatem Senatus vocabantur.' Idem Flor. ibidem.

[n] *Ludorum*] Equestre Neptuni certamen fuit. *Consualia* vocant, eaque ætate sua celebrata dicit Strabo.

[o] *Cæninenses*] Qui Cæninam urbem incolunt in Latio.

[p] *Antemnates*] In Sabinis 40. stad. ab urbe Roma.

[q] *Crustuminos*] In Latio.

[r] *Fidenates*] In Latio VI. ab urbe milliario.

[s] *Veientes*] Item in Latio XIX. mill. ab urbe.

[t] *Hæc omnia oppida urbem cingunt*] Tunc oppida, nunc pagi, XXX. aut XL. a Roma stadiis. Et hunc tradunt eo tempore finem agri Romani fuisse, et hodieque ibi aliisque in locis qui limites sint Sacerdotes sacrificium peragunt, quod Ambarvalia dicitur. Strabo l. v.

[u] *Et cum orta subito tempestate*] 'Cum ad exercitum recensendum concionem in campo ad capræ paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit, nec deinde in terris Romulus fuit.'

non comparuisset, anno regni trigesimo septimo[v] ad Deos transisse creditus est et consecratus.'[w] Deinde Romæ per quinos[t] dies senatores[x] imperaverunt: et his regnantibus annus unus completus est.

3. Postea Numa Pompilius[y] rex creatus est: qui bellum quidem nullum gessit; sed non minus civitati, quam Romulus, profuit. Nam et[a] leges Romanis,[z] moresque constituit; qui consuetudine præliorum jam latrones ac semibarbari putabantur:[aa] et annum descripsit, in decem[b] menses[c] prius[d] sine aliqua computatione[e] confusum: et infinita

lum tradit. *Romulus vero cum apud paludem capræ nusquam comparuisset, anno regni* XXXVII. L. B. 2. et 3. nisi quod hic habeat. A. XXXVIIII. idemque hoc additamentum agnoscunt 4. et 5. quorum tamen posterior A. habet XXXII. prior pro *Capreæ Capream.*—[t] *Cred. est et cons.* Lugd. Bat. *Creditus est, et Quirini nomine consecratus* M. B. N. G. S. Additamentum autem istud *consecr. est* suspectum est Sylburgio et Cellario. *Ad Deos transisse creditus est, et Quirini nomine consecratus* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[t] *Continuos dies* V.—[u] Delet Lugd. Bat. 4. et mox *et mores* exhibet.—[w] *Videbantur* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[x] XII. *Menses* B. Sic etiam Livius et Florus.—[y] *Prius* delet Lugd. Bat. 3.—[z] Ita Vi. Sylb. &c. Et ne de Latinitate vocis dubites, etiam Plinius IX. 35. *computationem* dixit. At F. P. V. B. S. M. L. G. et LC. et Lugd. Bat.

NOTÆ

Liv. I. 16.

[v] *Anno regni trigesimo septimo*] Solin. idem. 'Romulus regnavit annos septem et triginta.'

[w] *Consecratus*] Id est, Inter Deos relatus, eique templa constructa.

[x] *Romæ per quinos dies senatores*] Patres decem decurias fecere singulosque in singulas decurias creavere, qui summæ rei præessent. Decem simul imperitabant. Unus cum insignibus imperii et lictoribus erat. Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in urbem ibat, annuumque intervallum regni fuit. Liv. I. 17.

[y] *Numa Pompilius*] E Curibus Sabinis oriundus, imperium suscepit anno U. C. 38. ante C. N. 712.

[z] *Nam et leges Romanis*] Romulus tamen civibus suis leges posuerat; sed illæ fere omnes eo tantum spectabant, ut Romani pleno sinu manubias domum reportarent; modo bellatores præmiatoresque strenui forent, bene erat: sed si verum agnoscere volumus, proprium id unius Numæ decus est. Virgil. de illo: 'Primus qui legibus urbem Fundabit, Curibus parvis, et paupere terra Missus in Imperium magnum.' *Pater meus.*

[a] *Annum descripsit in decem menses*] Florus ait annum in XII. menses descriptum. Idem et Livius I. 19. 'Atque omnium primum ad cursum Lunæ in duodecim menses describit annum, quem (quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe) intercalaribus mensibus interponendis ita dispensavit, ut quarto et vigesimo anno ad metam eandem Solis, unde orsi essent, ple-

Romæ sacra[b] ac templa constituit. Morbo decessit, quadragesimo[c] [et] tertio imperii anno.

4. Huic successit Tullus[d] Hostilius.[c] Hic bella reparavit;[d] Albanos vicit, qui ab urbe Roma XII. milliario sunt:[e] Veientes et Fidenates,[e] quorum alii[f] sexto[g] milliario absunt [ab urbe Roma,[g]] alii[g] octavo decimo, bello superavit: urbem ampliavit, adjecto Cœlio monte.[h] Cum triginta[f] duobus annis regnasset, fulmine ictus,[i] cum domo[c] sua arsit.

5. Post hunc Ancus Marcius, Numæ ex filia nepos,[j] suscepit imperium.[k] Contra Latinos dimicavit:[l] Aventinum montem civitati adjecit, et Janiculum:[m] apud[h] Ostium civitatem[n] supra[i] mare sexto decimo milliario ab urbe Roma condidit. Vigesimo[k] quarto anno imperii morbo periit.

2. 3. *supputatione*; E. autem et Lugd. Bat. 1. *disputatione*.—[c] *Quadragesimo primo* B. V. G. S. Lugd. Bat. 2. sed 3. pro *Quadragesimo tertio* tantum XII.—[d] *Tullius* B. V. Lugd. Bat. 4.—[e] Al. *absunt ab Urbe Romana*. 12. *milliario sunt* A. et H.—[g] *Septimo* N. M. B. G. V. Lugd. Bat. 2. *Sex.* 3.—[f] Forsan inclusa verba tollenda, quod proxime affuerant. Neque Metaphrastes agnoscit.—[f] XXXIII. LC. XXII. Lugd. Bat. 1. *Triginta et duos annos* Lugd. Bat. 2. 3. 4. sed 2. *Qui cum, &c.*—[c] *Cum sua familia* Lugd. Bat. 3.—[h] Ita in notis Vinetus correxit, suadente *apud* particula. *Apud Hostiam* N. L. Vi. Sch. G. LC. B. S. Lugd. Bat. 1. minus recte. Hoc enim coloniæ nomen fuit, quod cum *apud* non cohæret. *Apud Hostiam* etiam Lugd. Bat. 2. 3. *Deinde Hostiam* 3.—[i] Hæc *supra mare* desunt in Lugd. Bat. 3.—[k] XXIII. S. N. M. B. Lugd. Bat. 2. 3. 4.

NOTÆ

nis annorum omnium spatiis, dies congruerent.'

[b] *Instituta Romæ sacra*] 'Ille sacra et cærimonias omnemque cultum Deorum immortalium docuit.' Flor. I. 2.

[c] *Tullus Hostilius*] Anno U. C. 81.

[d] *Bella reparavit*] A Romulo incepta, et a Numa intermissa.

[e] *Veientes et Fidenates*] Illi jam antea a Romulo victi, ut supra vidimus, sed postea a Romanis desciverant. Vide Liv. I. 27.

[f] *Quorum alii*] Fidenates.

[g] *Alii*] Veientes.

[h] *Adjecto Cœlio monte*] Liv. I. 30. 'Cœlius additur urbi mons, et quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullius regiæ capit, ibique deinde habitavit.'

[i] *Fulmine ictus*] Aurelius Victor: 'Et dum Numam Pompilium sacrificiis imitatur, Jovi Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagravit.' Ubi vide a me annotata editionis meæ p. 32.

[j] *Numæ ex filia nepos*] Ita Livius, Florus, et alii. Plutarch. ex sorore Numæ natum Marcium dicit.

[k] *Suscepit imperium*] Ann. mundi 3311. ante Ch. nat. 637. ab U. C. 118.

[l] *Contra Latinos dimicavit*] Politorium urbem cepit, eamque postea diruit: eos acie vicit et ingenti præda potitus Romam rediit. Liv. I. c. 33.

[m] *Aventinum montem, &c. et Janiculum*] 'Aventinum et Janiculum montes urbi addidit.' Victor. Aventinum, propter novam civium multitudinem

6. Deinde regnum Priscus Tarquinius accepit.[o] Hic numerum senatorum duplicavit;[p] circum[q] Romæ ædificavit;[q] Ludos Romanos[r] instituit,[m] qui ad nostram memoriam permanent. Vicit idem etiam Sabinos:[s] et non parum[n] agrorum,[t] sublatum iisdem, urbis Romæ territorio adjunxit;[o] primusque triumphans urbem[p] intravit.[u] Muros fecit,[v] et cloacas;[q w] Capitolium inchoavit. Trigesimo[r] octavo imperii anno per Anci filios[s] occisus est,[x] regis ejus, cui ipse successerat.

7. Post hunc Servius[t] Tullius suscepit imperium,[y] geni-

xxxiii. V. *Vigesimo et quarto* Lugd. Bat. 1.—[l] *Circulum* Lugd. Bat. 4.—[m] *Constituit* V.—[n] *Parvum* Lugd. Bat. 1.—[o] *Junxit* L. Bat. 1. 2. 3. 4. 5.—[p] Pro *urbem* legunt Lugd. Bat. 2. 3. 5. *Romam*.—[q] *Cloacas* deleto *et* L. B. 1.—[r] xxvii. N. xxxvii. M. B. G. HM. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[s] *Ab Anci filio* Lugd. Bat. 3. qui mox *ejus* delet.—[t] Transponit hæc Lugd. Bat. 1. *Servius*

NOTÆ

Janiculum, non inopia loci, sed nequando ea arx hostium esset. Id non muro solum, sed etiam ob commoditatem itineris, ponte sublicio tum primum in Tiberi facto conjungi urbi placuit. Liv.

[n] *Ostium civitatem*] 'Ostiam coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in ostia Tiberis deduxit.' Victor.

[o] *Priscus Tarquinius accepit*] Ann. mundi 3335. ante Ch. n. 618. ab U. C. 138.

[p] *Numerum Senatorum duplicavit*] Centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati. Livius.

[q] *Circum Romæ ædificavit*] Circum maximum.

[r] *Ludos Romanos*] Ludi Romani *magni* dicti, quod magnis Diis Jovi, Junoni et Minervæ fierent.

[s] *Vicit idem Sabinos*] Tribus præliis cum illis pugnavit. Vide Liv. i. 36. et 37.

[t] *Et non parum agrorum*] Collatia et quicquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademtum. Liv.

[u] *Primusque triumphans urbem intravit*] Atqui jam tertio Romulus triumpharerat. Non potuit igitur primus triumphare Tarquinius, sed hoc ita intelligendum est, nempe Romulum ovantem urbem ingressum, et Tarquinium vere triumphantem, et quadrigis invectum; quare optime Florus, 'Inde,' inquit, 'quod aureo curru quatuor equis triumphatur.'

[v] *Muros fecit*] Muro lapideo, cujus exordium bello Sabino turbatum fuerat, post devictos Sabinos urbem cinxit.

[w] *Cloacas*] Opus vere regium, in quo naves grandiores ultro citroque libero cursu commeare poterant. Bene illas descripsit Vigenerus ad Livium.

[x] *Per Anci filios occisus est*] Ejus sceleris ministri duo pastores. Vid. Liv. i. 40.

[y] *Suscepit imperium*] Ann. mundi 3378. ante Ch. nat. 576. ab U. C. 176.

tus ex nobili fœmina: captiva[a] tamen, et famula.[a] Hic quoque Sabinos subegit:[a] montes tres, Quirinalem, Viminalem, Esquilinum,[b] urbi adjunxit; fossas circa murum [c]duxit.[c] Primus omnium censum[e] ordinavit,[d] qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sub eo Roma, omnibus in censum delatis, habuit capitum[g] LXXXIII.[g] millia civium Romanorum, cum his, qui in agris erant. Occisus est[g] XLV.[g] imperii anno, scelere generi sui Tarquinii,[f] filii ejus regis, cui ipse successerat; et [filiæ [f]suæ,[f] quam Tarquinius habebat uxorem.

8. Lucius[g] Tarquinius Superbus,[g] septimus atque ultimus regum, Volscos[e] (quæ gens ad Campaniam euntibus

---

Tullus 2.—[a] *Ancilla, regnavitque annis* XXXIV. *Hic* M. N. HM. *Ancilla, regnavitque annis* XXXIII. *Hic* E. *Ancilla.* L. Bat. 1. 5.—[a] Exciderunt hæ quatuor voces ex L. B. pr. et sec.—[e] *Census* G. et mox *incogniti erant.*—[g] *Capita* LXXXII. Lugd. Bat. 2. LXXXIIII. 3. 4. sed 5. *habita sunt capita* LXXXIV. deleto *millia. capita* LXXX. G. mox *virorum* pro *civium* Lugd. Bat. 1. Et sic Livius I. 44. *Capita* LXXXVIII. F. V. S. *Capita* LXXXIII. L.—[g] Delet *est* Lugd. Bat. 1.—[g] XLII. Lugd. Bat. 1. 4. At 3. delet: uti et N. M. LC. S. L. G. V. HM.—[f] *Superbi* additur in Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. 5.—[f] Pronomen, quod a nostris Mss. abest, additum est ex ed. Vi.—[d] *Lucius dehinc* Lugd. Bat. 2. *Dehinc Tarquinius* 3. omisso *Lucius.* Addunt *invasit imperium* lidem Cod.—[e] *Vulscis*

NOTÆ

[a] *Ex nobili fœmina: captiva*] Ex Ocrisia, quæ in hostium potestatem devenerat capto Corniculo. Vide quæ apud Florum olim dicta sunt p. 13.

[a] *Sabinos subegit*] Cum Veientibus tamen et Etruscis pugnasse Ser. Tullium tradit Livius.

[b] *Quirinalem, Viminalem, Esquilinum*] Victor: 'collem Quirinalem et Viminalem et Esquilias urbi addidit.' Vide ibi notata p. 37.

[c] *Fossas circum murum duxit*] 'Aggere, et fossis, et muro circumdat urbem.' Liv.

[d] *Primus omnium censum ordinavit*] Census dicebatur æstimatio bonorum secundum quam tributa solvebantur. Quare Liv. 'Censum,' inquit, 'instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisque munia, non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent.'.

[e] *Habuit capitum* LXXXIII.] Livius LXXX. civium millia censa dicit.

[f] *Et filiæ suæ*] Tulliæ, quæ supra cruentum patrem currum egit, cum in regiæ domus possessionem acceleraret; postquam virum suum regem salutaverat. Vide Victorem p. 38. et Florum p. 14. ubi vere me legisse arbitror *salutarat* pro *salutaret*, quod a Victore ita plane explicatur, et a Feste comprobatur duobus locis, in voce *orbius civus*, et in *sceleratus vicus.*

[g] *Lucius Tarquinius Superbus*] Imperium suscepit anno mundi 3417. ante Ch. nat. 531.

non longe ab urbe est) vicit; Gabios civitatem,[h] et Suessam [i]Pometiam[f] subegit; cum Tuscis pacem fecit; et templum Jovi[g] in Capitolio [j]ædificavit.[k] Postea Ardeam[k] oppugnans, in octavo decimo milliario ab urbe[l] positam civitatem, imperium perdidit. Nam cum filius ejus, et ipse Tarquinius junior,[l] nobilissimam[k] fœminam Lucretiam, eandemque pudicissimam, Collatini uxorem, stuprasset, eaque de injuria marito, et patri, et amicis[m] questa fuisset, in omnium conspectu se occidit. Propter quam causam Brutus, parens et ipse[n] Tarquinii,[l] populum concitavit, et Tarquinio ademit imperium. Mox exercitus quoque eum, qui civitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit: veniensque ad urbem rex portis clausis exclusus est. Cumque imperasset annos viginti[m] quinque, cum uxore et liberis suis fugit. Ita Romæ regnatum est[n] per septem reges annis du-

Lugd. Bat. 1. 2. 5.—*f Pometiamque* Lugd. Bat. 2. et mox *nono* pro *octavo*.—*g Jovis* Lugd. Bat. 1.—*h* Supra cap. 6. ait Priscum Tarquinium Capitolium inchoasse. Hic igitur legendum est *exædificavit*, nisi hoc *ædificavit* interpreteris, *absolvit, perfecit:* prout Livius L. 1. c. 53. 'ædificationem' pro *exædificationem* posuit.—*i Roma* inserunt Lugd. Bat. 1. 2. 3. *Romana* 5.—*k* Ita interpres et plerique codd. nostri: edd. vulgg. autem, et Lugd. Bat. 1. *nobilissimi Collatini uxorem stupr.* 2. 3. 4. autem *nobilissimam Collatini uxorem.* 5. *nobilissimam Lucretiam Collatini uxorem.*—*l* Ita G. B. S. L. F. et Gr. Sed vulg. *Brutus, parens et ipse Tarquinius*, quasi tres concitatores fuerint, cum verbum *concitavit* non nisi unum admittat. At Lugd. Bat. 1. exhibet *ipsi*, quasi vellet, *et ipsi Tarquinio;* qui quoque proximum *et* delet. *Tarquinius* Lugd. Bat. 3. 4.—*m* XXXV. Lugd. Bat. 3. 4. 5. P. V. B. N. G. XXIV. LC. L. F. Gr. Dionysius Hal. a vulg. non aberrat: sed Lugd. Bat. 2. XXX.—*n Est* abest a L.

NOTÆ

h Gabios civitatem] Inter Latinam viam et Valeriam in via Prænestina ad XX. ab urbe milliarium.

i Suessam Pometiam] Volscorum caput.

j Templum Jovi in Capitolio ædificavit] Supra c. 6. ait Priscum Tarquinium Capitolium inchoasse. Hic igitur legendum est *exædificavit*, ut optime pater meus, nisi hæc *ædificavit* interpreteris, absolvit, perfecit. De eodem Livius, 1. 55. 'Tarquinios reges ambos, patrem vovisse, filium perfecisse.' Nam et idem Livius c. 53. *ædificationem*, pro *exædificatione*, posuit, de eodem loquens; 'captivam pecuniam in ædificationem ejus templi seposuit.'

k Ardeam] Rutulorum urbem CLX. stad. ab urbe.

l Et ipse Tarquinius junior] Nempe *dictus*. Nam cum filius ejus, qui et ipse Tarquinius dicebatur, &c. Sextum Tarquinium vocat Livius.

m Amicis] Pub. Valerio Volesi filio et L. Junio Bruto. Vide Liv. 1. 58.

n Brutus, parens et ipse Tarquinii] Sic scribe, addita virgula, *Brutus,*

centis quadraginta tribus,[o] cum adhuc Roma, ubi plurimum, vix usque ad quintum decimum[p] milliarium possideret.

9. Hinc Consules cœpere[q] pro uno rege[o] duo hac causa creari;[p] ut, si unus malus esse voluisset, alter eum,[q] habens potestatem similem, coërceret. Et placuit, ne imperium longius, quam annum[r] haberent,[s] ne per diuturnitatem[r] potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent,[s] qui se post annum scirent futuros[t] esse privatos. Fuerunt igitur anno primo, expulsis regibus, coss. L. Junius Brutus, (qui maxime egerat, ut Tarquinius pelleretur[u]) et Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiæ. Sed Tarquinio Collatino statim sublata dignitas[w] est: placuerat enim, ne quisquam[t] in urbe maneret,[x] qui Tarquinius vocaretur. Ergo,[y] accepto

Bat. ccccxiii. Lugd. Bat. 3. cccch. 5.—[o] *Regnare duo* 5.—[p] *Creati* Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[q] *Alterum hab.* Lugd. Bat. 1. *Alter vero* 2.—[r] *Annum unum* habet Burd. Impressi alii. At Lugd. Bat. 2. *annuum.* Lugd. Bat. 1. 3. 4. *annum.* —[s] *Habeant* Lugd. Bat. 1.—[t] Delent *futuros esse* Lugd. Bat. 3. 4. 5. sed 2. mox legit *probatos.*—[u] *Egerat ut Tarquinius Collatinus maritus Lucretiæ crearetur* N. G. M. L. V. Gr.—[w] *Est dignitas* L. Bat. 1. 2. 3.—[x] *Remaneret.* Lugd. Bat. 4. 5.—[y] *Qui* L. Bat. 1.—[z] *In loco* Lugd. Bat. 2. 3.—[a] *Lucius Valerius*

NOTÆ

parens, et ipse Collatinus; atque ita tres erunt. Qui autem *parens* dicitur, ille est *Spurius Lucretius Tricipitinus.*

[o] *Annis ducentis quadraginta tribus*] Ita Solinus. Unum tantum annum addit Livius.

[p] *Vix usque ad quintum decimum*] Veientes tamen subegerant, qui decimo octavo ab urbe milliario positi; sed ii tunc Tarquiniorum partes sequebantur.

[q] *Consules cœpere*] Ann. mundi 3442. ante Ch. nat. 506. ab U. C. 245.

[r] *Ne per diuturnitatem*] 'Quippe ex perpetuo annuum placuit, ne potestas solitudine vel mora corrumperetur.' Flor.

[s] *Sed civiles semper essent*] Civilis, et civilitas, non est id quod Gallice sonat. Princeps *civilis* est, qui non tyrannus, non ferox, non impotens est. Contra *incivilis* ille dicitur, qui cives et populos suos pro belluis habet, &c. quales olim Caligula, Nero, Domitianus, et alia id genus sæculi sui dehonestamenta, pestes, Alastores. *Civilis* autem princeps est, in quo Vespasianum, Titum, et M. Aurelium Antoninum agnoscas. *Pater meus.*

[t] *Placuerat enim, ne quisquam*] 'Consulis enim alterius quum nihil aliud offenderit, nomen invisum civitati fuit.' Liv. Alii non propter nomen tantum civitati invisum, sed quod pro filiis sororis Tarquinios in urbem reducere tentantibus deprecatus esset. Plutarch. in Poplicola.

omni patrimonio suo, ex urbe migravit:[u] et[t] loco ipsius factus est[v] Valerius Publicola consul. Commovit tamen bellum urbi Romæ rex Tarquinius, qui fuerat expulsus: et collectis multis gentibus,[x] ut in regnum posset restitui, dimicavit.

10. In prima pugna Brutus consul, et Aruns[y] Tarquinii filius, invicem se occiderunt.[w] Romani tamen ex ea pugna[z] victores recesserunt. Brutum Romanæ matronæ, defensorem pudicitiæ suæ, quasi communem patrem, per annum[y] luxerunt. Valerius Publicola Sp. Lucretium Tricipitinum collegam sibi fecit, Lucretiæ patrem: quo morbo mortuo, iterum Horatium[c] Pulvillum collegam sibi sumsit.[d] Ita primus annus quinque consules[a] habuit: cum Tarquinius Collatinus urbe cessisset[e] propter nomen, Brutus[f] prælio perisset, Sp. Lucretius morbo mortuus esset.

11. Secundo quoque anno iterum Tarquinius, ut reciperetur in regnum, bellum Romanis intulit, auxilium ei ferente Porsena[g] Tusciæ rege: et Romam pæne cepit.[h] Verum tum[h] quoque victus est. Tertio anno post reges exactos, Tarquinius, cum suscipi non posset in regnum, neque

N. G. M. L. V. Lugd. Bat. 2. 4.—[b] *Arruns* N. M. S. LC. Lugd. Bat. 1. 2.—[c] *Oratium* Lugd. Bat. 1. 3. 4.—[d] *Suscepit* Lugd. Bat. 4.—[e] *Propter nomen urbe cessisset* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[f] *In prælio* Lugd. Bat. 2. 5.—[g] *Porsenna* Lugd.

NOTÆ

[u] *Ex urbe migravit*] Seque Lavinium transtulit. Liv.

[v] *Collectis multis gentibus*] Veientibus et Tarquiniensibus.

[w] *Invicem se occiderunt*] Eorum pugnam lege apud Livium II. 6.

[x] *Romani tamen ex ea pugna*] Narrat Livius, æquo Marte pugnatum esse, et dextra utrimque cornua vicisse; sed, silentio proximæ noctis, ex Sylva Arsia ingentem editam vocem, Sylvani eam vocem creditam, hæc dicta, *uno plus Etruscorum cecidisse in acie, vincere bello Romanum.* Ita inde abiisse Romanos ut victores, Etruscos vero pro victis. Idem Plutarch. in Poplicola.

[y] *Quasi communem patrem, per annum*] Livius: 'sed multo majus morti decus publica fuit mœstitia, eo ante omnia insignis, quia matronæ annum ut parentem eum luxerunt.'

[z] *Ita primus annus quinque Consules*] Alii tamen Consulatum Pulvilli in sequentem annum deducunt.

[a] *Et Romam pæne cepit*] Quippe Janiculum primo impetu ceperat, et Romam quoque cepisset, nisi eum Horatius pro ponte sublicio moratus esset.

ei[i] Porsena, qui pacem cum Romanis fecerat, auxilium præstaret, Tusculum se contulit, quæ civitas non longe ab urbe est: atque ibi per quatuordecim annos[b] privatus cum uxore consenuit.[k] Quarto anno[c] post reges exactos, cum Sabini Romanis bellum intulissent, victi sunt, et de his triumphatum[l] est. Quinto anno, Valerius[d] ille Bruti collega, et IV. CON. fataliter[e] mortuus est; adeo pauper,[m] ut, collatis a populo nummis, sumtum habuerit sepulturæ: quem matronæ, sicuti[n] Brutum,[f] annum[o] luxerunt.

12. Nono anno post reges exactos, cum gener Tarquinii, ad injuriam soceri vindicandam, ingentem collegisset exercitum, nova Romæ dignitas est creata,[g] quæ Dictatura appellatur,[p] major quam[q] consulatus.[h] Eodem anno etiam

Bat. 2. 4. 5.—[k] *Tunc* Lugd. Bat. 1.—[l] *Ei* abest a L. Bat. 1. et mox leg. *præstaret auxilium:* et sic 2. 3. qui pro *ei* legit *enim.*—[k] Sic N. M. LC. B. L. G. V. F. P. pro Vineti et Lugd. Bat. *pervenuit.*—[l] *Est triumphatum* Lugd. Bat. 1. 4. 5.—[m] *Pauper factus* L. Bat. 1. pro *ut* 2. *ex* legit.—[n] *Sicut* Vulg. *secutæ* Lugd. Bat. 1. quod ex *sicuti* ortum videtur, quemadmodum legunt Codd. 2. 3. 4. 5.—[o] *Per annum* Lugd. Bat. 4. sed 3. delet *annum.*—[p] *Appellabatur* Lugd.

NOTÆ

[b] *Atque ibi per quatuordecim annos*] Livium potius sequor, qui scribit Tarquinium anno exilii decimo quarto Cumis mortuum, quo se ad Aristodemum Tyrannum contulerat.

[c] *Quarto anno*] 'Consules deinde Marc. Valerius Volusius et P. Postumius Tubertus: eo anno bene pugnatum cum Sabinis: Consules triumpharunt.' Liv. II. 16.

[d] *Quinto anno, Valerius*] Sæpe legitur *Lucius Val.* Scilicet, *Lucium* vocat, quem alii Publium. Neque verum est eum in Consulatu decessisse, sed anno sequenti, nempe sexto a pulsis regibus: Liv. II. 16. 'Publius Valerius, omnium consensu, princeps belli paciaque artibus, anno post, Agrippa Menenio, P. Postumio Consulibus, moritur gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeris sumtus deesset. De publico est elatus.'

[e] *Fataliter*] Id est, fato suo, non properata morte.

[f] *Quem matronæ, sicuti Brutum*] Luxere matronæ ut Brutum. Liv. Vide apud Victorem p. 44.

[g] *Nova Romæ dignitas est creata*] Liv. anno octavo a pulsis regibus Dictatoris creandi mentionem factam dicit, sed nec quo anno, nec quibus Consulibus, nec quis primus creatus sit satis constare, se tamen apud veterrimos auctores T. Lartium Dictatorem primum, Spurium Cassium Magistrum equitum creatos invenisse. Eosdem nominat Dionysius, sed eos anno undecimo creatos significat, Coss. T. Lartio Flavo II. et Q. Cloelio.

[h] *Dictatura appellatur, major quam consulatus*] Dictator enim omnia suo arbitrio gerebat, nullaque ab ipso provocatio. *Dictum* enim apud veteres illos Latinos summum imperium

Magister Equitum factus est, qui dictatori obsequeretur. Neque quicquam similius potest dici, quam dictatura antiqua huic imperii potestati,[r] quam nunc Tranquillitas vestra habet: maxime cum Augustus quoque[s] Octavianus, de quo postea dicemus, et ante eum Caius Cæsar, sub dictaturæ nomine atque honore regnaverit.[t] Dictator autem Romæ primus fuit Largius:[u] Magister equitum primus Sp.[v] Cassius.

13. Sexto decimo anno[i] post reges exactos, seditionem populus Romæ[w] fecit, tanquam a senatu atque [j]consulibus[x] premeretur. Tum[z] et ipse sibi[a] Tribunos [k]plebis,[b] quasi proprios judices et defensores creavit; per quos contra senatum et consules tutus esse posset.

14. Sequenti anno[l] Volsci[c] bellum[d] reparaverunt, et victi[e] acie, etiam Coriolos civitatem, quam habebant optimam, perdiderunt.

15. Octavo decimo anno[m] post ejectos[f] reges expulsus ex urbe[n] Quintus[g] Marcius, dux Romanorum, qui Coriolos

---

Bat. 3. *est appellata* 4.—[q] *Quam* delet Lugd. Bat. 1.—[r] *Huic imperii potestate* L. Bat. 1.—[s] Delet *quoque* Lugd. Bat. 3. mox *Octavius*.—[t] *Regnaverunt* Lugd. Bat. 1.—[u] Ita Codd. Mss. et pleræque edd. Alii *Lartius*. *Largus* Lugd. Bat. 2. et A. et H. *Larcius* 3. 4.—[v] *Papirius Cassius* Lugd. Bat. 1.—[x] *Romanus* L. Bat. 1.—[y] *A Cons.* Lugd. Bat. 2. 3. *opprimeretur* 2.—[z] *Cum* Lugd. Bat. 2. *Tunc* 3.—[a] Delent *sibi* Lugd. Bat. 2. 4.—[b] *Plebi* Lugd. Bat. 1.—[c] *Vulsci* Lugd. Bat. 1. 3. 5. *Vulsi* 2. semper.—[d] Addunt vulgo *contra Romanos*. Sic etiam Lugd. Bat. 2. 3. 4. quæ verba omisimus cum Merula, qui Schonovium secutus est.—[e] *Victi et capti* L. Bat. 1.—[f] *Post reges ejectos* Lugd. Bat. 1. *postquam reges ejecti erant* ceteri Codd.—[g] Alii *Quintius*, refragantibus Codd.

NOTÆ

significabat. Virgil. Æneid. VI. 'Hic ego namque tuas sortes arcanaque fata Dicta meæ genti ponam.'

[i] *Sexto decimo anno*] Idem Livius, qui scribit per secessionem plebis Spurium Cassium et Postumium Cominium Consulatum iniisse.

[j] *Tanquam a Senatu atque Consulibus*] Querebatur plebes se tributis et militia premi.

[k] *Tribunos plebis*] C. Licinium et L. Albinum, quibus auxilii latio adversus consules erat.

[l] *Sequenti anno*] Alii tamen Coriolos captos scribunt anno superiori. Et ita Livius II. 33.

[m] *Octavo decimo anno*] M. Minucio et A. Sempronio Coss. Livius II. 34.

[n] *Expulsus ex urbe*] Quod Plebem colere agros juberet, eique post gravissimam annonam frumentum magno pretio curaret, et ut eo malo domita patribus restitueret, quod vi et seditione extorserat, nempe Tribunos

ceperat, Volscorum civitatem, ad ipsos Volscos contendit[o] iratus; et auxilia contra Romanos accepit, Romanosque[h] sæpe vicit, usque ad quintum milliarium urbis accessit,[p] oppugnaturus etiam patriam,[i] legatis, qui pacem petebant, repudiatis,[q] nisi ad eum mater Veturia[k] et uxor [r]Volumnia[l] ex urbe venissent: quarum fletu et deprecatione[m] superatus, removit exercitum.[s] Atque hic secundus post Tarquinium fuit, qui dux contra patriam suam esset.

16. Cæsone Fabio[t] et Tito Virginio[n] coss. trecenti[u] nobiles[v] homines, qui ex Fabia[q] familia erant,[v] contra Veientes bellum soli[r] susceperunt, promittentes senatui et populo, per se omne certamen implendum. Itaque profecti omnes nobiles, et qui singuli[w] magnorum exercituum duces esse

---

Mss. *Martius* Lugd. Bat. 1. 4.—[h] *Romanus* Lugd. Bat. 2. 3. *Romanosque.* Sic Lugd. Bat. 1. 2. 3. sed 4. 5. delent.—[i] Alii, ut Lugd. Bat. 1. *patriam suam.*—[k] *Veteris* Lugd. Bat. 4.—[l] *Dolumnia* M. LC. G. L. *Velumnia* Lugd. Bat. 2.—[m] *Precatione* L. Bat. 1. 2. *quarum ex precatione* 3. *Fletu* delent 2. 3. et mox *exercitus* exhibent.—[n] *Gaio Flavio et Lucio Virginio* G. M. S. B. N. V. *Gaio Favio et L. V.* F. G. *Fabio et L. Virginio* Lugd. Bat. 1. *Gajo Favio, Lucio Virgilio* Liv. *Gajo Flavio et Lucio* Lugd. Bat. 2. 4. 5. *Cajo Flavio et Lucio* 3.—[o] cccc. S. N. B. Livius ponit cccvi. *acti* pro ccc. Lugd. Bat. 2.—[p] *Humiles* interserit Lugd. Bat. 1.—[q] *Flavia* Lugd. Bat. 2. *Favea* 5.—[r] Deest *soli* L.—

NOTÆ

suos. Vide Liv. II. 34. et notata ad Florum p. 42.

[o] *Ad ipsos Volscos contendit*] 'Damnatus absens in Volscos exnlatum abiit, minitans patriæ, hostisque jam tum spiritus gerens.' Liv. II. 35.

[p] *Usque ad quintum milliarium Urbis accessit*] Multis oppidis captis postremum a Pedo ad Urbem ducit, et ad fossas Cluilias quinque ab Urbe millia passuum castris positis, populatur inde agrum Romanum. Liv. II. 39.

[q] *Legatis, qui pacem petebant, repudiatis*] Legati primo atrox responsum retulere. Iterum iidem missi non recipiuntur in castra; missi deinde Sacerdotes cum infulis et aliis insignibus, sed nihilo magis quam Legati animum flexere. Livius ibid.

[r] *Et uxor Volumnia*] Duos parvos ex Marcio ferens filios secum, et matronarum numero comitata. Vide apud Victorem p. 46.

[s] *Removit exercitum*] Annuis tantum induciis factis.

[t] *Cæsone Fabio*] Cæso Fabius tunc tertio Consul fuit, anno mundi 3472. ante Ch. Nat. 476. ab U. C. 275. Vide Florum, p. 24.

[u] *Trecenti nobiles*] Sex et trecentos ponit Livius.

[v] *Ex Fabia familia erant*] 'Ibant unius familiæ viribus Veienti populo pestem minitantes.' Sed hic Liv. ût Eutrop. *familiam* dicit pro *gente*.

[w] *Omnes nobiles, et qui singuli*] Ex Livio: 'Omnes Patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus Senatus.'

deberent, in prælio considerunt.[v] Unus omnino[x] superfuit ex tanta familia, qui propter ætatem puerilem duci non [y]potuerat[y] ad pugnam. Post hæc census in urbe habitus est, et inventa sunt civium capitum CXIX. millia CCCXIX.[w]

17. Sequenti[w] anno,[z] cum in Algido[a] monte, ab urbe duodecimo ferme[c] milliario, Romanus[y] obsideretur exercitus, L. Quintius[z] Cincinnatus dictator est factus: qui agrum quatuor jugerum[b] possidens, manibus suis colebat. Is cum in opere et arans esset inventus, sudore deterso,[c] togam [d]prætextam[a] accepit, et[b] cæsis hostibus[e] liberavit exercitum.

18. Anno CCC. et altero ab urbe condita,[f] imperium con-

---

[v] *Occiderunt* Lugd. Bat. 2. 3.—[x] *Poterat* Lugd. Bat. 1. *poterit* 2.—[y] *Capita civium* CXVII. millia, CCCXIX. Lugd. Bat. et N. B. Gr. *Civium capita centum millia, trecenti, decemnovem* F. *civium centum decem et octo millia, trecenti decem et novem* G. *Civium capita* CCCCXIX. L. LC. *Centum decem et septem millia, trecenti decem et octo* HM. *Inventa sunt* CXVII. CCCXVIII. Lugd. Bat. 2. 4. *Inventa sunt civium* CCCXVII. 3. *Inventa sunt civium* CXVII. *millia* XIX. 5.—[w] *Tamen* inserit Lugd. Bat. 2.—[z] *Fere* Lugd. Bat. 2. *Miliario ferme* 3.—[y] *Magnus* Lugd. Bat. 1.—[z] *Quintus* Lugd. Bat. 1. 2. 4.—[a] *Prætextatam* G. L. B. V. M. P. N. LC. Lugd. Bat. 5. Sed etiam Cicero *togam prætextam* dixit. *testutam* Lugd.

NOTÆ

[x] *Unus omnino*] Hoc, etiamsi ab aliis omnibus sæpius positum fuerit, falsum est tamen.

[y] *Qui propter ætatem puerilem duci non potuerat*] ‘Fabii cæsi ad unum omnes, præsidiumque expugnatum. CCCVI. periisse satis convenit, unum prope puberem ætate relictum, stirpem genti Fabiæ, dubiisque rebus Populi Romani sæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium.’ Liv. II. 50. Is erat Fabius Quintus. Liv. III. 1.

[z] *Sequenti anno*] Certe hic gravissime in tempore peccat Eutropius. Falsum est enim Quintium Cincinnatum Dictatorem creatum sequenti anno post interfectos Fabios: quippe Romanis ea clades accepta anno mundi 3474. Cincinnatus vero cum Volscis et Sabinis pugnavit ann. mundi 3493. ante Ch. Nat. 455. ab U. C. 296. Coss. L. Minucio et C. Nautio. Vide Liv. III. 25.

[a] *In Algido*] Algidum, Æquorum oppidum et mons.

[b] *Qui agrum quatuor jugerum*] ‘L. Quintius trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc Navalia sunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur.’ Liv. III. 26.

[c] *Sudore deterso*] Absterso pulvere et sudore, toga velatus processit. Liv. ibid.

[d] *Togam prætextam*] Cui prætexta erat purpura.

[e] *Cæsis hostibus*] Intra decimumsextum diem. Vide apud Victorem p. 45.

[f] *Anno* CCC. *et altero ab urbe condita*] Liv. III. 33. ‘Anno trecentesimo altero quam condita Roma erat, iterum mutatur forma Civitatis, ab Consulibus ad Decemviros, quemad-

sulare cessavit, et pro duobus coss. decem facti sunt, qui summam potestatem[g] haberent, Decemviri nominati.[e] Sed cum primo anno bene egissent, secundo unus [h]ex iis[d] Appius Claudius Virginii cujusdam, qui honestis jam stipendiis[i] contra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem corrumpere voluit: quam pater occidit,[j] ne stuprum a decemviro sustineret; et regressus ad milites, movit tumultum. Sublata est decemviris[e] potestas, ipsique damnati sunt.[k]

19. Anno trecentesimo decimo[f] quinto[l] ab urbe condita, Fidenates contra Romanos rebellaverunt.[g] Auxilium præstabant his Veientes, et[h] rex Veientium Tolumnius:[i] quæ ambæ civitates tam[k] vicinæ urbi sunt, ut Fidenæ sexto,[m]

Bat. 2.—[b] Abest *et* a L. Bat. 1.—[c] *Ac Decemviri nominati sunt* Lug. Bat. 2. 3. —[d] *His* L. Bat. 1. et 3. qui *unus* delet.—[e] *Decemviri* Lugd. Bat. 2. 4.— [f] CCCXII. G. Livius Fidenas contra Romanos rebellasse dicit coss. Mamerco Æmilio, L. Quintio, et L. Julio Julo, anno ab urbe condita CCCXVII. CCC. *et* XV. Lugd. Bat. 1. CCCCXV. Reliqui.—[g] *Bellaverunt* L. Bat. 1.—[h] Abest *et* a Lugd. Bat. 1.—[i] *Tolomius* Lugd. Bat. 1. *Tolomnius* 3. sed a *Tolumnius* usque ad *octavo* desunt in 2. et corrupte in 3. *ut Fidenæ ut Venientum Octavo decimo.*

NOTÆ

modum ab Regibus ad Consules venerat, translato imperio.' Romæ regnatum a Regibus annis 243. a Consulibus annis 58.: qui anni superiorem summam efficiunt. Tunc Consules fuere C. Menenius et P. Sestius. Vide Liv. III. 33. et 34.

[g] *Qui summam potestatem*] Decimo quoque die jus populo singuli reddebant. Eo die penes Præfectum juris fasces duodecim erant, Collegis novem singuli accensi apparebant. Liv. ibid.

[h] *Secundo unus ex iis*] Vide Liv. III. 35. et 36. Vide et apud Victorem p. 48.

[i] *Qui honestis jam stipendiis*] Certe legendum *tum* pro *jam*. Tunc enim in Algido militabat Virginius, et honestum ordinem ducebat. Liv. III. 44.

[j] *Quam pater occidit*] Cum Virginius nihil usquam auxilii videret, desertaque præda injuriæ puella staret, secretum et ultimum alloquium ab Appio petivit, tanquam coram ea nutricem percontari vellet, quid hoc rei esset; eaque impetrata venia seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad Tabernas, quibus nunc Novis est nomen, atque ibi ab lanio cultro arrepto: 'Hoc te uno, quo possum,' ait, 'modo, filia, in libertatem vindico.' Pectus deinde puellæ transfigit. Liv. III. 48.

[k] *Ipsique damnati sunt*] Eos aut morte aut exilio puniernnt: Appius Claudius in carcere necatus. Victor.

[l] *Anno trecentesimo decimo quinto*] A Livio diversus abit. Livius enim Fidenas contra Romanos rebellasse dicit Coss. Mamerco Æmilio, L. Quintio, et L. Julio Julo, ann. ab Urbe condita 317.

[m] *Ut Fidenæ sexto*] Pro *sexto* vulgo

Veientes[f] XVIII. milliario absint. [m]Conjunxerunt se[n] his et Volsci: sed Mamerco[o] Æmilio dictatore,[n] et L. Quintio Cincinnato magistro equitum,[o] victi, etiam regem perdiderunt. Fidenæ captæ, et [p]excisæ.[p]

20. Post XX. deinde[q] annos[q] Veientani rebellaverunt. Dictator contra ipsos missus est Furius Camillus, qui primum eos vicit acie: mox etiam civitatem diu [r]obsidens[r] cepit, antiquissimam Italiæ atque[s] ditissimam.[s] Post eam cepit[t] et Faliscos,[u] non minus nobilem civitatem; sed commota est ei invidia,[v] quasi prædam male divisisset:[w] dam-

—[k] Abest *tam* a Lugd. Bat. 1.—[l] Sic N. LC. Burd. et Gr. alii VII. In S. M. et HM. *ut Fidenæ et Veientum* XVIII. Vinetus autem pro *Veientes* suspicatur legendum *Veii.* XVI. *mill.* Lugd. Bat. 1.—[m] *Hic conj.* Lugd. Bat. 1.—[n] *Sese et* Lugd. Bat. 4.—[o] Alii *Marco* mallent, sed perperam.—[p] *Fidena capta et excisa* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[q] Alii XX. *inde an.* uti et Lugd. Bat. 5. XX. *deinde a.* Lugd. Bat. 1. *Post vigesimum inde annum* Lugd. Bat. 4.—[r] *Veientium* addit Lugd. Bat. 2.—[s] Ita P. et V. sed alii, ut et Lugd. Bat. 1. *antiquissimam, Ita-*

NOTÆ

legitur VII. errore numeri. Lege VI. ut supra c. 4.

[n] *Sed Mamerco Æmilio Dictatore, &c.*] Senatus Dictatorem dici Mamercum Æmilium jussit. Is Magistrum equitum ex collegio prioris anni, qui simul Tribuni militum Consulari potestate fuerant, L. Quintium Cincinnatum dignum parente juvenem dixit. Liv. IV. 17.

[o] *Magistro equitum*] *Maître de la Cavalerie.*

[p] *Fidenæ captæ et excisæ*] Cave credas Fidenas excisas fuisse eodem anno quo Tolumnius victus. Verum est quidem eas excisas Mamerco Æmilio Dictatore, et Lu. Quintio Cincinnato Magistro equitum. Sed illud utique factum est XI. annis post primam ejus Dictaturam, et tunc tertio Dictator creatus Æmilius an. mundi 3526. ante Ch. Nat. 422. ab Urbe condita 429. Vide Livium IV. 32.

[q] *Post XX. inde annos*] Verum est post vigesimum annum a Fidenis captis Veientes rebellasse. Sed falsum est post vigesimum annum Camillum Dictatorem creatum, qui creatus fuit annis XXX. post Fidenas captas, et cum jam Romani Veios per decennium obsedissent.

[r] *Civitatem diu obsidens*] Falsum est Camillum diu Veios obsedisse. Sed post Veios diu obsessos accessit Camillus Dictator, et civitatem cepit, &c. Vide Livium V. 19. 20. et 21.

[s] *Italiæ atque ditissimam*] 'Veientium quanta res fuerit, indicat decennis obsidio.' Florus. Livius etiam urbem opulentissimam vocat.

[t] *Post eam cepit*] Biennio post.

[u] *Faliscos*] Quicquid dicant quidam e Veteribus, *Falisci* non urbem significat, sed populum. Urbs dicebatur *Faleii* seu *Falerii*, unde *Falisci.*

[v] *Invidia*] Id est, odium.

[w] *Quasi prædam male divisisset*] 'Postmodum est crimini datum, quod albis equis triumphasset, et prædam inique divisisset.' Victor. p. 50. Illud accidit XVI. ann. post captos Veios.

natusque ob eam causam[r] et expulsus civitate [s]est.[t] Statim Galli Senones ad urbem venerunt,[u] et victos Romanos undecimo[v] milliario a Roma apud flumen Alliam[x] secuti, etiam[y] urbem occuparunt:[z] neque defendi quicquam,[a] nisi Capitolium, potuit. Quod cum diu obsedissent, et jam[y] Romani fame laborarent, a Camillo, qui in vicina civitate[b] exulabat, Gallis superventum est, gravissimeque victi sunt. Postea tamen, accepto [c]etiam auro,[c] ne Capitolium obsiderent, recesserunt; sed secutus eos Camillus, ita cecidit,[b] ut et aurum, quod his[c] datum fuerat, et omnia, quæ ceperant,[d] militaria signa[e] revocaret. Ita tertio triumphans urbem ingressus est; et appellatus secundus Romulus;[d] quasi et ipse patriæ conditor.

liæque ditius.—[t] *Et* et *est* delet L. Bat. 1. *causam expulsus est civ.* 2.—[u] XII. Lugd. Bat. 4.—[v] *Alliam secuti: etiam dimissa Clusii Tuschiæ civitate quam obsidebant cum Brenno rege suo, Romam venerunt, et fere Romanum nomen deleverunt: urbem occuparunt* V. *Albam* Lugd. Bat. 2. *Albulam* 4. qui *secuti* delet.—[x] *Occupaverunt* Lugd. Bat. omnes.—[y] *Quo cum diu etiam Romani fame laborarent* Lugd. Bat. 2. *Quod cum diu etiam Romani laborarent* 3. 4. 5.—[z] *Etiam a. a.* L. Bat. 1.—[a] *Auro mille librarum* Lugd. Bat. 2. 3. 5. G. N. B. S. V. Livius habet: *mille pondo auri* l. 5. c. 48.—[b] *Occidit* Lugd. Bat. 2.—[c] *Quod et eis* Lugd. Bat. 2. *Quod et his* 3.—[d] *Perceperant* Lugd. Bat. 3.—[e] *Militari signo* Lugd. Bat. 2. et mox *revocarit.*

NOTÆ

[r] *Expulsus civitate est*] Ardeam exulatum abiit.

[s] *Statim Galli Senones ad Urbem venerunt*] Anno post expulsum Camillum.

Galli Senones] Ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere. Supra Umbros.

Apud flumen Alliam] Ad undecimum ab Urbe milliarium Crustuminis e montibus ad Tiberim defluit. Livius v. 37.

[a] *Neque defendi quicquam*] Vide Liv. v. 39. et 40. et Victorem p. 50.

[b] *In vicina civitate*] Ardea.

[c] *Accepto etiam auro*] Mille pondo auri. Liv. v. 48.

[d] *Et appellatus secundus Romulus*] 'Dictator, recuperata ex hostibus patria, triumphans in Urbem redit: interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ, conditorque alter Urbis, haud vanis laudibus appellatur.' Liv. v. 49.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER II.

ANNO trecentesimo sexagesimo[a] quinto ab urbe condita, post captam autem primo, dignitates mutatæ sunt, et[b] pro duobus coss., facti[c] Tribuni Militares consulari potestate. Hinc[d] jam cœpit Romana res crescere.[e] Nam Camillus eo anno Volscorum civitatem, quæ per septuaginta annos bellum gesserat,[f] vicit; et Æquorum[g] urbem,[g] et Sutrinorum:[h]

[a] cccv. Lugd. Bat. 3. cccclxv. 4.—[b] *Et* delet Lugd. Bat. 1.—[c] *Hic* Lugd. Bat. 3.—[d] *Roma recrescere* Lugd. Bat. 4.—[e] *Eorum* Lugd. Bat. 2. *Æquimorum*

NOTÆ

[c] *Et pro duobus Coss. facti*] Certe hic errat Eutropius, Tribuni enim Militares consulari potestate creati multo ante, ut patet ex Livio et Fastis. Neque etiam annus Urbis 365. post captam Urbem a Gallis primus fuit, Galli enim eam ceperunt anno 366.

[f] *Quæ per septuaginta annos bellum gesserat*] Liv. vi. 2. 'Cum omnem Volscorum agrum depopulatus esset, ad deditionem Volscos lxx. demum anno subegit.' Sed ut ibi optime notavit eruditissimus Sigonius, cum Volsci bellum renovarint anno Urbis 259. Consulibus Claudio et Servilio, et hoc anno, qui est 367. a Camillo devicti sint, inde sequitur eos per annos centum et septem bellum gessisse, ita ut pro lxx. scribendum videatur cvii.

[g] *Æquorum urbem*] 'Victor ex Volscis in Æquos transiit, et ipsos bellum molientes: exercitum eorum ad Bolas oppressit.' Liv. vi. 2. Æqui supra Volscos et Hernicos.

[h] *Et Sutrinorum*] Cave credas Camillum adversus Sutrinos bellasse.

atque omnes, deletis eorum[f] exercitibus, occupavit, et tres simul triumphos egit.[i]

2. Titus[g] etiam Quintius Cincinnatus Prænestinos,[j] qui usque ad urbis Romæ [k]portas[k] cum bello venerant, persecutus, ad flumen [l]Alliam[l] vicit;[t] octo civitates, quæ sub ipsis agebant,[m] Romanis adjunxit: ipsum Præneste[l] aggressus, in deditionem accepit: quæ omnia ab eo gesta sunt viginti diebus,[n] triumphusque ipsi[m] decretus.

3. Verum[n] dignitas Tribunorum militarium non diu perseveravit.[o] Nam post aliquantum nullos[o] placuit fieri: et quadriennium ita[p] in urbe fluxit,[q] ut[p] potestates ibi majores

---

5. sed *atque* pro *quas* 4. [f] *omnes, deletis exercitibus* 5.—*Omnibus deletis earundem* N. M. G. L. F. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4.—[g] *Lutius* Lugd. Bat. 4.—[h] *Qui usque ad urbem Romam cum bello* Lugd. Bat. 1. *Qui usque ad urbem Romæ cum b.* 2. *Qui usque ad urbis Romæ portas cum bello venerunt* 3. *cum* etiam 4. et 5. agnoscunt.—[i] *Albulam* Lugd. Bat. 3.—[k] *Vicit* VIII. *civitates, quæ* N. M. LC. B. V. S. F. L. P. *Vicit* VII. *civ. quæ* G. Gr. *Vicit octo civitates* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. sed 2. mox *degebant.*—[l] *Ipsam Prænesten* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. 5.—[m] *Ipse* Lugd. Bat. 1.—[n] *Virorum* Lugd. Bat. 1.—[o] *Nulla* Lugd. Bat. 5.—[p] *In urbe ita* Lugd. Bat. 1. *Quadriennio in urbe ita* 2. 3.—[q] *Fulsit* Lugd. Bat.

NOTÆ

Nam contra, Sutrinis opem ferebat, eorumque urbem Sutrium ab Etruscis captam recepit, eisque restituit. Vide Livium VI. 3.

Tres simul triumphos egit] Trium bellorum victor triumphavit.

[j] *Prænestinos*] *Præneste* urbs Latii XVIII. mil. ab Urbe.

[k] *Usque ad urbis Romæ portas*] Ad portam Collinam signa intulere. Livius VI. 28.

[l] *Ad flumen Alliam*] 'Castra hostium haud procul Allia flumine posita. Inde agrum late populantes fatalem se urbi Romanæ locum cepisse inter se jactabant.' Idem ibid.

[m] *Civitates, quæ sub ipsis agebant*] T. Quintius semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Præneste in ditionem accepto, Romam revertit. Idem. Id accidit ann. mundi 3573. ante Ch. Nat. 365. ab U. C. 376.

[n] *Viginti diebus*] Liv. 'Die vigesima quam creatus erat, Dictatura se abdicavit.' Alii *duo de vigesimo.* Alii *duo et vicesimo.* Quod mihi sane non placet.

[o] *Non diu perseveravit*] Nam tertio anno post captum Præneste, creati Tribuni Plebis.

[p] *Et quadriennium ita in Urbe fluxit, ut*] Ista multam lucem capere arbitror ex verbis Livii VI. 35. 'Comitia, præter Ædilium Tribunorumque Plebis, nulla sunt habita. Licinius Sextiusque, Tribuni Plebis refecti, nullos Curules Magistratus creari passi sunt, eaque solitudo Magistratuum, et Plebe reficiente duos Tribunos, et his Comitia Tribunorum militum tollentibus, per quinquennium Urbem tenuit.' Ubi Livius *quinquennium* vere ponit, male Noster *quadriennium.*

non essent. Resumserunt[r] tamen Tribuni militares consulari potestate iterum dignitatem,[s] et triennio [q]perseveraverunt.[t] Rursus consules facti.

4. L.[p] Genucio,[r] et[w] Q. Servilio coss. mortuus est Camillus: [u]honor ei secundus[s] post Romulum[y] delatus est.[z]

5. T. Quintius[t] dictator[a] adversus[b] Gallos, qui ad Italiam venerant, missus est. Hi ab urbe quarto[c] milliario[u] trans Anienem[d] fluvium consederant.[e] Nobilissimus de senatoribus Juvenis T. Manlius,[f] provocantem Gallum, ad singulare certamen progressus,[g] occidit: et sublato torque aureo, colloque suo imposito, in perpetuum Torquati[h] sibi et posteris cognomen accepit. Galli fugati sunt: mox per C. Sulpitium[v] dictatorem etiam victi. Non multo post a C. Martio[w] Tusci victi sunt: VIII.[i] millia[x] captivorum ex his in triumphum ducti.[k]

5.—[r] *Ut potestates ita majores non esse præsumpserit. Tamen tribuni militares consulari potestate iterum et dignitate et triennio* [*ad triennium* LC.] *perseveraverunt* N. M. LC. L.—[s] *Consulari iterum potestatis dignitate* Lugd. Bat. 2. *potestates* 4.—[t] *Perseveravere* Lugd. Bat. 4.—[u] Delet *L.* Lugd. Bat. 1.—[w] *Et* delet Lugd. Bat. 5.—[x] *Et* addunt Lugd. Bat. 2, 5.—[y] *Post R. secundus* Lugd. Bat. 1.—[z] Ab his verbis ad hæc verba longe inferius *M. Æmilio Paulo, &c.* omnia desiderantur in cod. S.—[a] *Interea* addunt Lugd. Bat. 2. 3.—[b] *Adversum* Lugd. Bat. 1.—[c] *Quinto* Lugd. Bat. 2.—[d] *Aniene* Lugd. Bat. 2.—[e] *Consederunt* Lugd. Bat. 5.—[f] *Senatoribus juvenis Lucius Mallius* G. N. B. V. M. LC. L. In F. item 2. 3. 4. (et Lugd. Bat. 1. ubi *Manilius*) *juvenis* additum fuit.—[g] Ita ex Mss. Lugd. Bat. et Glar. Reliqui omnes *p. Gallum ad singulare certamen, congressus, &c.*—[h] *Et* addunt Lugd. Bat. 2. 4.—[i] Sic Gr. HM. G. B. Mss. M. Livius. VII. Vi. IX. L. P. V. Lugd. Bat. 1. *Et* VII. 2. VIII. 3. *et* VIII. 5.—[k] *Ducti* delet Lugd. Bat. 1. *Deducta* 2. 4. *Ducta* 3. 5.—[l] Delent a Lugd.

NOTÆ

[q] *Triennio perseveraverunt*] Verum est. Neque tamen statim Consules creati: ad Tribunos Plebis res rediit; anno post creati iterum Tribuni Militares; anno sequenti Consules facti.

[r] *L. Genucio*] Anno mundi 3588. ante Ch. Nat. 360.

[s] *Honor ei secundus*] 'Dignusque habitus quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent.' Livius VII. 1.

[t] *T. Quintius*] Hic est T. Quintius Pennus Dictator creatus anno mundi 3598. ante Ch. Nat. 355.

[u] *Hi ab urbe quarto milliario*] 'Eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere.' Liv. VII. 10.

[v] *Mox per C. Sulpitium*] Ann. mundi 3596. ante Ch. Nat. 352. Vide Livium VII. 12.

[w] *Non multo post a C. Martio*] Biennio post C. Martius Rutilus adversus Etruscos Dictator creatus.

[x] VIII. *Millia*] Alii VII. *millia*: at octo millia ponit Livius, VII. 17.

6. Census iterum habitus est. Et cum Latini,[y] qui a[z] Romanis subacti erant, milites præstare nollent,[m] ex Romanis tantum trones lecti[n] sunt, factæque legiones decem:[n] qui modus sexaginta, vel amplius, armatorum millia efficiebat.[o] Parvis adhuc Romanis rebus,[a] tanta tamen in re militari virtus erat. Quæ cum profectæ[p] essent adversus Gallos, duce L. Furio,[q] quidam ex Gallis unum ex Romanis, qui esset optimus, provocavit. Tum se M. Valerius[b] tribunus militum obtulit; et, cum processisset armatus, corvus ei supra dextrum brachium sedit.[c] Mox commissa adversus Gallum pugna, idem corvus alis et unguibus Galli oculos[d] verberavit,[r] ne rectum posset aspicere. Ita a tribuno Va-

Bat. 2. 4.—[m] *Milites non præstarent, ex Romanis tantum sexaginta vel ampl.* G. —[n] *Tironibus electi milites sunt* Lugd. Bat. 2. 4. sed is *milites* non agnoscit.— [o] *Effiebat* Lugd. Bat. 1.—[p] *Qui...profecti* Lugd. Bat. 2. et mox *duce Luce.*— [q] *Tusco Camillo* V. *Furio Camillo* M. et in plerisque edd. *Camillo* deest in L. C. N. B. L. P. L. Bat. 2. 3. 4. nec expressit Gr.—[r] *Verberabat* Lugd. Bat. 2.

NOTÆ.

[z] Castra quoque nec opinato aggressus [Marcius] cepit, et octo millibus hostium captis, ceteris aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sine auctoritate Patrum, populi jussu triumphavit.'

[y] *Et cum Latini, &c.*] Livius VII. 25. 'Concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita, responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, absisterent imperare iis quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius quam pro alieno imperio laturos arma.'

[n] *Factæque legiones decem*] Fallitur; nondum enim ea tempestate legio Romana sex millibus hominum constabat; sed miror ita errasse Eutropium, cum expresse Livius ita de eadem re VII. 25. 'Ubique non urbana tantum, sed etiam agresti juventute decem legiones scriptæ dicuntur, quaternum millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum.'

[a] *Parvis adhuc Romanis rebus*] Miratur, tam parvis rebus Romanis, tam magnum tamen exercitum colligi potuisse. Ita etiam Livius qui superioribus verbis a me allatis subjungit; 'quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum haud facile efficiant; adeo in quæ laboramus sola crevimus, divitias, luxuriamque.'

[b] *Tum se Marcus Valerius*] Marcum vocant Livius et Victor. Lucium Florus.

[c] *Corvus ei supra dextrum brachium sedit*] Atqui ei in pugna dextro brachio maxime opus erat. Verisimilius Livius et Victor, qui corvum illum in Valerii galea consedisse dicunt. Liv. VII. 26. Victor pag. 55.

[d] *Alis et unguibus Galli oculos*] Sic Noctua Turni cum Æneæ dimicantis et ora et clypeum verberavit. Virgil.

lerio interfectus, non solum victoriam ei sed etiam nomen dedit.[d] Nam postea idem Corvus[e] est dictus.[f] Ac propter hoc meritum, annorum trium et viginti cos. est factus.

7. Latini, qui noluerant[u] milites dare, hoc quoque a Romanis exigere[v] cœperunt, ut unus consul[f] ex eorum,[y] alter ex Romanorum populo crearetur. Quod cum esset negatum, bellum contra eos susceptum est, et ingenti pugna superati sunt:[g] ac de his perdomitis triumphatum est. Statuæ consulibus[h] ob meritum victoriæ in Rostris positæ sunt. [Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est.[z]]

8. [a]Jam Romani potentes esse cœperunt. Bellum enim in centesimo et tricesimo[b] fere milliario ab urbe apud Samnitas gerebatur;[i] qui medii sunt inter Picenum, Campaniam,[j] et Apuliam. Lucius[c] Papirius Cursor[k] cum honore

mox *possit* 4.—[a] Hoc ex Mss. Alii: *ita ut, &c. dederit. Ita a Marco Valerio Tribuno* 2. et mox *cognomentum dedit.*—[f] *Appellatus* Lugd. Bat. 3.—[u] Ita Lugd. Bat. 1. 3. et Ed. Fab. Alii quidam *noluerunt:* uti Lugd. Bat. 2.—[v] *Exire* Lugd. Bat. 1.—[y] *Numero* addit Lugd. Bat. 2.—[z] Inclusa desunt in Vi. N. M. &c. et videri possunt a P. Diacono superaddita. Sed habent F. B. LC. L. V. E. Lugd. Bat. Mss. et Metaphrastes.—[a] Ab initio capitis usque ad *in centesimo* delet Lugd. Bat. 3. *cæperant* legit 5.—[b] *In centesimo ferme et tric. &c.* Lugd. Bat. 1. qui mox *fere* delet.—[c] *Lucius* deest F. Gr. Lugd. Bat. 1.—

NOTÆ

Æn. XII. 'Turni se pestis ad ora
Fertque refertque sonans, clypeumque everberat.'

[d] *Nam postea idem Corvus*] 'Dictator [Manlius Torquatus] Consularia Comitia habuit, æmulumque decoris sui absentem Marcum Valerium Corvum, (id enim illi deinde cognominis fuit) summo favore populi, tres et viginti natum annos Consulem renuntiavit.' Livius VII. 26. Ubi, ut vides, ipse Valerius non *Corvinus*, sed *Corvus* dictus recte, et ita in tabulis Capitolinis. Ut enim *Albus*, *Rufus*, *Crassus*, *Luscus*, *Longus*, cognomina primum inventa sunt, postea autem *Albini*, *Rufini*, *Crassini*, *Luscini*, *Longini* subsecuta, sic qui primus cognomen hoc tulit *Corvus*, posteri *Corvini* appellati.

[f] *Ut unus consul*] Hoc petierunt Latini ann. mundi 3614. ante Ch. Nat. 334. ab U. C. 417. Coss. T. Manlio Torquato III. et P. Decio Mure. Vide Liv. VIII. 4. 5. et Florum lib. I. cap. 14.

[g] *Ingenti pugna superati sunt*] Ad radices Vesuvii montis.

[h] *Statuæ consulibus*] Hic mihi Eutropii fides suspecta.

[i] *Apud Samnitas gerebatur*] Cum Samnitibus enim bellum geri cœptum est ann. mundi 3611. ante Ch. Nat. 337. ab U. C. 414. Vide Florum I. 16.

[j] *Qui medii inter Picenum, Campaniam*] Nota situm, in hodiernis enim nostris tabulis aliter paulo res est, quippe Samnium inter Apuliam et

dictatoris ad id bellum profectus est. Qui cum Romam[l] redisset,[d] Q. Fabio Maximo,[e] magistro equitum, quem apud exercitum reliquit, præcepit, ne se absente pugnaret. Ille, occasione reperta, felicissime dimicavit, et Samnitas delevit.[m] Ob quam rem a dictatore capitis[f] damnatus, quod se vetante pugnasset,[g] ingenti favore militum et populi[n] liberatus est: tanta Papirio seditione commota, ut pæne[h] ipse interficeretur.

9. Postea[o] Samnitis Romanos,[i] T. Veturio et Postumio coss. (apud Furculas Caudinas angustiis locorum conclusos) ingenti dedecore[k] vicerunt,[p] et sub jugum[q] miserunt.[j] Pax tamen a Senatu[r] et populo soluta est, quæ cum ipsis propter necessitatem facta fuerat. Postea Samnites[m] victi[n]

---

[d] *Resedisset* Lugd. Bat. 1.—[e] *Maximo* deest L. LC.—[f] *Capite* Lugd. Bat. 3. 5. —[g] *Qui ing.* Lugd. Bat. 2.—[h] Delet *pæne* Lugd. Bat. 3.—[i] Delet *Romanos* Lugd. Bat. 2.—[k] *Postumio COSS. apud Caudinas Furculas angustiis locorum conclusos ingenti, &c.* G. N. B. V. HM. Lugd. Bat. 4. *Postumio Coss. apud Caudinas furculas angustiis locorum Romanos conclusos, &c.* Lugd. Bat. 2. 3. 5. sed 3. *decore* pro *dedecore.*—[j] Desunt hæc *sub jugum miserunt* E. P. V. Mer. *Sub jugo miserunt* Lugd. Bat. 1. 4. (sed pr. delet præcedens *et*) et quidem Cellario glossema videtur.—[m] *Posteriore siquidem anno, jubente Senatu, pax cum*

NOTÆ

Campaniam interjacet, sed Picenum longe dissitum. Videlicet tunc temporis alii fines regionibus illis constituti, ut ex Strabone notum est, et ipsum etiam Samnium latius. Samnites a Sabinis orti.

[k] *Lucius Papirius Cursor*] Ann. mundi 3628. ante Ch. Nat. 320. ab U. C. 431. Coss. L. Furio Camillo III. et D. Junio Bruto. Longe clarissimus bello ea tempestate Dictator creatus L. Papirius Cursor, a quo Q. Fabius Maximus Rullianus Magister equitum est dictus. Livius VIII. 29.

[l] *Cum Romam redisset*] Ad auspicia repetenda.

[m] *Samnitas delevit*] Viginti millia hostium cæsa ea die traduntur. Livius.

[n] *Ingenti favore militum et populi*] Bene, res enim a militibus ad populum delata, et quod Dictator militum precibus negaverat, Fabii veniam populo Romano concessit.

[o] *Postea*] Triennio post. Livius IX. 1.

[p] *Ingenti dedecore vicerunt*] Ad furcas Caudinas juxta Aufidum fluvium, in Apulia.

[q] *Sub jugum miserunt*] Jugum fiebat hastis duabus humi defixis, et super eas una deligata, sub quam transibant victi. Primi itaque Consules prope seminudi sub jugum missi, tum deinceps singulæ legiones. Livius.

[r] *Pax tamen a Senatu*] Deditione Consulum, qui injussu populi pacem fecerant. Adi Liv. IX. 7. et 8.

sunt a L. Papirio consule :[s] septem millia eorum[o] sub jugum[t] missa.[p] Papirius de Samnitibus triumphavit. Eo tempore[u] Appius Claudius censor aquam Claudiam[q] induxit,[v] et viam Appiam stravit. Samnites, reparato bello, Q. Fabium Maximum vicerunt,[w] tribus millibus hominum occisis. Postea cum pater ei[r] Fabius Maximus legatus[s] datus fuisset, et Samnitas vicit, et plurima eorum oppida cepit. Deinde P.[t] Cornelius Rufinus,[x] Manius[y] Curius

---

Samnitibus firmata soluta est. Luciusque Papirius COS. adversus eos directus est. Congressi itaque Samnites cum Papirio superati sunt, quorum septem millibus sub jugo missis Papirius de Samn. B. V. L. B. 5. qui reliqua usque ad *postea Samnites* delet.—[s] *Superati* Lugd. Bat. 5.—[o] Deest *eorum* in Lugd. Bat. 5.—[p] *Quorum septem millibus sub jugum missis* Lugd. Bat. 3. 2. et mox *eodem.*—[q] *Romæ* addit Lugd. Bat. 2.—[r] *Ejus* Alii, uti et Lugd. Bat. 4. 5.—[s] Sic codd. plerique. Lugd. Bat. 1. *legatus ei datus f.* Alii: *legatus datus fuisset.* Sic Lugd. Bat. 3. *illi datus* 2. 4.—[t] *Post Cornelium* Lugd. Bat. 1.—[u] Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

[s] *A L. Papirio consule*] Scribit Livius obscurum esse Papirius ne Cursor eo anno Consul fuerit, an Magister equitum, Lucio Cornelio Dictatore. Adi illum IX. 15.

[t] *Septem millia eorum sub jugum*] Septem millia militum sub jugum missi, prædaque ingens Luceriæ capta, receptis omnibus signis armisque quæ ad Caudium amiserant, et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. Ipse Pontius Herennii filius Samnitium imperator, ut expiaret Consulum ignominiam, sub jugum cum ceteris est missus. Livius, ibidem.

[u] *Eo tempore*] VIII. annis post Papirii de Samnitibus triumphum. Coss. M. Valerio Maximo et Decio Mure.

[v] *Aquam Claudiam induxit*] 'Censura clara eo anno Appii Claudii et C. Plautii fuit. Memoriæ tamen felicioris ad posteros nomen Appii, quod viam munivit et aquam in Urbem induxit eaque unus perfecit.' Liv. IX. 29. Via a porta Capena usque ad Capuam munita. Aqua ab Aniene in Urbem deducta.

[w] *Quintum Fabium Maximum vicerunt*] Hoc fortasse referendum ad annum mundi 3637. ante Ch. Nat. 311. Coss. L. Papirio Cursore IV. et Q. Publio Philone IV. Tunc enim ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum scribit Livius. Non cædem, non fugam alterius partis, sed noctem incertos victi victoresne essent, diremisse ; additque idem Livius se invenisse apud quosdam adversam eam pugnam Romanis fuisse, atque in ea cecidisse Q. Aulium Magistrum equitum, et eos auctores hic sequutus Eutropius. Verum ex Livii Epitome, et ex tabulis Capitolinis invenio Quintum Fabium Maximum Gurgitem male cum Samnitibus pugnasse 21. anno post, nempe anno mundi 3658. et cum Senatus de removendo eo ab exercitu cogitaret, Fabius Maximus pater hanc ignominiam sibi et filio deprecatur, seque filio legatum iterum pollicitus est, et postea ejus Consulis opera filius adjutus, cæsis Samnitibus triumphavit.

[x] *Deinde P. Cornelius Rufinus, &c.*] Ann. mundi 3660. ante Ch. Nat. 288.

Dentatus, ambo coss. contra Samnitas missi, ingentibus prœliis eos confecere.[w] Tum bellum cum Samnitibus per annos novem et[y] XL.[z] actum sustulerunt;[v] neque ullus hostis[x] fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem[a] magis fatigaverit.[b]

10. Interjectis aliquot annis,[z] iterum se Gallorum copiæ, contra Romanos, Tuscis Samnitibusque junxerunt: sed cum Romam tenderent, a[c] Cn. Cornelio[a] Dolabella[d] cos. deletæ[e] sunt.

11. Eodem tempore[b] Tarentinis, qui jam in ultima Italia[f] sunt, bellum indictum[g] est quia[h] legatis Romanorum[c] injuriam fecissent. Hi Pyrrhum, Epiri regem, contra Romanos auxilium[i] poposcerunt, qui ex genere Achillis[d] originem trahebat. Is[j] mox ad Italiam venit, tumque primum Romani cum transmarino hoste dimicaverunt. Missus est contra eum consul P. Valerius[e] Lævinus,[k] qui cum explo-

---

abest. *M.* L. Bat. 4. *Marcus* B. M. N. F. V. L. Bat. 2. 3. 5. Gr. HM. Sed Manium verum esse Curii prænomen tradunt Sigonius et Panvinius.—[w] *Conficere* Lugd. Bat. 1. *conficerunt* 5.—[x] XLVIII. L. LC. Lugd. Bat. 1. 2.—[v] *Straverunt* L. B. 2. *sublatum est* Lugd. Bat. 4. 5. *subactum est* 3.—[z] *Hostium* Lugd. Bat. 5.—[a] *Facultatem* Lugd. Bat. 2.—[b] *Fatigavisset* Lugd. Bat. 5.—[c] Delent a Lugd. Bat. 4. 5.—[d] *Dolabello* G. L.—[e] *Delicti* Lugd. Bat. 1.—[f] *In ultima Italiæ provincia* Lugd. Bat. 2. *sunt* pro *siti* in 5.—[g] *Inductum* Lugd. Bat. 1.—[h] *Quare* Lugd. Bat. 1.—[i] *auxilio* A.—[j] *Hic* Lugd. Bat. 1. *Hic autem* 2.—

NOTÆ

ab U. C. 463.

[v] *Per annos novem et quadraginta*] Bellum enim Samniticum exarsit ann. mundi 3611. Coss. M. Valerio Corvo III. et A. Cornelio Cosso. Liv. X. 31. Vide Florum I. 16.

[z] *Interjectis aliquot annis*] VII. anno post confectum Samniticum bellum.

[a] *A Cn. Cornelio Dolabella*] Flor. I. 13. 'Omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit, ne quis extaret in ea gente, qui incensam a se Romanam urbem gloriaretur.'

[b] *Eodem tempore*] Secundo anno post deletos Gallos. Coss. L. Æmilio Barbula et Q. Martio Philippo.

[c] *Quia legatis Romanorum*] L. Valerius cum classe applicabat Tarentum, tanquam ad sociam urbem et amicam. Tarentini hostem rati emicant, Valerium occidunt. Romani Posthumium legatum mittunt, ut injuriam Valerio factam expostularet, Tarentini legatum irrident, lotio aspergunt. Vide Florum I. 18.

[d] *Qui ex genere Achillis*] Paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus. Victor, p. 60. Pyrrhus Æacidæ et Phthiæ filius. Phthia ejus mater e Menone Thessalo nata. Vide Plutarch. in *Pyrrho*.

[e] *P. Valerius Lævinus*] Ann. mundi 3670. ante Ch. Nat. 278.

ratores Pyrrhi cepisset, jussit eos per castra duci,[f] ostendi omnem exercitum, tumque[l] dimitti, ut renuntiarent Pyrrho, quæcumque[m] a Romanis agerentur. Commissa mox pugna,[g] cum jam[n] Pyrrhus fugeret, elephantorum auxilio vicit: quos[o] incognitos[h] Romani expaverunt: sed nox prælio finem dedit. Lævinus tamen per noctem fugit, Pyrrhus Romanos mille octingentos cepit, eosque[p] summo honore tractavit; occisos sepelivit.[q] Quos cum adverso[r] vulnere et truci vultu, etiam mortuos jacere vidisset, tulisse ad cœlum manus dicitur, cum hac voce: 'se[s] totius orbis[i] dominum esse potuisse,[t] si tales sibi milites contigissent.'

12. Postea[u] Pyrrhus junctis[w] sibi Samnitibus, Lucanis,[j] Bruttiisque,[x] Romam perrexit, omnia ferro ignique[y] vastavit. Campaniam depopulatus[z] est; atque ad[a] Præneste venit, milliario ab urbe octavodecimo. Mox terrore exercitus,[b] qui cum consule[k] sequebatur, in Campaniam se recepit. Legati ad Pyrrhum de redimendis[c] captivis missi,[d] ab eo honorifice suscepti sunt:[e] captivos sine pretio Ro-

---

[h] *Contra eum missus est P. Valerius Lævinus consul* Lugd. Bat. 2.—[l] *Omnemque exercitum eis ostendi et sic dimitti* Lugd. Bat. 2.—[m] Alii: *quæ cum Romanis:* et sic L. B. 1. 3. 5.—[n] *Jam illico Pyrrh.* V. *cum tamen* Lugd. Bat. 1.—[o] *Quia* Lugd. Bat. 2.—[p] *Et eos* Lugd. Bat. 2. 4. 5. *et summo* 3.—[q] *Occisosque sepeliri jussit* Lugd. Bat. 2.—[r] *Atro* Lugd. Bat. 1.—[s] Delet *se* Lugd. Bat. 3. *totius orbis dominum se* 2.—[t] Abest *potuisse* a Lugd. Bat. 1.—[u] *Post id* Lugd. Bat. 3. 4. *post idem tempus* 2.—[w] *Conjunctis* Lugd. Bat. 2. 3. 4.—[x] *Briciisque* G. B. M. *Britiniisque* N. *Briotiis* Lugd. Bat. 1. *Britiisque* 2. *Brutinisque* 4.—[y] *Igneque* Lugd. Bat. 1.—[z] *Vastans Campaniam populatus est* Lugd. Bat. 2. *vastabat* 5. *populatus* etiam 3. 5.—[a] *Ad* delet Lugd. Bat. 2. *Prænestem* 4.—[b] *Percussus ab exercitu* Lugd. Bat. 2. *perculsus exercitus* 4.—[c] *Redimendis* deest L. Burd.—[d] Deest Lugd. Bat. 1. *missi.*—[e] *Et* addit Lugd. Bat. 4.—[f] *Est, ut* de-

NOTÆ

[f] *Jussit per castra duci*] Plutarchus et alii narrant, Pyrrhum non per exploratores suos quæ in castris Romanorum agerentur cognovisse; sed illum ipsum e ripa fluminis Siris omnia oculis suis hausisse.

[g] *Commissa mox pugna*] Apud Heracleam et Campaniæ fluvium Sirim. Vide Florum p. 37. et Victorem p. 61.

[h] *Quos incognitos*] Elephantorum novitate turbati Romani. Victor.

[i] *Se totius orbis*] 'Ego,' inquit, 'talibus viris brevi orbem terrarum subigere potuissem.' Victor.

[j] *Lucanis, Brutiisque*] Lucani et Brutii, a Samnitibus orti, a Silari fluvio usque ad fretum Siculum siti.

[k] *Cum consule*] Consulem hic Lævinum intelligendum puto.

mam misit. Unum ex legatis Romanorum Fabricium[l] sic admiratus est,[f] ut, cum eum pauperem esse cognovisset, quarta parte[g] regni promissa,[m] solicitare voluerit, ut ad se transiret; contemtusque a Fabricio[h] est. Quare[i] cum Pyrrhus ingenti Romanorum admiratione[k] teneretur, legatum misit, qui pacem æquis conditionibus peteret,[l] præcipuum virum, Cineam[n] nomine; ita ut Pyrrhus partem Italiæ,[o] quam jam[m] armis occupaverat, obtineret.

13. Pax displicuit:[p] remandatumque Pyrrho a senatu est,[n] eum cum Romanis, nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse. Tum Romani jusserunt [q]captivos[e] omnes, quos Pyrrhus .reddiderat, infames haberi, quod armati capi[p] potuissent: nec[q] ante eos ad veterem statum[r] reverti,

sunt Lugd. Bat. 1. *ut* deest 2. 3. 4. 5.—[f] *Ut quartam partem* Lugd. Bat. 1. *ut quarta* 2. 4. *et quarta* 3.—[h] *Est a Fabr.* Lugd. Bat. 1. 4. *que* delet 2.—[i] *Ob qua cum Pyrrhus legatos Romanorum ingenti admiratione teneret, legatum G. ob cum* Lugd. Bat. 2. Excidit forte *quam rem.* cujus vestigium invenitur in 4. *Ob quam cum* 5. sed 3. et 5. *ob quæ quum.*—[k] *Romanorum admiratione ingenti* Lugd. Bat. 1.—[l] *Petierit* Lugd. Bat. 1. et mox *Cyneam* L. Bat. 2.—[m] *In* Lugd. B. 1.—[n] *Rem. Pyr. est a S.* Lugd. Bat. 3. *remandatum Pyrrho a Senatu, eum* 4.—[o] *Omnes captivos* Lugd. B. 1.—[p] *Quod armati capi potuissent* G. M. N. B. V. E. Lugd. Bat. 3. *quod armati capti fuissent* L. Bat. 1. *qui armati capi pot.*

NOTÆ

[l] *Fabricium*] Qui sequenti anno Consul fuit.

[m] *Quarta parte regni promissa*] Quarta regni parte promissa solicitari non poterat. Victor.

[n] *Cineam*] Thessalum hominem in aula Pyrrhi præcipuum, eloquentia præcipue valebat, ita ut sæpe diceret Pyrrhus Cineam plures eloquentia sua urbes cepisse, quam ipse armis ceperat. Plutarchus hanc Cineæ legationem recte ante Fabricii legationem ponit. Sed monendum est hoc nomen per y scribi debere, ita enim Pausanias: et origo vocis notissima a galea scilicet, quam Græci κυνέην dicunt.

[o] *Partem Italiæ*] Nescio unde istæc Eutropius. Reliqui enim scriptores tradunt Cyneam a Romanis tantum petiisse, ut captivos absque pretio reciperent, Pyrrhi opera ad subigendam totam Italiam uterentur, et Tarentinis ignoscerent.

[p] *Pax displicuit*] In eam inclinabant multi Senatores, sed dissuasit Appius Claudius.

[q] *Tum Romani jusserunt captivos*] Hujus Edicti nullum alibi vestigium video. Narrat enim Plutarchus, Pyrrhum ea conditione captivos Romam misisse, ut, si pax non conveniret, ad se peractis Saturnalibus redirent; et statim omnes rediisse, cum Senatus mortem indixisset, si quis aliter faceret. Sed fortasse hic loquitur Eutropius de captivis, quos Pyrrhus reddidit, postquam ei insidias a medico structas Fabricius patefecit.

[r] *Ad veterem statum*] Civium Ro-

quam si binorum[r] hostium occisorum spolia retulissent. Ita[s] legatus Pyrrhi reversus est. A quo cum quæreret Pyrrhus, 'qualem Romam comperisset;' Cineas dixit, 'regum se patriam vidisse:[t] scilicet tales illic fere omnes,' qualis unus Pyrrhus apud Epirum et reliquam Græciam putaretur.' Missi sunt contra Pyrrhum duces[u] P. Sulpicius[t] et Decius Mus[w] consules. Certamine commisso Pyrrhus vulneratus[u] est, elephanti interfecti, XX. millia cæsa[x] hostium, et ex Romanis tantum quinque millia.[y] Pyrrhus Tarentum[z] fugatus.[v]

14. Interjecto anno, contra Pyrrhum[a] Fabricius est missus, qui prius inter legatos solicitari non potuerat,[b] quarta regni parte promissa. Tum, cum vicina castra ipse et rex haberent,[c] medicus Pyrrhi ad eum nocte[d] venit,[w] promittens veneno[e] Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur; quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrho-

---

2. et 5. *qui cum armati capi pot.* 4.—[q] *Negantes* Lugd. Bat. 5.—[r] *Sabinorum hostium* Sch. et Lugd. Bat. *Sibi binorum hostium* Mer. Rectius *novorum* L. B. 2. 3. 4. ut ex Metaphraste patet.—[s] *Itaque* Lugd. Bat. 2. et mox *cum quæreret Rex.*—[t] *Scilicet illic fere omnes esse* Lugd. Bat. 2. 4. 5. *scilicet tales illic fere omnes esse* 3.—[u] *Ducem* V. Lugd. Bat. 4.—[w] *Mus* deest LC. G. B. V. N. M. L. Vi. Fr. F. *Nummus* Lugd. Bat. 1. *Mummius* E. male. Vide Pighii Annal. T. 1. p. 434. Deest etiam Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[x] *Hostium cæsa* Lugd. Bat. 2. 4. XX. *cæsi* 5.—[y] *Millia* delent Lugd. Bat. 4. 5.—[z] *Pyrrhus tamen fugatus* F. *Pyrrhus Tarentum fugatus* in plerisque libris impressis et Mss. ut Lugd. Bat. 1. 4. 5. et sic Metaphrastes: *fugatur* Lugd. Bat. 2.—[a] *Quem* Lugd. Bat. 2.—[b] Quædam Editt. *poterat:* ut et Mss. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[c] *Haberet* Lugd. Bat. 1. 3.—[d] Transponit Lugd. Bat. 1. *nocte ad eum venit. Ad Fabri-*

NOTÆ

manorum scilicet.

[r] *Regum se patriam vidisse*] Aliter Florus p. 39. 'Urbem templum sibi visam, Senatum regum consessum.'

[s] *P. Sulpicius, &c.*] Secundam cum Pyrrho pugnam his Consulibus tribuunt Cicero, Zonaras, Epitome Livii: ex Plutarcho, Floro, et aliis certum est, his Consulibus tantum legationes ultro citroque missas, et secundam pugnam anno sequenti ad Asculum commissam, Coss. C. Fabricio II. et Quinto Æmilio Papo II. anno mundi 3673. ante Ch. Nat. 276.

[t] *Pyrrhus vulneratus*] 'Humero saucius.' Florus. Plutarchus brachio vulneratum dicit, qui hanc pugnam aliter narrat.

[v] *Pyrrhus Tarentum fugatus*] Hæc et sequentia ad verbum Victor, p. 61. et 62.

[w] *Medicus Pyrrhi ad eum nocte venit*] Ita Florus et Victor. Plutarchus vero narrat medicum cum Fabricio per epistolam egisse.

que dici, quæ contra caput ejus medicus spopondisset.[f] Tunc rex admiratus eum,[g] dixisse fertur: ‘Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a cursu suo averti potest.’ Tunc rex ad[h] Siciliam profectus [x]est:[i] Fabricius, victis Samnitibus et Lucanis,[k] triumphavit. Coss.[y] deinde[l] Curius[m] Dentatus et Cornelius Lentulus adversum[n] Pyrrhum missi sunt. Curius contra eum[z] pugnavit,[o] exercitum ejus cecidit, ipsum Tarentum fugavit, castra cepit. Ea die cæsa[p] hostium XXIII. millia. Curius[q] in consulatu triumphavit: primus Romam elephantos[a] quatuor duxit.[r] Pyrrhus etiam[s] a Tarento mox recessit, et apud Argos,[b] Græciæ civitatem, occisus est.

15. C. Fabio Licino, et C. Claudio[c] Canina[t] coss. anno

---

cium 2.—[g] *Se* addunt Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[f] *Sibique dici qualia contra caput ejus spopondisset tunc* Lugd. Bat. 2. *P. d. q. circa caput* 3. *Tum rex* 1. 4.—[g] Delent *eum* Lugd. Bat. 1. 3.—[h] *In* Mss. Lugd. Bat. 2. 3. contra morem Eutropii.—[i] *Est* delet Lugd. Bat. 4.—[k] *Victis Luc. et Samn.* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4.—[l] *Consules vero* Lugd. Bat. 2. *Dein* 3.—[m] *Manius Cur.* in vulg. edd. *Marc. Cur.* Gr. *M. Cur.* Lugd. Bat. 1.—[n] *Adversus* Lugd. Bat. 2. 4.—[o] *Et Curius contra eum pugnavit; et exercitus, &c.* Lugd. Bat. 1. *Curius contra eum exercitum ejus, ipsumque* 3.—[p] *Cæsa* delet Lugd. Bat. 3. *cæsi* legit 5. Sed *millia* 4. 5. respuunt.—[q] Vulgo *Dentatus Curius.*—[r] *Adduxit* Lugd. Bat. 2.—[s] *Etiam* non agnoscit Lugd. Bat. 3.—[t] *Gallio F. Licinio, C. Claudio Cinna Cons. G. Gajo F. Licinio, G. Cannio Cons.* M. *Gajo F. L. C. Claud. Canino Cons.* I. C. F. V. C. *F. Luscino, C. Cl. Canina Conf.* HM. *C. Fabio Licinio et Claudio Canina* Lugd. Bat. 1. *Fabio Lucinio et Claudio Cannia* 4. *C. Fabio Licinio C. Claudia Cannia* 5. *C. Fab. Lucinio Gajo Cl. Cannia* 2. *C. Flaminio Lucinio, C.*

NOTÆ

[x] *Tunc rex ad Siciliam profectus est*] Ut Syracusanis opem ferret.

[y] *Coss. deinde*] Tertio anno post pugnam ad Asculum.

[z] *Curius contra eum pugnavit*] In Lucania.

[a] *Primus Romam elephantos*] Florus de triumpho Curii: ‘Sed nihil libentius Populus Romanus aspexit, quam illas, quas timuerat, cum turribus suis belluas; quæ non sine sensu captivitatis, summissis cervicibus, victores equos sequebantur.’

[b] *Et apud Argos*] Saxo de muris a fœmina, cujus filium occisurus erat, jactato occisus est. Vide apud Plutarch. Argos in Peloponneso.

[c] *C. Fabio Licino, et C. Claudio Canina*] Vulgo, *C. Fabricio Luscino, C. Claudio Cinna.* Sed falsum est annum ab Urbe condita CCCCLXI. hos Consules habuisse. Hic gravissimum errorem esse existimo, qui sic corrigendus: *Caio Fabio Luscino, C. Claudio Canina Consulibus anno Urbis conditæ* CCCCLXXX. Ita enim ex Fastis verum est. Et circa illa tempora cum Ptolemæo Ægypti rege societatem junctam scribit Epitome Livii.

urbis conditæ CCCCLXI.[v] legati Alexandrini,[w] a Ptolemæo missi, Romam venere:[x] et a Romanis amicitiam, quam petierant, obtinuerunt.

16. Quinto Ogulnio,[d] C.[y] Fabio Pictore coss. Picentes[e][z] bellum commovere, et ab insequentibus coss. P. Sempronio, Appio Claudio, victi sunt; et de his triumphatum est. Conditæ a Romanis civitates, Ariminum[f][a] in Gallia, et Beneventum[g] in Samnio.

17. M.[b] Atilio Regulo,[h] L. Junio[c] Libone[i] coss. Sallentinis[j] in Apulia[d] bellum indictum[e] est: captique sunt cum civitate[f] simul[k] Brundusini,[g] et de his[h] triumphatum est.

18. Anno CCCCLXXVII.[l] cum jam clarum urbis Romæ nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant.

Cl. Cannia 3.—[v] Sic Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. 5. alii CCCCLXXX.—[w] *Alexandri* Lugd. Bat. 1.—[x] *Venire* Lugd. Bat. 1. et mox *petierat. petiverunt* 2.—[y] *Qu. Gulone, Fabio Pictore* G. B. V. L. Bat. 2. 3. 4. *Quinto Culone, Fab. Pict.* 5. *Qu. Gallinio, Gajo, &c.* L. N. LC. *Q. Gulinio, &c.* F. *Culnio* Lugd. Bat. 1. Ex Mss. itaque hic et superius reposita vera est lectio.—[z] A *Picentes* usque ad *P. Sempronio* omnia desunt Lugd. Bat. 2.—[a] *Ariminus* LC. G. B. N. M. L. Lugd. Bat. 1. 3. 4. Gr. *conditæ sunt* Lugd. Bat. 2.—[b] *M.* deest in Lugd. Bat. 1. 2. 4.—[c] *Junio* deest B. *Julio* G. N. 1. Lugd. Bat. 2. 3. 5. *Juloli* 4. Vide Annott.—[d] Desunt V. *in Appulia* legit Lugd. Bat. 2.—[e] *Inditum* Lugd. Bat. 4. —[f] *Cum civitate* desunt G. et Lugd. Bat. 4.—[g] *Brundisini* Lugd. Bat. 1. 2. sed. 1. proximum *et* delet.—[h] *His iterum* (*denuo Romæ* Lugd. Bat. 2.) *triumphatum est* Fr. Vi. Vide Annott.—[i] *Ab urbe condita* addit Lugd. Bat. 4.—

NOTÆ

[d] *Quinto Ogulnio*] Sæpe legitur *Quintio Gulone:* sed hunc Q. *Ogulnium* vocant Fasti, ejusque Consulatum notant ann. mundi 3681. ante Ch. Nat. 267. ab U. C. 484.

[e] *Picentes*] Eorum regio *Picenum* intra Umbriam et littus Adriaticum; hodie *la Marche d'Ancone* est; et alterum Picenum post Campanos ad mare Tyrrhenum, avulsa particula quædam eorum, qui ad mare Adriaticum incolunt a Romanis illuc traducta ad Pæstanum sinum. De prioribus hic loquitur Eutropius. Vide Flor. p. 40.

[f] *Ariminum*] Supra Umbriam ad littus Adriaticum.

[g] *Beneventum*] Prius dictum *Maleventum*, sed ob obscœnitatem nomen immutatum.

[h] *Marco Atilio Regulo*] Anno sequenti post devictos Picentes. Vide Florum p. 41.

[i] *L. Junio Libone*] *Julium* vocant Fasti.

[j] *Sallentinis*] Ad Iapigium promontorium. Salentini Cretensium coloni.

[k] *Simul Brundusini*] Brundusinos a Salentinis diversos facit, quippe eos Calabriæ tribuit, Brundusium tamen Salentinorum caput vocat Florus.

[l] *Anno* CCCCLXXVII] In numero erratum esse oportet. Primus annus belli Punici fuit 489. Coss. Appio

Ut igitur cognosceretur, quæ copiæ Romanorum essent, census est habitus; [k]inventa sunt civium capita[m] CCXCII. millia CCCXXXIV.[l] quanquam a condita urbe nunquam bella[m] cessassent. Et contra Afros bellum susceptum est primum, Appio Claudio, Q. Fulvio[n] coss. In Sicilia[o] contra eos pugnatum est, et Appius Claudius de Afris et rege Siciliæ[p] Hierone[n] triumphavit.

19. Insequenti anno,[q] Valerio Marco et Otacilio[r] coss. in Sicilia a Romanis res magnæ gestæ sunt. Tauromenitani,[o] Catanenses,[o] et præterea[t] quinquaginta civitates[p] in fidem [u]acceptæ sunt. Tertio anno[q] in Sicilia contra Hieronem[w] bellum patratum[x] est. [y]Is cum omni nobilitate Syracusanorum pacem a Romanis impetravit, deditque argenti talenta[z] ducenta.[r] Afri in Sicilia victi sunt, et de his secundo[a] Romæ triumphatum est.

20. Quinto anno belli Punici,[s] quod contra Afros agebatur, primum Romani C.[t] Duillio[b] et[c] Cn. Cornelio Asina[d]

---

[k] *Tum* addunt Lugd. Bat. 1. 3. 4. *tunc* 2. mox *civium* delet 1.—[l] CCCCXXXIII. G. Lugd. Bat. 1. et in quibusd. edd. *capita* CCXCII. *milia et* CCCXXIII. Lugd. Bat. 2. *capita* LXXXII. deleto *millia* 5.—[m] *Bello* Lugd. Bat. 1. 4. *belli* 3. Mox *et* deest in 2.—[n] *Fabio* B.—[o] *A Romanis* addit Lugd. Bat. 3. Pro *contra* 2. legit *erga*.—[p] *Scilicet* Lugd. Bat. 1.—[q] *Anno* abest a L. Bat. 1.—[r] *Atacilio* M. B. N. *Octacilio* Lugd. Bat. 1.—[s] *Catinenses* Lugd. Bat. 5.—[t] *Præter hos* Lugd. Bat. 2.—[u] *In fide* Lugd. Bat. 1. *in fide accipiunt* 2.—[w] *Hieronem regem Siculorum bel.* L. G. B. N. LC. V. Fr. Vin. *Regem Siculianum bellum* Lugd. Bat. 5. *Hieronem regem Siculorum bel. præper.* Lugd. Bat. 3.—[x] *Præparatum* Lugd. Bat. 2.—[y] *Sed* addit Lugd. Bat. 2.—[z] *Ducenta talenta* Lugd. Bat. 1. 2.—[a] *Denuo* Lugd. Bat. 2.—[b] *Duellio* V. N. B. L. LC. Lugd. Bat. 1. *Duillo* Lugd. Bat. 2. 3. *Diulio* 4.—[c] *Et* delet Lugd. Bat. 4.—[d] *Asena* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

Claudio et Q. Fulvio.

[m] *Inventa sunt civium capita*] Desunt CX. Ex tabulis Capitolinis, quæ 292224. ponunt. Tunc conditum lustrum 35.

[n] *Et rege Siciliæ Hierone*] Syracusis regnabat. Primo anno belli victus. Vide Florum 48.

[o] *Tauromenitani, Catanenses*] Tauromenium et Catana Siciliæ urbes in littore Eoo.

[p] *Quinquaginta civitates*] Civitates plusquam sexaginta, alii.

[q] *Tertio anno*] Immo hoc superioribus Consulibus factum Scriptores consentiunt.

[r] *Deditque argenti talenta ducenta*] Mira locutio, subintelligendum *pondo*. Ita enim loquebantur. Ducenta talenta efficiunt 120000. aureos.

[s] *Quinto anno belli Punici*] Hunc ab incepto bello quartum potius dicas.

[t] *C. Duillio*] Duillio Cornelioque Consulibus, etiam mari congredi

coss. in mari dimicaverunt, paratis navibus rostratis, quas Liburnas[u] vocant.[t] Consul Cornelius fraude deceptus[v] est. Duillius,[f] commisso prælio, Carthaginiensium[s] ducem[w] vicit, XXXI.[h] naves cepit,[x] XIV.[i] mersit, VII.[k] millia hostium cepit, III.[l] millia occidit: neque ulla victoria Romanis gratior fuit, quod invicti terra, jam etiam mari plurimum possent.[m] C. Aquil[n] Floro,[y] L. Scipione coss. Scipio Corsicam et Sardiniam vastavit,[z] multa millia inde captivorum abduxit,[a] triumphum egit.

21. L. Manlio[p] Volsone,[q] M. Atilio Regulo[z] coss. bellum[r] in Africam[s] translatum est: contra Hamilcarem, Carthaginiensium[s] ducem, in mari pugnatum, victusque[v] est.[w] Nam perditis LXIV.[c] navibus,[a] retro se recepit:[y] Romani XXII[a][b] amiserunt. Sed cum in Africam transissent, primam Clypeam[c] Africæ civitatem in deditionem[e] acceperunt. Con-

—[t] *Vocarunt* Lugd. Bat. 3.—[f] *Duillus* Lugd. Bat. 2. 3. ubique.—[s] *Kartaginensium* Lugd. Bat. 3. *Cartaginensium* 1. 2.—[h] XXX. E. et Lugd. Bat. 1. Vide Annott.—[i] XIII. HM.—[k] Alii VIII.—[l] IIII. Lugd. Bat. 4. *milia* addunt 1. 2. —[m] *Possint* L. B. 1.—[n] *Vicit* L. LC. Vi.—[e] *Adduxit* L. Bat.—[p] *Mallio* L. B. 2. 4. 5.—[q] *Vulsone* L. B. 1. 4. *Vulscone* 2.—[r] *Bellum* delet L. B. 5.—[s] *Africa* L. B. 4.—[t] *Carthaginensium* L. B. 1. semper.—[v] *Victus* L. B. 2.—[w] *Amilcar* addit L. B. 2.—[x] LXIII. tantum ponit Polybius, et Lugd. Bat. 1. LXIV. 4.—[y] *Suscepit* L. B. 4.—[z] XXIV. Polyb. XX. LC. L. XXI. Lugd. Bat.—[a] *Ditionem*

NOTÆ

ausus est.' Florus.

[t] *Quas Liburnas vocant*] A Liburnis populis in Illyrico.

[v] *Fraude deceptus*] Ab Annibale seniore evocatus, tanquam in colloquium, per fraudem capitur.

[w] *Carthaginiensium ducem*] Annibalem.

[x] XXXI. *naves cepit*] Victor, 'XXX. naves cepit, XIII. mersit.' Columna rostrata a Ciacconio suppleta: TRIGINTAQUE NAVES CEPIT CUM SOCIIS SEPTEM, REMOSQUE DUCIS QUINREMOSQUE TRIREMOSQUE, NAVES XX. DEPRESSIT. Ita edidit Clacconius, Polybium secutus, qui omnes naves, quas hoc prælio Carthaginienses amiserunt, quinquaginta fuisse, atque ex ipsis XXX. captas tradit: unde suspicatur etiam vir doctissimus, et hic et apud Victorem pro XIII. sive [XIV. scriptum fuisse XIX.

[y] *Caio Aquilio Floro*] Anno mundi 3691. ante Ch. Nat. 257. ab U. C. 493.

[z] *L. Manlio Volsone et M. Atilio Regulo*] 'Marco Atilio Regulo jam in Africam navigabat bellum.' Flor. ann. ab U. C. 496.

[a] LXIV. *navibus*] Sexaginta tres ponit tantum Polyb.

[b] XXII.] Polyb. XXIV.

[c] *Primam Clypeam*] 'Prima belli præmium fuit civitas Clypea.' Flor. Clypea hodie Zafaran.

sules usque ad Carthaginem processerunt: multisque vastatis Manlius[b] victor Romam rediit, et XXVI.[c] millia captivorum[d] reduxit.[e] Atilius[f] Regulus in Africa remansit. Is contra Afros aciem instruxit: contra tres Carthaginiensium[g] duces[g] dimicans victor fuit: XVIII.[h] millia hostium cecidit, quinque millia cum XVIII.[i] elephantis[e] cepit: LXXIV.[k] civitates in fidem accepit. Tum victi[l] Carthaginienses[m] pacem a Romanis petierunt:[f] quam cum[n] Regulus nollet nisi durissimis conditionibus dare, Afri[o] auxilium a Lacedæmoniis petierunt: et duce Xanthippo, qui a Lacedæmoniis missus fuerat,[p] Romanorum dux Regulus victus est ultima pernicie. Nam duo millia tantum[q] ex omni Romano exercitu refugerunt;[r] quingenti cum imperatore Regulo capti[s] sunt: XXX. millia occisi:[t] Regulus ipse in catenas conjectus.[v]

22. M. Æmilio Paullo,[g] Servio[w] Fulvio[x] Nobiliore[y] coss.[z] ambo Romani consules ad[a] Africam profecti sunt cum trecentarum navium classe:[b] primum Afros navali certamine

Lugd. Bat. 1. *dedicationem* 2. semper.—[b] *Mallius* L. B. 2. 4. 5.—[c] CCXXVI. L. B. 1. sed 4. delet *millia* et mox.—[d] *Captivorum cum ingentibus spoliis red.* V. HM.—[e] *Duxit* Lugd. Bat.—[f] Sic L. B. 2. Alii et Vulg. *Attilius.*—[g] *Duces Asdrubales duos et Amilcarem* V. HM.—[h] XX. LC. VI. Lugd. Bat. 1. XVII. 4. *decem et octo* 3. et mox.—[i] Alii perperam VIII. Et sic cod. Fuld. XVII. L. B. 2.—[k] LXXIII. Lugd. Bat. Fr. Vi. LXXXII. HM. In V. voces istæ, LXXIV. *civitates in fidem accepit*, desiderantur.—[l] *Viginti* L. B. 3.—[m] *Carthaginensium* L. B. 1. semper. *Kartaginensium* 3. ubique.—[n] *Quod* L. B. 3.—[o] *Per Africam* L. Bat. 1. *a Lac. aux.* L. B. 4.—[p] *Et Dux adhuc et rex Xantippus: qui a Lacedæmoniis missus illi præfuit bello, cujus et victor fuit: Romanorum dux Regulus victus est* V. *et a duce* L. B. 2. 4.—[q] *Tantum hominum* L. Bat. 1.—[r] *Refugerunt* deest F. Al. *remanserunt.*—[s] *Quingenti capti* Lugd. B. 1. *Quingenti* 3. G. B. N. M. F.V. Gr. HM. Et sic Polyb. Sed hinc usque ad XXX. *millia* delet L. B. 4. vulg. *quindecim millia...capta.*—[t] *Occisa* Lugd. B. 1. et 4. *Occisa Xanthippus illico ex Africa migravit in Græciam, Reg.* V.—[v] *Conjicitur* L. B. 2.—[w] *Æmilius Paulus, Servus Fulvius* L. B. 2.—[x] *Fulino* L. B. 4.—[y] *Nobiliores* L. B. 2.—[z] *Romanis* addit L. B. 2.—[a] Delent hic *ad* L. Bat. 1. et Ed. A. F.—[b] In quibusd. Mss. et impressis: *classe Clypeam petunt, et contra Carthaginien-*

NOTÆ

[g] *Tres Carthaginiensium duces*] Hannibalem, Hannonem, et Amilcarem vel Asdrubalem.

[e] *Cum* XVIII. *elephantis*] Alii VIII.

[f] *Pacem a Romanis petierunt*] Quidam aiunt ab ipso Regulo pacem eis oblatam, ne alius in ejus belli gloriam veniret, sed ob duriores conditiones repudiatam.

[z] *Marco Æmilio Paullo*] Anno mundi 3696. ante Ch. Nat. 252. ab U. C. 498.

superant. Æmilius consul CIV.[c] naves hostium demersit:[b] XXX. cum pugnatoribus cepit: XV.[d] millia hostium aut occidit, aut cepit; militem suum[e] ingenti præda ditavit. Et subacta Africa tum fuisset, nisi tanta fames fuisset,[f] ut diutius expectare exercitus[g] non posset. Consules cum victrici[h] classe redeuntes, circa Siciliam naufragium passi sunt: et tanta tempestas fuit, ut ex quadringentis sexaginta[i] quatuor navibus,[i] octoginta[k] servari vix[l] potuerint. Neque ullo tempore tanta maritima tempestas audita est. Romani tamen statim[m] ducentas[n] naves reparaverunt, neque in aliquo animus his infractus fuit.[k]

23. Cn. Servilius Cæpio et C. Sempronius[o] Blæsus[p] coss. cum ducentis sexaginta[q] navibus ad[r] Africam profecti sunt: aliquot civitates ceperunt: prædam ingentem reducentes[s] naufragium passi sunt.[t] Itaque cum continuæ calamitates Romanis displicerent, decrevit Senatus, ut a maritimis[u] præliis recederetur, et tantum sexaginta naves ad præsidium Italiæ salvæ essent.

24. L. Cæcilio Metello,[m] C. Furio Pacillo[v] coss. Metel-

---

ses venerunt.—[c] CIII. Lngd. Bat. 1. c. *et* IIII. 4. 5.—[d] *Quintum decimum* L. B. 2. *quinque* S. B.—[e] *Milites suos* L. B. 4.—[f] *Quod tanta fames erat* L. Bat. 1. *nisi quasi* 2. *nisi quod erat* 4. 5.—[g] *Exercitus exspectari* L. B. 4.—[h] *Victrice* L. B. 1.—[i] LXXXIV. *navibus* LC. LX. *navibus* S. G. B. V. HM. LXIX. *navibus* N. M. CCCCLX. *navibus* L. B. 4. sed 2. et 5. delent *sexaginta.*—[k] XC. G. *octuaginta* L. B. 4.—[l] *Vix* delent L. B. 1. 2. 4.—[m] *Statim* delet L. B. 4.—[n] *Et naves* pro *ducentas* L. Bat. 1.—[o] *Servius* V. *Serv. Cæp. C. Semp.* deleto *et* L. B. 2. *Cæpio et Semp.* 4. *Cæpioque Sem.* 5. *Scipio* 3.—[p] *Blæses* L. B. 1.—[q] LII. L. B. 5.—[r] Hic τὸ *ad* nonnulli iterum delent, ut L. B. 1.—[s] *Redeuntes* L. B. 4.—[t] *Sunt circa Palinurum Promontorium. Itaque* V. HM.—[u] *Marinis*

NOTÆ

[b] CIV. *naves hostium demersit*] Quidam tradunt eum centum quatuordecim naves cepisse. Vide infra.

[i] *Ut ex quadringentis sexaginta*] Supra dicit Consules cum trecentarum navium classe in Africam navigasse, et in pugna 30. tantum cepisse: unde igitur hic in reditu quadringentæ illæ sexaginta quatuor?

[j] *Romani tamen statim*] Eodem anno, etsi aliis Consulibus.

[k] *Infractus fuit*] Hic *infractus* nil aliud significat quam *fractus*, ut apud Virgilium: 'Torpent infractæ ad prælia vires.' Et alibi, quod notandum.

[l] *Cnæus Servilius Cæpio*] Anno ab U. C. 499.

[m] *Lucio Cæcilio Metello*] Hi Consules in Siciliam proficiscuntur A. U. C. 592. verum nihil eo anno ausi sunt, sed anno sequenti Metellus Procon-

lus in Sicilia[a] Afrorum ducem, cum CXXX.[y] elephantis et magnis copiis venientem,[z] superavit,[a] XX.[b] millia hostium cecidit,[c] XXVI.[d] elephantos[e] cepit, reliquos errantes per Numidas,[n] quos in auxilium habebat, collegit, et Romam deduxit ingenti pompa, cum CXXX.[f] elephantorum numerus omnia itinera compleret. Post hæc mala Carthaginienses Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romam proficisceretur, et pacem a Romanis obtineret, ac permutationem captivorum faceret.

25. Ille Romam cum venisset,[g] inductus in senatum, nihil quasi Romanus egit:[o] dixitque, 'se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum[h] esse desiisse.'[p] Itaque et uxorem a complexu[i] removit,[q] et Romanis[k] suasit, ne pax cum Pœnis fieret. 'Illos enim fractos tot casibus,[r] spem nullam habere: se[l] tanti non esse, ut tot millia captivorum propter unum se, et senem, et paucos, qui ex Romanis capti fuerant, redderentur.'[m] Itaque obtinuit: nam Afros pacem petentes nullus admisit: ipse Carthaginem rediit: offerentibusque[n] Romanis, ut eum[o] Romæ tenerent, negavit se in ea urbe[p] mansurum, in qua, postquam Afris servierat, dignitatem honesti civis habere non posset. Re-

---

L. B. 3. et mox *recederent*.—[w] Vulg. *Placido*, uti et L. B. 2. 3.—[x] *Siciliam* L. B. 4.—[y] CXX. LC. L. L. B. 2. C. 3. XXX. F.—[z] *Venientem* delet L. B. 4.—[a] *Apud Panormum superavit* V. HM.—[b] CC. L.—[c] *Occidit* L. B. 2. et modo *millia* delet, uti et 3.—[d] *Sex et viginti* L. B. 1. 2. 5.—[e] *Elephantes* L. B. 4. 5.—[f] CXX. L. B. 2. LC. CIV. HM. XXX. F. omisso centenario. Gr. M. indefinite, *elephantorum magnitudo et multitudo*.—[g] *Et* addit L. B. 1.—[h] *Non esse dixisse* L. B. 1. 3. 4. *desisse* 2.—[i] *Ab amplexu* L. B. 5.—[k] *Senatui* L. B. 1. 2. 3. 4. 5.—[l] *Tanti* L. Bat. quatuor et vulg. deleto *se*.—[m] *Redderent* L. B. 2. 3. 4. 5.—[n] *Offerentibus* L. B. 3.—[o] *Cum* pro *ut eum* L. B. 1. 2.—[p] *Esse* addit L. B. 3.

NOTÆ

sul Asdrubalem superavit.

[n] *Per Numidas*] Per Numidarum ordines, quos in castris suis habebat Metellus.

[o] *Nihil quasi Romanus egit*] Quasi Carthaginis potius quam Romæ civis fuisset.

[p] *Romanum esse desiisse*] Capitis certe deminutionem passus erat, de qua et ejus speciebus vide præter ceteros Sigonium.

[q] *Uxorem a complexu removit*] Hoc graphice depingit Horatius Od. 5. l. III. 'Fertur pudicæ conjugis osculum, Parvosque natos, ut capitis minor, A se removisse,' &c.

[r] *Fractos tot casibus*] Hic *fractos* est idem quod supra *infractus*; et sic Virgilius: 'Fracti bello,' &c.

gressus igitur ad Africam,[q] omnibus suppliciis extinctus est.[s]

26. Pr Claudio Pulchro,[t] L.[s] Junio coss. Claudius contra auspicia[u] pugnavit, et a Carthaginiensibus victus est. Nam ex CCXX.[x] navibus[y] cum XXX. fugit,[w] nonaginta[x] cum pugnatoribus captæ[y] sunt; demersæ ceteræ. Alius quoque consul classem naufragio amisit: exercitum tamen salvum habuit; quia vicina littora erant.

27. C.[v] Lutatio[z] Catulo, A. Postumio Albino[a] coss. anno belli Punici XXIII.[b] Catulo[c] bellum contra Afros commissum est. Profectus est[d] cum CCC.[e] navibus[v] in Siciliam. Afri contra ipsum CCCC.[f] paraverunt.[x] [Nunquam in mari

---

—[q] *Africam, circumcisis palpebris, cum usque ad mortem cum cruciatu intolerabili ac dolore vigilaret, demum omnibus suppliciis exstinctus est* S. G. B. N. V. HM. L. B. 2. 3. Sed 4. 5. parum differunt.—[r] *Post* L. B. 2. 3. 4. 5.—[s] *C.* alii pro *L.* vocant: vid. Pigh. II. p. 49. *Cneus* L. B. 3.—[t] CCCC. *et* XX. Lugd. B. 1. CC. *et* XX. 5.—[u] *Navibus, quas in Adriano adduxit portu* V.—[w] Quatuor hæ voces *nav. cum* XXX. *fug.* a Lugd. Bat. 1. absunt.—[x] XX. LC. V. P. Nostram lectionem stabilit etiam Polybius I. Τῶν λοιπῶν σκαφῶν ὄντων ἐννενήκοντα καὶ τριῶν ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι. Ceterum post *cetera* addunt vulgo; XX. *millia capta.*, sive ut nonnulli, *octo millia hominum cæsa, viginti millia capta.* Sed quod nihil hujusmodi S. B. L. et F. habent, nec cum styli ratione cohæret, abjecimus cum aliis a Diacono, ut videtur, inepte assutis.—[y] *Capti* L. B. 1.—[z] *Luctatio* L. B. 5. *Luct. Catullo* 2. ubique.—[a] *Allicano* V. L. B. 3. 5. *Alipino* 1.—[b] XX. *et* III. L. B. 2. 3. 5.—[c] *A Catullo* L. B. 2. *a* addit quoque 3.—[d] *Est* abest a L. Bat. 1. 2.—[e] Ita etiam Victor. CC. habet Polybius.—[f] *Qua-*

NOTÆ

[s] *Omnibus suppliciis extinctus est*] Resectis palpebris soli expositus, et deinde angusta arca inclusus, clavis acutissimis undique introrsum actis, ut se in nullam ejus partem sine pœnis atrocissimis inclinaret, vigiliis et dolore perimitur.

[t] *Pub. Claudio Pulchro*] A. U. C. 504.

[u] *Contra auspicia*] Non solum contra auspicia, sed contemtis et irrisis auspiciis. Cicero de nat. Deorum II. 'Nihil nos P. Claudii bello Punico primo temeritas movebit, qui etiam per jocum Deos irridens, cum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam jussit, ut biberent, quoniam esse nollent: qui risus, classe devicta, multas illi lacrymas, magnam Populo Romano cladem attulit.'

[v] *C. Lutatio*] Anno mundi 3707. ante Ch. Nat. 241. ab U. C. 510. Sed quinque annorum res gestas præterit Eutropius.

[w] *Cum* CCC. *navibus*] Ita etiam Victor.

[x] *Contra ipsum* CCCC. *paraverunt*] Victor tamen scribit sexcentas a Romanis Carthaginiensium naves vel captas, vel depressas: sed ibi monui pro DC. legi debere CD. Adi locum p. 65.

tantis copiis pugnatum est.[e]] Lutatius Catulus navem æger ascendit: vulneratus enim in pugna superiore[y] fuerat. Contra Lilybæum,[z] civitatem Siciliæ, pugnatum est ingenti virtute Romanorum. Nam LXXIII.[A] Carthaginiensium naves captæ sunt, CXXV.[i] demersæ, XXXII.[k] millia hostium capta, XIII.[l] occisa: infinitum auri argentique pondus[m] in potestatem Romanorum redactum. Ex classe Romana XII. naves demersæ.[n] Pugnatum est VI. Idus Martias.[a] Statim Carthaginienses pacem[o] petierunt, tributaque est[p] eis[q] pax;[b] captivi Romanorum,[r] qui tenebantur a Cartha-

draginta L. B. 2.—[e] Inclusa non agnoscunt L. LC. et Vi. Expressit autem Metaphrast. scripsit etiam Merula: et in Fuld. quoque invenit Sylb. et Lugd. Bat. omnes exhibent.—[A] LXX. L. B. 1.—[i] XXX. V. XXV. N. M. LC. L. F. CXXX. HM. XXV. *demersæ* L. B. 2. 3. 5.—[k] XXII. E. XXX. L. B. 1. 5. XXX. *hostium capti* 2.—[l] XII. M. N. LC. F. XIV. F. *et* XII. L. B. 1.—[m] *Prædæ* Lugd. Bat. omnes. Sed 2. *prædæ pondere in potestate.*—[n] *Submersæ* L. B. 2.—[o] *Pac. Carth.* transponunt L. B. 1. 2. 3. 5.—[p] Ita ex Lugd. Bat. Reliqui vel *tributa est eis pax;* vel *tributaque eis-p.*—[q] *His* B. 2. 5.—[r] *Capt. Roman.* de-

NOTÆ

[y] *Vulneratus enim in pugna superiore*] Errat Eutropius, si de pugna ab Appio commissa intelligit, de qua superiori capite.

[z] *Contra Lilybæum*] *Contra* apud bonos Latinitatis auctores est *ex adverso, vis-a-vis.* Pugnatum est enim ad Ægates insulas, quæ Virgilio Aræ dictæ, quod ibi Carthaginiensium fœdus ictum. Lilybæum, urbs et promontorium Siciliæ, in littore occiduo.

[a] VII. *Idus Martias*] Id est, die 10. Martis. Romani, ut hoc obiter in tyronum gratiam dicatur, dies mensium numerabant per Kalendas, Nonas et Idus. Kalendæ dicebantur primi dies mensium, Nonæ erant vel quintanæ vel septimanæ, hoc est, vel quinti vel septimi dies mensium; Idus, nonus dies a Nonis. Ita cum Nonæ erant quinto die, Idus erant decimo-tertio: cum septimo die, Idus erant decimo-quinto die. Sed retrogrado ordine numerabant, nempe ante Nonas, Idus, Kalendas, ita ut numeros mensium notarent, non prout in mense sequebantur, sed prout Nonas vel Idus antecedebant, vel Kalendas mensis sequentis, exempli gratia: mense Martio Nonæ sunt septimo die: Idus decimo-quinto. Igitur secundus dies Martis erit VI. Nonas Mart. Octavus dies Martis erit VIII. Idus: dies qui proxime Idus sequitur, nempe XVI. erit 17. Kalendas, hoc est, dies decimus-septimus ante Kalendas mensis sequentis, nempe Aprilis. Dies ante Nonas, Idus et Kalendas, dicebant pridie Idus, Nonas et Kalendas.

[b] *Tributaque est eis pax*] Hac conditione, Sicilia, Sardinia, et ceteris insulis intra Italiam Africamque, Hispania citra Iberum fluvium ut abstinerent, et pro impensis bellicis argenti puri tria millia talentorum Euboicorum æquis pensionibus per annos XX. penderent. Vide notata apud Victorem pag. 65.

giniensibus, redditi sunt. Etiam Carthaginienses petierunt, ut redimi eos captivos liceret, quos ex Afris Romani tenebant. Senatus jussit sine pretio dari eos, qui in publica custodia essent: qui autem a privatis tenerentur, ut, pretio dominis reddito, Carthaginem redirent; atque id pretium ex fisco[c] magis, quam a Carthaginiensibus solveretur.

28. Q. Lutatius,[d] A. Manlius,[r] coss. creati,[r] bellum[v] Faliscis intulerunt, quæ civitas Italiæ opulenta quondam fuit: quod ambo coss. intra sex dies,[e] quam venerant, transegerunt,[f w] XV.[x] millibus hostium cæsis,[y] ceteris pace concessa: agro tamen ex medietate sublato.[z]

sunt V.—[r] *Mallius* L. B. 2. 4. 5.—[t] *Creati sunt* L. B. 2. 4. 5.—[v] *Belli* L. B. 2. —[w] *Transigerunt* L. B. 2. 5.—[x] XII. S.—[y] *Millium* L. B. 2. *Millia hostium cæsa* L. B. 1. deleto *ceteris*, quæ etiam vox abest in 2.

NOTÆ

[c] *Ex fisco*] Debuit dicere ex ærario. Aliud enim *fiscus*, aliud *ærarium*. *Fiscus* est Principis, *ærarium* populi. Sed ita illis temporibus vulgo loquebantur.

[d] *Q. Lutatius*] A. U. C. 512. eodem anno, quo Caius Lutatius, de quo capite superiori. Nimirum hi Consules Magistratum inierunt circa finem Maii.

[e] *Intra sex dies*] Epitome Livii: 'Falisci, cum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt.

[f] *Transegerunt*] Id est, Finierunt. Sic cap. 1. lib. sequentis: 'Jam enim fuerat pugna transacta.'

[z] *Agro tamen ex medietate sublato*] Innuit Romanos Faliscis ademisse agrum, qui medius erat inter Falerios et Romam, vel etiam innuit Faliscos municipes factos; ita ut non sui, ut antea, sed Romani juris essent.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER III.

FINITO igitur Punico bello, quod per XXIII.[a] annos[a] tractum[d] est, Romani jam clarissima gloria noti, legatos ad Ptolemæum[b] Ægypti regem miserunt, auxilia promittentes, quia Rex Syriæ Antiochus ei bellum[c] intulerat. Ille gratias Romanis egit; auxilia[d] non accepit: jam enim fuerat pugna transacta. Eodem tempore[e] potentissimus Rex Siciliæ Hiero Romam venit[e] ad ludos spectandos,[f] et ducenta millia[g] modiorum[d] tritici[h] populo dono exhibuit.

[a] Plerique codd. Mss. ut L. B. 2. 4. et libri impressi XXII. Sed Gr. et HM. XXIII. Tanaquillus Faber legit XXIV. Fuld. habet XXXIII. Lugd. Bat. 1. 5. *duodecim*.—[b] Alii *contractum*. Lugd. Bat. 1. *factum*. L. B. 3. *perfectum*. Merula *gestum*. Optime L. B. 2. 4. 5. et Sylb. *tractum*, quod Græco παρατεθεὶς, quo Metaphrasta usus est, respondet. *Trahere* vero bellum, est *prolongare*, Liv. IV. 18. IX. 23. *transactum* A. et H.—[c] *Bellum ei* L. B. 2. 3. 5. sed 4. *ei* delet.—[d] *A Romanis* addit Lugd. Bat. 1.—[e] *Venerat* L. B. 4.—[f] *Exspectandos* Lugd. Bat. pr. quam vocem non agnoscunt Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. ubi tantum *ad ludos*.—[g] *Millia* præter L. B. 1. reliqui respuunt, hic et

NOTÆ

[a] *Quod per* XXIII. *annos*] Vulgo XXII. Sed supra jam annos XXX. notavit, ergo hic error est: lege *quod per* XXIV. *annos*, et verum est. *Pater meus*.

[b] *Ptolemæum*] Ptolemæum Euergetem.

[c] *Eodem tempore*] Anno mundi 3718. ante Ch. Nat. 285. ab U. C. 516.

[d] *Modiorum*] Modius continebat li-

2. L.[i] Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco coss. quibus[k] Hiero Romam venerat, etiam contra Ligures intra Italiam[l] bellum gestum est, et de his[l] triumphatum. Carthaginienses tum[m] bellum reparare tentabant,[n] Sardinienses, qui ex conditione[o] pacis Romanis parere debebant, ad rebellandum impellentes. Venit tamen legatio Carthaginiensium[o] Romam,[p] et pacem impetravit.

3. T.[q] Manlio[s] Torquato, C.[r] Atilio Bulbo[t] coss. de Sardis triumphatum est; et, pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt: quod his post Romam conditam[h] semel tantum, Numa Pompilio regnante,[t] contigerat.

4. L.[u] Postumius Albinus,[i] Cn.[w] Fulvius Centumalus[x] coss. bellum contra Illyrios[j][y] gesserunt; et, multis civita-

---

ubique, quod semel dictum sit.—[k] *Summam* interserit Lugd. Bat. 3.—[l] deest B. et L. B. 2. 3. *Lentulino* 2. *Lento* 4.—[l] *Diebus his* addit L. B. 3. *diebus* etiam 5.—[l] *De his* desunt M. G. *triumphatum est* L. B. 4. 5.—[m] *Tamen* L. Bat. 1. 3. *certamen* Lugd. Bat. 2. *tm* 4.—[n] *Temptabant* Cod. Fuld. et L. B. 2. 5.—[o] *Rom. Leg. Carth.* L. B. 1. 4. 5. ita transponunt. sed 1. legit *Romæ*.—[p] *Romam* deest G. Lugd. B. 2.—[q] *Titto* L. B. 3. sed *Mallio* 2. 4. 5. ubique, quod semel dictum sit. *Malio* 3.—[r] Q. Lugd. B. 1. G. 2.—[t] *Bulbo* deest V. *Vulgo* S. N. LC. M. B. L. G. Lugd. Bat. 2. 3. *Fiulgo* 4. *Bullo* HM. et sic etiam Tabulæ Græcæ. Freinshemius [not. in L. Flor. II. c. 3.] notavit, perperam a nostro *Balbum*, et ab Orosio *Bubulcum* appellari.—[t] *Regnante* delet L. B. 2.—[u] *L.* deest G. LC. *Albinus* tantum legitur in L.—[w] *Cn.* deest L. *gener* L. B. 2. C. 4.—[x] *Centumalos* L. B. 3. qui mox *bellum* delet. *Centum maliis* 4.—[y] *Yliricos* L. B. 2. *Illiricos* 3. ubique.—[z] *Dedicationem* L. B. 2. ubi-

NOTÆ

bras viginti sex cum besse, id est, cum octo unciis.

[l] *Contra Ligures intra Italiam*] Liguria Italiæ portio in ipsis Apenninis montibus inter Alpes et Etruriam. De hoc bello Ligustico vide Flor. p. 52.

[n] *Sardinienses, qui ex conditione*] Ex fœdere enim Pœni Sardinia, Sicilia, ceterisque insulis abstinere debebant.

[q] *Tito Manlio*] Anno Urbis conditæ 518.

[h] *Quod his post Romam conditam*] Florus de ea re loquens p. 52. 'Argumentumque pacis et bona fide cessantium armorum, tunc primum post Numam, clausa porta Jani fuit, sed statim ac sine mora patuit.' Sed hoc ille ante bellum Ligusticum factum dicit.

[i] *L. Postumius Albinus*] Anno Urbis conditæ 524. De hoc bello vide Florum lib. II. c. 5. p. 54. Tunc Posthumius Albinus secundo Consul fuit.

[j] *Illyrios*] Illyrii sub extremis Alpium radicibus inter Arsiam Titiumque flumen, per totum Adriani maris littus effusi.

tibus captis, etiam reges[k] in deditionem[s] acceperunt: ac tum primum de[e] Illyriis triumphatum est.

5. L.[f] Æmilio cos.[l] ingentes Gallorum copiæ[m] Alpes transierunt. Sed pro Romanis tota Italia consensit: traditumque est a[e] Fabio historico,[n] qui ei[d] bello interfuit, DCCC.[e] millia hominum[o] parata ad id bellum fuisse. Sed res per cos.[f] tum[g] prospere gesta est: XL.[h] millia hostium[p] interfecta sunt, et triumphus Æmilio decretus.

6. Aliquot deinde[q] annis post, contra Gallos intra Italiam pugnatum est, finitumque[i] est[k] bellum M. Claudio Marcello,[l] Cn. Cornelio Scipione coss. Tunc[m] Marcellus cum parva manu[r] equitum dimicavit, et Regem Gallorum,[n] Viridomarum[o] nomine, manu sua[s] occidit. Postea[p] cum[q] collega ingentes

---

que, quod semel monitum sit. *deditione* S. deleto *in*.—[e] *Ex* L. B. 2. 3. 4. 5.—[f] *L* deest LC. S. B. M. N. L. V. Lugd. Bat. 2. 3.—[g] *A* istud additum e Codd. nostris et Fuld. *his a Fabio* Lugd. Bat. 1. *a Favio* 2. 5.—[d] *Eo* L. B. 1.—[e] DCC. S. G. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. Consentit Vulg. L. Bat. 1. sed *hominum* ibi abest. —[f] Alii in plurali *consules*.—[g] *Tamen* L. B. 2. *tm.* 3. 4. *per Cos. prospere gestum est* S.—[h] XII. Lugd. Bat. 1. XL. *millia hostium capta sunt, et interfecta septem millia, et triumphus* G.—[i] *Finito bello* Lugd. Bat. 1. et Merula.—[k] *Est* delent L. B. 2. 3. 4. 5.—[l] *Et* addit L. B. 1.—[m] *Tum* L. B. 1. sed 2. et 3. respuunt.—[n] *Marcellus, cum imprudens in manum Gallorum incidisset, omniaque infesta vidisset, nec quo evadere posset haberet, in medium hostium irrupit. Quibus inopinata audacia percussis, regem quoque eorum, &c.* S. G. M. L. B. 4. 5.—[o] *Vitridomarum* G. *Virdomarum* HM. *Nitridomarum* L. B. 4. *Vitrodomarum* 5. et A. et H.—[p] *Postea cum* desunt S. L. B. 4. 5.—[q] *Atque ubi spes salutis vix fue-*

NOTÆ

[k] *Reges in deditionem*] Atqui Illyricis mulierem tantum imperasse dicit Florus, nempe Teutam.

[l] *L. Æmilio Consule*] Quatuor annis post bellum Illyricum, de quo supra. De hoc bello vide Florum lib. II. c. 4. p. 53.

[m] *Ingentes Gallorum copiæ*] Eorum exercitus fuit ducentorum millium.

[n] *Fabio historico*] Dicebatur Fabius Pictor, quem veteres minus diligentem fuisse testantur.

[o] DCCC. *millia hominum*] 'Eo bello Populus Romanus sui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur.' Epit. Livii. Polybius ad Eutropii numerum propius accedit.

[p] XL. *millia hostium*] Trucidata Gallorum 40. millia, capta 10. millia. Polyb.

[q] *Aliquot deinde*] Quatuor annis. Tot enim duravit bellum Gallicum.

[r] *Tunc Marcellus cum parva manu*] Pugnata est ea pugna ad Clastidium ad Padum.

[s] *Viridomarum nomine, manu sua*] Quo occiso, Marcellus tertia post Romulum Feretrio Jovi, sive potius Jano Quirino, opima spolia suspendit.

copias Gallorum peremit,[r] Mediolanum[t] expugnavit, grandem prædam Romam pertulit; ac[t] triumphans Marcellus spolia Galli,[v] stipiti imposita,[u] humeris suis vexit.

7. M.[w] Minucio[v] Rufo, P. Cornelio[x] coss. Histris[w] bellum illatum est, quia latrocinati[x] navibus[r] Romanorum fuerant, quæ frumenta exhibebant, perdomitique sunt omnes. Eodem anno[y] bellum Punicum secundum Romanis illatum est per Hannibalem, Carthaginiensium ducem; qui[y] Saguntum[z a] Hispaniæ civitatem, Romanis amicam, oppugnare aggressus est,[a] annum agens vicesimum[c] ætatis,[b] copiis congregatis CXL.[b] millium.[c] Huic Romani per[d] legatos[e] denuntiaverunt, ut bello abstineret.[d] Is legatos[e] admittere noluit.[e] Romani

rat, inde opima retulit spolia, postea cum B. M. L. B. 5.—[r] *Interemit* L. B. 5. sed 2. *pereunt:* et *ac* addit L. B. 3.—[t] *Hic* L. B. 4.—[v] *Spolia Gallus ita præcepit* L. B. 1.—[w] *M.* delent L. B. 2. 3. 4. 5.—[x] Vulgati *naves:* sed *navibus* L. B. 1. 2. 3. 4. 5.—[y] *Ducem, qui jamdudum Amilcari patri ad aras jurarerat, cum adhuc esset novem annorum, se, ut primum posset, adversus Romanos pugnaturum. Annibal ergo Saguntum, &c.* S. M. G. V. B. HM. L. B. 4. 5.—[z] *Sagunto* L. B. 1. —[a] Transponit Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. *agens vicesimum ætatis annum.*—[b] Livius habet CXL. tantum, nec ab eo discrepat Metaphrastes, aut Lugd. Bat. 1. Vulg. CL. Nonnulli corrupte *millibus* pro *millium.*—[c] *Legatum* F.—[d] *Obtine-*

NOTÆ

[t] *Mediolanum*] Trans Padum Gallorum Insubrium metropolis.

[u] *Stipiti imposita*] Ita enim tropæa fiebant.

[v] *M. Minucio*] Anno sequenti post triumphum Marcelli. an. ab U. C. 532.

[w] *Histris*] Primi in Illyrici ora maritima, contermini Italiæ et Caunis. Tota ora Istriæ stadiorum MCCC. Strab.

[x] *Quia latrocinati*] Romanorum naves frumento onustas interceperant.

[y] *Eodem anno*] Immo potius anno post Istricum secundo. Bellum enim Punicum secundum incepit ann. mundi 3731. ante Ch. nat. 217. ab Urbe condita 534. Vide Flor. lib. II. c. 6. p. 55.

[z] *Saguntum*] Hispaniæ Tarraconensis civitas ultra Iberum sita, passus mille ferme a mari, hodie *Morvedre.*

[a] *Oppugnare aggressus est*] Contra fœdus, quo cautum erat, Carthaginienses Hispania abstinerent.

[b] *Agens vicesimum ætatis*] Certe tunc natus erat annis XXVII. Natus enim an. mundi 3704.

[c] CXL. *millium*] 'Ad centum quadraginta millia habuisse creditur.' Livius.

[d] *Per legatos*] Legati missi P. Valerius Flaccus et Q. Bæbius Tamphilus. Hanc legationem Livius missam anno serius, Coss. P. Cornelio Scipione et T. Sempronio Longo. Vide tamen lib. XXI. c. 15.

[e] *Is legatos admittere noluit*] Iis obviam ad mare missi ab Annibale, qui dicerent nec tuto eos adituros inter tot effrænatarum gentium arma: nec

etiam[f] Carthaginem miserunt,[g] ut mandaretur Hannibali, ne bellum contra socios populi Romani gereret. Dura responsa[g] a Carthaginiensibus reddita.[g] Saguntini[h] interea fame victi sunt, captique ab Hannibale ultimis pœnis[h] afficiuntur.

8. Tum P.[i] Cornelius Scipio[i] cum exercitu in[k] Hispaniam profectus est, Tiberius Sempronius in Siciliam:[l] bellum Carthaginiensibus indictum[j] est. Hannibal, relicto in Hispania fratre Hasdrubale,[k m] Pyrenæum transiit:[l] Alpes, adhuc[n] ea parte invias,[m] sibi patefecit. Traditur[o] ad Italiam[n]

---

rent L. B. 1.—[e] Al. ut et Lugd. Bat. *legatis parere.*—[f] *A Carthaginiensibus petierunt* Lugd. Bat. 1. *miserunt Carth.* 3.—[g] *Data sunt* L. B. 2. 4. 5.—[h] *Saguntì* L. B. 3. qui et mox *sunt* delet.—[i] *Pompeius* L. B. 1. *Publius* 4. 5.—[k] Delet *in* L. Bat. 1. ut jam sæpius.—[l] *Sempronio in Sicilia* L. B. 4. sed 3. a *Sempron.* usque ad *Han.* omnia delet.—[m] *Igne, ferro rupes rescindit, Pyren.* V. *Pyrmæum* L. B. 2. *Pyrenum* 3. et mox uterque *transivit*, uti et 4.—[n] *Et A. tum*

NOTÆ

Annibali tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire. Livius XXI. 9.

[f] *Romani etiam*] Legati, qui Saguntum missi, iidem Carthaginem inde petierunt.

[g] *Sed dura responsa*] Responsum legatis: 'Bellum ortum a Saguntinis, non ab Annibale esse: Populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vetustissimæ Carthaginiensium societati præponat.'

[h] *Captique ab Hannibale ultimis pœnis*] Saguntinorum primores sese suaque omnia igni suo concremarunt, puberes omnes interfecti, reliqui militum præda fuere.

[i] *Tum Publius Cornelius Scipio*] Liv. XXI. 17. 'Nominatæ jam antea Consulibus Provinciæ erant, tum sortiri jussi: Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.' Neque tamen in Hispaniam ivit Pub. Scipio, sed eo misit Cn. Scipionem fratrem.

[j] *Bellum Carthaginiensibus indictum*] Per legatos Q. Fabium, M. Livium, L. Æmilium, C. Licinium, Q. Bæbium. Livius XXI. 18.

[k] *Relicto in Hispania fratre Hasdrubale*] 'Neque Hispaniam negligendam ratus, et Asdrubali fratri viro impigro eam Provinciam destinat.' Liv. XXI. 18.

[l] *Pyrenæum transiit*] Pyrenæum transgreditur, et ad oppidum Ilybirim castra locat.

[m] *Alpes adhuc in ea parte invias*] Quinto decimo die Alpes superavit: sed qua parte ambigitur. Livius nullum dubitandi locum dicit, cum ex descensu statim in Taurinos incurrerit. Illum vide XXI. 38.

[n] *Traditur ad Italiam*] 'Quantæ copiæ transgresso in Italiam Annibali fuerint, nequaquam inter auctores constat: qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt: qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maxime auctor moveret me, nisi confunderet numerum, Gal-

LXXX.[q] millia peditum, et[r] XX.[s] millia equitum,[t] septem et XXX.[t] elephantos adduxisse. Interea multi Ligures et Galli[u] Hannibali se conjunxerunt.[w] Sempronius Gracchus,[o] cognito ad Italiam Hannibalis adventu, ex[x] Sicilia exercitum Ariminum[p] trajecit.

9. P. Cornelius Scipio Hannibali[y] primus occurrit: commisso prælio,[q] fugatis suis,[z] ipse vulneratus in castra rediit. [r]Sempronius Gracchus et ipse confligit[r] apud[r] Trebiam[n][r] amnem. Is quoque vincitur. Hannibali multi se in Italia dediderunt.[d] Inde[e] ad Tusciam veniens Hannibal, Flaminio[t] consuli[f] occurrit: ipsum Flaminium interemit:[u] Romanorum XXV.[s] millia[v] cæsa[h] sunt, ceteri[i] diffu-

---

ea parte L. Bat. 1. *A. adhuc tum ea parte* L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[p] *Traditus* L. B. 1.—[q] C. HM. LXX. G. L. B. 2. LXXX. *m. p. equitumque septem, &c.* 3.—[r] *Et* delent L. B. 1. 2. 4. 5.—[s] XI. N. F. x. B. M. L. G. Gr. L. B. 1. 2. 5.—[t] XXXIII. LC.—[u] *Et Galli* desunt LC.—[w] *Junxerunt* alii.—[x] *E Sic.* alii.—[y] *Annibali apud Ticinum primus* B. N. M. G. V. HM. L. B. 2. 4. 5.—[z] *Fugatis suis, et pene omnibus exstinctis, ipse a Filio Scipione liberatus, saucius tamen, in castra rediit. Pugnatum deinde est eodem consule ad Trebiam fluvium; iterumque Romani superati sunt. Sempronius Gracchus et ipse confixit apud eundem amnem, amissoque exercitu pene solus evasit. In eo tamen bello etiam Annibal vulneratus est. Tum se Annibali multi Itali dedidere. Igitur Annibal ad Tusciam, &c.* G. N. M. S. B. V. HM. Eadem fere Codd. L. B. 2. 4. 5. servant.—[a] *P.* addit L. B. 3.—[b] *Conflixit* Lugd. Bat. 1.—[c] *Trebidiam* Sch. *Trepidiam* L. Bat. 1. *apud eundem* 2. 3. 4.—[d] *Dederunt* Lugd. B. 1. *dedidere* 4.—[e] *Igitur* L. B. 2. 5.—[f] *Flamin. Cons.* desunt LC. L. B. 2.—[g] XXII. LC.—[h] *Cæsi* L. B. 5. qui cum 2. 3. mox *millia* delet.—[i] VII. *millia capta:*

NOTÆ

lis Liguribusque additis: cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum adducta in Italiam.' Idem.

[o] *Sempronius Gracchus*] Immo Tib. Sempronius Longus Consul: et hic etiam in eo peccat Eutropius, quod Sempronius post priorem Scipionis cum Annibale pugnam, exercitum Arminium trajecit. Vide Liv. XX. 51.

[p] *Ariminum*] Supra Umbriam, ad littus maris superi.

[q] *Commisso prælio*] Inter Padum et Ticinum.

[r] *Sempronius Gracchus et ipse confixit apud*] Ticino Trebia successit, hic secunda belli Punici procella desævit, Sempronio Consule. Flor. p. 57. Adi Liv. XXI. 55. et 56.

[n] *Trebiam*] Galliæ Cisalpinæ fluvius Trebia ad Placentiam.

[t] *Flaminio Consuli*] Ad Trasimenum lacum.

[u] *Ipsum Flaminium interemit*] Interemtus Flaminius ab equite Insubri, cui Ducario nomen erat. Liv.

[v] *Romanorum* XXV. *millia*] Quindecim millia ponit Liv. XXII. 7. 'Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt, decem millia sparsa fuga per omnem Etruriam, diversis itineribus Urbem petiere.'

gerunt. Missus adversus Hannibalem postea a Romanis Q. Fabius[t] Maximus.[v] Is eum, differendo[l] pugnam, ab impetu[m] fregit,[n] mox inventa occasione vicit.[x]

10. Quingentesimo et quadragesimo[o] anno[y] a[p] condita urbe, L. Æmilius Paullus, P.[q] Terentius Varro,[r] contra Hannibalem[s] mittuntur, Fabioque succedunt: qui Fabius ambos coss. monuit;[z] ut Hannibalem calidum[a] et impatientem ducem non aliter vincerent, quam prælium differendo.[b] Verum[b] cum[t] impatientia[v] Varronis consulis, contradicente consule altero,[w] apud vicum, qui Cannæ[c] appellatur, in Apulia pugnatum esset,[x] ambo coss. ab Hannibale vincuntur. In[y] ea pugna III.[z] millia[d] Afrorum pereunt,[e]

---

cæteri V. VI. *millia capta: cæteri* HM. *cætera diffugiunt* L. B. 2. *cætera* etiam 5. —[t] *Favius* L. B. 2. semper.—[l] *Differendum* L. B. 1. et sic seq. cap.—[m] *Ab ambitu* F. *adambitu* L. Burd. nisi σφάλμα est pro *ab ambitu*. Proculdubio *ab impetu* est vera lectio: utpote non solum librorum plerorumque manuscriptorum omniumque excusorum, verum etiam Historiæ miscellæ et Græci Metaphrastæ auctoritate stabilita.—[n] *Fregit. Nam per summa montium juga, et abditos nemorum saltus castra ponens Annibalis fervorem elusit, moxque inventa occasione vicit* N. G. S. B. V. HM. L. B. 4.—[o] *Quinquagesimo* L. LC. F.—[p] *A* delet L. B. 1.—[q] *Lucilius Æmylius Paulus Æmylius Terrentinus Varro* L. B. 3. —[r] *Varo* L. B. 4.—[s] *Contra Hannib.* desunt L. C.—[a] Alii *callidum*.—[t] *Quod* L. B. 3.—[v] *Impatientiam-rerum* L. B. 2.—[w] *Altero, id est, Æmilio Paulo* N. LC. B. L. G. Fr. V. HM. F. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. 5.—[x] *Est* L. B. 4. 5.—[y] Desunt in cod. M. usque ad: *Post hæc Annibal diffidere, &c.*—[z] Livius scribit octo millia fortissimorum virorum trucidata. Lugd. Bat. 1. 2. et Merulæ editio:

NOTÆ

[v] *Q. Fabius Maximus*] Dictator anno U. C. 536. Secundi belli Punici 2.

[x] *Mox inventa occasione vicit*] Cum Minucio Magistro equitum suppetias tulit. Vide Liv. XXII. 29. et Plut. in Fab.

[y] *Quingentesimo et quadragesimo anno*] Falsum est. Hic annus tantum fuit ab U. C. 537.

[z] *Qui Fabius ambos Coss. monuit*] Non ambos, sed Æmilium Paulum; Varro enim ita jam furebat et plenus minarum erat, ut Fabii consilia admittere non posset. Æmilium igitur allocutus est Fabius: præclaram ejus orationem lege apud Livium XXII. 39.

[a] *Quam prælium differendo*] 'Una,' inquit, 'ratio belli gerendi adversus Annibalem, qua ego gessi.' Nempe *cunctatio;* unde et *Cunctator* dictus est.

[b] *Verum cum impatientia*] Varro postero die, cui sors ejus diei imperii erat, nihil consulto collega signum pugnæ proposuit, instructasque copias flumen traduxit, seqnente Paulo, quia magis non probare, quam non adjuvare consilium poterat. Liv. XXII. 45.

[c] *Qui Cannæ*] Ad Aufidum fluvium.

[d] III. *millia*] Livius scribit octo millia fortissimorum virorum trucidata.

magna[a] pars de exercitu Hannibalis sauciatur: nullo tamen Punico bello Romani gravius accepti sunt. Periit enim in eo Æmilius Paullus consul:[c] consulares aut prætorii XX.[e] senatores capti aut occisi XXX.[f] nobiles[g] viri CCC.[g] militum XL. millia;[h] equitum III.[e] millia et quingenti. In quibus[f] malis nemo tamen Romanorum pacis mentionem habere dignatus est.[g] Servi,[i] quod nunquam ante, manumissi, et milites facti sunt.[k]

11. Post eam pugnam multæ Italiæ civitates,[j] quæ Romanis paruerant, se ad Hannibalem transtulerunt.[i] Hannibal Romanis obtulit, ut captivos redimerent: responsumque est a senatu,[k] eos cives non esse[k] necessarios, qui, cum armati essent, capi potuissent. Ille omnes postea[l] variis suppliciis interfecit, et tres modios[l] aureorum[m] annu-

IV. *millia*.—[a] *Perierunt* L. B. 3. 4. 5.—[b] *Magna* abest a L. Bat. 1.—[c] Notatur in S. et N. esse Pauli Diaconi. Transponit Lugd. Bat. 1. 2. 4. 5. *consul Æmilius Paulus*.—[d] Alii *nobiliores*.—[e] IV. G.—[f] *In omnibus tamen his* L. B. 4. 5. [g] *Est* delet L. B. 5.—[h] *Facti sunt: et omnes quicumque sceleribus et aliorum fœnore obligati essent liberantur et milites facti sunt. Qui numerus pervenit usque ad sex millia. Post eam, &c.* V.—[i] Quatuor has voces delet L. B. 2.—[k] Duas voces *non esse* delet L. B. 1. *non* delent 4. 5.—[l] *Variis postea* L. Bat. 1.—

NOTÆ

[a] *Consulares et Prætorii* XX.] 'Unus et viginti Tribuni militum, Consulares quidam, Prætoriciique et Ædilicii.' Livius.

[f] *Senatores capti aut occisi* XXX.] Octoginta præterea aut Senatores, aut qui eos Magistratus gessissent, unde in Senatum legi deberent. Liv.

[g] *Nobiles viri* CCC.] Nobiliores Equites, opinor, intelligit; vel ex eorum numero, qui nullos Magistratus gessissent, sed ex antiqua prosapia.

[h] *Militum* XL. *millia*] 'Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites.' Livius.

[i] *Servi*] 'In sacramentum militiæ liberata servitia.' Flor. Liv. XXII. 57. 'Aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit. Octo millia juvenum validorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos vellent ne militare, emta publice armaverunt.'

[j] *Multæ Italiæ civitates*] 'Defecere autem ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Appulorum pars, Samnites præter Pentros, Brutii omnes, Lucani, præter hos Surrentini, et Græcorum omnis fere ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique, et Cisalpini omnes Galli.' Liv. XXII. 16.

[k] *Responsumque est a senatu*] Vide Liv. XXII. 60. et 61.

[l] *Tres modios*] Plin. lib. XXXIII. c. 50. 'Annulorum aureorum promiscuus usus fuit secundo bello Punico: neque enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti.' Livius tres modios et di-

lorum Carthaginem misit, quos e[n] manibus equitum Romanorum, senatorum,[o] et militum detraxerat. Interea in Hispania, ubi frater Hannibalis[p] Hasdrubal remanserat cum magno exercitu, ut eam totam Afris subigeret, a duobus Scipionibus,[m] Romanis ducibus, vincitur; perditque in pugna[q] XXXV.[r] millia hominum. Ex his capiuntur X. millia:[s] occiduntur XXV.[t] millia. Mittuntur ei[v] a Carthaginiensibus[n] ad reparandas vires XII. millia peditum, IV. millia equitum, XX. elephanti.

12. Anno quarto[w] post,[x] quam[o] in Italiam Hannibal venit,[y] M. Claudius Marcellus cos. apud Nolam, civitatem Campaniæ, contra Hannibalem bene pugnavit. Hannibal multas civitates Romanorum per Apuliam, Calabriam, et[z] Bruttios[a] occupavit: quo tempore etiam Rex Macedoniæ Philippus ad eum legatos misit, promittens [p]auxilia[b] con-

[m] *Ann. aur.* L. B. 2. 3. 4. 5.—[n] *Ex* L. B. 1. 2. 3. 5.—[o] *Senat.* deest L.—[p] *Hasd. Han. fr.* L. B. 5.—[q] *Perdit in pugnam* L. B. 1. *perdidit in ea pug.* 2. 4.—[r] XXV. V. L. B. 4.—[s] DCCC. deleto *millia* L. B. 5.—[t] XV. L. B. 4.—[v] *Mittuntur ei rursus* XII. *millia peditum et* XXX. *elephanti* LC.—[w] *Quinto* Lugd. Bat. 1.—[x] *Postcaquam* L. B. 4.—[y] *Ad Italiam Annibal venit, Cneum Fulvium proconsulem,* XI. *præterea tribunos, et* XVII. [XV. G.] *militum interfecit. Annibal multas civitates, &c.* S. G. B. *Ad Italiam venit, Cneum Fulvium proconsulem,* XI. *præterea tribunos, et* XVII. *militum interfecit. Marcellus Consul cum Annibale apud Nolam per triduum continuum dimicavit. Primo die pari pugna discessum est, sequenti victus consul, tertio victor* VIII. *millia hostium interfecit, Hannibalem ipsum cum reliquis fugere in castra compulit. Hannibal multas civitates, &c.* B. N. HM. L. B. 2. 3. 4. 5. Præpos. delet rursus L. B. 1.—[z] *Et* delet L. B. 1.—[a] *Bruttiosque* L. B. 5.—[b] *auxilia autem* Lugd. Bat. 1.—[c] *Ut* delent L. B. 3. 5.

NOTÆ

nidium ponit lib. XXVI. c. 12. Florus duos. Quidam unum tantum.

[m] *A duobus Scipionibus*] Cnæo et Publio.

[n] *Mittuntur ei a Carthaginiensibus*] Mago frater Annibalis XII. millia peditum, mille quingentos equites, XX. elephantos, mille argenti talenta in Italiam transmissurus erat cum præsidio sexaginta navium longarum: sed ubi rem in Hispania male gestam audiunt Pœni, eum in Hispaniam mittunt. Liv. XXIII. 32.

[o] *Anno quarto post, quam*] Tunc Marcellus secundo Consul fuit: sed cito se abdicavit, quia vitio creatus videbatur; contra Annibalem tamen pugnavit.

[p] *Promittens auxilia*] Fœderis leges: 'Ut Philippus rex quam maxima classe (ducentas autem naves videbatur effecturus) in Italiam trajiceret, et vastaret maritimam oram; bellum pro parte sua terra marique gereret. Ubi debellatum esset, Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginiensium atque Annibalis esset, prædaque omnis Annibali cederet: per

tra Romanos sub hac conditione: ut[c] deletis Romanis, ipse quoque contra Græcos ab Hannibale auxilia acciperet.[d] Captis[q] igitur legatis Philippi, et re cognita, Romani in Macedoniam M. Valerium Lævinum[e] ire jusserunt; in Sardiniam T.[f] Manlium Torquatum[r] proconsulem:[s] nam etiam ea solicitata ab Hannibale[t] Romanos deseruerat.[i]

13. Ita uno tempore[s] quatuor[t] locis pugnabatur: in Italia contra Hannibalem: in Hispaniis contra fratrem ejus Hasdrubalem:[f] in Macedonia contra Philippum: in Sardinia contra Sardos, et alterum [t]Hasdrubalem[m] Carthaginiensem. Is[n] a T. Manlio proconsule,[u] qui ad Sardiniam missus fuerat, vivus est captus, occisa cum eo[v] XII. millia, capti mille[e] quingenti, et a Romanis Sardinia subacta, Manlius victor captivos et Hasdrubalem Romam reportavit. Interea etiam Philippus a Lævino in Macedonia vincitur; et in Hispania a Scipionibus Hasdrubal, et Mago, tertius[w] frater Hannibalis.

14. Decimo anno[x] post, quam[p] Hannibal in Italiam

—[d] Pro *ab Hann. aux. accip.* legit L. B. 3. *auxilia impenderet.*—[e] *Et Levinium* V. L. B. 2. *Levinium* 4.—[f] *Tutum Mallium* L. B. 2. *Tittum Malium* 3. *Mallium* etiam 4. 5.—[g] *Proconsule* L. B. 4.—[h] *Sollicitante Ann.* L. B. 5.—[i] *Romani deseruerunt* L. B. 1.—[k] VII. L. *quatuor in locis* L. B. 5.—[l] Sex voces in Lugd. Bat. 1. desunt. *in Hispania* legunt L. B. 4. 5.—[m] *Consulum* inserit L. B. 3.—*Is* abest a Lugd. Bat. 1.—[n] Deest *mille* L.—[p] *Quam* delet L. B. 4.—[q] *Pul-*

NOTÆ

domita Italia navigarent in Græciam, bellumque, cum quibus regibus placeret, gererent: quæ civitates continentis, quæ insulæ ad Macedoniam vergunt, eæ Philippi regnique ejus essent.' Livius XXIII. 38.

[q] *Captis*] Vide Livium ibidem.

[r] *In Sardiniam T. Manlium Torquatum*] 'Ad eam rem missus T. Manlius Torquatus, qui bis Consul Censorque fuerat, subegerat atque in Consulatu Sardos.' Livius.

[s] *Ita uno tempore*] Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta.

[t] *Alterum Asdrubalem*] Cui Calvo cognomen erat.

[u] *Is a T. Manlio Proconsule*] 'Ante omnia claram et memorabilem pugnam fecit Asdrubal imperator captus, et Hanno et Mago nobiles Carthaginienses.' Livius.

[v] *Occisa cum eo*] 'Duodecim millia hostium cæsa, Sardorum simul Pœnorumque ferme tria millia et sexcenti capti, et signa militaria septem et viginti.' Livius.

[w] *Et Mago, tertius*] Primo a Cnæo

venerat, P.[f] Sulpicio, Cn.[r] Fulvio coss. Hannibal[k] usque ad quartum[t] milliarium[y] urbis accessit; equites ejus[z] usque ad portam. Mox consulum metu[a] cum exercitu venientum,[a] Hannibal[w] ad Campaniam se recepit. In Hispania a fratre ejus[x] Hasdrubale ambo Scipiones,[b] qui per[y] multos annos victores fuerant, interficiuntur: exercitus tamen integer mansit:[z] casu enim magis[a] erant, quam virtute, [c]decepti.[b] Quo tempore etiam a[c] consule Marcello Siciliæ magna pars capta[d] est, quam tenere Afri cœperant: et nobilissimæ urbis Syracusanæ[e] præda ingens[d] Romam perlata est.

---

vio L. B. 2. 3.—[r] *G.* L. B. 2.—[s] *Annibal de Campania movit exercitum et cum ingenti clade omnium Sedecinum Suessanumque agrum via Latina, usque ad quartum milliarium* S. N. G. B. V. HM. L. B. 2. 3. 4. 5. nisi quod 4. 5. pro *Sedecinum* legunt *per se decimum*. Vulgati et hic et passim *postquam*.—[t] *Ad tertium*, Florus, cui consentit Livius XXVI. 10. et cod. L.—[v] *Consulibus...venientibus* deleto *metu* L. B. 4. *cum exe. ven. met.* 1.—[w] *Qui Annibal cum exercitu ad Camp.* L. B. 4.—[x] Pronomen addendum censuit Sylb. *Fratre Asdrubalis* L. B. 1. 2.—[y] *Per* delet L. B. 5.—[z] *Remansit* Lugd. Bat. 1.—[a] *Erant magis* L. B. 2. 3. 5.—[b] *Recepti* L. B. 1.—[c] *A* delet L. B. 1.—[d] *Capta est pars* L. B. 1.—[e] *Cæperant. Nobilissima urbs Syracusana capta et præda ingens Romam perlata est* G. S. N. B. *et nobilissima*] *urbs Syracusanam. Prædam, &c.* L. Bat. 3. *Prædaque ingens, &c.* Lugd. Bat. 2. deletis omnibus a *quam tenere* usque ad *præda*.

NOTÆ

Scipione victus, et castris exntus, et iterum victus postquam Publius Scipio Cnæo fratri sese conjunxit. Liv.

[k] *Decimo anno*] P. Sulpitius Galba et Cnæus Fulvius Centumalus Consules fuerunt anno mundi 3739. ante Ch. nat. 209. ab U. C. 542. Et si bene rationem ineas, sic octavus annus est postquam Annibal in Italiam venit.

[t] *Hannibal usque ad quartum milliarium*] Ad tertium Florus, cui consentit Livius XXVI. 10. 'Inter hæc Annibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab Urbe, castra admovit.'

[y] *Equites ejus*] Immo ipse. Liv. ibid. 'Ibi [ad Anienem] stativis positis ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam usque ad Herculis templum est progressus, atque unde proxime poterat, mœnia situmque Urbis obequitans, contemplabatur.'

[a] *Mox Consulum metu cum exercitu venientum*] Immo uno et altero die eductæ acies, et prælium commissum, sed tempestate diremti. Vide Liv. XXVI. 2.

[b] *In Hispania a fratre ejus Hasdrubale ambo Scipiones*] Scipiones trucidati anno fere antequam Annibal Urbem accederet. Vide Liv. XXV. 36.

[c] *Casu enim magis erant, quam virtute, decepti*] Asdrubal enim pecuniæ vi Celtiberorum principes, qui in auxiliis Romanorum, corrupit, qui signo dato Romanos deseruere. Vide Liv. ibid. 33.

[d] *Præda ingens*] 'Ornamenta urbis, signa tabulasque quibus abundabant Syracusæ, Romam devexit.' Liv.

Lævinus[f] in Macedonia cum Philippo,[e] et multis Græciæ populis, et rege Asiæ[g] Attalo[f] amicitiam fecit: et ad Siciliam profectus,[h] Annonem[i] quendam,[g] Afrorum ducem,[k] apud Agrigentum[h] civitatem, cum ipso oppido cepit, eumque[l] Romam cum captivis nobilibus[m] misit; XL.[n] civitates[i] in deditionem[o] accepit, XXVI.[p] expugnavit. Ita omni Sicilia recepta,[q] Macedonia fracta,[r] cum[s] ingenti gloria[t] Romam regressus est. Hannibal in Italia Cn. Fulvium consulem[j] subito aggressus, cum octo[v] millibus[w k] hominum interfecit.

15. Interea ad Hispanias,[x] ubi occisis duobus Scipionibus nullus[y] Romanus dux erat, P. Cornelius Scipio mittitur,[l] filius[z] P. Scipionis, qui ibidem bellum gesserat,

—[f] *Levinius* L. B. 2. ubique.—[g] *Isauriæ* L. N. LC. F. Burd.—[h] *Est* addunt L. B. 2. 3. 4.—[i] *Aimonem* L. B. 5.—[k] *Regem* L. B. 3.—[l] *Eum* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. *et eum* 5.—[m] *Nobilissimis* L. B. 3. 4. 5.—[n] LX. L. LC.—[o] *Dedicatione* L. B. 2. ubique.—[p] XLVI. Lugd. Bat. 1.—[q] *Omnis Sicilia recepta est* L. B. 2. 5. *est* quoque addunt 3. 4.—[r] *Et Macedonia* L. Bat. 1. *recepta est, Macedonia fracta* 2. 4. *capta* 3.—[s] Alii *cum* delent.—[t] *Lævinus* addit L. B. 5.—[v] IX. L. B. 2. G. S. HM. VII. Lugd. Bat. 1. *Cum eo octo millia* 3.—[w] *Millibus* delet L. B. 5.—[x] *Hispaniam* L. B. 1.—[y] *Mallius* L. B. 2.—[z] *Publii Scip. filius* L. B. 4.

NOTÆ

[e] *Lævinus in Macedonia cum Philippo*] Hic certe errare Eutropium puto, neque enim in Historia me legisse memini cum Philippo amicitiam fecisse Lævinum: a Livio certe diversus abit, cujus alioqui vestigia legere amat. Tunc Lævinus Consul fuit anno Urbis conditæ 543.

[f] *Et multis Græciæ populis, et rege Asiæ Attalo*] Verum est Lævinum societatem et amicitiam iniisse cum Attalo rege, cum Eleis, Lacedæmoniis, Thracum et Illyriorum regibus: et adi Liv. XXVI. 24.

[g] *Annonem quendam*] Hanno erat Imperator Carthaginiensium. Liv.

[h] *Agrigentum*] Siciliæ urbs in medio littore ad meridiem, hodie *Grigenti*.

[i] XL. *civitates*] Hæc fere ex Livio XXVI. 40. 'Prodita brevi sunt viginti oppida; sex vi capta; voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta.'

[j] *Cn. Fulvium consulem*] Falsum est tunc Consulem fuisse Fulvium. Proconsul erat. Livius XXVII. 1.

[k] *Cum octo millibus*] 'Ibi Cn. Fulvius cum undecim Tribunis militum cecidit. Romanorum sociorumque quot cæsa in eo prælio millia sint, quis pro certo affirmet? cum tredecim millia alibi, alibi haud plusquam septem inveniam.' Liv. ibid. Pugnatum est ad Herdoneam urbem Apuliæ.

[l] *P. Cornelius Scipio mittitur*] Cum nemo auderet in Hispaniam imperium accipere, subito Pub. Cornelius, Publii, qui in Hispania ceciderat, filius, quatuor et viginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore,

annos natus quatuor et viginti;[o] vir[p] Romanorum omnium et sua ætate et posteriori[q] tempore[r] fere primus. Is Carthaginem[m] Hispaniæ capit;[s] in qua omne aurum, et[t] argentum, et belli apparatum Afri habebant; nobilissimos quoque[u] obsides, quos ab Hispanis acceperant: Magonem etiam fratrem[x] Hannibalis[n] ibidem capit,[y] quem Romam cum aliis mittit. Romæ ingens lætitia post hunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus[o] reddidit.[z] Qua re omnes fere Hispaniæ ad eum[a] uno animo[m] transierunt. Post quæ[n] Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, victum[p] fugat,[o] et prædam maximam[q] capit.

16. Interea in Italia[p] cos. Q. Fabius[r] Maximus[r] Tarentum recepit,[r] in qua ingentes[s] copiæ Hannibalis

---

—[o] *Decem* L. B. 3. a manu secunda.—[p] *Viris...prior* L. B. 4.—[q] *Posteriore* L. B. 1. 4. 5.—[r] *Tempore* delet L. B. 5.—[s] *Caput* L. B. 5. *Cepit* 2. 3.—[t] *Et* delent L. Bat. 1. 2. 3. 5. *atque* legit L. Bat. 4.—[u] Delet *quoque* L. B. 4. et mox *acceperat*.—[x] *Fratris* L. B. 4.—[y] *Cepit* L. B. 2. et mox *misit*.—[z] Hæc *Sc. Hisp. obs. par. redd.* desunt LC.—[a] Desunt hæc *qua re omn. fer. Hisp. ad eum uno ani. trans.* N. Paulo adscribuntur in S. *quare* delet L. B. 2. 4.—[m] Duas voces *uno anim.* delent L. B. 3. 5.—[n] *Postquam* L. B. 1.—[o] *Fugavit* L. B. 2. et mox pro *capit* legit *accepit*.—[p] *Italiam* L. B. 1.—[q] *Publius Fabius* L. S. G. B. N. V. L. B. 3. 4. *Publius Favius* 2. 5.—[r] Ita codd. Mss. quidam *et* nonnulli

NOTÆ

unde conspici posset, loco constitit. Liv.

[m] *Is Carthaginem*] 'Carthaginem novam interim oppugnare statuit, urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam: ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant.' Liv. XXVI. 42. capta est eodem die, quo obsessa.

[n] *Magonem etiam fratrem Hannibalis*] Liv. XXV. 51. 'Data quinquereme, captivisque Magone et quindecim fere Senatoribus, qui simul cum eo capti erant, in navem impositis, nuntium victoriæ Romam mittit.' Sed hunc Magonem Hannibalis fratrem tunc captum fuisse apud omnes non constat, et ex historica serie plane contrarium apparet.

[o] *Hispanorum obsides parentibus*] Livius tantum, eorum, perinde ac si sociorum liberi fuissent, curam habitam: quosdam restitutos, reliquos C. Flaminio Quæstori traditos, ut benigne haberentur.

[p] *Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, victum fugat*] Octo millia hominum cecidit. Pugnatum est ad Bæcylam circa Castalonem. Livius XXVII. 18.

[q] *Prædam maximam*] Scipio castris hostium potitus, cum præter libera capita omnem prædam militibus concessisset, in recensendis captivis, decem millia peditum, duo millia equitum invenit. Liv. ib.

[r] *Cos. Q. Fabius Maximus*] Tunc quinto Consul fuit Fabius. Collega Q. Fulvio Flacco, anno Urbis conditæ 544. Vide Livium XXVII. 15. et 16.

erant. Ibi[t] etiam ducem Hannibalis Carthalonem[v] occidit,[s] XXV.[u] millia [x]captivorum[t] vendidit, prædam militibus dispertivit,[y] pecuniam hominum venditorum ad fiscum[u] retulit. [z]Tum[x] multæ civitates Romanorum, quæ ad Hannibalem transierant,[a] rursus se Fabio Maximo dediderunt.[b] Insequenti anno[y] Scipio in Hispania[c] egregias res egit, et per se, et per fratrem suum L. Scipionem, LXX. civitates recepit.[d] In Italia tamen male pugnatum[e] est. Nam Claudius Marcellus[f] cos. ab Hannibale[w] occisus est.

17. Tertio anno[z] post, quam Scipio ad Hispaniam[g] profectus est,[h] rursus res inclytas gerit:[i] regem [y]Hispaniarum,[k] magno prælio victum, in amicitiam accepit, et primus omnium a victo obsides non poposcit.

18. Desperans Hannibal Hispanias contra Scipionem ducem[l] diutius[m] posse tenere,[n] fratrem suum Hasdrubalem[o]

libri impressi: alii *cepit*.—[e] *Annib. cop.* L. B. 4. *copiæ* delet 5.—[t] *Et ibi* L. B. 4. 5.—[v] *Corthalonem* L. *Cartholonem* V. *Carthabonem* Sch. *Cartagilonem* B. N. *Chartalonem* L. B. 2. *Cartolonem* 3.—[u] XXX. HM. XX. L. B. 1. XXVII. 2. XXXV. 3.—[x] *Hominum* addunt L. B. 2. 3. 5.—[y] *Disperiit* L. B. 2. *dispartivit* L. B. 3. 4.—[z] *Dum* L. B. 2.—[a] Alii: *transierant prius, rursus*.—[b] *Dederunt* L. Bat. 1. *dedidere* 4. quidam alii *subdiderunt*.—[c] *Hispaniis* L. B. 5.—[d] *Receptæ sunt* L. B. 2. *receperunt* 1. 4. 5.—[e] *Pugnarunt* L. B. 2. 5. *pugnaverunt* 3. sed 4. *pugnatum* absque *est*.—[f] *Marcus* S. N. V. L. B. 2. 3. 4. 5.—[g] *Italiam* S. N. G. —[h] *Fuerat* L. B. 2. 3. 4. 5.—[i] *Egit* L. B. 3.—[k] *Hispanorum* L. B. 3. 4.—[l] Delet *ducem* L. B. 5.—[m] Delet *diutius* L. B. 4.—[n] *Retineri* vulgati, aliique

NOTÆ

[s] *Carthalonem occidit*] Carthalonem Præfectum Punici præsidii cum commemoratione paterni hospitii positis armis, venientem ad Consulem miles invius obtruncat. Liv.

[t] XXV. *millia captivorum*] Millia triginta servilium capitum dicuntur capti, ingens argenti vis facti signatique, auri octoginta septem millia pondo, signa tabulæque, prope ut Syracusanorum ornamenta æquaverint.

[u] *Ad fiscum*] Pro *ad ærarium*, jam supra.

[v] *Insequenti anno*] Ann. ab U. C. 545. Belli Punici secundi 11.

[w] *Nam Claudius Marcellus Consul ab Hannibale*] Marcellus Consul speculandi causa castris egressus cum collega Quintio Crispino, insidiis circumventus, lancea transfixus, vulneratus Quintius, &c. Vide Liv. XXVII. 27.

[x] *Tertio anno*] Eodem quo superiori.

[y] *Regem Hispaniarum*] Vereor, ne hic Eutropius tempora confuderit, neque enim invenio Scipionem regem Hispaniarum vicisse anno III. postquam ad Hispaniam profectus fuit: neque etiam, quis iste rex Hispaniarum fuerit; forte vel Indibilem vel Mandonium intelligit, quos omnis Hispaniæ Principes vocat Livius.

in Italiam cum omnibus copiis evocavit.[s] Is veniens eodem[p] itinere,[q] quo etiam Hannibal venerat, a consulibus Appio[a] Claudio[r] Nerone et M. Livio[s] Salinatore,[t] apud Senam,[v] Piceni civitatem,[b] in insidias compositas[c] incidit:[w] strenue tamen pugnans,[d] occisus est,[x] ingentes[y] ejus copiæ captæ[e] aut interfectæ sunt; magnum pondus auri atque argenti Romam[z] relatum.[a] Posthæc Hannibal[f] diffidere[b] de belli cœpit eventu. Romanis ingens[c] animus accessit. Itaque et ipsi[g] evocaverunt[d] ex Hispania P. Cornelium Scipionem. Is Romam cum ingenti gloria venit.

19. Q. Cæcilio, L. Valerio coss.[h] omnes civitates, quæ

Mss.—[s] *Ab Hispania in Ital.* L. B. 3. *Ad Italiam* 1. et fere semper.—[p] Desunt *eod. itin.* S. N. B. V. L. B. 2. 3. 4. 5.—[q] *Tempore* L. Bat. 1.—[r] Deest *Claudio* LC. L. B. 3.—[s] *Lucio* L. B. 2.—[t] *Salniatore* L. B. 2.—[v] *Apud Metaurum fluvium in insidias* N. S. G. B. V. HM. L. B. 2. 3. 4. 5.—[w] *Incidit* delet L. B. 5.—[x] *Occisus est:* LIX. *millia de ejus exercitu,* V. *millia capta sunt,* IV. *millia civium Romanorum inter eos reperta et revocata sunt. Magnum pondus* S. B. G. HM. LVIII. *millia de ejus exercitu perempta sunt,* V. *millia capta,* CCCCXLIV. *civium Rom. inter eos reperta et revocata sunt. M. p.* V. (L. B. 2. 3. *nisi quod* CCCCIIII. tantum exhibeant:) et sic etiam N. nisi quod pro CCCCXLIV. habeat XLIV. uti et L. B. 5.—[y] Delent *ingentes* L. B. 4. 5.—[z] Non habet urbis nomen, Merula, nec L. B. 1.—[a] *Relatum est* L. Bat. 1. 2. 3. 4. 5.—[b] *Jam* addunt L. B. 1. 2. 3. 4. 5. *diffidere bellum...eventum* L. B. 1. *de belli jam* 5. deleto *diffidere.*—[c] Delet *ingens* L. B. 3.—[d] *Vocaverunt* L. Bat. 1. *revocaverunt* 5.

NOTÆ

[s] *Evocavit*] Livius narrat Hasdrubalem a Scipione victum et fugatum ad Pyrenæos ivisse, ubi cum Hasdrubale Gisgonis filio et Magone inito consilio ita statutum est, ut ipse Hasdrubal Gisgonis cum exercitu in Lusitaniam abiret, et Mago ad conducenda mercede auxilia cum grandi pecunia in Baleares trajiceret. Illum vide XXVII. 20.

[a] *A Consulibus Appio Claudio*] Anno Urbis conditæ 546. Belli Punici secundi XII.

[b] *Apud Senam, Piceni civitatem*] Piceno Senam tribuit, Strabo tamen eam in Umbria ponit. Est in Piceni et Umbriæ fere confinibus, ad littus Adriaticum: in Umbria tamen.

[c] *In insidias compositas*] Adi Livium XXVII. 47. et 48.

[d] *Strenue tamen pugnans*] 'Ibi ut patre Hamilcare et Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit.' Liv.

[e] *Ingentes ejus copiæ captæ, &c.*] Quinquaginta sex millia hostium occisa, capta quinque millia et quadringenti: præda alia magna tum omnis generis, tum auri argentique. Idem.

[f] *Posthæc Hannibal*] Viso enim capite Hasdrubalis, quod C. Claudius ante ejus castra projici jusserat, 'Agnosco,' inquit, 'infelicitatem Carthaginis.'

[g] *Itaque et ipsi*] Anno post devictum Hasdrubalem.

[h] *Q. Cæcilio, L. Valerio Coss.*] Nescio certe quos Annales hic sequitur Eutropius: falsum est enim Lucium Valerium cum Q. Cæcilio eo anno Consulem fuisse. Fortasse

in Bruttiis[h] ab Hannibale tenebantur,[i] Romanis se tradiderunt.

20. Anno XIV. post,[j] quam in Italiam Hannibal venerat, Scipio, qui multa[k] in Hispania bene egerat, consul est factus,[l] et in Africam[m] missus: cui viro[n] divinum quiddam[o] inesse existimabatur;[p] adeo ut putaretur etiam cum Numinibus[q] habere sermonem. Is[r] in Africa contra Hannonem[s] ducem Afrorum pugnat,[t] exercitum ejus interficit. Secundo prælio castra capit,[u] cum quatuor[v] millibus et quingentis militibus, XI.[w] millibus occisis.[x] Syphacem[y] Numidiæ

---

evocarunt 3.—[i] *Tenebant* L. B. 3. qui et reliqua delet.—[j] *Posteaquam* L. B. 1. 4. sed 2. ab initio capitis usque ad *et in Afr.* omnia delet.—[k] Deest *multa* in L. B. 4. sed 1. legit *multa bene in Hisp.* 5. pro *bene, omnia bona.*—[l] *Africa* L. B. 3.—[m] *Vero* L. B. 4.—[n] *Quidd. divin.* L. B. 1.—[o] *Existimabat; ideo* L. B. 3. —[p] Delet *is* L. B. 4.—[q] Sic L. B. omnes Vulg. *pugnavit:* quorum quidam mox *interficit.* Vulg. *interfecit.*—[r] Ita Lugd. Bat. omnes. *cepit* Vulgati.—[s] *Cum* IIII. *et* D. *millibus* L. B. 2. *cum quatuor quingitis militibus* 3. sed 4. tantum *milli-*

NOTÆ

corrigendum *Q. Cæcilio, Lucio Veturio.* Nam verum est ann. ab U. C. 547. belli Punici secundi 13. Consules fuisse Q. Cæcilium Metellum et L. Veturium Philonem. Vide Liv. XXVIII. 10.

[h] *Quæ in Bruttiis*] Ex Historia falsum est tunc omnes civitates Bruttiorum se Romanis tradidisse, sed de Lucanis verum est totam gentem in deditionem populi Romani rediisse. Livius.

[j] *Consul est factus*] Cum P. Licinio Crasso. Vide Liv. XXVIII. 38.

[k] *Adeo ut putaretur etiam cum Numinibus*] Quam de se famam de industria auxit, cum nihil quicquam prius inciperet, quam in cella Jovis diutissime sedisset, quasi mentem divinam acciperet. Adi Victorem p. 72.

[l] *Is in Africa contra Hannonem*] 'Præfectum quoque Hannonem nobilem juvenem occiderunt.' Liv. XXIX. 29. Sed de Hannone illo, non videtur accipiendus iste locus Eutropii: de Hannone Hamilcaris filio intelligendus, quem Carthaginienses, altero Hannone cum ala equitum amisso, novo equitatu comparato præfecerant; eum Scipio idem interfecit prope Saleram urbem. Livius XXIX. 34. Tamen hic de duobus prœliis loqui videtur Eutropius, cum dicat secundo castra capta. Scipio enim secundo prœlio Saleram cepit, eique firmum præsidium imposuit. Eutropius duos illos Hannones confundit tanquam unus tantum Hanno fuerit. Idem et alii Scriptores fecerunt, ut patet ex Livio, qui postquam duo illa prœlia executus est, subjungit: 'Duos eodem nomine Carthaginiensium duces duobus equestribus prœliis interfectos, non omnes Auctores sunt: veriti, credo, ne falleret bis relata eadem res.' Plutarch. unius tantum Hannonis meminit, et unius tantum prœlii.

[m] XI. *millibus occisis*] Livius duo millia equitum capta aut occisa dicit.

[n] *Syphacem*] Qui, Sophonisba As-

Regem, qui se Afris conjunxerat,[r] capit,[o] et castra ejus invadit.[p] Syphax[q] cum nobilissimis Numidis,[q] et infinitis[s] spoliis, Romam ab[v] Scipione mittitur. Qua re audita, omnis fere Italia Hannibalem deserit. Ipse a Carthaginiensibus redire in Africam[x] jubetur,[w] quam Scipio vastabat.

21. Ita anno XVII.[a] ab Hannibale Italia liberata est (quam flens dicitur reliquisse[t]). Legati Carthaginiensium pacem a Scipione petiverunt:[u] ab eo ad senatum Romam missi sunt: quadraginta et quinque[y] diebus[z] induciæ datæ sunt, quousque Romam[a] ire et regredi possent:[b] et[c] XXX. millia pondo[d] argenti ab his accepta sunt. Senatus ex arbitrio Scipionis[v] pacem jussit cum Carthaginiensibus fieri.[e] Scipio his conditionibus dedit, [f] ne amplius, quam XXX. naves,[w] ha-

---

bus hic et mox delet, de more.—[a] II. L. et sic Livius.—[r] *Injunxerat* L. B. 4.—[s] *Syphacem...misit Scipio* L. B. 4.—[t] *Infinitimis* L. B. 3.—[v] Duas voces *ab Scip.* L. B. delet 3. tres 5.—[w] *Jubebat* L. B. 3.—[x] Desunt hæc intra parenth. L. F. Vi. Lugd. Bat. 1. 2. 3. Gr.—[y] XLVI. LC. XL. Lugd. Bat. 2. 4. XLV. 1. 3. 5.—[z] Addunt *his* L. Bat. 1. 3. 4. 5.—[a] *Ire Romam* L. B. 1. 3.—[b] *Posset* L. B. 1.—[c] Delet *et* L. B. 1.—[d] *Pondera* L. B. 2. 4.—[e] *Feri* L. B. 2.—[f] X. *mil.*

NOTÆ

drubalis filia ducta uxore, Romanorum partes deseruerat.

[o] *Capit*] Per C. Lælium et Massinissam. Sed post eos devictos et capta castra: et vide Liv. VI. 7.

[p] *Castra ejus invadit*] Certissima conjectura patris mei, *castra ejus incendit*. Id vetus Historia testatur.

[q] *Syphax cum nobilissimis Numidis*] Scipio C. Lælium cum Syphace aliisque captivis Romam misit. Liv.

[r] *Redire in Africam*] Ad eum legati ab Carthagine vocantes in Africam iisdem fere diebus venerunt.

[s] *Ita anno* XVII.] Coss. Tib. Claudio Nerone et M. Servilio Gemino: ann. mundi 3748. ante Ch. Nat. 200. ab U. C. 551.

[t] *Quam flens dicitur reliquisse*] 'Frendens gemensque, ac vix lacrymis temperans, dicitur legatorum verba audiisse.' Livius.

[u] *Pacem a Scipione petiverunt*] Hæc facta sunt antequam Hannibal Italia decederet, nempe anno belli XVI.

[v] *Senatus ex arbitrio Scipionis*] Carthaginienses bis Romam miserunt ad pacem petendam. Semel ante discessum Hannibalis, et iterum post eundem in Africa victum. Primi legati pace infecta, ac prope sine responso, dimissi: secundi ex arbitrio Scipionis pacem faciendam. Eutropius aliam viam insistit: nam per primos legatos pacem factam dicit, neque de ea re amplius Romam missos, sed post devictum Hannibalem legibus pacis caput aliquod additum. Quare hic caute legendus Eutropius.

[w] *Ne amplius, quam* XXX. *naves*] Leges pacis has dixisse Scipionem refert Livius: captivos, et perfugas, et fugitivos restituerent: exercitus ex Italia et Gallia deducerent: Hispa-

berent, ut D.[f] millia pondo[g] argenti[x] darent, captivos et perfugas redderent.'[h]

22. Interim Hannibale veniente ad Africam, pax turbata est, multa hostilia ab Afris facta sunt: legati tamen eorum ex urbe venientes, a Romanis capti sunt, et jubente Scipione dimissi. Hannibal quoque frequentibus prœliis victus a Scipione, petit etiam ipse pacem.[i] Cum ventum esset ad colloquium,[y] iisdem conditionibus data est,[z] quibus prius; addita quingentis[a] millibus[b] pondo[l] argenti C. millia librarum, propter novam perfidiam. Carthaginiensibus conditiones displicuerunt, jusseruntque Hannibalem pugnare. [m]Infertur a Scipione et Masinissa,[n] alio rege Numidarum, qui[o] amicitiam cum Scipione fecerat, Carthagini bellum. Hannibal tres[p] exploratores[b] ad Scipionis castra misit: quos captos Scipio circumduci per castra jussit ostendique eis[q] totum exercitum: mox etiam prandium dari, dimittique,[r] ut renuntiarent[r] Hannibali quæ apud Romanos vidissent.

23. Interea prœlium ab utroque duce instructum est,[c]

LC. *Quinquaginta mil.* G. HM. *Ut quingenta millia.* L. B. 1. 5. *Et ut quingenta millia pondera.* 2. *Et ut quingenta millia pondera.* 4.—[g] *Pondera* L. B. 2. 4. ubique. Sed *millia* delet 5.—[h] *Captivos et perfugas redderent* desunt in L. Bat. 1.—[i] *Petere et ipse pacem cepit* L. B. 2. 3. 4. 5.—[k] *Ad quinquaginta millia librarum propter novam* B.—[l] *Ponderibus* L. B. 4. 5. *additas ponderibus* 2. 3.—[m] *Sed infertur* Lugd. Bat. 1.—[n] *Massinissa* L. B. 2. *rege alio* etiam transponit.—[o] *Quia* L. B. 1.—[p] *Tria millia* L. B. 1.—[q] *Ostenditque iis* Lugd. Bat. 1. *ostenditque his* Lugd. Bat. 4. *ostendique his* Lugd. Bat. 2. 3.—[r] *Dimittitque* L. B. 2.

NOTÆ

nia abstinerent: insulis omnibus, quæ inter Italiam et Africam sunt, discederent: naves longas, præter viginti, omnes traderent: tritici quingenta, hordei trecenta millia modium.

[x] D. *millia pondo argenti*] Pecuniæ summam quantam imperaverunt parum convenit, inquit Livius: alii quinque millia pondo argenti, alii duplex stipendium imperatum militibus tradunt.

[y] *Cum ventum esset ad colloquium*] Vide Liv. XXX. 30.

[z] *Iisdem conditionibus data est*] Falsum est in colloquio datam pacem; nam infecta pace ex colloquio discessere: et falsum est etiam eam iisdem conditionibus postea datam.

[a] *Addita quingentis millibus*] Nescio unde ista Eutropius; vide notata capite sequenti.

[b] *Hannibal tres exploratores*] Nescio unde hæc Eutropius.

[c] *Prœlium ab utroque duce instructum est*] Prope Zamam, vide Livium XXX. 33. et 34.

quale vix ulla[t] memoria fuit, cum peritissimi viri[d] copias suas ad bellum educerent. Scipio victor recedit, pæne[v] ipso Hannibale capto: qui primum cum multis equitibus, deinde cum XX.[e] postremo cum quatuor evasit. Inventa in castris Hannibalis argenti pondo[w] XX.[x] millia, auri LXXX.[y] cetera suppellectilis[z] copiosa. Post id certamen pax cum Carthaginiensibus facta[f] est. Scipio Romam rediit,[g] ingenti gloria triumphavit,[g] atque Africanus ex eo appellari[h] cœptus[h] est.[c] Finem accepit secundum Punicum bellum, post annum septimum[d] decimum,[i] quam cœperat.

—[t] *Nunciarent* L. B. 4.—[t] *Una* L. B. 1.—[v] *Præ* L. B. 1.—[w] *Pondera* L. B. 2. 4. semper.—[x] cc. *millia* N. Sch. Fr.—[y] *Octingenta* Codd. L. B. 2. 3. 4. aliique, uti et impressi aliquot.—[z] Alii *supellectili* et *supellectilia*. Sic L. B. 5.—[e] Lugd. Bat. 1. 4. *redit*.—[h] *Vocari* L. B. 2.—[c] Delet *est* L. B. 3.—[d] Alii XIX. Livius et Florus XVIII.

NOTÆ

[d] *Cum peritissimi duces*] 'Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri.' Liv.

[e] *Deinde cum* XX. *&c.*] 'Hannibal, cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum perfugit.' Livius.

[f] *Pax cum Carthaginiensibus facta*] Conditiones pacis aliquantum a superioribus diversæ: 'Perfugas, fugitivosque, et captivos omnes redderent Romanis, et naves rostratas, præter decem triremes, traderent, elephantosque quos haberent domitos, neque domarent alios: bellum neve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Romani, gererent: Masinissæ res redderent, fœdusque cum eo facerent: decem millia talentum argenti descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta solverent: obsides centum arbitratu Scipionis darent, ne minores XIV. annis, neve XXX. majores,' &c. Livius XXX. 37.

[g] *Ingenti gloria triumphavit*] 'Triumpho omnium clarissimo Urbem est invectus.' Livius.

[h] *Africanus ex eo appellari cœptus*] 'Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, an, sicuti Felicis Syllæ, Magnique Pompeii patrum memoria, cœptum ab assentatione familiari sit, parum compertum habeo. Primus certe hic Imperator nomine victæ ab se gentis est nobilitatus.' Livius.

[i] *Post annum septimum decimum*] Alii *nonum decimum:* immo decimo-octavo, Coss. Cn. Cornelio Lentulo, et P. Ælio Pæto, anno ab U. C. 552.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER IV.

TRANSACTO Punico bello, secutum est Macedonicum contra Philippum[a] Regem.[a]

2. Quingentesimo et quinquagesimo primo[b] anno[b] ab urbe condita T. Quintius[c] Flamininus[c] adversus Philippum regem mittitur:[d] prospere rem gessit: pax ei data est his

[a] *Regem* deest in Lugd. Bat. 3.—[b] *Et quinq. prim. ann.* desunt L. G. LC. *Quingentesimo quinquagesimo et primo* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[c] *Flaminius* in Mss. Gr. et quibusd. edd. Sed Flamininum patricium: Flaminium plebeium nomen fuisse ostendit Schottus ad cap. 51. de viris illustr. *Flamineus* legit L. B. 5.—[d] *Philippum dimicavit, et rem prospere gessit, et pax data his* M. B. S. N.

NOTÆ

[a] *Secutum est Macedonicum contra Philippum*] Cœptum quidem est tredecim ante annis, Coss. Quinto Fabio Maximo IV. et M. Claudio Marcello, quinto anno post inceptum secundum bellum Punicum. Vide Flor. lib. II. cap. 7. p. 65.

[b] *Quingentesimo et quinquagesimo primo*] 'Anno quingentesimo et quinquagesimo ab Urbe condita, P. Sulpitio Galba, C. Aurelio Consulibus, bellum cum rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam.' Livius XXXI. 5.

[c] *T. Quintius Flamininus*] Falsum est tunc missum Flamininum: priori anno, missus Sulpitius Galba Consul: secundo, P. Vellius Tappulus: tertio, nempe 555. ab U. C. Q. Flamininus.

legibus,[c] ne Græciæ[d] civitatibus, quas Romani contra eum defenderant,[e] bellum inferret; [f]ut captivos et transfugas redderet, quinquaginta solum[g] naves haberet, reliquas Romanis daret, per annos decem[h] quaterna[e] millia pondo argenti præstaret, et obsidem daret filium suum Demetrium.'[f] T. Quintius[i] etiam Lacedæmoniis intulit bellum;[g] ducem eorum Nabidem[k] vicit:[h] et, quibus voluit conditionibus,[i] in[f] fidem accepit. Ingenti gloria[m] duxit ante currum[j] nobilissimos obsides, Demetrium Philippi filium, et Armenem[n] Nabidis.

adversum Philippum regem prospere gessit. L. B. 1. 4. *adversus Phil. et rem prospere gessit.* 2. 3. 5.—[c] Al. *defenderent.*—[f] *Et ut* Lugd. Bat. 1.—[g] *Quinq. sol.* desunt M. pro *daret* al. *redderet.* Sic Lugd. Bat. 1. 2. 4. 5. at 3. *daret. solas* Lugd. 2. 3. 4. 5. et pro *quinquaginta* legit L. B. 1. *L. Quintius.*—[h] *Decies* V. Mox *pondera* Lugd. Bat. 2.—[i] *T. Quintius Flaminius* V. Sch.—[k] Deest *Nabidem* S. G. *Navidem* L. B. 1. 4. et Edd. vetust.—[l] Deest *in* Lugd. Bat. 4.—[m] *Gloria triumphavit, duxit* V. B. N. M. G. Lugd. B. 4. 5. *in Titi gloriam* 1. *triumphavit. dux ante currum* 2. &c.—[n] *Armen* Lugd. Bat. 1. *Nabidis Romani captivi, qui sub Annibale per Græciam venditi fuerant, universi recepti: capitibus rasis ob detersam servitutem currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore, &c.*

NOTÆ

[d] *Ne Græciæ*] Pacis leges sic Liv. XXXIII. 30. 'Omnes Græcorum civitates, quæ in Europa, quæque in Asia essent, libertatem ac suas leges haberent: quæ earum sub ditione Philippi fuissent, præsidia ex his Philippus deduceret; his, quæ in Asia essent,...et eas quoque enim placere liberas esse:...captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et naves omnes tectas tradere:...ne plus quingentis armatorum haberet, neve elephantum ullum. Bellum extra Macedoniæ fines ne injussu Senatus gereret: mille talentum daret Populo Romano, dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum.'

[e] *Per annos decem quaterna*] Aliter Livius supra, qui tamen addit ex Valerio Antiate quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos imperatum.

[f] *Obsidem daret filium suum Demetrium*] 'In hæc obsides accepti, inter quos Demetrius, Philippi filius.' Liv.

[g] *Lacedæmoniis intulit bellum*] 'Grassantem sub Nabide suo Lacedæmona compescuit.' Florus. Lacedæmonii in Peloponneso. Eorum urbs *Sparta, Lacedæmon:* hodie *Misithra.*

[h] *Ducem eorum Nabidem vicit*] Nabis, tertius sive quartus Lacedæmoniorum tyrannus.

Vicit] Anno mundi 3755. ante Ch. Nat. 193. ab U. C. 558.

[i] *Quibus voluit conditionibus*] Quas lege apud Livium XXXIV. 35.

[j] *Ingenti gloria duxit ante currum*] 'Ante currum multi nobiles captivi obsidesque, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit, et Armenes Nabidis tyranni filius.' Liv. XXXIV. 52. Tertio die, nam triduum triumphavit, transvecti captivi et obsides, coronæ aureæ, dona civitatum, &c. Locum adi.

3. Transacto bello Macedonico, secutum est Syriacum[k] contra Antiochum regem,[l] P. Cornelio Scipione,[m] M'.[n] Acilio[o] Glabrione coss. Huic Antiocho Hannibal[n] se junxerat; Carthaginem, patriam suam, metu,[q] ne Romanis traderetur,[o] relinquens. M'.[r] Acilius Glabrio in [p]Achaia[s] bene pugnavit: castra regis Antiochi nocturna pugna[s] capta sunt,[t] ipse fugatus.[u] Philippo,[q] quia[v] contra Antiochum Romanis[w] auxilio fuisset,[x] filius Demetrius redditus est.

4. L. Cornelio Scipione,[r] C.[y] Lælio coss. Scipio Africanus[s] fratri suo L. Cornelio Scipioni consuli[z] legatus contra Antiochum profectus est. Hannibal, qui cum Antiocho erat, navali prælio victus[t] est.[a] Ipse postea Antiochus

B. V. M. S. E. *Gr.*—[e] *M.* deest B. S. G. V. Lugd. Bat. 2. 4.—[p] *Aulo Glabrione* N. L. M. *Attilio Glabrione* Sch. Lugd. Bat. 3. 4. et sic mox. *Accilio* Lugd. B. 2. et sic infra. *Atilio Glabrone* 5. sed infra *Glabrio.*—[q] Deest *metu* S. M. N. G. L. Mer. L. B. 5.—[r] Deest *M.* B. S. G. V. Lugd. Bat. 5.—[s] *Machina* Lugd. Bat. 4.—[t] *Nocturno capta sunt* deleto *pugna* L. Bat. 1.—[u] Al. *fugatur.*—[v] *Qui* Lugd. Bat. 3. 4.—[w] Deest *Romanis* in Lugd. Bat. 4.—[x] *Fuit* Lugd. Bat. 4.—[y] *G.* Lugd. Bat. 2. *Cajo* L. B. 3. *Scipione et C.* 4.—[z] *A. fratre... Scipione consule* Lugd. Bat. 2.—[a] *Annibal et Polixenides, qui...erant, navali...*

NOTÆ

[k] *Syriacum*] Syria ad littus Eoum maris Mediterranei, e regione Cypri: hodie *Soria.*

[l] *Antiochum regem*] Is est Antiochus III. cognomento Magnus.

[m] *P. Cornelio Scipione*] Anno mundi 3758. ante Ch. Nat. 190. ab U. C. 561. Vide Flor. II. 8. p. 67.

[n] *Huic Antiocho Hannibal*] Hannibal sese fuga ad Antiochum regem surripuit. Liv. XXX. 37. et XXXIV. 60.

[o] *Ne Romanis traderetur*] Postulabat enim Scipio, ut Hannibal sibi traderetur, sed responsum est Hannibalem in Africa non esse.

[p] *In Achaia*] Ad Thermopylas pugnavit, quæ Achaiæ potius vicinæ dici possunt, quam in ipsa Achaia esse. Sed hic Achaiam Eutropius pro tota Græcia ponit, quam Thermopylis mediam dividi, sicut Apennino Italiam, tradit Livius lib. XXXVI. 15.

[q] *Philippo*] 'Philippi quoque filius Demetrius, qui obses Romæ erat, ad patrem reducendus legatis datus erat.' Liv. XXXVI. 35.

[r] *L. Cornelio Scipione*] Anno ab U. C. 563.

[s] *Scipio Africanus*] 'Tum Consule Scipione, cui frater, ille modo victor Carthaginis Africanus, voluntaria legatione aderat, debellari regem placet.' Flor. p. 69. Cum in Senatu ageretur utri Consuli Græcia mandaretur, et in Lælium Senatus inclinare videretur, P. Africanus dixit: 'Si L. Scipioni fratri suo provinciam Græciam decrevissent, se legatum iturum.'

[t] *Navali prælio victus*] Ad Myonnesum a L. Æmilio Regillo, cui navalis provincia demandata. Vide Liv. XXXVII. 28. 29.

circa Magnesiam[u] ad Sipylum,[t] Asiæ civitatem, a cos. Cornelio Scipione ingenti prælio fusus[c] est. Auxilio fuit Romanis in ea pugna Eumenes, Attali regis [v]frater,[d] qui Eumeniam in Phrygia condidit.[w] L.[e] millia peditum,[x] III.[f] equitum[g] eo certamine ex parte regis occisa sunt. Tum rex Antiochus[h] pacem petiit:[i] iisdem conditionibus[y] data[k] est a senatu, quanquam[l] victo, quibus ante offerebatur; ut ex Europa[m] et Asia[z] recederet, atque intra Taurum se contineret, x. millia talentorum,[a] et XX.[n] obsides[b] præberet, Hannibalem concitorem[o] belli[c] dederet.[p] Eumeni regi[q] do-

victi sunt N.—[b] Ita plane Græcus et Livius lib. XXXVII. c. 37. Perperam vulgo legitur, *circa Sipylum et Magnesiam*. Sylb. quoque in notis hic noster est: et Vinetus aliquid mendi subesse suspicatur. *circa Sipylum magna jam* Lugd. Bat. 1. *contra Sipylum Magnesiam* L. B. 2. *circa Sipylum Magnesiam* L. B. 3. 5. *circum Sipylum Magnesiam* 4.—[c] *Victus* L. B. 4.—[d] Deest *frater* in Lugd. Bat. 4. qui paulo ante transponit *in ea pugna Romanis*.—[e] XXX. &c. Sch. et Lugd. Bat. *Quinque millia equitum eo certamine* V. *Quinquaginta tria millia peditum in eo equitum certum* B.—[f] Sic L. LC. N. M. G. HM. Gr. F. Alii habent IV. *millia*.—[g] *In eo* Lugd. Bat. 2.—[h] Deest *Antioch.* L. S. N. LC. F. Lugd. B. 5.—[i] Al. *petiit: quæ iisdem* L. B. 2. *quæ hisdem petiit* L. B. 3. *petiit* 4.—[k] Vulg. *datur*.—[l] *Tanquam* Lugd. Bat. 5.—[m] *Ex Syria et As.* LC.—[n] X. Lugd. Bat. 3.—[o] *Concitatorem* Al. *incitatorem* Lugd.

NOTÆ

[u] *Circa Magnesiam ad Sipylum*] Circa Magnesiam, quæ ad Sipylum est, posuit castra. Magnesia autem ad Sipylum, ut distinguatur ab altera Magnesia, quæ ad Mæandrum amnem. Utramque recte distinguit Livius XXXVII. 32. et 44. Utraque in Caria.

[v] *Eumenes Attali regis frater*] Attali Philadelphi frater fuit, filius vero Attali I. qui adversus Philippum cum Romanis belli societatem inivit.

[w] *Qui Eumeniam in Phrygia condidit*] In Phrygia majore.

[x] L. *millia peditum*] 'Ad quinquaginta millia peditum, equitum quatuor millia, mille et quadringenti capti, et quindecim cum rectoribus elephanti.' Liv. XXXVII. 44.

[y] *Iisdem conditionibus*] Legatis ita respondisse fertur Scipio: 'Priusquam castra regia, priusquam aciem videremus, cum communis Mars et incertus belli eventus esset, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, easdem nunc victores victis ferimus, &c.' Liv. ibid.

[z] *Ut ex Europa et Asia*] Europa abstinerent; Asiaque omni, quæ cis Taurum, decederent.

[a] X. *millia talentorum*] Pro impensis in bellum factis XV. millia talentorum Euboicorum darent: quingenta præsentia, duo millia et quingenta cum Senatus Populusque Romanus pacem comprobasset: millia deinde talentum per duodecim annos. Liv.

[b] XX. *obsides*] Viginti obsides Scipionis arbitratu darent. Liv.

[c] *Hannibalem concitatorem belli*]

natæ sunt a Senatu[r] omnes[r] Asiæ civitates, quas Antiochus bello perdiderat: et Rhodiis,[s] qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant, multæ[t] urbes concessæ sunt.[t] Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphavit:[f] nomen et ipse, ad imitationem fratris,[g] Asiagenis[u] accepit, [[v]quia Asiam vicerat: sicut frater ipsius, propter Africam domitam, Africanus appellabatur.[v]]

5. Spurio[w] Postumio[y] Albino,[h] Q.[z] Marcio[a] Philippo[b] coss. M.[c] Fulvius de Ætolis[i] triumphavit. Hannibal, qui victo Antiocho, ne Romanis traderetur, ad Prusiam,[j] Bithyniæ[k] regem, fugerat, repetitus etiam ab eo est per

Bat. 2.—[p] *Redderet* L. B. 3.—[q] *A Senatu* perperam deest in aliis.—[r] *Omnis* Lugd. Bat. 2.—[s] *Multas...concesserunt* Lugd. Bat. 3. 4. 5.—[t] *Concessæ erant* Lugd. Bat. 1.—[u] Sic Lugd. Bat. 1. 3. 5. LC. B. G. N. M. HM. *Asiagenum* Lugd. Bat. 2. *Asiaticus* Lugd. Bat. 4. *Asiatici* etiam Vulgati retinent.—[v] Inclusa videntur vel Pauli, vel alius glossema esse. Nam neque in Græco apparent, neque cum conciso stylo Eutropii conciliantur facile. Pro *quia* q̄r Lugd. Bat. 3.—[w] *Sequutum est bellum Histricum et Gallo-Græcum. Spurio, &c.* LC. *appellatur* Lugd. Bat. 2. 3.—[x] Deest *Spurio* N. M. *Curio* L.—[y] Al. *Posthumo*, ut L. B. 5. *Postumo* Lugd. Bat. 4.—[z] Q. deest LC. S. G. L. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[a] *Marcio* deest L. *Marco* B. S. G. V. Lugd. B. 4. deleto Q.—[b] *Publio* G.—[c] *M.* deest in Lugd. Bat. 1.—[d] *Brundusium Bitinia, &c.* Lugd.

NOTÆ

Hannibalem ante omnia darent, quia nunquam satis liqueret, ibi pacem esse Populo Romano ubi esset Hannibal.

[d] *Eumeni regi, &c.*] Cis Taurum, quæ intrà regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attributa, præter Lyciam Cariamque usque ad Mæandrum amnem. Ceteræ civitates Asiæ, quæ Attali stipendiariæ fuissent, eædem Eumeni vectigal pendere jussæ.

[s] *Rhodiis, &c.*] 'Rhodiis Lycia data, Telmissum extra eundem et castra Telmissium, et agrum qui Ptolemæi Telmissi fuisset: hæc et ab Eumene et ab Rhodiis excepta: ea quoque his pars data Cariæ, quæ propior Rhodum insulam trans Mæandrum amnem est; oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt, nisi quæ eorum oppida in libertate fuissent pridie quam cum Antiocho rege in Asia pugnatum est.' Liv. XXXVII. 56.

[f] *Triumphavit*] Pridie Kalendas Martias, anno postquam Consul fuit.

[g] *Ad imitationem fratris*] Ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se appellari voluit.

[h] *Spurio Posthumio Albino, &c.*] Bellum Ætolicum Fulvio demandatum est anno U. C. 564. sed Fulvius de iis triumphavit tertio anno ante diem decimum Kalendas Januarias, quibus Consulatum inituri erant Spurius Posthumus Albinus, et Q. Martius Philippus. Adi Livium XXXIX. 15.

[i] *Ætolis*] Ætolia, Achaiæ regio intra Acheloum fluvium et Corinthiacum sinum.

[j] *Prusiam*] Nicomedis Magni filium.

[k] *Bithyniæ*] Bithynia, Asiæ regio

T. Quintium[l] Flamininum:[e] et cum tradendus Romanis esset, venenum[f] bibit,[m] et apud[n] Libyssam,[s] finibus Nicomediensium, sepultus est.

6. Philippo rege Macedoniæ mortuo,[o] qui et adversum Romanos bellum gesserat, et postea Romanis[p] contra Antiochum auxilium tulerat, filius ejus Perseus[q] in Macedonia rebellavit,[r] ingentibus copiis ad bellum paratis. Nam adjutores habebat Cotyn Thraciæ regem;[s] et Illyrici,[t] Gentium[t] nomine. Romanis autem in auxilio erant[i] Eumenes Asiæ rex,[u] Ariarathes[v] Cappado-

Bat. 4.—[e] *Flaminium* Lugd. Bat. 1. *Flamineum* 2. 3. 5. ubique. *Lutium Flamineum* 4.—[f] *Sibi bibit* Lugd. Bat. 4.—[s] *Libussam* Lugd. Bat. 1. *Libissam* 4. 5.—[h] Præclare sic L. B. LC. F. Alii *regem* interponunt, seu potius otiose repetunt. Proxime enim affuerat. Sic tamen Lugd. B. 1. 4. 5.—[i] Deest

NOTÆ

ad Sangarium fluvium e regione Propontidis.

[l] *Per T. Quintium*] Ad Prusiam regem legatus T. Quintius Flamininus ad repetendum Hannibalem ann. U. C. 570. Coss. Q. Fabio Labeone et M. Claudio Marcello.

[m] *Venenum bibit*] Prius elabi et fugere tentavit; sed postquam omnes domus suæ aditus militibus obseptos sensit, et omnia circa clausa dispositis custodiis, venenum, quod multo ante præparatum ad tales habebat casus, poposcit, et execratus in caput regnumque Prusiæ, et hospitales Deos violatæ ab eo fidei testes invocans, poculum exhausit. Livius XXXIX. 51.

[n] *Apud Libyssam*] ‘Positus apud Libyssam in arca lapidea, in qua hodieque scriptum est: HANNIBAL. HIC. SITUS. EST.’ Aurel. Victor, p. 66. Libyssa Bithyniæ vicus.

[o] *Philippo rege Macedoniæ mortuo*] Anno ab U. C. 574.

[p] *Et postea Romanis*] Verum est Philippum Romanis affuisse contra Antiochum. Sed Athamanum regno a Romanis exutus, iterum implacabile contra eos odium concepit, et eos bello petiisset, nisi morte præventus per mœrorem, quod Demetrium filium falso accusatum Persei scelere necari jussisset.

[q] *Perseus*] *Persen* vocat Florus.

[r] *In Macedonia rebellavit*] Hoc est secundum bellum Macedonicum, ann. mundi 3779. ante Ch. nat. 169. ab U. C. 582. Coss. P. Licinio Crasso et C. Cassio Longone. Vide Flor. II. 12. p. 72. ubi duobus annis serius illud inceptum dicit.

[s] *Cotyn Thraciæ regem*] ‘Cotys Thrax, Odrysarum rex, evidenter Macedonum partis erat.’ Liv. XLII. 29.

[t] *Illyrici, Gentium*] Patre Pleurato rege Illyriorum et matre Euridica genitum. Vide Liv. XLIV. 30.

[u] *Eumenes Asiæ rex*] Idem qui adversus Antiochum Romanos adjuvit: et tunc eum cum vetus odium stimulabat, tum recens ira, quod scelere Persei prope ut victima mactatus Delphis esset.

[v] *Ariarathes*] Ariarathes Cappadocum rex, præterquam quod Romanis

ciæ,[w] Antiochus Syriæ,[x] Ptolemæus Ægypti,[y] Masinissa[z] Numidiæ. Prusias autem[a] Bithyniæ,[a] quanquam sororem[f] Persei uxorem haberet, utrisque se æquum præbuit. Dux Romanorum P. Licinius cos. contra eum[b] missus[m] est, et a rege gravi prælio victus. Neque tamen Romani, quanquam[n] superati, regi[o] petenti[p] pacem præstare voluerunt, nisi his conditionibus: ‘ ut[c] se[q] et suos senatui et populo[r] Rom. dederet.’ Mox missus[d] contra eum L. Æmilius Paullus cos. et in Illyricum C. Anicius[s] prætor[e] contra Gentium. Sed Gentius, facile uno prælio victus, mox se dedidit.[t] Mater

erant Lugd. Bat. 2. 3.—[a] Ita concinnius nonnulli Mss. exhibent, pro eo quod in vulg. edd. extat: *Prusias autem rex Bithyniæ.*—[f] Deest *sororem* N. B. M. —[m] Ita Codd. nostri, uti etiam F. P. et V. Sed Vi. qui Schonovium sequitur, Paul. Merula, aliique *Dux Rom. P. Licinius Consul est a rege gravi prælio victus.* Et sane additio est valde suspecta, utut tot codicibus fulta. Nam *dux Romanorum vix missus* dicitur contra quem, sæpe autem *cæsus*, aut *victus*. Consules vero dicuntur *mitti*, &c. Alterutrum ergo tollendum videtur. Ad metaphrasten provocat Sylb. sed tum Cellarius crederet illum verbis, τοῦτον αὐτῷ τὸν πόλεμον ἀποκληρώσαντος τοῦ δήμου, missionem respexisse, si scriptum esset: *Dux*, &c. *qui missus fuerat*, &c. Nihilominus *ducem mitti* habet etiam noster alibi.—[n] *Tanquam* Lugd. Bat. 1.—[o] *Ei* Lugd. Bat. 1.—[p] *Potenti* Lugd. Bat. 4.—[q] *Se* abest a Lugd. Bat. 1.—[r] *et pop. Rom.* desunt L.—[s] Alii *Ansius. Gaionic* L. B. 2. *Gaionicius* 3. *Gajonitius* 4. *Gajonicius* 5.—[t] *Dedit* Lugd.

NOTÆ

sno nomine auxilia pollicitas erat, ex quo est junctus Eumeni affinitate, in omnia belli pacisque se consociaverat consilia. Liv.

[w] *Cappadociæ*] Cappadocia, Asiæ regio mediterranea, inter Armeniam et Phrygiam.

[x] *Antiochus Syriæ*] Qui omnia et per suos legatos Senatui, et ipse legatis eorum, eximie pollicitus erat.

[y] *Ptolemæus Ægypti*] Ptolemæus Philometor propter ætatem alieni etiam tum arbitrii erat: sed tutores et bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent Cœlesyriam, et Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Liv.

[z] *Masinissa*] Masinissa et frumento juvabat Romanos, et auxilia cum elephantis, Misaginemque filium, mittere ad bellum parabat. Idem.

[a] *Prusias autem Bithyniæ*] Prusias, Bithyniæ rex, statuit abstinere armis, eventumque expectare: nam neque pro Romanis se æquum censere adversus fratrem uxoris arma ferre, et apud Persea victorem veniam per sororem impetrabilem fore. Idem.

[b] *P. Licinius Cos. contra eum*] In Thessalia cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia haud minus peditum, capti ferme ducenti equites. Liv. LXII. 58. 59. 60.

[c] *Ut se*] Responsum est: ‘ Ita pacem dari, si de summa rerum liberum Senatui permittat rex, de se, deque universa Macedonia statuendi jus.’

[d] *Mox missus*] Tertio anno post victum P. Licinium.

[e] *Et in Illyricum C. Anicius prætor*] Sæpe *Ancium:* at eum omnes uno consensu *C. Anicium* vocant, et ita legendum.

ejus,[f] et uxor, et duo filii, frater quoque, simul[u] in potestatem Romanorum[v] venerunt.[w] Ita[x] bello[s] intra XXX. dies perfecto,[y] ante cognitum est,[h] Gentium victum, quam cœptum bellum nuntiaretur.

7. Cum Perseo autem Æmilius Paullus cos. III. Non. Septembris dimicavit;[i] vicitque eum, XX.[z] millibus[j] peditum ejus occisis. Equitatus cum rege fugit integer;[a] Romanorum c. milites amissi[b] sunt: urbes Macedoniæ omnes, quas rex tenuerat,[c] Romanis se[d] dediderunt. Ipse rex, cum desereretur ab amicis, venit in Paulli potestatem.[k] Sed honorem ei Æmilius,[e] non quasi victo, habuit: nam et volentem[l] ad pedes sibi cadere, non permisit; et juxta se in sella collocavit. Macedonibus[f] et[m] Illyriis[g] hæ leges a Ro-

Bat. 1. 2.—[u] Delet *simul* L. B. 3.—[v] Deest *Roman.* in L. B. 3.—[w] *Venerant* Lugd. Bat. 1.—[x] Delent *ita* L. B. 2. 3. 4. sed 5. legit *et*.—[y] *Profecto* L. B. 2. —[z] XXX. N. L. LC.—[a] *Cum rege interfugit. Milites quos amiserat Romani se dediderunt. Rex cum* B. V. *Cum rege interfugit. Romanorum C. mil. &c.* N. G. HM. F. *Cum rege interfugit, Romanorum multis amissis, urbes Rom. se ded. ips. rex c.* L. *Cum rege interfugit, Romanor. C. mill. ann. s. u.* M. *omnes Romanis se ded. i. r. c.* S. *interfugit; Rom. &c.* L. B. 2. 4. *interfugit Dux. Rom.* 5. *integer fugit; Rom.* 3.—[b] *Romanorum...amiserat.* L. B. 2. 5. *amiserunt* 3. 4. —[c] Sex voces delent L. B. 3. 4. 5.—[d] *Siderum* L. B. 2.—[e] *Æmilius Paulus Consul* LC. B. S. N. M. L. G. HM. et Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. nihil vero horum, nec vel *Æmilius* agnoscit Lugd. Bat. 1.—[f] *Macedonibus* L. B. 2. 3. 4. 5.—[g] *Hyl-*

NOTÆ

[f] *Mater ejus*] Eheva uxor cum filiis duobus Scerdileto Pleuratoque, et Caravantius frater, in castra Scodram per Perpennam adducta. Liv. XLIV. 32.

[g] *Ita bello*] Anicius, bello Illyrio intra triginta dies perfecto, nuntium victoriæ Perpennam Romam misit. Liv.

[h] *Ante cognitum est*] Ex Livio: 'Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum, Romæ auditumve est.'

[i] *Dimicavit*] Ad Enipeum, Thessaliæ fluvium.

[j] XX. *millibus*] Cæsa ad viginti millia hominum sunt: ad sex millia, qui Pydnam ex acie profugerant, vivi in potestatem pervenerunt; et vagi e fuga quinque millia hominum capta: ex victoribus ceciderunt non plus centum. Liv.

[k] *Venit in Paulli potestatem*] Samothracem fugit, eo Paullus classem misit cum Cn. Octavio, cui se tandem Perseus tradit cum Philippo, qui major natu erat e filiis.

[l] *Nam et volentem*] 'Consurrexit Consul, et jussis sedere aliis, progressusque paulum, introëunti regi dextram porrexit, summittentemque se ad pedes sustulit; nec attingere genua passus, introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere jussit.' Liv. XLV. 7. Adi Florum p. 74.

[m] *Macedonibus et Illyriis*] Liv. XLV. 18. Omnium primum, liberos esse

manis[k] datæ; 'ut liberi essent, et dimidium[n] eorum tributorum præstarent, quæ regibus præstitissent:' ut appareret[t] populum Rom. pro æquitate magis, quam avaritia dimicare. Itaque[k] in conventu infinitorum[l] populorum Paullus hæc[m] pronuntiavit: et legationes[n] multarum gentium,[o] quæ[o] ad eum venerant, magnificentissime[p] convivio pavit, dicens, ejusdem hominis[p] esse debere,[q] et bello vincere, et convivii apparatu elegantem esse.

8. Mox[q] LXX.[r] civitates Epiri, quæ rebellarant,[s] cepit: prædam militibus distribuit; Romam cum[t] ingenti pompa rediit in nave[u] Persei,[r] quam inusitatæ magnitudinis fuisse traditur, adeo ut XVI. ordines dicatur habuisse remorum.[v] Triumphavit autem[w] magnificentissime in curru[x] aureo, cum duobus filiis,[s] utroque[y] latere astantibus:[z] ducti sunt ante

---

lariis L. B. 2.—[k] Al. *Hæ leges datæ sunt. Leges a Romanis datæ sunt* L. B. 3. *leges datæ* ceteris deletis 5.—[l] *ut appar.* desunt F. *ut* deest in L. B. 3.—[k] *Atque* L. B. 2.—[l] Alii *finitimorum* cum Fuld. et Gr. malint. *infinitimorum* L. B. 3. *multorum* 5.—[m] *Hoc* L. B. 1. 3. *Hic* 5.—[n] *Legiones* L. B. 4.—[o] *Qui* L. B. 2.—[p] Sic F. L. B. 4. 5. pro vulgari *magnificentissimo.* Sed L. et LC. *decentissime.*—[q] *Homines e. d. et b. v. et in convivii apparatu elegantes esse* L. Bat. 2. 3. 4. (nisi quod hic *in conviviis*) 5. At Lugd. Bat. 1. in prioribus consentit, sed posteriora ita legit *et in convivio, apparatus elegantes esset.*—[r] LXXX. G. L. B. 1.—[s] *Rebellabant* L. B. 2. 3. 4. 5.—[t] Delent *cum* L. B. 2. 3. 5.—[u] *Navi* L. B. 1.—[v] *Romanorum* L. B. 1.—[w] Delet *autem* Lugd. Bat. 1.—[x] *Currum aureum* L. B. 4.—[y] *A* addit L. B. 4.—[z] *Stantibus* L. B. 4. et mox pro *regis, regii.*

NOTÆ

placebat Macedonas atque Illyrios; ut omnibus gentibus appareret arma Populi Romani, non liberis servitutem, sed contra servientibus libertatem afferre.

[n] *Et dimidium*] Placuit 'et dimidium tributi, [quam] quod regibus ferre soliti erant, Populo Romano pendere.' Liv. XLV. 18.

[o] *Et legationes multarum gentium*] Omittit ludicrum quod magno apparatu Amphipoli fecit. De quo Livius XLV. 32. qui subjungit: 'Epulæ quoque legationibus paratæ et opulentia et cura eadem.'

[p] *Ejusdem hominis*] Ex Liv. hoc quoque: 'Vulgo dictum ipsius fere-bant, et convivium instruere et ludos parare, ejusdem esse qui vincere bello sciret.'

[q] *Mox* LXX.] Civitates omnes, quæ ad Persea defecerant diripiendas militibus dedit, earum muros diruit: ea fuere oppida circa septuaginta. Liv. XLV. 34.

[r] *In nave Persei*] Paullus ipse post dies paucos regia nave ingentis magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed etiam regiorum textilium, adverso Tiberi ad Urbem est subvectus. Liv.

[s] *Cum duobus filiis*] Quatuor filios

currum duo[a] regis filii,[t] et ipse Perseus, XLV. annos[b] natus. Post eum etiam[u] C.[c] Anicius de Illyriis triumphavit. Gentius cum fratre et filiis ante currum ductus est. Ad hoc spectaculum multarum gentium reges[d] Romam venerunt: inter alios etiam venit[e] Attalus atque Eumenes,[v] Asiæ reges; atque[f] Prusias Bithyniæ. Magno honore accepti[g] sunt: et,[h] permittente senatu, dona,[i] quæ[w] attulerant,[k] in Capitolio posuerunt. Prusias etiam filium suum Nicomedem[x] senatui commendavit.

9. Insequenti anno[y] L. Mummius[l][z] in Hispania[m] bene pugnavit. Marcellus postea consul res ibidem prosperas[n] gessit.

—[a] Deest *duo* V.—[b] *Annis* L. B. 2.—[c] Deest *C.* N. B. S. M. F. HM. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. 5. in L. et LC. *M. Anicius. Anicus* L. B. 2. 5. *Amicus* 4.—[d] *Regi* L. B. 1.—[e] *Inter alios Attalus, &c.* L. B. 4. *inter alios venit etiam* 1. *inter alios etiam Attalus, &c.* 5. *venit* delent etiam 2. et 3.—[f] *Et* L. B. 1. 2. 3. 4.—[g] *Excepti* L. B. 1. 2. 3.—[h] Delet *et* L. B. 1.—[i] Deest *dona* F. L.—[k] *Attulerunt* L. B. 2. 5. sed 3. delet tres sequentes voces—[l] *Nummius* G. *Minucius* V. *Numius* L. B. 3. *Nunnus* 2. *Memmius* vulgat.—[m] *Lusitania* vulgat.—[n] *Pro-*

NOTÆ

habebat Paullus: duos in adoptionem in Corneliam et Fabiam gentem dederat. Duorum quos domi hæredes alebat, minor ferme duodecim annos natus quinque diebus ante triumphum decessit, major XIV. annorum triduo post triumphum. Quare de filiis in adoptionem datis hic locus intelligendus est, et ita Liv. 'post Paulli currum,' inquit, 'inter alios illustres viros filii duo Q. Maximus et P. Scipio.' Plutarch. nullos Paulli filios ejus triumphi comites refert.

[t] *Duo regis filii*] Filiam iis addit Plutarchus, et verum est.

[u] *Post eum etiam*] Cnei Octavii triumphum præterit, quia de Octavio nihil. Post Paulum Cn. Octavius Kalendis Decembribus de rege Perseo navalem triumphum egit, sine captivis, sine spoliis. Post Octavium triumphavit Anicius.

[v] *Attalus atque Eumenes, &c.*] Prusias et Eumenes non ad spectandum spectaculum Romam venerunt, sed, peracto spectaculo, Prusias quidem amice receptus: sed propter Eumenem, quem in Urbem nolebant admittere, quia bello Macedonico se medium egerat, in commune lex lata, 'ne cui regi Romam venire liceret.' De Attalo nil memini.

[w] *Dona quæ attulerant*] Solus Prusias votum in Capitolio solvit decem majores hostias.

[x] *Filium suum Nicomedem*] 'Filium postremo Nicomedem Senatui commendavit.' Livius.

[y] *Insequenti anno*] Certe hic tempora conturbat Eutropius. Anno enim postquam Prusias Romam petivit, Marcellus Consul fuit cum C. Sulpitio Gallo: ann. ab U. C. 587.

[z] *L. Mummius*] Vulgo *Memmius*. Nullum Memmium eo tempore in Hispania rem gessisse invenio.

10. Tertium deinde bellum contra Carthaginem suscipitur, sexcentesimo et altero anno[a] ab urbe condita,[a] L. Manlio[p] Censorino[q b] et M'. Manilio[r c] COSS. anno LI.[s] post, quam secundum Punicum bellum[t] transactum erat.[u] Hi profecti[v] Carthaginem oppugnaverunt.[w] Contra eos Hasdrubal, dux Carthaginiensium,[x] dimicabat.[y] Famea[z d] dux alius equitatui præerat[b] Carthaginiensium. [c]Scipio[e] tunc, Scipionis Africani [f]nepos,[d] tribunus[g] ibi militabat:[g] hujus apud omnes ingens metus et reverentia erat. Nam et paratissimus ad dimicandum, et consultissimus habebatur. Itaque per eum multa[f] prospere[g] a coss. gesta sunt: nec[h] quicquam

spere vulgat.—[a] *Sexc. et alt. ab urb. cond. ann.* L. B. 1.—[p] *Mullio* L. B. 2. *Malio* 3.—[q] *Censorio* L. B. 4.—[r] *Malino* L. *Mallio* V. L. B. 2. 4. 5. *Malio* 3.—[s] LIV. F. *Hoc* L. B. 5.—[t] Deest *bellum* in L. B. 1. 2.—[u] Deest *erat* in L. B. 2. 3. At 5. legit *est*.—[v] *Profecto* L.—[w] *Expugnaverunt* Lugd. Bat. 1. Sed in 2. 3. omnia omittuntur usque ad *Famea dux*, &c. vel quæ inseruntur ab Eutropii mente alienissima sunt; 4. vero et 5. nihil horum ad *Famea dux*, &c. usque agnoscunt.—[x] *Carthaginensibus* L. B. 3. qui mox delet *Carthaginiensium*.—[y] Sex voces desunt in Lugd. Bat. 1. et L.—[z] *Semea* L. LC. M. N. et sic mox.—[b] Deest *præerat* in L. B. 1.—[c] *Igitur* addunt L. B. 2. 3. 4. 5.—[d] *Nepotis* L. B. 2. *Africanus post* 4.—[e] *Militum* addit L. B. 4. Sed pro *ibi* legit. 3. *ut dictum est militum*.—[f] *Multum* L. B. 3.—[g] Deest *prospere* S. HM. et L. B. 2. 3. 4. in quibusd. etiam *a Coss.* desiderantur. ut in L. B. 5. *a* delet quoque 4.—

NOTÆ

[a] *Sexcentesimo et altero anno ab Urbe condita*] Certe hic annus fuit ab U. C. 604. et ita scripsisse debuit Eutropius, ut LI. illi anni, quos a finito secundo bello Punico præteritos dicit, inveniantur.

[b] *Lucio Manlio Censorino*] Hunc *Martium*, non *Manlium* vocatum invenio.

[c] *Marco Manilio*] Hunc non *Marcum*, sed *Manium* dictum indicat Capitolinus ejus Consulatus. Marcus tamen vocatus a Cicerone, Valerio, et aliis. Dicebatur igitur *Marcus Manius Manilius*. Sæpe tamen in prænominibus illis peccatum: nam cum Manius scriberetur per M. Marcus vero per M. utrumque pro *Marco* sæpius acceptum.

[d] *Fameæ*] Scribendum *Phameæ*. Φαμέαν vocat Appianus, at Φαμίαν Suidas. Himilconis filius fuit, Præfectus equitum Carthaginiensium, vir fortis, et cujus præcipua opera Pœni utebantur. Epitom. Liv.

[e] *Scipio*] Paulli Æmilii Macedonici filius.

[f] *Scipionis Africani nepos*] Per adoptionem. Adoptatus enim fuerat a filio Scipionis Africani. Fl. lib. II. cap. 15. Hunc [Scipionem] Paullo Macedonico procreatum Africani illius Magni filius in decus gentis assumserat. Adi Victorem p. 79.

[g] *Tribunus ibi militabat*] ‘Tribunus in Africa sub M. Manlio imperatore cohortes octo obsidione vallatas consilio et virtute servavit.’ Victor, p. 80. Tribunus militum dicebatur, qui mille peditibus præerat.

magis vel[i] Hasdrubal vel Famea vitabant,[k] quam contra eam Romanorum[l] partem[m] committere, ubi Scipio dimicabat.[n]

11. Per idem tempus Masinissa, rex[o] Numidarum, per annos sexaginta fere amicus populi Romani, anno vitæ[h] XCVII.[p] mortuus,[q] XLIV.[r] filiis relictis,[i] Scipionem divisorem[j] regni[s] inter filios suos esse jussit.

12. Cum igitur clarum Scipionis nomen esset, juvenis adhuc, cos. est factus;[k] et contra Carthaginem missus.[t] Is eam[l] cepit ac diruit.[l] Spolia ibi inventa, quæ variarum civitatum excidiis Carthago collegerat: et ornamenta urbium, civitatibus Siciliæ,[m] Italiæ, Africæ reddidit, quæ sua recognoscebant.[u] Ita[v] Carthago septingentesimo anno,[n]

---

[h] *Neque* L. B. 1.—[i] Delet *vel* L. B. 4.—[k] *Evitabant* Lugd. Bat. 1.—[l] *Contra Romanorum acies ea parte committere ubi Scipio dimicasset* L.—[m] *Bellum* addit L. B. 5.—[n] *Dimicasset* Lugd. Bat. 1. *dimicarat* Lugd. Bat. 2. *dimicaret* 3. 4. —[o] Desunt *Rex Numid.* L. LC. F.—[p] *Nonagesimo septem* L. B. 2.—[q] *Est* vulg. addunt.—[r] XLVII. L. B. 1.—[i] Deest *regni* B. N. M. S. G. V. L. B. 2. 3. 4. 5.—[t] *Missus. Contra quam cum* (*dum* L. B. 4.) *sex continuis diebus noctibusque pugnasset* (*ultima* L. B. 4.) *Carthaginienses desperatio ad deditionem traxit, petentes ut quos belli clades reliquos fecisset, saltem servire liceret. Ita Carthago septing.* B. S. HM. L. B. 4.—[u] hæ tres voces absunt a L. Bat. 1.—[v] Delet *ita*

NOTÆ

[h] *Anno vitæ* XCVII.] Alii majorem 90. annis denatum dicunt; alii cum annum centesimum attigisset: in tabulis invenio eum decessisse anno ætatis 94. Mortuus enim anno ab Urbe condita 605.

[i] XLIV. *filiis relictis*] Valerius ei 54. filios dat, ex eis tantum tres legitimi, Micipsa, Gulussa, Manastabales: inter quos Scipionem divisorem regni esse jussit.

[j] *Scipionem divisorem regni*] 'Scipio Æmilianus (cum commune eis pater regnum reliquisset, et dividere eos arbitro Scipione jussisset) partes administrandi regni suscepit.' Liv. Appianus narrat eum ita divisisse, ut Micipsæ primo Cirtam et Regiam daret; Gulussæ viro strenuo, belli pacisque munia; Manastabali natu minimo, justitiæque studioso, ut jura subditis daret.

[k] *Juvenis adhuc, Cos. est factus*] Anno U. C. 606. ætatis suæ XXXVIII. et sic ante annos Consul factus est: nam lege Villia cavebatur, ne quis ante annum ætatis XLIII. Consulatum capere posset.

[l] *Is eam cepit ac diruit*] Intra sex menses. Adi Florum II. 15. pag. 76. et Victorem pag. 80.

[m] *Civitatibus Siciliæ*] Inter cetera, Taurum Phalaridis Agrigentinis reddidit.

[n] *Septingentesimo anno*] Ita Epitom. Livii. Sed invenio eam dirutam septingentesimo trigesimo octavo: condita enim ann. mundi 3066. ante Ch. nat. 882. diruta ann. mundi 3804. ante Ch. 144. ab U. C. 607.

quam condita erat,[w] deleta est.[x] Scipio nomen, quod avus ejus[y] acceperat, meruit; scilicet ut[z] propter virtutem etiam ipse[a] Africanus junior vocaretur.

13. Interim in Macedonia[o] quidam Pseudophilippus[p] arma movit,[b] et Romanum prætorem, P. Juventium, contra se missum, ad internecionem vicit.[q] Post cum Q. Cæcilius Metellus,[r] dux a Romanis contra Pseudophilippum[c] missus[d] est, et XXV.[e] millibus ex militibus ejus[f] occisis, Macedoniam recepit; ipsum etiam Pseudophilippum in potestatem suam redegit.

14. Corinthiis[s] quoque bellum indictum est, nobilissimæ Græciæ civitati,[t] propter injuriam legatorum[u] Romanorum. Hanc Mummius[g] consul[v] cepit ac[h] diruit. Tres igitur Romæ simul celeberrimi triumphi fuerunt: Africani, ex Africa; ante cujus currum ductus est Hasdrubal: Metelli, ex Macedonia;[i] cujus currum præcessit Andriscus,[k] qui et Pseudophilippus dicitur: Mummii,[l] ex Corintho; ante quem

L. B. 4.—[w] *Est* L. B. 3.—[x] *Deleta est. Ita quarto anno postquam cæptum fuit bellum, tertium terminatum est. Scipio nom.* B. G. V. N. S. *delecta* L. B. 2. *delata* 3.—[y] Delet *ejus* L. B. 4.—[z] Duæ voces exulant a L. B. 3.—[a] Duas voces delet L. B. 3.—[b] *Armavit, et* L. B. 3.—[c] *Contra Philippum* V.—[d] A *missus* usque ad *in potestatem* delet L. B. 3.—[e] XX. *millibus* HM.—[f] Desunt *ex milit. ejus* L. B. S. N. LC. G. HM. Lugd. Bat. 2. 3. 4. ut et 1. qui tamen *ejus* habet.—[g] *Minucius* B. *Numius* V. L. B. 4. *Nummius* L. B. 2. *Nummus* 3.—[h] *Et* L. B. 2. 3. 4. 5.—[i] *Ante cujus* Lugd. Bat. 1.—[k] *Andariscus* B. S. G. HM. V. Lugd. Bat. 3. 5. *idem qui, &c.* L. B. 2. 3. *id est qui, &c.* 1. *id est qui Pseud.* 4.—[l] *Num-*

NOTÆ

[o] *Interim in Macedonia, &c.*] Hoc est tertium bellum Macedonicum, quod motum est ann. ab U. C. 601. et confectum ann. ab U. C. 605. anno antequam Scipio in Africam Consul mitteretur. Vide notata ad Florum II. 15. pag. 75.

[p] *Pseudophilippus*] Id est, *falsus Philippus.* Ejus nomen Andriscus: ultimæ sortis hominem vocant Epitom. Livii et Florus.

[q] *Ad internecionem vicit*] Et ipsum Prætorem occidit.

[r] Q. *Cæcilius Metellus*] Qui inde *Macedonicus* dictus.

[s] *Corinthiis*] Hoc est bellum Achaicum, de quo Florus II. 16. pag. 79. Eodem anno quo Carthago diruta.

[t] *Nobilissimæ Græciæ civitati*] Corintho Achaiæ in Peloponneso, Corinthiacum inter et Saronicum sinum.

[u] *Propter injuriam legatorum*] Qui primo ludibrio habiti, deinde iterum missi, pulsati fuerant.

[v] *Mummius Consul*] Qui inde *Achaicus* dictus est.

signa ænea,[x] et pictæ tabulæ, et alia urbis clarissimæ[m] ornamenta prælata sunt.

15. Iterum in Macedonia Pseudoperseus,[n y] qui se Persei filium esse dicebat, collectis servitiis,[o] rebellavit; et cum sexdecim[p] armatorum[q] millia haberet, a Tremellio[r] quæstore superatus est.[s]

16. Eodem tempore[z] Metellus[a] in Celtiberia[t] apud Hispanos res egregias gessit.[b] Successit ei Q. Pompeius.[c] Nec multo post Q. quoque Cæpio[d] ad idem bellum missus est; quod quidam [e]Viriatus[u] contra Romanos in Lusitania[f] gerebat. Quo metu Viriatus a suis interfectus est,[v] cum

---

mi L. B. 3.—[m] *Clarissima* B. N. M. S. Lugd. B. 4.—[n] *Pseudoperses* L. B. 1. 2. 3. 4.—[o] *Servis* Alii. *Servis suis* L. B. 4.—[p] Al. XVII. *cum jam, &c.* L. B. 2. 3. 4.—[q] Delent *armat.* L. B. 2. 3. 4.—[r] *Rebellio* Lugd. Bat. 1. *Tremillio* L. B. 4. *Trebelio* Ed. Schon.—[s] Nonnulli codd. Mss. et edd. vulg. addunt historiam de Androgyno, hoc modo: *superatus est. His diebus Androgynus*[o] *Romæ visus, jussu aruspicum in mare mersus est. Eodem tempore, &c.* et ita L. B. 5. et Ed. Schonh.—[t] *Celtiberiam* L. B. 2.—[u] *Juriacus* L. *Variatus* L. B. 2. qui

NOTÆ

[x] *Signa ænea*] Quibus abundabat Corinthus: adi Florum.

[y] *Pseudoperseus*] Hunc alterum Pseudophilippum vocat Epitom. Livii, eumque cum exercitu a L. Tremellio Quæstore cæsum dicit, Consulibus Appio Claudio, Q. Cæcilio Metello, an. U. C. 610.

[o] *His diebus Androgynus*] Infandum et horrendum prodigium vulgo Romæ putabatur, quare in mare deportabatur, quod natum erat. Livius XXXI. 12. 'Jam animalium obscœni fœtus pluribus locis nuntiabantur: in Sabinis incertus infans natus, masculus an fœmina esset: alter sexdecim jam annorum item ambiguo sexu inventus. Frusinone agnus cum suillo capite, Sinuessæ porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Fœda omina et deformia, errantisque in alienos fœtus naturæ visa. Ante omnia abominati semimares, jussique in mare extemplo deportari, sicut proxime C. Claudio, M. Livio Consulibus deportatus similis prodigii fœtus erat.' Hunc Androgynum alii sequente anno natum dicunt, gravemque pestilentiam insecutam.

[z] *Eodem tempore*] Ann. U. C. 610.

[a] *Metellus*] Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.

[b] *Res egregias gessit*] Arbachos domuit, et apud Contrebiam Celtiberorum urbem cohortes loco pulsas redire, locum recipere, et vincere coëgit. Victor. 83.

[c] *Q. Pompeius*] Q. Pompeius Rufus. Ann. ab U. C. 612.

[d] *Q. quoque Cæpio*] Q. Servilius Cæpio Consul. Ann. U. C. 613.

[e] *Quidam Viriatus*] Adi Florum pag. 83. et Victorem pag. 90.

[f] *Lusitania*] Ad Durium fluvium: hodie *Portugal.*

quatuordecim[w] annis[x] Hispanias adversum Romanos movisset. Pastor primo[y] fuit,[h] mox latronum[z] dux: postremo tantos ad bellum populos concitavit, ut assertor,[i] contra Romanos, Hispaniæ putaretur: et cum[a] interfectores ejus præmium a[b] Cæpione consule peterent, responsum est; 'nunquam Romanis placuisse, imperatorem[c] a suis militibus interfici.'

17. Q.[d] Pompeius deinde consul[j] a Numantinis,[k] quæ Hispaniæ civitas fuit opulentissima, superatus, pacem ignobilem[e] fecit.[l] Post eum C.[f] Hostilius Mancinus[g] cos.[m] iterum cum Numantinis[n] pacem fecit infamem; quam populus[o] et senatus jussit infringi, atque ipsum Mancinum hostibus tradi:[p] ut in illo, quem auctorem fœderis habebant, injuriam soluti fœderis vindicarent.[h] Post tantam

---

cetera usque ad *a suis* respuit.—[w] *Hic cum* Lugd. Bat. 1.—[x] XVII. B.—[y] *Annо* L. B. 2. *annos* 4.—[z] *Primum* L. B. 2.—[a] *Latro non dux* L. B. 2. 5. *nunc dux* 8.—[b] *Denique* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. delet Lugd. Bat. 1.—[c] *Imperatores* S. M. G. V. Sc. Lugd. Bat. 1. 2. 4. 5.—[d] Deest L. LC. —[e] Deest L. LC. F.—[f] *Gajus* L. B. 2.—[g] *Mancinius* XVII. *Consul* L. *Mantinus* L. B. 4.—[h] *Ut in illo quasi auctore* (*auctorem* L. B. 4. 5.) *fœderis vindicarent* (Lugd. B. 2. 3.) *cum per continuos annos* XVI. (XIIII. L. B. 4. 5.) *cum solis* IV. *millibus* XL. *millia Romanorum protrivissent. Post tantum &c.* S. B. V. Lugd. B. 4. 5. *Ut in illo, quem auct. fœderis scirent, injuriam sol. fœd. vindicarent.*

NOTÆ

[w] *Cum quatuordecim annis*] 'Per quatuordecim annos omnia citra ultràque Iberum et Tagum igni ferroque populatus.' Flor.

[x] *Pastor primo fuit*] 'Primum ex pastore venator, e venatore latro, mox justi quoque exercitus dux factus.' Epit. Livii.

[y] *Assertor*] Verbum juris, et ita dicitur qui in libertatem vindicat.

[z] *Q. Pompeius deinde Consul*] Q. Pompeius Rufus, de quo cap. 16. Consul an. ab U. C. 612.

[a] *Numantinis*] Numantia in Hispania Tarraconensi ad flumen Durium sita.

[b] *Pacem ignobilem fecit*] 'Pacem ab infirmitate fecit,' Epitom. Liv. id est, *ob infirmitatem;* quia, scilicet, fere deletus ejus exercitus.

[c] *Post eum C. Hostilius Mancinus Cos.*] Cum M. Æmilio Lepido ann. U.C. 616.

[d] *Iterum cum Numantinis*] 'Victus a Numantinis et castris exutus, cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse Senatus vetuit. Triginta millia Romanorum a Numantinorum millibus quatuor victa erant.' Epitome Liv.

[e] *Quam Populus*] Ut et priorem cum Pompeio factam jusserat infringi.

[f] *Atque ipsum Mancinum hostibus tradi*] Ut religione liberaretur Populus. Vide quæ notata sunt lib. II. cap. 8. et apud Florum pag. 85.

igitur ignominiam, qua a Numantinis bis Romani exercitus fuerant[i] subjugati, P.[k] Scipio Africanus, secundo [q]consul[l] factus,[m] ad Numantiam missus est. Is primum militem[r] vitiosum et ignavum, exercendo magis quam puniendo, sine aliqua acerbitate correxit. Tum[o] multas Hispaniæ civitates partim bello[p] cepit, partim in deditionem accepit. Postremo[q] ipsam Numantiam, diu[r] obsessam, fame confecit,[s] et a solo evertit: reliquam provinciam in fidem[t] accepit.

18. Eo[u] tempore Attalus rex Asiæ, frater [s]Eumenis,[t] mortuus est, hæredemque populum Romanum reliquit: ita imperio Romano per testamentum Asia[w] accessit.

19. Mox etiam Decimus[x] Junius Brutus de Gallæcis[y][z] et Lusitanis triumphavit[a] magna gloria: et P.[x] Scipio Africanus de Numantinis secundum triumphum egit,[y] XIV. anno post, quam[w] priorem de Africa egerat.

20. Motum interim in Asia bellum est[a] ab Aristonico, Eumenis[b] filio,[x] qui ex concubina susceptus fuerat.[c] Is[d]

Post tantum &c. LC.—[i] *Fuerunt* L. B. 4.—[k] Delet *P.* L. B. 3.—[l] *Consulatus* L. B. 1. deleto *factus.*—[m] *Factus est et* L. B. 2. 3. 4. 5. *Et ad N. m. e.* L. Bat. 1.—[o] *Igitur Scipio multas Hispaniæ civitates partim in deditionem cepit. Numantiam a solo evertit.* B. N. S. M. V.—[p] *Vi* Mer. delent Lugd. Bat. omnes et Schonh.—[q] Delent *postremo* L. B. 4. 5.—[r] Delent *diu* L. B. 2. 3. 4. 5.—[s] *Vicit* Mer. et Lugd. Bat. 1.—[t] *Fide* L. B. 2.—[u] *Eodem* L. B. 2. 3. 4. 5.—[v] *Heumenius* L. B. 4.—[w] *Asiacum* L. B. 2.—[x] *Decius* L. B. 4.—[y] *Callecis* L. B. 2. 5. *Callexis* 3. *Calecis* 4. sed 1. *Galliciis:* et sic Edd. Mer. et Schonh.—[z] *Gloria, et post Scipio Afr.* B. N. M. S. V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. *Gloria. Eodem tempore Scip. Afr.* L.—[a] *Est* abest a Lugd. Bat. 1.—[b] *Eumenius* Lugd. Bat. 3.—[c] *Erat* L. Bat. 1.—[d] Desunt hæ voces LC. G. sed Lugd.

NOTÆ

[q] *Secundo Consul*] Collega C. Fulvio Flacco, ann. ab U. C. 619.

[r] *Is primum militem*] 'Numantiam in Hispania, correcta prius militum disciplina, fame vicit.' Victor. Vide Flor. 85. et Epitom. Liv. LVII.

[s] *Attalus rex Asiæ, frater Eumenis*] Hic est Attalus III. cognomento *Philometor;* quare errat Eutropius, cum eum Eumenis fratrem dicit, qui revera ejus filius; et ita optime Epitom. Liv. 'Hæredem Populum Romanum reliquerat Attalus rex Pergami, Eumenis filius.' Sed hic Attalum II. posuit Eutropius pro Attalo III. Attalus enim II. cognomento Philadelphus, frater fuit Eumenis II. qui ex Stratonice Attalum III. suscepit.

[t] *Gallæcis*] Gallæcia supra flumen Durium sita. Hodie etiam Galliciæ nomen retinet.

[u] *Triumphavit*] An. U. C. 617.

[v] *De Numantinis secundum triumphum egit*] Ann. ab U. C. 621.

[w] XIV. *anno post, quam*] Primum enim de Carthagine triumphum egit

Eumenes[e] frater Attali[y] fuerat.[f] Adversus[g] eum missus Pont. P. Licinius Crassus,[z] infinita regum habuit[h] auxilia: nam et Bithyniæ rex Nicomedes[a] Romanos juvit; et Mithridates Ponticus, cum quo bellum postea[b] gravissimum fuit; et Ariarathes[c] Cappadox, et Pylæmenes[d] Paphlagon.[h d] Victus est tamen Crassus[i] in prælio, et interfectus.[e] Caput ejus[m] Aristonico oblatum est,[x] corpus Smyrnæ[f] sepultum. Postea[o] Perpenna consul[g] Romanus, qui successor Crasso veniebat,[p] audita belli fortuna, ad Asiam celeravit: et acie victum Aristonicum, apud Stratonicem[q h] civitatem, quo fugerat,[r] fame[s] ad deditionem compulit. Aristonicus

Bat. 2. usque ad *Crassus habens inf.* omnia delet: pro *is* legit 1. *hic.*—[e] *Eumenis* L. B. 3. 4. 5.—[f] *Erat* L. B. 4.—[g] *Adversum* L. B. 4.—[h] *Habens* Vulg. et Lugd. B. 2. 5. sed 4 delet.—[i] *Polæmenes* M. B. G. V. *Polomenes* L. B. 2. 3. 5. *Polemines* 4.—[h] *Paphlago* L. B. 1. *Paflagon* 3.—[i] *Victus est Crassus et ab hostibus captus est* (Lugd. B. 5.) *Caput* M. G. *Victus e. C. et ab host. pene captus, caput* B. N. S. V. *Victus est. t. C. in p. est int.* L. Bat. 1.—[m] *Ipsi* Lugd. Bat. 1.—[n] Delent *est* Lugd. B. 2. 4. qui tamen *sepultum est* legit.—[o] *Præterea* L. B. 3.—[p] Delet duas voces *Cras. ven.* L. B. 3.—[q] *Stratonicensium* L. B. 2. 3. 4. *Stratonicen* 5.—[r] *Confugerat* L. Bat. 1. 2. 3. 5.—[s] Deest *fame* L. LC.—

NOTÆ

an. ab U. C. 607.

[x] *Aristonico, Eumenis filio*] Eumenes II. frater Attali II. ex Stratonice legitima uxore Attalum III. genuit: ex concubina Ephesia anonyma Aristonicum.

[y] *Is Eumenes frater Attali*] Attali II. scilicet, non vero III. cujus frater Nothus Aristonicus.

[z] *P. Licinius Crassus*] Consul cum L. Valerio Flacco ann. ab U. C. 622. Erat et Pontifex maximus.

[a] *Nicomedes*] Prusiæ filius.

[b] *Cum quo bellum postea*] Errare hic Eutropium puto; Mithridates enim, qui Romanis adversus Aristonicum auxilia præbuit, diversus est a Mithridate, cum quo postea bellum gravissimum fuit, quique a Pompeio Magno devictus. Prior Mithridates VI. cognomento *Euergetes*, posterior prioris filius Mithridates VII. cognomento *Eupator* et *Dionysius*. Et ita optime Justinus XXXVII. 1.

[c] *Ariarathes*] Eo nomine dicebantur reges Cappadocum. Hic Ariarathes eo bello occidit: ejus filiis in præmium Lycaonia et Cilicia datæ.

[d] *Pylæmenes Paphlagon*] Hunc Pylæmenem ex antiqua Paphlagonum stirpe genitum puto. Paphlagonia Asiæ regio sub Ponto Euxino ad fluvium Halym.

[e] *In prælio, et interfectus*] Immo captus. Sed cum barbarum custodem virgula excæcasset, ita in exitium sui, quod volebat, excitavit, a barbaro enim interemtus. Adi Flor. 89.

[f] *Smyrnæ*] In Ionia. Hodie nomen retinet.

[g] *Perpenna Consul*] Ann. U. C. 623. Adi Florum.

[h] *Stratonicem*] In Caria.

jussu senatus [Romæ[t]] in carcere strangulatus est: triumphari enim de[u] eo non poterat,[v] quia[w] Perpenna[i] apud Pergamum, Romam[x] rediens, diem obierat.[y]

21. L. Cæcilio Metello,[j] et T. Quinto Flaminino[z] coss. Carthago in Africa jussu senatus[k] reparata est, quæ nunc manet; annis duobus et [l]viginti,[a] postquam[b] a Scipione fuerat eversa. Deducti eo[c] sunt cives Romani.

22. Anno DCXXVII.[d] ab urbe condita,[m] C.[e] Cassius Longinus, et Sex. Domitius[f] Calvinus[g] consules, Gallis transalpinis bellum intulerunt, et Arvernorum[h] tunc nobilissimæ civitati,[n] atque eorum duci[i] Bituito:[k] infinitamque multitudinem juxta Rhodanum fluvium interfecerunt. Præda ex torquibus Gallorum ingens[l] Romam perlata est. Bituitus[m] se Domitio [o]dedidit,[n] atque ab eo Romam deductus est, magnaque gloria consules ambo[p] triumphaverunt.[o]

[t] Inclusum abest a Schonh. et Mer. qui cum aliis post *triumphari* interserunt *enim*, quod cod. Mss. imitati posthabemus.—[u] Deest *de* in quibusd. et Lugd. Bat. 1.—[v] *Poterant* L. B. 2.—[w] Qr L. B. 3. *qui* 4.—[x] Deest *Rom.* M. L. LC.—[y] *Obierit* L. B. 4.—[z] *Flaminio* L. B. 2. 3. *Flamineo* 4. 5. de more.—[a] *Evolutis* addit L. B. 2. et 3.—[b] *Priusquam* L. B. 2.—[c] *Eo* delent L. B. 2. 3. *eo sunt* respuunt 4. 5.—[d] DCXX. L. B. 4. DCVII. 2.—[e] Q. L. B. 1.—[f] *Domicinus* M.—[g] *Calbinus* L. B. 3.—[h] *Arbennorum* L. B. 2. 5. *Arbenorum* 4. *Arberrorum* 3.—[i] Vulg. *regi*.—[k] *Viturto* M. V. *Intuito* N. Lugd. B. 2. *Vituito* G. L. B. 4. 5. sed exulat in 3.—[l] Deest *ingens* Sc.—[m] *Intuitus* L. B. 3.—[n] *Dedit* L.

NOTÆ

[i] *Quia Perpenna*] Mortuo Perpenna, Manius Aquilius Consul belli reliquias confecit, et Aristonicum Romam deduxit, de quo non triumphatum est, quia triumphus ad ducem, qui eum ceperat, pertinebat.

[j] *L. Cæcilio Metello*] Ann. ab U. C. 630.

[k] *Jussu senatus*] Immo invito Senatu: nam tum C. Gracchus Tribunus Plebis inter alias leges hanc tulerat, ut coloniæ Carthaginem deducerentur. Et cum has leges perferre non posset, repugnante Senatu, in annum sequentem Tribunus creatus, leges perduxit, et ipse coloniam Carthaginem duxit an. ab U. C. 631. Carthaginemque restituit.

[l] *Annis duobus et viginti*] Si primum et ultimum numeres, erunt anni 24.

[m] DCXXVII. *ab urbe condita*] Consulatus C. Cassii Longini et Domitii Calvini incidit in annum ab U. C. 629.

[n] *Arvernorum tunc nobilissimæ civitati*] Arverni, hodie *Auvergne*.

[o] *Bituitus se Domitio dedidit*] Domitius Ænobarbus Proconsul Gallos ad oppidum Vindalium vicit anno ab U. C. 632. Sed falsum est ei Bituitum se dedisse, qui anno sequenti a Q. Fabio Æmilio victus, cum ad satisfaciendum Senatui Romam profectus esset, in custodia detentus est, decretumque, ut Congentiatus filius ejus comprehensus, Romam mittere-

23. M.[p] Porcio Catone,[q] Q. Marcio[r] Rege coss. DCXXXIII.[s] anno[q] ab urbe condita, Narbonam[t] in Gallia[u] colonia deducta est. Post a L. Metello,[x] et Q. Mucio Scævola coss. de Dalmatia[t] triumphatum est.[u]

24. Ab urbe condita anno DCXXXV.[y u] C.[w] Cato consul Scordiscis[y v] intulit bellum, ignominioseque[y] pugnavit.

25. C. Cæcilio Metello[w] et Cn.[x] Carbone coss. duo Metelli fratres[x] eodem die, alterum ex Sardinia,[x] alterum ex Thracia,[x] triumphum egerunt; nuntiatumque Romæ est, Cimbros[z y] e[d] Gallia in Italiam transisse.

B. 1. 2. 4.—[p] *Triumpharunt* L. B. 4.—[p] *Martio* L. B. 2. 3. *Marcio* 5.—[q] *Et* addit vulg.—[r] *Marca* L. B. 2. 5. *Marba* 4.—[s] DCIII. F. DCXXX. Gr. DCII. L. DCXXXV. in Fastis Capitolinis. DC. *et* XXX. *et* III. Lugd. B. 1. DCXXX. *et* III. 3. 5. DCXXXII. 4.—[t] *Narbonæ* L. Bat. 1. *Narbone* 2. 4. *Narbonem* 3. *Narbona* 5.—[u] *Annoque eod. a Licinio Metello, &c.* B. S. *Annoque post a Licinio, &c.* L. Bat. 2. 3. *Annoque post a L. M. &c.* L. B. 4. 5. *Postquam* Lugd. Bat. 1. *Annio Publio Lucio Cæcilio Metello et Quinto, &c.* N. M. L. *Anno post a L. &c.* G. *Postea Metellus L. Cæcilio Metello et Q. Metio Coss. de Dalmatia triumpharit* LC. *Annoque eod. a Licinio Met. et Q. Lucio Sc. &c.* V. et Mer.—[v] DCXXIIII. B. 1.—[w] *Gajus* de more L. B. 2. ubi infra *Gnejus*, ut semper.—[x] *Sardiscis* L. B. 1.—[y] *Ignominiosoque* Lugd. B. 1.—[z] Delet *Cn.* L. B. 4.—[a] Ordinem membrorum cum Sylburgio ex Metaphrasi restituit Cellarius. Sed Codd. nostri ita variant: *Alterum ex Thr. alt. ex Sard.* Lugd. B. 2. et 4. nisi quod hic *alter* et *alter*. sed 3. tres priores voces delet. 5. *alt. ex Thracia:* sed ab eadem manu superscriptum *Africa, alt. ex Sard. bellum egerunt.*—[b] Mss. Lugd. Bat. hoc membrum partim transponunt, partim negligunt.—[c] *Gallos* LC.—[d] *Ex* L. B.

NOTÆ

tur. Vide Epitom. Liv. et Flor. III. 2. pag. 93.

[p] *Magnaque gloria Consules ambo*] Hoc certe ex Historia falsum videtur.

[q] DCXXXIII. *anno*] Duo addendi; sunt enim DCXXXV.

[r] *Narbonam in Gallia*] *Narbona* recentioribus, *Narbo* veteribus; hodie *Narbone*. Quod autem his Coss. deducta sit, nummi testantur; ubi semper *Narbo Mart.* legitur, ob Q. Martium.

[s] *A L. Metello*] Ann. ab U. C. 636. Hic est Lucius Cæcilius Metellus, qui inde *Dalmaticus* dictus.

[t] *Dalmatia*] In Illyrico prope Savum fluvium.

[u] *Ab urbe condita anno* DCXXXV.] Immo DCXXXIX.

[v] *Scordiscis*] 'Cato Consul in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit.' Epitom. Liv. Hos Scordiscos Strabo trans Istrum ponit.

[w] *C. Cæcilio Metello*] Ann. ab U. C. 640.

[x] *Duo Metelli fratres*] Marcus Metellus ex Sardinia; ubi toto biennio Proconsul bellum gesserat. C. Cæcilius Metellus Consul de Thracia.

[y] *Cimbros*] Cimbri ad mare Germanicum. Epitom. Liv. LXIII. 'Cimbri gens vaga, populabundi in Illyricum venerant: ab iis Papirius Carbo Con-

26. P.[z] Scipione Nasica,[z] et[f] L.[g] Calpurnio[h] Bestia[i] coss. Jugurthæ, Numidarum regi, bellum illatum est, quod Adherbalem et Hiempsalem, Micipsæ filios, fratres suos,[a] reges, et P. R. amicos interemisset. Missus adversus eum[k] cos.[l] Calpurnius Bestia, corruptus regis pecunia,[b] pacem cum eo flagitiosissimam fecit, quæ[m] a senatu improbata[c] est. Postea contra eumdem,[n] insequenti anno, Spurius Postumius[o] Albinus[d] profectus est. Is quoque per fratrem ignominiose[e] contra Numidas pugnavit.

27. Tertio missus[p] Q. Cæcilius Metellus consul, exercitum[q] ingenti severitate et moderatione correctum,[r] cum nihil in quenquam cruentum[f] faceret, ad disciplinam Romanam reduxit. Jugurtham variis prœliis vicit: elephantos[s] ejus

1. *et* 2.—[z] *Post* L. B. 2. 3. 4.—[f] Desunt *Nasica et L.* LC. *Nasica et Calpurn.* L. M. V. L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[g] *L.* delent L. B. 2. 3. 4. 5.—[h] *Calphurnius* L. B. 2. *Calpulius* 5. sed infra recte legit.—[i] Deest *Bestia* in L. B. 4.—[k] *Eos* Fr. Mox *reprobata* Vulg.—[l] Delet *Cos.* L. B. 4.—[m] *Et a s. improbata est* L. Bat. 2. 3.—[n] *Eum* L. B. 1.—[o] *Alb. Post.* vulg.—[p] Vulg. *est.*—[q] Vulg. *is.*—[r] *Cor-*

NOTÆ

sul cum exercitu fusus est.' Hujus stragis meminit Strabo lib. v. aitque Carbonem cum Cimbris ad Noreiam urbem conflixisse.

[z] *P. Scipione Nasica*] Ann. mundi 3889. ante Ch. nat. 109. ab U. C. 642. Vide Florum III. 1. pag. 90.

[a] *Micipsæ filios, fratres suos*] Massinissa moriens tres liberos reliquit, Micipsam, Gulussam, Manastabalem. Micipsa post mortem fratrum solus regnum obtinuit. Is Adherbalem et Hiempsalem ex se genuit, Jugurthamque filium Manastabalis fratris ex concubina adoptavit, eodemque cultu quo liberos suos domi habuit. Sed mortuo Micipsa, Jugurtha fratrem alterum, nempe Hiempsalem, interemit, alterum, Adherbalem, fugavit, regno exuit, et postea etiam interfecit.

[b] *Corruptus regis pecunia*] Flor. ' Primus in Numidiam Calpurnius Bestia Consul immittitur; sed rex peritus fortius adversus Romanos aurum esse, quam ferrum, pacem emit.'

[c] *Quæ a senatu improbata*] Et ipse Jugurtha Romam jussus venire, ut factum purgaret. Sallust. Flor.

[d] *Albinus*] ' Igitur sequens ultio mandatur Albino.' Florus.

[e] *Is quoque per fratrem ignominiose*] Nam relicto in castris fratre suo Aulo Posthumio Albino, qui eum legatus secutus erat, ipse Romam discessit. Aulus igitur pro Prætore relictus, a Jugurtha in insidias deductus, victus est, et exercitus sub jugum missus. Sallust. Flor.

[f] *Cum nihil in quenquam cruentum*] ' Prohibendo a delictis magis quam vindicando exercitum brevi confirmavit.' Sallust.

occidit, vel cepit: [multas civitates ipsius in deditionem accepit.[r]] Et cum jam bello finem positurus esset, successum est[u] ei a C.[v] Mario.[g] Is Jugurtham, et Bocchum,[h] Mauritaniæ regem, qui auxilium Jugurthæ ferre cœperat, pariter superavit.[w] Aliquanta[i] et ipse[x] oppida Numidiæ cepit, belloque terminum posuit, capto[y] Jugurtha per quæstorem suum Cornelium Syllam[k] ingentem virum; tradente[z] Boccho Jugurtham, qui pro eo ante pugnaverat. A M. Junio[a] Silano[c][l] collega Q. Metelli, Cimbri[d] in Gallia;[e] et a Minutio Rufo[m] in Macedonia Scordisci[n] et Triballi;[f] et a Servilio[o] Cæpione[o] in Hispania Lusitani victi[h] sunt; et duo triumphi de Jugurtha, primus per Metellum,[i] secundus per Marium acti sunt.[k] Ante currum tamen Marii Jugurtha cum duobus filiis[l] ductus[m] est[n] catenatus, et mox[o] jussu consulis in carcere strangulatus.[p]

---

reptum L. B. 3. 5.—[s] *Elephantes* L. B. 1. 5.—[t] Inclusa respuit Vinetus, Schonhovius et alii. ut et Lugd. Bat. 3. *m. c. ipsius cepit* Lugd. Bat. 1. 2. 4. 5. At habet Græcus, et F. L. LC. B. V. eorum vestigia non obscura servant, nempe: *multas civitates ipsius.* Sed cum *cepit* proxime antecesserit, Sylburgius hanc lectionem, quam damus, ex præcedentibus in hoc libro, *Tum multas Hispaniæ civitates partim bello cepit, partim in deditionem accepit,* restituit. Quin et mox Auctor noster videtur ad hæc verba respexisse, cum scripsit: *aliquanta et ipse oppida, &c.*—[u] *Successum* L. B. 2. deleto *est.*—[v] *Gajo* L. B. 2. semper.—[w] *Superavit* xc. *armatorum* (*millia parit, ad internecionem cecidit* L. B. 3.) *ad internecionem cecidit. Aliquanta* B. S. N. M. G. V. HM.—[x] *Ipsa* L. Bat. 1. 3.—[y] *Capta* L. B. 2.—[z] *Igitur* inserit L. B. 3.—[a] *Tradentem* L. B. 4.—[b] *Julio* V. L. B. 3. 4. 5.—[c] *Syllano* L. B. *Sillano* 4. 5.—[d] *Cymbri* L. B. 2. 3.—[e] *Italia victi sunt* Lugd. Bat. 1. *in Gallia victi sunt* 2. 3. 4. 5.—[f] *Tribelli* L. B. 2. 3. *Trabelli* 4.—[g] *Servio* L. B. 4.—[h] *Subacti* Lugd. Bat.—[i] *Petellum* L. Bat. 3.—[k] Duo hæc desunt in Lugd. Bat. 1.—[l] Tres voces desunt in L. B. 3.—[m] *Deductus* L. B. 1.—[n] Delet *est* L. B. 3.—[o] Desunt *et mox* in Mer. libro.—[p] *Strangulatus est* L. B. 2. 4. 5.

NOTÆ

[g] *Successum est ei a C. Mario*] Qui ejus legatus erat, quique Consul creatus, ita ei in ea provincia successit. Ann. ab U. C. 645.

[h] *Bocchum*] Socerum Jugurthæ.

[i] *Aliquanta*] Capsam, Mulucham, &c.

[j] *Et ipse*] Ut Metellus ceperat.

[k] *Cornelium Syllam*] Bocchus enim Jugurtham Cornelio Syllæ tradidit.

[l] *A M. Junio Silano*] Ann. U. C. 644.

[m] *A Minutio Rufo*] Qui eo anno Proconsul fuit.

[n] *In Macedonia Scordisci*] Hic Scordiscos in Macedonia ponit, Strabo in Thracia, et supra eos juxta Istrum Triballos.

[o] *A Servilio Cæpione*] In tabulis invenio Q. Servilium Proprætorem de Hispania triumphasse. Ann. ab U. C. 645.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER V.

DUM bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Romani[a] consules, M.[d] Manilius[e] et Q.[a] Cæpio,[d] a Cimbris et Teutonibus,[g b] et Tigurinis,[f c] et Ambronibus,[g d] quæ erant Germanorum et Gallorum[e] gentes,[h] victi sunt juxta flumen[i]

[a] Deest *Romani* LC.—[b] Deest *M.* LC. Lugd. Bat. 1.—[c] *Manlius* V. Fr. HM. *Mallius* S. N. M. G. B. L. LC. Lugd. Bat. 2. 4. 5. *Malius* 3.—[d] *Scipio* L.—[e] *Hionibus* L. B. 1. *Teutonis* 2. 4. 5. *Teutonius* 3.—[f] *Tugurinis* L. B. 1.—[g] *Ambroninis* Lugd. Bat. 1.—[h] *Gens* L. B. 5.—[i] *Flumen* deest S. N. M.—[k] *At-*

NOTÆ

[a] *Romani Consules M. Manilius et Q. Cæpio*] Nunquam legas hos Consules eodem anno. Sed hic de duobus annis loquitur Eutropius. Quintus enim Servilius Cæpio Consul fuit ann. Urbis conditæ 647. anno sequenti M. Manilius, sive, ut alii legunt, *Cn. Mallius*; quare cum Manilius, sive Mallius, Consul fuit, tunc Cæpio Proconsul: et hoc ita optime distinxit Epit. Liv. LXVII. 'Ab iisdem hostibus Cn. Mallius Consul et Q. Servilius Cæpio Proconsul victi prælio castrisque binis exuti sunt.' Sallustius non satis hoc extricavit, cum dixit: 'per idem tempus adversum Gallos ab ducibus nostris Q. Cæpione et M. Mallio male pugnatum.' Adi Flor. III. 3. pag. 94.

[b] *Teutonibus*] Teutones Cimbris ad mare Germanicum contermini.

[c] *Tigurinis*] Helvetiorum populis a Tigurino pago sic dictis: hodie *Zurich*.

[d] *Ambronibus*] Galliæ populis, ubi nunc *Ambrun*.

[e] *Gallorum*] Sic eos *Gallos* dixit Sallust. supra, et Flor. 'ab extremis

Rhodanum; et ingenti internecione[f] attriti,[g] etiam castra sua et magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Romæ grandis fuit, quantus[l] vix Hannibalis, tempore Punici belli,[m] ne iterum Galli Romam venirent.[n] Ergo Marius post victoriam Jugurthinam secundo cos.[s] est factus,[o] bellumque ei contra Cimbros et Teutonas decretum est. Tertio quoque[h] ei et[p] quarto delatus est consulatus: quia bellum Cimbricum[q] protrahebatur. Sed in quarto consulatu collegam habuit Q. Lutatium Catulum; cum Cimbris itaque conflixit,[r] et duobus præliis[i] CC. millia hostium cecidit, LXXX.[t] millia[t] cepit, et ducem eorum [j]Teutobodum,[u] propter quod meritum absens[v] quinto[w] cos. est factus.

2. Interea Cimbri et Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam transierunt. Iterum a C. Mario[k] et Q. Catulo contra eos[x] dimicatum est:[y] sed a Catuli parte felicius.[z1] Nam [eo[a]] prælio, quod simul ambo gesserunt,

---

triti deest L. LC. S. N. M. G. B. F. Lugd. Bat. 1. 2. 3. sed 4. habet.—[g] Ita Vin. et Sylb. *quantum* alii.—[m] Al. ut et Lugd. Bat. 1. 2. 5. *Punicis bellis.* Sed ita distinxit Sylb. et astipulatur Lugd. Bat. 3. 4.—[n] Vulg. *redirent.*—[o] *Factus, eique* Lugd. Bat. 1. 4.—[p] *Quoque ei in, &c.* L. B. 1. *quoque et quarto delatus est ei* 4. *quoque et quarto ei del.* 5.—[q] Al. *bellum cum Cimbris.*—[r] *Confluxit* L. B. 2.—[t] Sic Codd. Mss. In editionibus autem plerisque: CC. *millia cepit, et ducem, &c.* In V. CC. *millia hostium cecidit,* XXX. *millia cepit, et ducem, &c.*—[t] *Millia* respuunt Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. de more.—[u] *Teutomodum* N. M. B. L. Bat. 2. 5. *Theutomodum* L. G. *Theutonoidum* N. *Teutonoidum* L. B. 3. *Teutomadum* 4.—[v] *Abiens* L. B. 3.—[w] *Quinto* deest S. G. B. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[x] Abest *eos* a Fuld.—[y] Abest *est* a Lugd. Bat. 2. 3.—[z] *Pellitur* L. Bat. 4.—[a] Abest *eo* a Fuld. et Cell. L. B. 2. 3. 5. sed *nam eo* delet 1.—[b] CXX. LC.

NOTÆ

Galliæ profugos.'

[f] *Ingenti internecione*] Cæsa sunt militum millia octingenta, calonum ac lixarum quadraginta.

[g] *Secundo Cos.*] Ann. ab U. C. 649.

[h] *Tertio quoque, &c.*] 'Eique, propter Cimbrici belli metum, continuatus per complures annos Magistratus est.' Epit. Liv.

[i] *Duobus præliis*] Duobus deinde præliis circa Aquas-Sextias eos hostes delevit, in quibus cæsa 'traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta.' Epitom. Liv.

[j] *Et ducem eorum Teutobodum*] Teutobochum vocat Florus: 'Certe rex ipse Teutobochus quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum cum fugeret ascendit, proximoque in saltu comprehensus, insigne spectaculum triumphi fuit, quippe vir proceritatis eximiæ super tropæa ipsa eminebat.'

[k] *Iterum a C. Mario*] C. Marius tunc Consul quinto, fuit Catulus Proconsul.

[l] *Sed a Catuli parte felicius*] Solus

CXL.[b] millia, aut in pugna, aut in fuga, cæsa[c] sunt; LX. millia capta. Romani milites ex utroque exercitu trecenti[d] perierunt.[e] Tria et triginta Cimbris signa sublata sunt.[f] Ex his exercitus Marii duo reportavit; Catuli exercitus XXX. unum. Is belli finis fuit:[g] triumphus utrique decretus[h] est.[m]

8. Sex. Julio Cæsare,[n] et L. Marcio[i] Philippo coss. sexcentesimo quinquagesimo nono[k] anno ab urbe condita,[l] cum prope alia omnia[m] bella cessarent, in Italia gravissimum[o] bellum[n] Picentes,[o] Marsi,[p] Pelignique[q] moverunt: qui cum annis numerosis jam pop. Romano obedirent, tum libertatem sibi æquam[r] asserere cœperunt. Perniciosum admodum[s] hoc bellum fuit. P.[t] Rutilius consul in eo occisus est:[t] Cæpio nobilis juvenis,[u] et[v] Porcius Cato,[x] alius

---

CX. L. *Quinquaginta* F. CL. L. B. 3. qui cum 2. 4. 5. *millia* delet. quod, quia ubique accidit, semel monuisse sufficiat.—[c] *Cæsi* L. B. 4.—[d] III. *millia* Lugd. Bat. 1.—[e] *Periere* L. B. 3.—[f] *Et* addit L. B. 3.—[g] Desunt hæc *is bel. fin. fuit* LC. Gr. *Is bellis* L. B. 2. *His bellis* 3.—[h] *Triumphum utr. decretum* L. B. 4.—[i] *Lucio Sexto et Lucio Metio Philippo &c.* N.—[k] Deest *nono* V. Sc. et L. B. 4. VII. est in 2.—[l] *A Cond. urbe* L. B. 1.—[m] *Omnia alia* L. B. 4. 5. sed 3. delet *omnia*.—[n] Duas voces *gravissimum bell.* delet L. B. 3.—[o] *Picenses* L. B. 2.—[p] Deest *Marsi* in 1. B. 2.—[q] Deest *P. S. G.* L. B. 2. 3. 4. 5.—[r] Delent *et* Lugd. B. 1.

NOTÆ

enim fere exercitus hostes fudit, cujus rei argumentum infra ponit, quod ex triginta-tribus signis, quæ Cimbris sublata fuerant, Catuli exercitus triginta et unum, exercitus Marii duo tantum reportavit. Vide locum insignem Plutarchi, qui ad hunc locum unice facit in Mario. Pugnatum est autem ad Vercellas apud Insubres: hodie *Vercelli*.

[m] *Triumphus utrique decretus est*] Triumphum tantum Mario decernebant; sed eum cum Catulo conjungere voluit Marius.

[n] *Sex. Julio Cæsare*] Hic est ann. ab U. C. 662. Primum fuit belli in Albano monte consilium, ut festo die Latinarum Julius Cæsar et Martius Philippus Consules inter sacra et aras immolarentur. Florus.

[o] *Gravissimum bellum*] Quod *Sociale* dictum est, de quo vide Flor. III. 18. 127.

[p] *Marsi*] In Latio ad lacum Fucinum, inter Vestinos et Hernicos.

[q] *Peligni*] Juxta Marsos.

[r] *Tum libertatem sibi æquam*] Jus civitatis, quam viribus suis auxerant, postulabant.

[s] *Perniciosum admodum*] Quippe Marsis et Pelignis se Vestini, Marrucini, Lucani, Samnites conjunxerant.

[t] *P. Rutilius Consul in eo occisus est*] 'Cum P. Rutilius Consul parum prospere contra Marsos pugnasset, et in eo prælio cecidisset.' Epitom. Liv.

[u] *Cæpio nobilis juvenis*] Q. Cæpio

cos.[v] Duces autem adversus Romanos[t] Picentibus et[u] Marsis fuerunt, T. Vettius,[w] Hierius Asinius,[x] T. Herennius, A.[y] Cluentius. A Romanis bene contra eos pugnatum est, a C. Mario,[y] qui sexies consul fuerat, et a Cn. Pompeio:[z] maxime tamen[u] a L. Cornelio Sylla,[a] qui, inter alia egregia,[s] ita Cluentium, hostium ducem, cum magnis copiis fudit, ut ex suis[y] unum amitteret. Quadriennio, cum gravi tamen calamitate, hoc bellum tractum est. Quinto[z] demum anno[b] finem accepit per L. Cornelium Syllam consulem, cum antea in eodem bello ipse multa strenue, sed[a] prætor egisset.[b]

2. 3. 4. 5.—[t] Deest *Cato* L.—[t] *Ex Picentibus* S. N. M. B.—[u] Deest *et* in L. B. 4.—[v] *Vetitius, Hierius Asianus, Alvus Cluentius* G. *Vetius, Hiberius Asinius, Titus Legennius, A. Cl.* N. *Vetif., Hierius Asian. T. Legenn. A. Cl.* S. B. *Victius, Hieres Asian., T. Legennius. A. Cl.* V. *Vetius, Hierius Asinius, T. Legenn., A. Cl.* M. *Vetius, Hier. Asin., Titus L. Herenn. A. Cl.* L. LC. *Viet., Hier. Asin. T. Legenn., A. Cl.* Sc. Nos Sylb. secuti sumus; in plerisque autem Edd. *Victius, Hierus Asinius, Titus Herennius, A. Cl. Bettius* Lugd. Bat. 1. *Vettius Hierius, Asinius, Titus Legennius, Aulus Claventius* L. B. 2. *Tittus Vertius ierius Asianus, Tittus, Legenius* 3. *Titus Veticius Hierus Asianius, Titus Legenius, Aulus Cluentius fuere* 4. *Titus Veotius Hierus Assianus, Titus Legennius, &c.* 5.—[w] *A. C. Mario....tamen* desunt in L. Bat. 1. G. *M.* est in 3. et sic mox.—[x] *Egregia* absolute Fuld. Alii *facta egregia.* Fuldensi consentiunt L. B. 1. 2. 3. 5.—[y] Ita F. et Metaph. et Cell. et L. Bat. omnes. Al. *nec unum.*—[z] *Decimo* L. B. 1. 2. 3.—[a] Ita codd. nostri, et F. Alii istud *sed* omittunt.—[b] *Gessio-*

NOTÆ

legatus Rutilii, cum obsessus prospere in hostes erupisset, et ob eum successum æquatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus, et circumventus insidiis, fuso exercitu cecidit. Epitom.

[v] *Et Porcius Cato alius Cos.*] Qui scilicet post Consulatum P. Rutilii Consul fuit, nempe ann. ab Urbe condita 664.

[w] *T. Vettius*] Florus alios duces ponit. 'Popedius Marsos et Latinos, Afranius Umbros, Vellius Cato Samnium, Lucaniam Telesinus.' Ubi nullum ducem nominat eorum, quos hic Eutropius, et Eutrop. etiam Marium Egnatium præterit, quem Samnitibus præfuisse narrat Epitom. Liv. LXXV. Victor cum Floro Marsorum ducem Q. Popedium Silonem vocat p. 101.

[x] *Hierius Asinius*] Scribendum *Herius Asinius.* Ex Epitom. Liv. 'Herio Asinio Prætore Marrucinorum occiso,' &c.

[y] *A C. Mario*] Qui Marsos fudit.

[z] *A Cn. Pompeio*] Cn. Pompeii Magni patre, qui Consul ann. ab Urbe condita 664. Picentes et Marsos vicit. Sequenti anno Proconsul Vestinos et Pelignos in deditionem accepit, Asculum evertit. Adi Flor. 129.

[a] *A L. Cornelio Sylla*] Legatus Samnites prælio vicit, bina castra eorum expugnavit, Hirpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit, Telesinum Lucanorum Principem apud portam Collinam vicit.

[b] *Quinto demum anno*] Ann. ab Urbe condita 665.

4. Anno urbis conditæ[c] DCLXII.[c] primum Romæ bellum Civile[d] commotum est: eodem anno etiam Mithridaticum. [d]Causam bello civili[e] C. Marius sexies [e]cos.[f] dedit. Nam cum Sylla consul contra Mithridaten[f] gesturus bellum, qui Asiam et Achaiam occupaverat, mitteretur; isque[g] exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli Socialis, (de quo diximus) quod intra Italiam gestum fuerat, reliquiæ tollerentur; Marius affectavit,[g] ut ipse ad bellum Mithridaticum[h] mitteretur. Qua re Sylla commotus,[i] cum exercitu ad urbem[k] venit.[h] Illic contra Marium et Sulpicium[l][i] dimicavit.[m] Primus urbem Romam[n] armatus[o] ingressus est;[j] Sulpicium interfecit;[k] Marium fugavit: atque ita

---

set vulg.—[c] DCII. L. B. ł. F. L. DCLXXII. LC. Gr.—[d] *Civile commotum est. Eodem anno etiam Mithridaticum, Causam bello civili C. Marius sexies consul dedit.* LC. L. V. HM. *Civile commotum et exortum est. Eodem anno etiam causam bello civili Caius Marius, &c.* M. N. S. B. L. B. 2.—[e] *Civilem* L. B. 1.—[f] *Exiens consulatum* L. Bat. 1.—[g] *Is qui* L. B. 3.—[h] *Mithridaticom* L. B. 1.—[i] *Motus* L. Bat. 4. et pro *illic* habet *ille.*—[k] Lugd. Bat. 1. *ab urbe.*—[l] *Supplicium* L. Bat. 1. 3. et mox.—[m] Deest *dimicavit* F.—[n] Abest *Romam* a Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[o] Vi. aliique non habent *armatus:* adduut vero LC. S. M. N. B. L. G. F. V.

NOTÆ

[c] *Anno Urbis conditæ* DCLXII.] Immo ab Urbe condita 665. Tunc enim Consul Sylla.

[d] *Bellum Civile*] De quo Flor. III. 21. 186.

[e] *C. Marius sexies Cos.*] Id est, Qui sexies Consul fuerat. Et ita eum designat, quia nemini ante contigerat, Consulem designari per sex annos continuos.

[f] *Mithridaten*] Hic est Mithridates VII. cognomento *Eupator*, filius illius Mithridatis qui Romanos adversus Aristonicum adjuvit.

[g] *Marius affectavit*] 'Decretam Syllæ provinciam Sulpitia lege solicitat.' Florus.

[h] *Cum exercitu ad Urbem venit*] 'Impatiens injuriæ statim Sylla legiones circumegit, dilatoque Mithridate, Esquilina Collinaque porta geminum agmen Urbi infudit.' Idem.

[i] *Sulpicium*] Tribunum Plebis, flagitiosissimum hominem, qui in Marii gratiam perniciosas leges tulerat, ut exules revocarentur, et novi cives libertinique distribuerentur in tribus, et Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur.

[j] *Primus urbem Romam armatus ingressus est*] Quædam edd. *armatus* non habent: at sic sententia mihi inconcinna videtur; neque satis conjicere possum, quid Eutropius velit; si enim ante Urbem cum Mario Sylla dimicasset, et post pugnam ante Mariam primus Sylla ingredi tentasset, res utique ferri posset, sed in urbe media, in foro pugnatum est. Existimo igitur ab Eutropio scriptum fuisse: *Primus civis urbem Romam armatus ingressus est.* Ante eum Tarquinius, Coriolanus, &c. contra patriam arma sumserunt, sed

coss.[p] ordinatis in[q] futurum annum, Cn. Octavio et L.[r] Cornelio Cinna, ad Asiam profectus est.[s]

5. Mithridates enim,[t] qui Ponti rex erat, atque Armeniam minorem,[l] et totum Ponticum mare in circuitu cum[u] Bosphoro[m] tenebat, primo Nicomedem,[n] amicum populi Rom. Bithynia voluit expellere: senatuique mandavit, bellum se ei propter injurias, quas passus fuerat,[o] illaturum. A senatu responsum est Mithridati,[w] si[x] id faceret, quod[y] bellum[p] a[z] Romanis et ipse pateretur. Qua re iratus, Cappadociam statim[q] occupavit, et ex[a] ea Ariobarzanem,[b] regem et[c] amicum populi Romani, fugavit.[d] Mox etiam[e] Bithyniam invasit, et Paphlagoniam,[f] pulsis ex ea regibus,

et P. et Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. Etiam Græcus μετ' ὀπλων.—[p] *Ordin. Coss.* L. Bat. 1. 2. 3.—[q] Delet *in* L. Bat. 1.—[r] Deest *L.* L. LC. B. V. Lugd. B. 2. 3. 4. 5.—[s] Deest *est* in L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[t] Delent *enim* L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[u] *In* L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[v] *Incomedem* L. Bat. 2. ubique.—[w] Absunt *est Mithrid.* a Lugd. Bat. 1. sed 2. et 5. *respons. est Mithr.*—[x] *Quod si id* L. Bat. 3.—[y] Ita L. Bat. 1. 2. 3. 5. verborum seriem disponunt. Alii et L. Bat. 4. *et ipse bellum a Romanis pateretur.*—[z] Deest *a* in L. Bat. 1.—[a] Ab *et ex* usque ad *mox etiam* desunt in L. Bat. 3.—[b] *Ariabaranem* L. Bat. 5.—[c] *Et* abest a Lugd. Bat. 1.—[d] *Ejecit* L. Bat. 5.—[e] *Et* L. Bat. 4.—[f] *Paphlagoniam, et ex ea expulit amicos pop. Romani Polemenem* [*Philomenem* N.] *Nicomedem. Inde et* S. N. M. B.—

NOTÆ

Tarquinius Janiculum tantum occupavit, Coriolanus ad IV. tantum millarium accessit, &c. Primus Marius Urbem ingressus est. Possint etiam et illa ipsa e glossemate in textum irrepsisse. Nam fortasse ad oram codicis ab studioso aliquo annotata fuerant.

[k] *Sulpicium interfecit*] Hic Sulpicius, cum in quadam villa lateret, iudicio servi sui retractus et occisus est.

[l] *Armeniam Minorem*] Armenia in Majorem et Minorem distinguebatur. Major trans Euphratem, Minor Euxino propior.

[m] *Cum Bosphoro*] Bosphoro Thracio e Propontide in pontum Euxinum. Sic dictus, quod Io in vaccam conversa per eum in mare Ionium permeavit. *Boosporos*, vaccæ transitus.

[n] *Nicomedem*] Hic est Nicomedes III. cognomento *Philopator*, Nicomedis II. filius, Prusiæ nepos.

[o] *Propter injurias quas passus fuerat*] 'Causam quidem illius belli prætenderat apud Cassium legatum attrectari terminos suos a Nicomede Bithynico.' Florus 100.

[p] *Quod bellum*] Nota loquendi modum: 'responsum est quod ipse bellum pateretur,' pro: *responsum est illum passurum.* Sic aliquoties locuti Auctores, Florus, Phædrus, Cicero, Plautus. Est autem imitatio Græca. Vide apud Florum I. 23.

[q] *Cappadociam statim*] 'Nicomedem Bithynia, Ariobarsanem Cappadocia expulit.' Victor.

amicis populi Romani, Pylæmene[e] et Nicomede. Inde Ephesum[f,g] contendit; et per omnem Asiam[h] literas misit, ut, ubicumque inventi essent[i] cives Romani, uno die occiderentur.

6. Interea etiam Athenæ[k] civitas Achaiæ[l] ab Aristone Atheniensi[m] Mithridati tradita est. Miserat enim jam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducem suum,[v] cum centum et viginti[i] millibus equitum ac peditum: per quem etiam[w] reliqua Græcia[w] occupata est. Sylla Archelaum apud Piræeum,[x,z] non longe ab Athenis, obsedit, ipsamque urbem[o] cepit. Postea commisso [y]prælio[y] contra Archelaum, ita eum vicit, ut ex CXX.[q] millibus vix decem[r] Archelao superessent, 'ex Syllæ exercitu XIV.' tantum[s] homines interficerentur. Hac pugna Mithridates cognita, LXX. millia lectissima[v] ex Asia Archelao misit: contra[w] quem Sylla[z] iterum[r] commisit. Primo prælio XV. millia hostium interfecta sunt, filiusque[y] Archelai Diogenes: secundo omnes

---

[e] *Pylimene* L. Bat. 1. *Polemene* 2. 3. 4. *Palamene* 5.—[f] Fuld. et Cell. et Mss. plures. Al. *ad Ephesum:* nisi, inquit Cell. mavis cum Ven. et Par. legere: *inde et Ephesum*, et ita in Lugd. Bat. 2. 4. *Effusum* L. Bat. 1. *In Eriolanum* 3.—[i] Delet hic *inventi ess.* L. Bat. 3. sed mox *Romani inventi.*—[k] *Mathone* L. Bat. 2. 4. *Mathones* 3. *Matheni* 5.—[l] CXXX. HM. CXX. L. Bat. 1. 4. 5. at 4. et 5. de more *millibus* non agnoscunt.—[m] *Etiam et* L. Bat. 2.—[n] *Epyrum* L. Bat. 3. *Pyeræum* 1.—[o] Lugd. Bat. 1. *ipsa Athenas.* 2. 4. 5. *ipsas.* 3. *ipsasque*, deleto *Athenas.*—[p] *Bello* L. B. 3. et *circa* pro *contra.*—[q] XX. L. Bat. 4.—[r] XX. L. Bat. 3.—[s] *Et* L. Bat. 1. *Et ex illo exercitu* XIII. 4. *ex Syllæ tamen, &c.* 5.—[t] XIII. B. L. HM. Lugd. Bat. 1. 2. 5. Gr. XV. S. N.—[u] Delet *tantum* L. Bat. 5. *tantum interfecti sunt* 1. deleto *homines.*—[v] *Millia e lectis* Lugd. Bat. 1. *electissima* 2. 3. sed *millia* rursus respuit 2. cum 4. 5. uti et mox.—[w] Hæc *contra, &c.* usque ad *Primo* desunt in L. Bat. 3.—[z] *Syllam commisit* L. Bat. 1.—[y] *Et*

NOTÆ

[f] *Ephesum*] Ioniæ urbem, hodie *Epheso.*

[h] *Et per omnem Asiam*] 'Literas per totam Asiam mittit, ut quicumque Romanus esset, certa die interficeretur; et factum est.' Victor.

[l] *Athenæ civitas Achaiæ*] Achaiæ civitatem dicit, quia tunc *Achaia* dicebatur, quæ veteribus erat *Hellas*, Græcia, ut jam supra dictum est. *Athenæ* hodie *Satine.*

[m] *Ab Aristone Atheniensi*] Hunc Athenarum Tyrannum vocat Plutarch. in Sylla.

[v] *Archelaum ducem suum*] Archelaum Præfectum regis vocant Liv. Epit. et Florus.

[w] *Reliqua Græcia*] Et insulæ Cyclades, Delos, Eubœa, excepta Rhodo.

[x] *Piræum*] Athenarum portum.

[y] *Postea commisso prælio*] Apud Chæroneam Bœotiæ urbem.

[z] *Contra quem Sylla*] Apud Orchomenon.

Mithridatis copiæ extinctæ sunt: Archelaus ipse triduo nudus[a] in paludibus latuit. Hac re audita, Mithridates cum Sylla de pace agi jussit.[s]

7. Interim eo tempore[e] Sylla etiam Dardanos,[b] Scordiscos,[c] Dalmatas et Mœsos[d] partim vicit, alios in fidem accepit. Sed cum legati a rege Mithridate,[e] qui pacem petebant, venissent, non aliter se daturum Sylla esse respondit, nisi rex,[f] relictis his quæ occupaverat, ad regnum suum redisset. Postea tamen ad colloquium ambo[g] venerunt; pax inter eos ordinata[b] est; ut Sylla,[h] ad bellum civile festinans, a tergo periculum non haberet. Nam dum Sylla in Achaia atque Asia Mithridatem vincit,[i] Marius,[k] qui fugatus erat,[l] et Cornelius Cinna, unus ex consulibus,[c] bellum in Italia repararunt:[m] et ingressi urbem Romam, nobilissimos[d] ex senatu[n] et consulares[o] viros interfecerunt; multos proscripserunt: ipsius Syllæ domo eversa, filios et uxorem[p] ad[q] fugam compulerunt: universus reliquus senatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Græciam venit, orans, ut patriæ subveniret.[r] Ille in Italiam trajecit,[s] bellum civile gesturus adversus Norbanum[t] et Scipionem [u]coss.[u] Et[v]

---

filius L. Bat. 2. 4. 5.—[s] *Jussit cum Sylla de pace agi* S. N. B. L. G. F. et Lugd. Bat. 1. 3. 5. sed in primo *missus* pro *jussit*.—[e] Desunt *eo temp.* V.—[b] Deest *Dard.* B.—[c] *Et* addit L. Bat. 1.—[d] *Mœsos* L. Bat. 3.—[e] *Mithridati* L. Bat. 1.—[f] Delet *rex* L. Bat. 4.—[g] Delet *ambo* L. Bat. 2.—[h] *Syllam....Mithridates* L. Bat. 1.—[i] Ita Sylb. Al. *vicit.* uti et L. Bat. 4. 5.—[k] *Mariusque fug.* L. Bat. 3. [l] *Fuerat* L. Bat. 1.—[m] *Reparaverunt* L. Bat. 1. 3. 4. 5. *rapuerunt* 2.—[n] *Nobilissimum senatum* L. Bat. 3. 4. 5.—[o] *Consules* L. Bat. 3. sed *Consulares* 1. deleto *viros*.—[p] *Uxores* L. Bat. 4.—[q] Ita omnes Mss. Lugd. Bat. Vulg. *in fugam*.—[r] *Subvenirent.* L. Bat. 1.—[s] *Excitum bellum* L. Bat. 5.—[t] *Romanos* L. Bat. 3.—

NOTÆ

[a] *Archelaus ipse triduo nudus*] Epitom. Liv. et Victor narrant Archelaum cum classe regia Syllæ se tradidisse.

[b] *Pax inter eos ordinata*] Iis conditionibus, ut Mithridates Asia, Bithynia, Cappadocia cederet.

[c] *Cornelius Cinna, unus ex Consulibus*] Ann. ab U. C. 666. Sed Roma pulsus per collegam Octavium, ei substitutus Cn. Cornelius Merula.

[d] *Nobilissimos*] Ipsum Octavium Cinnæ collegam, Antonium Consularem, Merulam, &c. Adi Flor. III. 21. pag. 138. inde Victor de Mario. ‘Mox Cinnana dominatione revocatus, ruptis ergastulis exercitum fecit, cæsisque inimicis injuriam ultus,’ &c.

[e] *Norbanum et Scipionem Coss.*] C. Norbanum Flaccum et L. Cornelium Scipionem Asiaticum ann. ab U. C. 670.

primo prælio contra Norbanum[f] dimicavit non longe a Capua: tum VII.[m] millia ejus cecidit, VI. millia cepit: CXXIV.[n] suorum amisit. Inde[o] etiam ad Scipionem se convertit, et ante prælium[g] totum ejus exercitum sine sanguine in deditionem accepit.

8. Sed cum[s] Romæ mutati[a] consules essent,[b] et Marius,[c] Marii filius,[h] ac Papirius Carbo[d] consulatum accepissent; Sylla[e,i] contra Marium juniorem dimicavit:[f,j] et XX.[s] millibus ejus[k] occisis, CCCC.[t] de suis perdidit. Mox etiam urbem ingressus[k] est.[l] Marium,[m] Marii filium, Præneste persecutus,[k] obsedit, et ad mortem compulit. Rursus pugnam gravissimam habuit contra Lamponium[n] et [l]Carinatem,[o] duces partis Marianæ,[p] ad portam Collinam.[q] LXX.[r] millia[t]

[a] *Consulem* L. Bat. 3.—[o] Vulg. delent *et*. L. Bat. 4. *Et præl. prim.*—[m] VI. Cell. F. Par. et Græc. Lugd. Bat. 2. III. *ejus occidit* hic, et mox *millia* delens. XVI. 4.—[n] XXIII. N. superscripto C. in S. et V. at Lugd. Bat. 2. 3. 4. XXIIII. *suos*. CXXIII. *suos* 1.—[g] *Tum* L. Bat. 3.—[s] *Secundo* L. Bat. 1. pro *sed cum*.—[a] *Cons. mut.* L. Bat. 4. *mutari* 2.—[b] *Sunt* L. Bat. 1.—[c] *Et Mar.* desunt F. *et* deest quoque L. Bat. 1. 2. 3. 4.—[d] *Cum Consul:* L. Bat. 1.—[e] Al. *Sylla tamen contra.*—[f] *Dimicavit non longe ab urbe* CCCC. *de* LC.—[s] XXV. HM. XV. Vulgat.—[k] Abest *ejus* a F.—[t] *Quatuor millia* L. Bat. 1. Schonh. et Mer.—[k] *Ingressus, tria millia hominum contra fidem datam inermes peremit. Marium* S. N. B. V. L. Bat. 3.—[l] Delent *est* L. Bat. 3. 4. 5.—[m] Delet *Marium* L. Bat. 1. sed 2. pro his legit *Silla deinde cum campania samnitium duce et reliquis copiis ad portam collinam signa contulit.* LXXX. *hominum occidit:* et ita 5. nisi quod *Campanio* exhibet.—[n] *Lampanium* V. L. Bat. 4. *Lampunium* 1.—[o] *Carmatem* L. Bat. 3.—[p] *Romana* L. Bat. 3.—[q] *Collinem* L. Bat. 1.—[r] Sic L. LC. M. G. S. N. B. Sc. F. Gr. LXXX. V. HM. Lugd. B. 4. et 5. sed *hominum* pro *hostium*. Alii LXXIX.—[t] *Millia* delent L. Bat. 2. 3. 4. 5. et ita ubique, quod posthac non

NOTÆ

[f] *Primo prælio contra Norbanum*] Flor. pag. 139. 'Primum apud Capuam sub amne Vulturno signa concurrunt, et statim Norbani fusus exercitus.'

[g] *Et ante prælium*] Et cum L. Scipionis alterius Consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus Consulis, solicitatus per emissos ab Sylla milites, signa ad Syllam transtulit: Scipio cum interimi posset dimissus est. Epitom. Liv.

[h] *Marius, Marii filius*] Qui viginti sex annis natus per vim Consul creatus est cum Cn. Papirio Carbone.

[i] *Sylla*] Vulgo *Sylla tamen:* quasi dicat: Sed mutatis Consulibus, non animi tamen commutati, eadem odia eos in arma præcipitant. Sed illud *tamen* mihi frigidum videtur.

[j] *Dimicavit*] Ad Sacriportum.

[k] *Præneste persecutus*] 'Præneste enim refugerat, ubi per Lucretium Offellam obsessus, tentata per cuniculum fuga, cum omnia septa intelligeret, jugulandum se Pontio Telesino præbuit.' Victor. Vide ibi notata p. 89. Vide et Liv. Epitom. LXXXVIII.

[l] *Contra Lamponium et Carinatem*] Hunc Carinatem Florus et Victor

hostium in[e] prælio contra Syllam fuisse dicuntur, XII.[n] millia[m] se Syllæ dediderunt:[o] ceteri[p] in acie, in castris, in fuga,[q] insatiabili ira victoris[r] consumti sunt. Cn. quoque Carbo, cos. alter,[s] ab Arimino[t] ad[u] Siciliam fugit, et ibi[v] per Cn. Pompeium[x] interfectus est; quem adolescentem[y] Sylla[z] atque annos unum[a] et XX. natum, cognita ejus industria,[b] traditis[c] [d]exercitibus præfecerat, ut secundus a Sylla haberetur.

9. Occiso ergo Carbone Siciliam Pompeius recepit.[e] Transgressus inde ad[f] Africam, Domitium, Marianæ partis ducem,[g] et Hiarbam[h][i] regem Mauritaniæ,[k] qui Domitio auxilium ferebat, occidit. Post hæc Sylla de Mithridate ingenti gloria[l] triumphavit. Cn. etiam[m] Pompeius (quod nulli Romanorum[n] tributum erat,) quartum et XX.[o] annum agens, de Africa triumphavit. Hunc finem habuerunt duo bella funestissima; Italicum, quod et[q] Sociale dictum est;

---

amplius monebo.—[e] *Eo prælio* L. Bat. 1. 2. 4.—[n] Plutarch. VI. *millia*. Flor. IV. Victor XI.—[o] *Dederunt* L. Bat. 1. 2.—[p] *Cætera* L. Bat. 4.—[q] Desunt *in ac. in castr. in fug.* B.—[r] *Victorum* B. M. N. L. LC. Lugd. Bat. 1. 2.—[s] Deest *alter* B. *alter cons.* L. Bat. 4.—[t] *Arimine* L. Bat. 2.—[u] *In* L. Bat. 2. 4. 5.—[v] *Ibique* L. Bat. 4.—[x] *Adulescentem* L. Bat. 2.—[y] *Syllam* L. Bat. 3.—[z] *Atque anno uno* L. Bat. 2.—[a] Deest *trad.* F. Gr. et delet Cell. *Tantis* S. N. B. V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[b] *Ejus* Vulg.—[c] *Ire cœpit* L. Bat. 4.—[d] Delet *ad* L. Bat. 2.—[e] *Lerdam* V. *Hierdam* LC. S. N. B. M. L. *Herbam* Lugd. Bat. 1. Alii *Hiarbam*, quod Plutarchus comprobat, qui in Pompeio Ἰάρβαν τὸν συμμαχήσαντα Δομιτίῳ vocat: Epitome Livii 89. *Hierbam regem Numidarum. Jerdam* L. Bat. 3. 4. *Jardam* 2.—[f] *Mauritaniæ reg.* L. Bat. 4. *Maurita* 3.—[g] *Ingenti gl. de Mithr.* L. Bat. 4.—[h] Delet *etiam* L. Bat. 1.—[i] *Quartum* XX. L. Bat. 1. XX. *et quartum* 4.—[k] Sylb. *et* interposuit. Quod ag-

NOTÆ

Telesinum vocant. Et ita Plutarch.

[n] XII. *millia*] Plutarch. VI. millia. Flor. IV. Victor IX.

[o] *Et ibi per Cn. Pompeium*] 'Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a Senatu missus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit.' Epitom. LXXXIX.

[p] *Industria*] Id est, Virtute.

[q] *Domitium, Marianæ partis ducem*] Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium, et Hiarbam regem Numidiæ, bellum molientes, victos interemit. Epitom. ibidem.

[r] *Hiarbam*] Gaudæ filium. Alii *Hiertam* vocant. Vide quæ notavi ad Victorem pag. 97.

[s] *Quod nulli Romanorum*] Quatuor et viginti annos natus adhuc Eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Epitom. Nimirum nemo triumphi honore decorabatur, qui nullo Magistratu functus esset.

et [s]Civile:[r] quæ ambo tracta[t] sunt per annos decem: consumserunt[t] ultra[u] CL.[v] millia hominum; viros consulares XXIV.[w] prætorios VII.[x] ædilitios LX. senatores fere CC.[y]

noscunt quoque L. Bat. 1. 2. 3. sed 4. delet.—[r] Delet *et Civ.* L. Bat. 3.—[s] Al. *tractata* L. Bat. 1. 2.—[t] *Consumserant* L. Bat. 3.—[u] *Autem ult.* L. Bat. 2. 4. 5.—[v] DL. LC. L. Bat. 3.—[w] XXIII. S. N. M. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. XXXIII. HM.—[x] XII. L. Bat. 3. 4.—[y] Sic LC. S. N. B. M. L. G. HM. F. Gr. Alii CCC. uti et L. Bat. 3. 4.

NOTÆ

[s] *Et Civile*] Quod et Civile Marianum dictum.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER VI.

MARCO[a] Æmilio Lepido,[b] Q. Catulo consulibus, cum Sylla[c] rempublicam composuisset, bella nova exarserunt: unum in Hispania, aliud in Macedonia;[d] tertium in Pamphylia[e] et Cilicia;[c] quartum in Dalmatia. Nam Sertorius,[d] qui partium Marianarum[f] fuerat, timens fortunam ceterorum,[g] qui interemti erant, ad bellum commovit Hispanias.[h] Missi sunt contra eum duces, Q. Cæcilius Metellus,[e] filius

[a] Deest *Marco* L.—[b] *Et* L. Bat. 4.—[c] *Cum Sylla nova exarser. unum in Hispania, aliud in P. et C. tertium in Macedonia, quartum in Dal.* Lugd. Bat. 1. 3.—[d] Ordo his a Glareano restitutus. Vulgares enim libri Macedonicum bellum tertium faciunt. *Unum in Hisp. al. in Pamph. et Cecilia tert. in Dalm. &c.* L. Bat. 2. *Un. in Hisp. al. in Pamph. et Cil. tert. in Mac.* 4.—[e] *Sicilia et Cilicia* V. *Pamphylia et Sicilia* Sc.—[f] *Marianorum* L. B. 1.—[g] Al. *eorum.*—[h] *Ut bell. com-*

NOTÆ

[a] *Marco Æmilio Lepido*] Ann. mundi 3872. ante Ch. nat. 76. ab U. C. 675.

[b] *Pamphylia*] Asiæ Minoris regio ad mare Mediterraneum; hodie *Sebilia.*

[c] *Cilicia*] Vicina Pamphyliæ ad Orientem. In Tracheam dividitur et Campestem. Trachea, id est, aspera, alteri nomen dedit. Trachea enim proprie *Cilicia* dicta est ab asperitate, hodie *Turcomania.*

[d] *Nam Sertorius*] Quintus Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. Epitom. xc.

[e] *Q. Cæcilius Metellus*] Cognomento *Pius*, tunc Proconsul.

ejus, qui Jugurtham regem[f] vicit; et L. Domitius[f] prætor. A Sertorii duce [g]Hirtuleio[g] Domitius occisus est: Metellus vario[j] successu contra Sertorium dimicavit. Postea cum impar pugnæ solus Metellus putaretur,[m] Cn. Pompeius ad Hispanias missus est. Ita duobus ducibus adversis, Sertorius[n] fortuna varia[h] sæpe pugnavit. Octavo demum[o] anno a suis occisus est,[i] et finis ei[p] bello datus[q] per Cn. Pompeium adolescentem, et Q. Metellum Pium: atque omnes prope[r] Hispaniæ in ditionem populi Rom.[s] redactæ[s] sunt.

2. Ad Macedoniam[j] missus est Appius Claudius.[u] Post consulatum[k] levia prælia habuit contra varias gentes, quæ

movit ad Hispaniis L. Bat. 1.—[f] Deest *regem* Sc.—[g] *Herculeo* V. Sc. *Hirtulegio* L. M. *Hirtholeio* L. B. 1. *Hyrculeio* 2. *irculeio* 3.—[j] *In cavio* L. B. 2.—[m] Deest *putaretur* G.—[n] *A duobus ducibus adversus Sertorium fortuna varia sæpe pugnatum. Octavo decimo anno per suos* S. B. *Duobus ducibus adversus Sertorium fortuna varia sæpe pugnavit. Octavo decimo anno per suos* Sc. Cod. etiam G. habet, *octavo decimo anno*, cetera vero ut in vulg. libris. Quin et in editione Sylburgiana Gr. Metaphraseos, ὀκτωκαιδεκα, quod cum Cellario emendavimus. Ὀκτὼ enim legendum esse clare docet Appian. civ. 1. f. 202. Sertorianum bellum vocans λοιπὸν τῶν Συλλείων ἔργων, γενόμενον ὀκτώ ἐτεσι, *reliquias Syllani belli, easque octo annorum.*—[o] *Octavodecimo anno per suos* Lugd. Bat. 1. 2. 4. *sup. suos* 3.—[p] *Eidem* Lugd. Bat. 1. Sed 4. et 5. *ei* delent.—[q] Plerique libri habent, *datus est:* nonnulli, *datur.* ut L. Bat. 2. Superfluum videtur *est*, quia proxime antecesserat.—[r] *Prospere* L. Bat. 4.—[s] *Populo Romano* Al.—[t] *Reductæ* Lugd. Bat. 2. Sed id quod sequitur *sunt* omnes Mss. Lugd.

NOTÆ

[f] *L. Domitius*] Hunc Marcum vocat Epitom. Lucium Plutarch. qui et eum Proconsulem dicit, ut et Sallustius in fragmentis historiarum lib. I. 'Domitium Proconsulem ex citeriore Hispania, cum omnibus copiis quas paraverat, a Metello arcessitum.'

[g] *A Sertorii duce Hirtuleio*] Hunc *Herculeium* vocant alii. 'Et M. Domitius legatus ab Herculeio Quæstore prælio victi sunt.' Epitom. ibid. Et Sallustius histor. lib. II. 'Occurrere duci, et prælium accendere, adeo uti Metello in sagum, Herculeio in brachium tela venirent.' Hunc Herculeium postea Q. Metellus cecidit cum omni exercitu.

[h] *Fortuna varia*] 'Adversus duos Imperatores sæpe par, vel frequentius victor.' Epitom. XCVI.

[i] *Octavo demum anno a suis occisus est*] Sertorius a Mario, Antonio et M. Perpenna, et aliis conjuratis in convivio interfectus est. Adi Plutarch. in fine Sertorii.

[j] *Ad Macedoniam*] Nota: Macedoniam pro Thracia dicit; Thraces enim in Macedonia, quod ex Strabone cognoscere est.

[k] *Appius Claudius. Post consulatum*] 'Appius Claudius Proconsul Thracas pluribus prœliis vicit.' Epitom. Liv.

Rhodopam[n] provinciam[l] incolebant: atque ibi morbo[m] mortuus est. Missus ei[r] successor C. Scribonius[y] Curio[s m] post consulatum.[n] Is Dardanos[o] vicit, et usque ad Danubium penetravit; triumphumque meruit, et intra triennium[a] finem[b] bello dedit.

3. Ad Ciliciam et Pamphyliam missus est P.[c] Servilius ex consule,[d p] vir strenuus. Is Ciliciam[e] subegit, Lyciæ urbes clarissimas oppugnavit, et cepit: in his Phaselidem,[f q] Olympum,[g r] Corycum[h] Ciliciæ.[i s] Isauros[t] quoque aggressus, ad deditionem[k] redegit; atque intra triennium bello

Bat. delent.—[n] *Claudius proconsul post* G.—[o] Monstrose V. et Mer. *Verodopam.* Fr. *Warodopam. Europam* L. Bat. 1. *Quæ Europam* 3.—[m] Delet *morbo* L. Bat. 4.—[r] *Ei est* L. Bat. 3.—[y] *Scriborianus* Lugd. Bat. 1.—[s] Deest *Curio* LC. *Cario* L. Bat. 1.—[a] *Triennio* L. Bat. 4. et mox. *inter triennium* 2.—[b] *Bello fin.* L. Bat. 1. 2. 4. 5.—[c] *Post* L. Bat. 2. 4. 5.—[d] Ita L. Bat. 1. 2. 4. *Exconsul* Mer. et HM. *Proconsul* L. Bat. 3. *Ex consularibus* V. Sed secunda lectio, quæ Vineti et Sylburgii est, et a Manuscriptis confirmatur, stilo ævi Eutropiani, quod ex Ammiano Marcellino discimus, imprimis apta est. Vide Lindenbrogii Indicem Dignitatum in Ammian.—[e] *Siciliam* L. Bat. 2.—[f] *Phaselidam* L. Bat. 1. *Faselidam* 2. *Falsetidam* 4.—[g] *Olynthum* L. Bat. 1. *Olimpum* 2. *Olumphum* 4.—[h] *Coracum* S. V. G. L. Bat. 3. 5. *Coratum* 4.—[i] *Ciliciæ regem, Isaurosque* V.—[k] Ita Lugd. Bat. 3. 4. Vulgati in. *ad dedicationem* L.

NOTÆ

[l] *Rhodopam provinciam*] Ad Melam fluvium supra Hellespontum juxta Propontidem.

[m] *C. Scribonius Curio*] Præterea ab Curione Proconsule in Thracia res gestas adversus Dardanos, &c. Epitom.

[n] *Post consulatum*] Anno post Consul fuit, ann. ab U. C. 677.

[o] *Dardanos*] Illyricis eos accensit Strabo, et in mediterraneis ponit. Sunt juxta Daciam.

[p] *P. Servilius ex consule*] P. Servilius Procousul in Cilicia Isauros domuit, et aliquot urbes Piratarum expugnavit. Epitom. XCIII. Hoc bellum dictum *Piraticum*. De quo vide Florum III. 6. 103.

[q] *Phaselidem*] Phaselis urbs memorabilis, tres habens portus, Lyciæ est, in confinio Pamphyliæ sita, et per se constat, neque communitatis Lyciorum est. Strabo.

[r] *Olympum*] Olympus urbs magna cum monte ejusdem nominis: Zeniceti prædonis arx, qui se ne caperetur cum tota domo cremavit. Strab.

[s] *Corycum Ciliciæ*] Corycum oppidulum vocat Strabo, sed illud Pamphyliæ, non Ciliciæ vindicat. In Cilicia tantum, promontorium quoddam *Corycum* et antrum Corycium. Phaselis autem, Olympus, et Corycus Zeniceti prædonis fuere, ut et alia multa Pamphyliæ loca, quæ omnia cepit Isauricus. Strabo.

[t] *Isauros*] Isauria inter Pamphyliam et Ciliciam, duos habebat pagos cognomines, quibus suberant alii complures pagi, prædonum omnium domicilia. Exhibuerunt hi Romanis negotium, et Isaurico Publio Servilio,

finem dedit. Primus omnium Romanorum in Tauro[t] iter fecit.[u] [w]Revertens, triumphum accepit, et nomen *Isaurici* meruit.

4. [x]Ad Illyricum missus est Cn. Cosconius[v] pro consule:[y] multam[z] partem Dalmatiæ subegit, Salonas[a] cepit:[w] et composito bello Romam post biennium[b] rediit.

5. Iisdem temporibus consul M. Æmilius Lepidus, Catuli[c] collega, bellum civile voluit commovere;[x] intra unam tamen[y] æstatem motus[z] ejus oppressus est. Ita uno tempore multi[a] simul triumphi fuerunt: Metelli ex Hispania; Pompeii, secundus ex Hispania; Curionis ex Macedonia; Servilii ex Isauria.[b]

Bat. 2. *ad ditionem* 1.—[i] *Per Taurum* HM. Male V. P. et Mer. *in Isauriam*, cujus jam mentio facta fuerat, ut taceam consensum metaphrastæ, qui διέρχεσθαι τὸν Ταῦρον habet.—[u] *Is rev.* L. Bat. 3. 4. 5.—[w] *Atque in hill.* L. Bat. 2. *At in.* 4.—[x] *Cnæo Cosconio proconsule* V. *Cn. Conconius* L. Bat. 1.—[y] Desunt *pro consule* L. LC. F. *proconsul* L. B. 1. 3. 5. *ex proconsule* 4.—[z] *Is multam etiam partem* V. *is mult. p.* L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[a] *Salonos* L. Bat. 5.—[b] *Quinquennium* L. Bat. 3.—[c] *Catulli* L. Bat. 4.—[x] *Nixus* Mer. *nutus* Lugd. Bat. 1.—[y] *Romæ simul triumphaverunt* Lugd. Bat. 1.—[z] *Isaura* L. Bat. 3.—

NOTÆ

quem nos vidimus. Is et Isauriam Romanis subegit, et plerasque Piratarum munitiones excidit, quæ ad mare erant. Strabo.

[t] *In Tauro iter fecit*] Id est, Cum copiis militaribus penetravit Taurum: id enim significat *iter facere*.

[v] *Cn. Cosconius pro consule*] Proconsules proprie dicti, qui ex Consulatu in provincias cum imperio mittebantur. At hic Cn. Cosconius nondum opinor Consul fuerat; sed tamen in Illyricum pro Consule missus, quia nonnunquam extra ordinem tum Proprætores, tum Proconsules in provincias mitti solebant, eorumque imperium extraordinarium appellabatur.

[w] *Salonas cepit*] Salona Dalmatarum navale.

[x] *Bellum civile voluit commovere*] Acta Syllæ rescindere nitebatur, et qui proscriptionibus supererant revocare: qui si revocati fuissent, gravissimum bellum incendebatur: cum enim eorum bona, addicente Sylla, quamvis male capta, jure tamen retinerentur, repetitio eorum proculdubio labefactasset compositam civitatem. Vide elegantissimum Caput Flori III. 23. p. 144.

[y] *Intra unam tamen*] Cum ab Etruria Lepidus arma et exercitum Urbi admoveret, jam Mulvium pontem, collemque Janiculum Lutatius Catulus ejus collega, Cnæusque Pompeius alio exercitu insederant, a quibus primo statim impetu retro pulsus, hostisque a Senatu judicatus, incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam recessit, ibique morbo et penitentia interiit. Flor.

6. Anno urbis conditæ[a] DCLXXVI.[x] L. Licinio Lucullo, et M. Aurelio Cotta coss. mortuus est[y] Nicomedes rex Bithyniæ, et testamento[z a] populum Romanum fecit hæredem. Mithridates pace rupta Bithyniam et Asiam rursus voluit invadere. Adversus eum ambo consules missi, variam[e] habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem[b] victus[b] ab eo acie, etiam intra oppidum coactus est, et obsessus. Sed cum se inde[e] Mithridates Cyzicum[d c] transtulisset, ut[e] Cyzico[f] capta totam Asiam invaderet, Lucullus[g] ei alter consul occurrit: ac dum[h] Mithridates in obsidione Cyzici commoratur,[i] ipse[k] eum a tergo obsedit, fameque consumsit;[e] et multis prœliis vicit: postremo[l] Byzantium[f] (quæ nunc Constantinopolis est) fugavit; navali quoque prœlio duces ejus Lucullus oppressit. Ita una hyeme et æstate a Lucullo[m] centum fere millia[n] regis extincta sunt.

[x] DCLX. Deletis *Anno U. C.* L. Bat. 1. *A. V. C.* DCLXXXVI. 4. DCLXXVII. 5.— [y] Delet *est* L. Bat. 1.—[z] Ita HM. et L. Bat. 2. 3. 4. *ex testamentum* 1. Mer. *ex testamento:* reliqui *per testamentum.*—[a] *Non unam* L. Bat. 2. 3. 5. qui legit *habuerunt. non habuere unam* 4.—[b] *Macedoniam victus* L. C. *Chalcedonum* L. Bat. 1. *Calcedonem* 2.—[c] *Deinde* L. Bat. 1. sed *quum se inde* 3. 4. 5.—[d] *Gazam* N. *Cirtu* L. Bat. 3.—[e] *Et* L. Bat. 4.—[f] *Caza capta* N. Alii *Cyzico capto. Citico capto* L. Bat. 4. *Cirico* 3. *Cizico capta* 2.—[g] *Luculus* L. Bat. 5. ubique.—[h] *Dum diu Mithridates in obsidione Cyzici com.* S. *Dum Mithrid. Cyzico com.* B. M. G.—[i] *Commoraretur* L. Bat. 3. 4.—[k] Ab *ipse* usque ad *postremo* delet L. Bat. 3.—[l] *Posthæc* L. Bat. 2.—[m] Al. *ad centum fere millia hominum ex parte*

NOTÆ

[a] *Anno urbis conditæ* DCLXXVI.] Hic vere fuit annus U. C. 679.

[z a] *Et testamento*] Nicomedes Bithyniæ rex moriens Populum Romanum fecit hæredem, regnumque ejus in provinciæ formam redactum. Epitom. Livii XCIII.

[b] *Cotta apud Chalcedonem victus*] Ipse Mithridates in epistola ad regem Arsacem, ita scribit: ‘ Rursus tamen bellum cœpi, Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherrima.’

Chalcedonem] Chalcedon, sive ut alii Calchedon, Bithyniæ urbs ad Bosphorum Thracium.

[c] *Cyzicum*] ‘ Cyzicum, nobilis civitas arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat.’ Flor. III. 5. 1. *Cyzicum* sive *Cyzicus*, peninsula et urbs Asiæ ad Propontidem.

[e] *Fameque consumsit*] Ipse Mithridates in eadem epistola ad Arsacem: ‘ Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circumannitente, simul hyems mari prohibebat. Ita sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Param et Heracleam militum optimos cum classibus amisi.’

[f] *Byzantium*] Ad Bosphorum Thra-

7. Anno urbis Romæ[a] DCLXXVIII.?[β] Macedoniam provinciam M. Licinius Lucullus[b] accepit,[c] consobrinus[d] Luculli, qui contra Mithridatem bellum gerebat. Et in Italia novum[e] bellum subito commotum[f] est. Septuaginta[g] enim [h]quatuor [i]gladiatores,[k] ducibus[l] Spartaco, Crixo,[m] et Œnomao,[n] effracto Capuæ ludo, effugerunt:[o] et per Italiam vagantes, pæne non levius bellum in ea, quam Hannibal moverat, paravere: nam multis ducibus,[j] et duobus simul Romanorum consulibus[k] victis, sexaginta fere[p] millium armatorum exercitum congregaverunt:[q] victique sunt in[r]

regis extincta sunt: ita L. Bat. 2. et 4. nisi quod *hominum ex parte* deleant.—[α] *Ex parte regis* L. Bat. 1. 5.—[β] Pro *Romæ* est *conditæ* in L. Bat. 5.—[γ] DCLXXXVIII. L. Bat. 1.—[δ] *Recepit* L. Bat. 3.—[ε] *Consobrinus ejus* Al.—[ζ] *Unum* L. Bat. 1. delet L. Bat. 3.—[η] Delet *commotum* L. Bat. 3. *exortum* 4.—[θ] Alii XXXIV.—[ι] *Et quatuor* L. Bat. omnes.—[κ] *Gladiatoribus* L. Bat. 4.—[λ] *Duce* L. LC. F.—[μ] *Corispo* L. Bat. 1.—[ν] *Parthaco, Orixo, et Œn. G. Parca, Orixo, Œnomao* V. *Spartaco, Crispo et Hœnomalo* L. *Spartaco, Chryso et Œnomanno* Sc. *Partatio, Erixo et Œn.* S. N. M. *Spartaco, Orixo et Œn.* B. *Partaco, &c.* L. Bat. 2. *Pato, Exito, Crixo, Etœno, Mao* 3. *Porta Cocrixo et Onemao* 4.—[ξ] *Fugerunt* L. Bat. 1. 2. 3. 4. 5. *Fugerunt Vesuvium montem occupaverunt. Unde* (*Et* L. Bat. 4.) *erumpentes Clodii prætoris* (*præconis* V.) *qui eos obsidione cinxerat,* (*cinxerant* L. B. 3.) *castra expugnaverunt;* (*oppugnaverunt* L. Bat. 3. 4.) *ipsoque in fugam acto cunctam insuper* (*in* L. Bat. 3.) *prædam* (*cuncta in prædam.* V. N. Lugd. Bat. 2. 3. 4.) *averterunt. Inde per Consentiam et Metapontum circumducti ingentia brevi agmina collegerunt. Itaque cum cædibus, incendiis, rapinis, stuprisque omnia miscerent* (*miscerentur* V.) *multæque se matronæ ob dolorem pudoris violati necarent* (*necassent* L. Bat. 3.) *pene non levius bellum in ea quam Annibal moverunt* (*movere* L. Bat. 3.) (*quam Annibal moverat, paraverunt* S. G. L. LC. *bellum mox quam Annibal moverunt* V.) S. N. M. B. V. G. HM. L. Bat. 2. 3. 4. 5.—[π] Deest *fere* L.—[ρ] *Ministraverunt* LC.—[σ] *Apuliam* L. Bat.

NOTÆ

cium e regione Chalcedonis.

[β] *Anno urbis Romæ* DCLXXVIII.] Vere est DCLXXX.

[b] *M. Licinius Lucullus*] Marcus Terentius Varro Lucullus tunc Consul cum Caio Cassio Varo.

[c] *Septuaginta enim quatuor gladiatores*] Quatuor et septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerant. Epitom. Liv. Florus XXX. ponit. 'Spartacus,' inquit, 'Chrysus, Œnomaus, effracto Lentuli ludo, cum triginta haud amplius ejusdem fortunæ viris eruperunt Capua,' &c. Adi illum III. 20. p. 138.

[j] *Multis ducibus*] Claudio Pulchro Legato, et P. Vareno, et Cassio Prætoribus.

[k] *Duobus simul Romanorum Consulibus*] L. Gellio Poplicola et Cn. Cornelio Lentulo Clodiano, ann. U. C. 681. Flor. 'Inde jam Consulares quoque aggressus, in Apennino Lentuli exercitum percecidit: apud Mutinam Caii Cassii castra delevit.'

[l] *In Apulia*] 'Marcus Crassus primum cum parte fugitivorum quæ ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, cæsis hostium triginta quinque millibus, et duce eorum Gra-

Apulia[d] a M. Licinio[e] Crasso proconsule,[m] et post multas[f] calamitates Italiæ, tertio anno, bello huic[g] finis impositus.[h]

8. 'Sexcentesimo octogesimo[k] primo[n] urbis conditæ anno, P. Cornelio Lentulo et Cn. Aufidio Oreste coss. duo[l] tantum gravia bella in imperio Romano erant, Mithridaticum et Macedonicum. Hæc duo Luculli agebant, L. Lucullus, et M. Lucullus.[m] L. ergo Lucullus post pugnam[n] Cyzicenam, qua vicerat Mithridaten; et navalem, qua duces ejus oppresserat, persecutus est eum: et recepta Paphlagonia atque Bithynia, etiam regnum ejus invasit. Sinopen[o] et °Amison,[p] civitates Ponti nobilissimas,[q] cepit. Secundo prælio apud Cabira[r p] civitatem, quo[s] ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, cum XXX. millia lec-

1.—[d] *Licio* V.—[f] Delet *multas* L. Bat. 3.—[g] *Est finis impositus:* vel *finis imp. est.* L. Bat. 1. 4. 5. *hinc impositus* deleto *finis* 3.—[h] Al. *imponitur.*—[i] *Anno* L. B. 2. et mox delet.—[k] Deest *octog.* Fr.—[l] *Publio Cornelio tantum gravia* ceteris deletis L. Bat. 2. 4. *Publio consule tantum, &c.* 3.—[m] Delent ab *L.* usque ad *Lucullus,* Lugd. Bat. 1. 3.—[n] *Fugam* S. B.—[o] *Sinapene* L. B. 3. *Sinope netamison* 4.—[p] *Amisson* S. G. N. B. M. Sc. L. Bat. 2. *Tamison* 3. *Myson* V.—[q] *Bellicosissimas* Lugd. Bat. 1. et Mer.—[r] *Graveram* G. S. B. V. HM. L. Bat. 2. 3. 5. *Gueram* L. *Graveram* LC. *Graraveram* N. M. *Gabiram* L. Bat. 1. *Gavetani* 4.—[s] *Qua, conjungentes cum* XXX. L. *qui ing.* L. Bat. 1.—[t] *Cum tri-*

NOTÆ

nico [Canicium, vocat Plutarch.] Cum Spartaco deinde pugnavit, cæsis cum ipso millibus quadraginta.' Epitom. XCVII. quæ omnia lucem capiunt ex Plutarch. qui in Crasso scribit, Crassum primo cum Gallis et Germanis, qui Spartacum deseruerant, pugnasse in Lucania: deinde cum ipso Spartaco totis viribus manum conseruisse, in Brutiis non longe a Petilia. Idem fere Florus p. 135. Sed nullibi legas, Crassum cum Spartaco in Apulia pugnasse.

[m] *Proconsule*] Revera tunc Proconsul erat, qui superiori anno Consul fuerat. Prætorem tamen vocat Epitom. quia scilicet Prætorem vocabant eum qui exercitui præerat.

[n] *Sexcentesimo octogesimo primo*] Potius octogesimo secundo.

[o] *Sinopen et Amison*] Sinope et Amisus in Paphlagonia, non in Ponto. Sed quia regnum Mithridatis Paphlagoniæ partes comprehendebat, ideo eas Ponto vindicat Eutrop. De regno autem Mithridatis Strabonem legere operæ pretium est. 'Ponti rex fuit,' inquit, 'Mithridates cognomento Eupator: possedit autem regionem, quæ Haly fluvio determinatur usque ad Tibarenos et Armenios, atque inter Halin usque ad Amastrin ac Paphlagoniæ quasdam partes: adjecit autem ditioni suæ etiam oram maritimam versus Occasum usque ad Heracleam,' &c.

[p] *Cabira*] Cabira civitas Ponti: ibi Mithridatis regia.

tissima[q] regis, a quinque millibus Romanorum[r] vastata essent, Mithridates fugatus est,[s] et[v] castra ejus direpta. Armenia quoque minor, quam tenuerat,[r] eidem sublata est. Susceptus tamen est[w] Mithridates post fugam a Tigrane[s] Armeniæ[a] rege: qui tum[y] ingenti gloria imperabat,[z] Persas sæpe vicerat,[t] Mesopotamiam [u]occupaverat,[a] et Syriam,[b] et Phœnices partem.[c]

9. Ergo Lucullus repetens [v]hostem[d] fugatum, etiam regnum Tigranis,[e] qui Armeniis[f] imperabat,[g] ingressus est. Tigranocerta,[w] civitatem Armeniæ nobilissimam, cepit;[h]

ginta lectissima regis in Romanorum vastata erant L. Bat. 2. *lectissima regio a Romanorum exercitu vastata* 4. 5.—[s] Delent *est* L. Bat. 2. 3. 5.—[v] Delent *et* L. Bat. 1. 4.—[w] Deest *est* L. B. 3.—[z] Deest *Armeniæ* F.—[y] *Cum* L. Bat. 5.—[z] *Triumphavit* L. Bat. 3.—[a] Desunt *Mesop. occup.* F.—[b] *Esuriam* L. Bat. 3. *Syria* 1.—[c] *Pariter* L. Bat. 4.—[d] *Hoste* L. Bat. 2.—[e] *Regem Tigranem* L. Bat. 3. 5.—[f] *Armenia* L.—[g] *Imperitabat* L. Bat. 4.—[h] *Tigranocerta civitatem Arzianene* [superscribitur *Ariobarzami*] *nobilissimam regis Armenii accepit. Ipsum regem cum* VII. *millibus clibanariis et centum millibus sagittariorum et armatorum venientem, decem et octo millia, &c.* S. *Civitatemque Arzianam nobilissimam regni Armeniæ accepit, et ipsum regem cum* VII. *mill. clib. &c.* N. *Tigranes certum civitatem Arzianæ nobilissimam regni Armeni accepit. Ipsum regem cum sexcentis millibus clibanariis et centum millibus sagit. &c.* V. *Civitatem Aciamam nobilissimam regni Armeniaci accepit: ipsum regem cum septem millibus quingentis cliba-*

NOTÆ

[q] *Cum* XXX. *millia lectissima*] Plutarch. quadraginta millia peditum, quatuor equitum eum tunc habuisse dicit.

[r] *Armenia quoque minor, quam tenuerat*] Ponto enim adjecerat usque ad Colchidem et Armeniam Minorem. Strabo.

[s] *Tigrane*] Hic est Tigranes I. cognomento Magnus.

[t] *Persas sæpe vicerat*] Persas dicit, quos Parthos Strab. Ab Artaxio, inquit, prognatus Tigranes, posseditque eam, quæ proprie dicitur, Armeniam contiguam Mediæ, Albaniæ, Iberiæ, et pertinentem usque ad Colchidem et Cappadociam ad Euxinum mare sitam, &c. Igitur obses apud Parthos fuit, deinde ab iis in patriam restitutus, cum mercedis loco septuaginta convalles Armeniæ accepissent, viribus auctus, cum istas recuperavit, tum Parthorum ditionem populatus est, quæ circa Ninum est et Arbela.

[u] *Mesopotamiam occupaverat*] Subditos etiam sibi habuit Atropatænos et Gordiæos, cum quibus et Mesopotamiam et Syriam etiam transmisso Euphrate ac Phœnicen vi occupavit. Idem Strabo.

[v] *Repetens hostem*] Ad Tigranem enim Appium misit, qui Mithridatem repeteret. Plutarch.

[w] *Tigranocerta*] Inter Iberiam et Zeugma, quod est ad Euphratem. Hanc urbem condiderat ipse Tigranes, qui in eam conduxerat homines e XII. urbibus Græcanicis a se populatis: sed supervenit Lucullus, qui opus semiperfectum subvertit, exiguumque pagum reliquit. Strabo.

ipsum regem cum sexcentis millibus clibanariorum,[x] et centum millibus sagittariorum et armatorum venientem, XVII.[i] millia militum habens, ita vicit, ut[k] magnam partem Armeniorum deleverit.[l] Inde Nisibin[m] [y] profectus, eam quoque civitatem cum regis fratre[z] cepit.[n] Sed hi, quos[o] in Ponto[p] Lucullus reliquerat,[q] cum exercitus parte, ut regiones[r] victas etiam[s] Romanorum[t] tuerentur, negligenter[u] se et avare agentes,[a] occasionem iterum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt, atque ita bellum renovatum est. Lucullo paranti, capta Nisibi, contra Persas[w] expeditionem, successor est missus.[b]

---

nariis et centum millibus sagittariorum...Armenorum M. *Civitatem Arzianem nobilissimam cepit, ipsum regem cum septem millibus quingentis clib. &c.* L. *Tygranocertam civitatem Arziamane nobiliss. regni Armeniæ cep. Ips. reg. &c.* G. *Tigranæ certam civitatem Arzianemæ, nobilissimam regni Armeniaci, cepit...cum* VII. *millibus quingentis clibanariis, &c.* F. *Tigrancertam civ. Arzianenæ nobilissimam regni Armeniaci cepit: ips. reg. cum sexcentis millibus clibanariis et millibus sagitt. &c.* Lugd. Bat. 1. *Tigranisque certam Arzianenæ nobilissimam regni Armenii accepit, ipsum regem cum septem D. clibanariis, et centum milibus sagittariorum armatorum venientem* X. *et* VIII. *mil. &c.* Lugd. Bat. 2. *Tigranem certatur civitatem Arzianenæ nobilissimam regni Armeni accepit, ipsum regem cum septem millibus quingentis clibanariis, &c.* 3. *Tigranicertam civ. nobilissimam Arzianenæ nobilissimam regni Armeni accepit, ipsum regem cum sept. mill. glibanariis et cent. sagittariorum* 4. *Tigranocertam civ. Arzianenæ nobilissimam regni Armenii accepit, ips. reg. cum sept. mill. clibanariis et centum mill. sagittariorum, &c.* 5. *Tigranocertam civitatem Arzianæ nobilissimam regni Armenii cepit. Ipsum regem cum septem millibus quingentis clibanariis, et septem millibus sagit. &c.* HM. *Artianem civ. Armeniæ nob. cepit. Ipsum regem cum* DCC. *millib. sagittarior. &c.* LC. *Tig. civ. Armeniæ nob. cepit: ipsum regem cum* DC. *millibus sagittarior. et arm. &c.* Vulg. —[i] X. *et* VIII. Lugd. Bat. 2. *decem et octo* 3.—[k] Delet *ut* Lugd. Bat. 1.—[l] *Deleverat* Lugd. Bat. 5.—[m] *Nisi bini* Lugd. Bat. 2. *Nisibi* 5.—[n] *Regimine suo recepit* Lugd. Bat. 4.—[o] *Hi quoque, quos in Ponto Lucullus ceperat cum ex, &c.* F. corrupte.—[p] *Pontum* Lugd. Bat. 1.—[q] Al. *legiones.* perperam.—[r] *Jam* Lugd. Bat. 1.—[s] Al. *Romanos.*—[t] *Negligentes* Lugd. Bat. 1. 3.—[u] *Persicum*

NOTÆ

[x] *Clibanariorum*] Clibanarii sunt quos vulgo vocamus *Cuirassiers.* Res est Persica, non vox, quæ mere Græca. Vid. Salm. in Alexand. Lamprid.

[y] *Nisibin*] Græci Antiochiam Mygdoniæ vocant, quia in Mygdonibus sita est prope montem Niphatem.

[z] *Cum regis fratre*] Qui *Gurus* vocabatur.

[a] *Negligenter se et avare agentes, &c.*] Clodius, Luculli uxoris frater, ut milites a Lucullo seduceret, seditiosa verba per exercitum ferebat, eis promittens si se sequi vellent, omnes divites continuo factum iri, &c. Adi Plutarch. in fine Luculli, inde enim hæc multam lucem capient.

[b] *Successor est missus*] Cn. Pompeius.

10. Alter[a] autem Lucullus, qui Macedoniam administrabat, Bessis[m,c] primus Romanorum intulit bellum; atque eos ingenti prælio in Hæmo monte superavit: oppidum[r] Uscudamam,[y,p] quod Bessi habitabant, eodem die, quo aggressus[s] est, vicit: Cabylen[a,d] cepit: usque[t] Danubium penetravit. Inde multas supra[v] Pontum positas civitates aggressus est. Illic[d] Apolloniam[e] evertit, Calatin[e,f] Parthenopolin,[g] Tomos,[f,h] Histrum,[e,i] Burziaonem[k,j] cepit:[i] belloque confecto,

Lugd. Bat. 4.—[a] *Aliter* Lugd. Bat. 3.—[m] *Blessis* L.—[r] Delet *oppidum* Lugd. Bat. 4.—[y] *Usque Adamam* Lugd. Bat. 1. *oppidum cuidam* 3. *Uxidamum* 4. *uscudam* 5.—[s] *Ad Bessus* Lugd. Bat. 3.—[a] *Abylen* Lugd. Bat. 1. *Cabulen* Lugd. Bat. 2. et 5. *Cubenem* 3. *cabulem* 4.—[t] Al. *usque ad Danubium*. Sic Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[v] *Super* Lugd. Bat. 1. 3.—[d] *Vicit Apolloniam, evertit* LC.—[e] *Galatiam* S. N. M. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. *Calethim* L.—[f] *Maeso* Lugd. Bat. 5.—[e] *Istrum* Lugd. Bat. 1.—[k] *Burzionem* LC. Lugd. Bat. 5. *Burzanonem* 3. *Burzianonem* 2. *Burtiaonem* 4. *Burcionem* N. *Burziam* V. *Buzionem* L. G. *Burthiaonem* HM. Alii *Byziam et Burchaonem*. Ortelius autem in Thes. Geogr. legerit libentius *Musiam*. Inter *M.* enim et *B.* quædam affinitas: et *C.* a quibusdam ut *S.* pronuntiatur vulgo. ex quo prælectorem putat *Mysiam* legisse, et exscriptorem *Byciam* (ut in quibusd. exemplaribus scriptum habetur) intellexisse. Videtur esse *Bizona* Strabonis [l. VII. p. 220. Ed. MDLXXXVII.] ἐν τῷ μεταξὺ, inquientis, διαστήματι τῷ ἀπὸ Καλάτιδος εἰς Ἀπολλονίαν βεβάδη τέ ἐστιν. Hæc Arriano est Bizos.—[i] Al.

NOTÆ

[a] *Bessis*] Bessi majorem Hæmi montis partem tenent: iidem *Lestæ* vocantur ob latrocinia: tuguria incolunt, vitamque duram degunt, ad Rhodopen pertingunt et Pannones, et Illyriorum Autoriatas et Dardanos. Strab.

[p] *Uscudamam*] Quæ Hadrianopolis et Ælia, et Oresta, ad Hebrum et Taxum fluvios.

[d] *Cabylen*] Bessorum urbem ad Taxum fluvium, ut volunt: sed ego nullam hoc nomine in eo tractu possum invenire. Fortasse hic Eutrop. Calyben dixit urbem Astorum supra Byzantium, in qua Philippus, Amyntæ filius, pessimos homines collocavit, ut refert Strab. Cabylen sive Calyben habent tabulæ supra Rhodopen.

[e] *Apolloniam*] Apollonia Milesiorum colonia, urbs majore sui parte condita in parva quadam insula in Ponti Euxini littore, ubi fanum est Apollinis, unde M. Lucullus Colossum Apollinis, opus Calamidis, sublatum in Capitolio dedicavit. Strab.

[f] *Calatin*] Quæ Callantia et Acervelis, Heracleotarum colonia in littore Euxini, distans ab Apollonia MCCC. stadiis ad Septemtrionem.

[g] *Parthenopolin*] Hujus situs vix certo notari posse arbitror: in Mœsia inferiori fortasse.

[h] *Tomos*] Tomi oppidum in littore Euxini CCLXXX. stadiis distans a Calati, ad Septemtrionem: Ovidii exilio famosum.

[i] *Histrum*] Ister, oppidum a Milesiis conditum, a Tomis distans stadiis CCL. dicitur et *Istria* et *Istropolis*.

[j] *Burziaonem*] Lego *Byziam omnem*. Bizye, sive Bizua, Regia Nerei Thraciæ regis in Astica regione contra Halmydessum.

Romam rediit. Ambo tamen[k] triumphaverunt: Lucullus, qui contra Mithridatem pugnaverat, majori[t] gloria, cum tantorum[l] regnorum victor redisset.[m]

11. Confecto bello Macedonico, manente Mithridatico, quod[n] recedente Lucullo, rex collectis [o]auxiliis reparaverat, bellum Creticum[l] ortum est. Ad id missus[p] Cæcilius[q] Metellus,[m] ingentibus præliis intra[r] triennium omnem provinciam cepit, appellatusque est *Creticus*, atque ex insula triumphavit. Quo tempore[n] Libya[o] quoque Romano imperio, per testamentum Apionis,[p] qui rex ejus fuerat, accessit: in qua inclytæ civitates[q] erant, Berenice,[q] Ptolemais,[r] Cyrene.[q]

12. Dum hæc geruntur,[w] piratæ[r] omnia maria[s] infestabant,[y] ita ut Romanis, toto orbe victoribus, sola navigatio[z]

---

omnem cepit.—[k] *Majore* Lugd. Bat. 2. 4. 5.—[l] *Ducentorum regnorum victor* N. —[m] *Existeret* Lugd. Bat. 5.—[n] *Quo* Lugd. Bat. 1. 2.—[o] *Multis* addit Lugd. Bat. 1.—[p] *Missus est* Lugd. Bat. 2. 3.—[q] *Quintus Cæcilius* Lugd. Bat. 1.—[r] *Infra* Lugd. Bat. 1. duas voces delet 4.—[s] Male quidam geminata litera *Appionis*, ut Lugd. Bat. 1. 3. 4. 5. scribunt. Nam Romanorum Appiorum nomen his Africæ gentibus ignotum fuit: Apis, Ægyptiorum Deus, notissimus: ex quo Apiones videntur denominati.—[t] *Urbes* Lugd. Bat. 1. 2. 3. *res* 4.—[u] *Hereniæ* LC. *Verenice* Lugd. Bat. 2. *Beromoe* 3. *Beronice* 4.—[v] *Ptolemias* Lugd. Bat. 3. *Ptolemagis* 4.—[w] *Aguntur* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[x] *Omnia mari* V. Met.—[y] *Infesti tenebant* L. N. M. F.—[z] Hæc transpositio est 4.

NOTÆ

[k] *Ambo tamen*] Malim: *ambo tandem:* nisi malis *tamen* hic interpretari *tandem.*

[l] *Bellum Creticum*] Romani Cretam, quod Mithridati favisse videbatur, aggressi sunt ann. ab U. C. 680. Primo missus Marcus Antonius Triumviri pater, sexennio post Q. Cæcilius Metellus, qui intra triennium bellum confecit. Vide Flor. III. 7. p. 108.

[m] *Cæcilius Metellus*] Post Consulatum.

[n] *Quo tempore*] Hic errare Eutropium puto, quippe Apion mortuus est, et ex testamento Populum Romanum hæredem reliquit ann. ab U. C. 657. viginti octo annis antequam Cæcilius Metellus in Cretam mitteretur.

[o] *Libya*] Libyam Cyrenaicam intelligit, prope Syrtim Majorem.

[p] *Apionis*] Ptolemæi cognomento Apionis, Cyrenarum regis. Filius erat Ptolemæi Phisconis e concubina Irene.

[q] *Berenice, Ptolemais, Cyrene*] Cyrenaica oppida in ipso littore maris.

[r] *Piratæ*] Supra vidimus contra Piratas bellasse Servilium Isauricum ann. U. C. 674. Nunc eorum reliquias confecit Cn. Pompeius ann. U. C. 687. Utrumque bellum Piraticum dictum uno capite amplexus est Florus III. 6.

tuta non esset. Quare id[a] bellum Cn. Pompeio decretum est; quod intra[b] paucos menses[c] ingenti et felicitate et[c] celeritate confecit. Mox ei delatum bellum etiam contra regem[d] Mithridaten et Tigranen :[f] quo suscepto Mithridaten in Armenia minore nocturno[g] prælio[i] vicit, castra diripuit: quadraginta millibus ejus occisis,[k] viginti[l] tantum[k] de exercitu suo perdidit, et duos[l] centuriones. Mithridates cum uxore[n] fugit,[m] et duobus comitibus. Neque multo[n] post, cum in suos sæviret, Pharnacis filii sui[o] apud milites[p] seditione,[r] ad mortem coactus, venenum hausit. Hunc finem habuit Mithridates: periit autem apud Bosphorum,[q] vir ingentis industriæ consiliique.[r] Regnavit annis[s] sexaginta,[t] vixit septuaginta duobus :[u] contra[v] Romanos bellum habuit annis[w] quadraginta.[w]

Lugd. Bat. codd. nam Vulgati habent: *Ita ut navigatio Romanis, toto orbe victoribus, sola tuta non esset.*—[a] *Id ad* Lugd. Bat. 2.—[b] *Inter* Lugd. Bat. 1.—[c] Desunt *ing. et felic. et* LC. *ingenti et felic.* dedimus ex Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. —[d] *Reges* N. M. A *regem* usque ad *Mithridaten in Armenia* delent Lugd. Bat. 4. 5. sed 2. et 3. ab *et Tigranen.*—[f] Desunt *et Tigranen* V.—[g] *Nocturno tempore præl.* Sc.—[k] XL. *millia ejus occidit* S. M. G. Lugd. Bat. 2. 5. sed 3. et 4. etiam *millibus* delent.—[i] XXX. Sc. et Lugd. Bat. 1. sed 2. delet.—[k] *Tantummodo* Lugd. Bat. 4.—[l] *Sed duo* Lugd. Bat. 5.—[m] *Fugit* Lugd. Bat. 1.—[n] *Multum* Lugd. Bat. 1.—[o] *Filii sui instinctu militum seditione ad mortem* Sc. *Filii sui militum, &c.* Lugd. Bat. 1. sed reliqui a *Pharnacis filii* usque ad *hunc finem* pleniores sunt, et interpolati.—[p] *Militem* Lugd. Bat. 1.—[q] *Bosporum* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[r] *Consiliisque* Lugd. Bat. 2.—[s] *Annos* Lugd. Bat. 1.—[t] XL. V. Sc. HM.—[u] LXXXII. N.—[v] Omittit hæc *contra* usque ad finem capitis Mer. Habet vero Græcus, Vi. P. Sylb. ut et codd. nostri.—[w] *Annos*

NOTÆ

[a] *Intra paucos menses*] Intra quadragesimum diem Flor. 'Quid prius in hac mirere victoria,' inquit, 'velocitatem, quod quadragesimo die parta est? an felicitatem, quod ne una quidem navis amissa sit? an vero perpetuitatem, quod amplius Piratæ non fuerunt?'

[i] *Nocturno prælio*] 'Regem fugientem media nactus Armenia (quanta felicitas viri!) uno prælio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, et Luna in partibus.' Flor. Prælium factum est ann. ab U. C. 687.

[n] *Cum uxore*] Uxorem dicit, quam Plutarch. ejus concubinam vocat, nempe *Hypsicratiam*, quæ Mithridatem in prælia sequebatur, quare eam Mithridates *Hypsicratem* vocabat.

[o] *Pharnacis filii sui...seditione*] Per seditionem popularium a Pharnace filio in turre obsessus venenum sumsit, quod cum tardius subiret, quia multis antea medicaminibus corpus firmarat, immissum percussorem Gallum Sithocum auctoritate vultus territum revocavit, et in eædem suam manum trepidantis adjuvit. Victor.

[w] *Annis quadraginta*] Alii annos 30. alii 42. alii 46. Moritur ann. ab

13. Tigrani[a] deinde Pompeius bellum intulit. Ille se ei dedit,[x] et in castra Pompeii sextodecimo[y] milliario ab Artaxata[z] [y] venit: ac diadema suum, cum procubuisset ad genua Pompeii, in manibus[a] ipsi[b] collocavit: quod ei Pompeius reposuit, honorificeque eum habitum, regni tamen parte[c] mulctavit, et grandi[d] pecunia.[z] Ademta est ei[e] Syria,[a] Phœnice,[f] Sophene :[g] [b] sex[h] millia præterea [c]talentorum[i] argenti, quæ populo Rom. daret,[d] quia bellum sine causa Romanis commovisset.

14. Pompeius mox[e] etiam Albanis[f] bellum intulit, et eorum regem Oroden[g] ter[k] vicit: postremo per epistolas ac[l]

Lugd. Bat. 1. 5.—[a] *Tigrani qui pugnaverat contra Romanos, bellum intulit* LC. —[y] XV. I. C.—[z] *Artasata* Lugd. Bat. 2. *Arcassata* 5.—[a] *Manus ejus* Mer.—[b] *Illius* Lugd. Bat. 4. *Pompeii* 5.—[c] *Partem mulcat* Lugd. Bat. 3.—[d] Abest *grandi* Lugd. Bat. 1. *grandis* Lugd. Bat. 4.—[e] *Adempta est et Syria* Lugd. Bat. 1. *adempta est ei et Syria* Mer. Quæ lectio ex Græco refutari potest, qui his verbis explicat, qua parte regni Tigranem Pompejus mulctaverit. *Adempta* Lugd. Bat. 3.—[f] *Fœnices ofene* Lugd. Bat. 2. 5.—[g] *Sophanene* F. G. quamquam in Græco exemplari vitiosa divulsione scriptum erat Σωφανὴν ἦν. Stephanus Byzantius Σοφηνὴν vocat, et sic etiam Appianus. *Offenæ* Lugd. Bat. 3. *Fosene* 4.—[h] VII. LC. V.—[i] *Auri et argenti, quæ pop.* HM. *Auri et argenti* CCCC. *quæ pop.* V. *talentorum aurique argenti* Lugd. Bat. 2. *talentorum argentique* 4.—[k] *Eorum regem prudentem vicit* S. Lugd. Bat. 2. *Eorum regem prudenter vicit* M. Lugd. Bat. 3. 4. 5. *Eorum regem Herodem prudenter vicit* N. *Eorum regem, Oroden scilicet, prudenter vicit* P.V. Mer. Malim *Oroden ter vicit*, quia plus simplici vice a Pompeio Albanos profligatos esse, ex Dione Cassio constat, lib. XXXVI. et XXXVII. Etiam Rufus Festus: *Orode Albanorum rege, ter victo.* Dio autem non *Orodem* hunc regem, sed *Orosem* vocat.—[l] *Et* Lugd.

NOTÆ

U. C. 690.

[x] *Ille se ei dedit*] Sed hoc ante mortem Mithridatis factum est, eodem anno quo Pompeius in Asiam contra Mithridatem profectus.

[y] *Artaxata*] Armeniæ urbe ad Araxem fluvium, juxta mare Hircanum sive Caspium.

[z] *Et grandi pecunia*] Nusquam invenio Pompeium Tigrani grandem pecuniam imperasse præter eam quam infra exponit.

[a] *Ademta est ei Syria*] 'Eique ademtis Syria, Phœnice, Cilicia regnum Armeniæ restituit.' Epitom. Aliter tamen Plutarch. et verius, quippe Tigrani Syriam, Phœnicen, Ciliciam, Galatiam, Sophenam ademerat Lucullus. Pompeius igitur quod poterat ei Armeniam reliquit. Sophenam præterea ejus filio Tigrani dono dedit.

[b] *Sophene*] Armeniæ Majoris regio, inter Masium et Aulitaunum montes. Ejus regia *Carcathiocerta*, eam Tigranis filio dedit Pompeius. Plutarch.

[c] *Sex millia præterea talentorum*] Id est, 3,600,000. aurei: *trois millions six cents mille écus.*

[d] *Quæ populo Romano daret*] Ut ita damnum sarciret. Plutarch.

[e] *Mox*] Eodem anno, quo contra Mithridatem missus.

[f] *Albanis*] Inter Iberos, mare Caspium, Caucasum montem et Armeniam.

[g] *Oroden*] 'Colchos cecidit, igno-

munera rogatus, veniam ei ac pacem dedit. Iberiæ[m] [h] quoque regem Artacen[n] [i] vicit acie,[o] et in deditionem accepit. Armeniam minorem Deiotaro,[p] [j] Galatiæ[k] regi, donavit, quia socius belli Mithridatici fuerat. Attalo[l] et Pylæmeni[q] Paphlagoniam reddidit.[r] Aristarchum[s] Colchis regem imposuit. Mox Ituræos[m] et Arabas[t] vicit; et cum venisset in Syriam, Seleuciam,[u] [n] vicinam Antiochiæ civitatem, libertate[v] donavit, [w]quod regem Tigranen non recepisset. Antiochensibus obsides[x] reddidit: aliquantum agrorum Daphnensibus[y] [o] dedit,[z] quo[p] lucus[a] ibi[b] spatiosior fieret,[c]

Bat. 1.—[m] *Hyberiæ* L. Bat. 2. *Hiberiore* 4.—[n] *Attacen* F. *Artochem* Florus. *Athatem* Lugd. Bat. 3. *Artatem* 4.—[o] *Asiæ* Lugd. Bat. 3.—[p] *Lotaro* G. *Dejorato* Lugd. Bat. 5.—[q] *Polymeni* Lugd. Bat. 1. *Polemeni: Paflagoniam* 2. *Cotalo et Polæmeni* 3. *Polemeni flagoniam* 4. *Polam.* 5.—[r] *Dedit* Lugd. Bat. 1.—[s] *Aristadrum* Lugd. Bat. 3. *Aristacum* 4.—[t] *Arabes* Lugd. Bat. 3.—[u] *Seleuciæ* Lugd. Bat. 1. *Celeuciam* 3.—[v] *Libertatem* Lugd. Bat. 2. 4.—[w] Al. *eo quod.*—[x] *Obsidem* V.—[y] *Damascensibus* S. N. B. M. G. V. HM. Lugd. Bat. 2. 4. 5. *Damacensibus* 3.—[z] *Reddidit* Lugd. Bat. 3.—[a] *Locus* Lugd. Bat. 1. 2. 4. 5. *quod locus* 3.—[b] *Sibi* Lugd. Bat. 2.—[c] *Spatiosus erat* Lugd. Bat. 3.—[d] *Loci*

NOTÆ

vit Iberiæ, pepercit Albanis. Regem Colchorum Orodem, positis sub ipso Caucaso castris, jussit in plana descendere.' Flor. III. 5. Ubi cur Orodem Colchorum regem vocat, qui fuit Albaniæ, non video. Fortasse scripserat Florus *regem eorum Orodem*, nempe *Albanorum:* nam de rege Iberorum mox pergit, immo et continuo eundem Orodem Albaniæ regem dicit: 'Orodem etiam remuneratus est, ultro ab Albania sua, lectulum aureum, et alia dona mittentem.' Hunc Orodem quidam *Oræsem* vocant. Superiorem meam conjecturam de Floro nunc video etiam in mentem venisse eruditissimo et politissimo Georgio Grævio, qui legendum dicit *regem horum.*

[h] *Iberiæ*] Inter Pontum Euxinum et Albaniam.

[i] *Artacem*] Varie hujus regis nomen scribitur: sed vere Florus 'Arthocem, qui Iberis imperabat, et obsides liberos dare [coëgit].'

[j] *Deiotaro*] Hic est Deiotarus I. quem defendit Cicero.

[k] *Galatiæ*] Galatæ Paphlagonibus versus meridiem sunt. Dicta autem Galatia, quod eam regionem Galli, qui Galatæ dicuntur, occupaverunt. Vide Strab. l. XII.

[l] *Attalo et Pylæmeni*] Quis iste fuerit Attalus ignorare me fateor. Attalus enim ultimus rex Pergami multo ante mortuus. Igitur quidam e Paphlagonum regum familia; ut et Pylæmenes, qui Nicomedis III. filius fuit.

[m] *Ituræos*] Ituræi et Arabes ad Libanium montanam regionem incolunt. Strab.

[n] *Seleuciam*] In Syria ad littus e regione Cypri.

[o] *Daphnensibus*] Qui Daphnem incolunt, vicum Syriæ, nobilissimum

delectatus amœnitate loci,[d] et aquarum abundantia. Inde ad Judæam transgressus,[e] Hierosolymam,[q] caput gentis,[f] tertio mense cepit, duodecim millibus[g] Judæorum occisis, ceteris in fidem acceptis. His gestis, in Asiam se recepit, et finem antiquissimo bello dedit.

15. M. Tullio Cicerone oratore et C.[h] Antonio [t]coss. anno[r] ab urbe condita[t] DCLXXXIX.[t] L. Sergius Catilina, nobilissimi generis vir,[s] sed ingenii pravissimi,[m] ad delendam patriam conjuravit cum quibusdam, claris quidem,[t] sed audacibus viris. A Cicerone urbe expulsus est:[n] socii ejus deprehensi,[o] in carcere strangulati sunt. Ab Antonio altero consule[u] Catilina[p] ipse prælio[q] victus est,[r] et interfectus.

amœn. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. 5.—[e] *Transgressus est* Lugd. Bat. 2. 5.—[f] *Gentis obsedit; non solum natura loci, verum etiam ingenti muro fossaque maxima munitam. Cum alias legiones aliis die nocteque succedere sine requie cogeret, vix tertio mense expugnavit* XIII. [XIV. HM.] *millibus Judæorum occisis, ceteros in fidem accepit; muros civitatis evert. æquarique solo imperavit. His* S. N. B. V. et sic G. (Eadem fere Codd. Leid. 2. 3. 4. 5.) nisi quod in eo (ut etiam HM.) post *imperavit* hæc verba adjiciantur: *cujus circuitus* IV. *millia passuum fuisse dicitur.*—[g] XIII. deleto *millibus* Lugd. Bat. 2.—[h] *Cn.* Lugd. Bat. 2. *Cn.* 4. 5.—[t] *Claris consulibus* G.—[k] *Urbis conditæ* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[l] DCXCIX. F. Capitolini Fasti habent DCXC. Lugd. Bat. 1. DCLXXI. sed 4. DCLXXXVIII.—[m] Al. *et ingenii. parvissimi* Lugd. Bat. 1.—[n] *Urbe* abest a Lugd. Bat. 1. *Est* delet 5.—[o] *Deprensi* Lugd. Bat. 3.—[p] *Katilina* Lugd. Bat. 3.—[q] *Victus prælio, est interfectus* Lugd. Bat. 1. 2. *Victus p. est, et interf.* Lugd. Bat. 3. 4. 5. sed huic *victus* excidit: sed 2. *ab U. C. Sexc.* XX. *Decimo Junio Syllano.*—[r] Desunt

NOTÆ

Antiochiæ suburbium, Apollinis et Dianæ cultu longe celeberrimum.

[p] *Quo lucus*] Hunc locum describit Strab. l. XVI. 'Ulterius est Daphne mediocris vicus, et lucus ingens et opacus, fontanis aquis irriguus, in cujus medio est fanum Apollinis ac Dianæ et asylum. Eo Antiochenses aliique finitimi ad festa celebranda de more conveniunt. Luci ambitus est stadiorum LXXX.'

[q] *Hierosolymam*] Eam cepit Pompeius jejunii die, quo ab omni opere Judæi abstinent, impleta fossa, qua vallabatur, sexaginta pedum profunditate, latitudine CCL. jussitque mœnia dirui, eodem anno quo mortuus Mithridates: ab U. C. 690.

[r] *Anno ab Urbe condita* DCLXXXIX.] DCLXXXX. Est enim annus quo capta Hierosolyma.

[s] *L. Sergius Catilina, nobilissimi generis vir*] 'L. Catilina nobili genere natus, fuit magna vi animi et corporis, sed ingenio malo pravoque.' Sallust. Patricium fuisse constat ex Cicerone et Asconio, ex Sergia familia oriundus, cujus antiquitatem ostendit Virgilius, cum ait: 'Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen.' Hujus familiæ ultimus fuit Catilina.

[t] *Claris quidem*] Inter eos quidam

16. Sexcentesimo[t] nonagesimo anno[v] ab urbe condita, D. Junio Silano et L. Murena coss. Metellus de Creta triumphavit; Pompeius[w] de bello Piratico et Mithridatico. Nulla unquam pompa triumphi[u] similis fuit. Ducti sunt ante ejus currum filii[y] Mithridatis,[x] filius[w] Tigranis, et[z] Aristobulus rex Judæorum: prælata est[z] ingens pecunia,[y] auri atque argenti infinitum pondus.[a] Hoc tempore nullum per orbem terrarum grave bellum erat.

17. Anno urbis conditæ[z] DCXCIII.[b] C. Julius Cæsar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo[c] consul est factus. Decreta est ei Gallia[d] et Illyricum,[a] cum legionibus[e] decem.[f]

---

victus est LC.—[t] *Anno Urbis conditæ non. an. D. Jun. &c.* Lugd. Bat. 3. 5. et 4. qui *Salonio* pro *Silano*.—[u] Delet *de* Lugd. Bat. 1.—[u] *Triumphis militis* Lugd. Bat. 4.—[v] Sic S. N. M. F. et Græcus plurali. Ceteri codd. nostri cum Vin. et Sylb. *filius*. Addunt Ven. Mer. etiam Tigranis *filios:* sed codd. nostros et Græcum metaphr. secuti singulari numero *filius* præferendum censemus.—[w] *Filii* Lugd. Bat. 4.—[z] *Et* delet Lugd. Bat. 1.—[z] Delet *est* Lugd. Bat. 4.—[a] Quidam legunt more Græcorum *auri atque argenti infinitum*, omisso *pondus*. Ven. autem *aurum atque argentum infinitum*. *Et auri et argenti infinita*, deleto *pondus*, Lugd. Bat. 2. quod neque 5. agnoscit. *Et auri atque* 3. 4. —[b] XCVIII. Fr. DCXCVIII. V. Lugd. Bat. 4. sed 3. DCXC.—[c] *Bello* Lugd. Bat. 1. *Libulo* 5.—[d] *Decreta est ei Gallia Transalpina, Cisalpina, et Comata. Senatus addidit et Illyricum cum legionibus denis. Primo vicit Helvetios, &c.* V.—[e] Delet *cum leg. decem* Lugd. Bat. 1.—[f] *Denis primos* Lugd. Bat. 2. *denis primo* 3.—

NOTÆ

Senatorii ordinis, quidam Equestris, multi ex coloniis et municipiis domi nobiles. Adi Sallust. XVII. vide et Florum IV. 1.

[t] *Ab Antonio altero Consule*] Sed tunc Proconsul erat, cum Catilinam vicit.

[v] *Sexcentesimo nonagesimo anno*] Sexcentesimo nonagesimo primo.

[w] *Pompeius*] Pompeius triumphavit anno post Metellum, nempe ann. U. C. 692.

[x] *Filii Mithridatis*] 'Pompeius de liberis Mithridatis, et Tigrane Tigranis filio triumphavit.' Epitom. Plutarch. ante currum ductos fuisse dicit Piratarum duces, filium Tigranis cum uxore et nata, item uxorem Tigranis regis Zozymen, Aristobulum Judæorum ducem, Mithridatis sororem cum ejus liberis, quinque nobiles quasdam fœminas Scythicas, et obsides Iberorum, Albanorum, et Comagenæ.

[y] *Prælata est ingens pecunia*] Ad decem milliones auri.

[z] *Anno Urbis conditæ*] Sexcentesimo nonagesimo quarto, ante Ch. nat. 57.

[a] *Decreta est ei Gallia et Illyricum*] 'Initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adjecto lege Vatinia, accepit, mox per Senatum Comatam quoque, veritis Patribus ne si ipsi negassent, Populus et hanc daret.' Sueton. in Cæsare 22. Hic Vatinius Tribunus Plebis legem tulerat, ut Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium sine Senatus decreto, et

Is primo[c] vicit Helvetios,[a b] qui nunc Sequani[i] appellantur:[k] deinde vincendo per bella gravissima,[l] usque ad Oceanum Britannicum processit. Domuit autem annis novem[m] fere[e] omnem Galliam,[n] quæ inter[o] Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum, et Oceanum est,[p] et circuitu[q] patet[r] ad bis et[s] tricies centena millia passuum. Britannis mox bellum intulit;[e] quibus ante eum[t] ne[u] nomen quidem Romanorum cognitum erat: et[v] eos quoque victos, obsidibus acceptis, stipendiarios fecit. Galliæ autem tributi[w] nomine annuum[x] imperavit sestertium quadringenties:[f] Germanosque[y] trans

[c] *Is primus* Lugd. Bat. 1.—[a] *Elbetios* Lugd. Bat. 1. *Elætios* 3. *Eleuticos* 4.—[i] *Squadi* G. Lugd. Bat. 2. *Secani* 3.—[k] *Appellantur; hi quondam fuere viventes siti inter Alpes et montem Duram, Rhenumque et Rhodanum contra lacum Lemanum. Deinde Julius vincendo* L.—[l] Delet *per bell. gravis.* Lugd. Bat. 2. 4. 5.—[m] VIII. Lugd. Bat. 1.—[n] *Omnes Gallias* Lugd. Bat. 3. *totam Gall.* 4.—[o] *Intra* Lugd. Bat. 4.—[p] *Sunt* Lugd. Bat. 3.—[q] *Circuitus* Lugd. Bat. 4.—[r] *Paret* Lugd. Bat. 5.—[s] *Ad bis tricies centena millia pass.* N. M. Lugd. Bat. 1. 3. *Ad bis et tricies sexcenta millia pass.* L. F. perperam. *Ad tricies centena millia pass.* HM. *ad bis tricies* L. Bat. 2. 4.—[t] Deest *eum* S. Lugd. Bat. 3.—[u] *Nec* Lugd. Bat. 2. 5.—[v] Delet *et* Lugd. Bat. 5.—[w] *Tributi* Lugd. Bat. 4.—[x] *Annum* V. P. et Mer. Lugd. Bat. 3.—[y] *Germanos quoque* Lugd. Bat. 4.—

NOTÆ

extra sortem mandaretur: ut ii, quos in lege nominabat, legati sine Senatus decreto cum Cæsare proficiscerentur, et ut eidem pecunia ex ærario ad exercitum attribueretur.

[b] *Helvetios*] Hi olim Galliæ populi, nunc inter Germanos: inter Juram montem, Rhenum et Rhodanum flumina; vulgo *Suisses*, divisi in Transjuranos et Cisjuranos. Posteriores hic intelligi putat Ortelius, circa Basileam. De hoc bello Gallico vide Florum III. 10.

[e] *Domuit autem annis novem fere*] Hæc omnia ex Suetonio ad verbum: sic enim ille in Cæsare c. 25. 'Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, hæc fere: omnem Galliam, quæ a saltu Pirenæo Alpibusque et monte Gebenna, fluminibusque Rheno et Rhodano continetur, patetque circumitu ad bis et tricies centum millia passuum, præter socias ac bene meritas civitates, in provinciæ formam redegit.'

Annis novem fere] Sueton. *annis novem*, Appianus *decem*, quod verum est, si sex menses demas. Cæsar enim Gallis præfuit geminato quinquennio, sex mensibus minus qui ei adempti sunt vitio belli civilis.

[e] *Britannis mox bellum intulit*] 'Aggressus est et Britannos ignotos antea, superatisque pecuniis et obsides imperavit.' Sueton. ann. ab U. C. 698.

[f] *Sestertium quadringenties*] 'Eique quadringenties in singulos annos stipendii nomine imposuit.' Sueton. Ubi *quadringenties* absolute dicit quod Noster *sestertium quadringenties*, quod idem est, et ita Veteres loquebantur: nota illa *HS.* id est, *sestertium*, vel suppressa vel expressa; cum dice-

Rhenum[g] aggressus, immanissimis[g] prœliis vicit. Inter[e] tot successus ter[h] male pugnavit:[h] apud Arvernos[e i] semel præsens, et absens in[d] Germania bis:[j] nam legati ejus duo,[e] Titurius et Aurunculeius, per insidias cæsi sunt.

18. Circa eadem[f] tempora, anno urbis conditæ[k] DCXCVII.[g] M. Licinius Crassus[h], collega Cn. Pompeii Magni, in consulatu secundo, contra Parthos missus est: et cum circa Carras[l] contra omina[i] et auspicia[m] dimicasset, a Surena,[i n]

---

[g] *Maximis* Lugd. Bat. 4.—[e] *Intra* Lugd. Bat. 4.—[h] *Tot* Lugd. Bat. 3.—[e] *Arbvernes* N. *Arbernos* Lugd. Bat. 1. 2. *Albernos* 3. *Arbenos* 4. *Albrinos* 5.—[d] *A Germ.* Lugd. Bat. 2. 5.—[e] Deest *duo* V. mox *Tuturius* Lugd. Bat. 2. *Tircius* 4. *Arunculejus* Lugd. Bat. 1. *Arunculeus* 2. 3. *Aurunculeus* 5.—[f] *Hæc* Lugd. Bat. 5.—[g] XCIX. Sc. DCXCIX. V.—[h] *Licinnius Crassius* Lugd. Bat. 2.—[i] *Omen* S. N. F. B. Lugd. Bat. 2. 5. Sed 1. mire depravatus. *Omnia* V. corruptissime.

NOTÆ

bant autem decies, vicies, tricies, &c. subintelligebant *centena millia, decies centena millia, vicies centena millia, &c.* Hic igitur *quadringenties* est *quadringenties centena millia sestertium:* quæ summa efficit unum millionem nummum. Lipsius hanc summam minorem putavit, quam par erat Gallias in tributum dare, quare affirmat Suetonium scripsisse ∞∞∞∞; id est, quater millies, nempe decem milliones nummum. Quod si in Suetonio verum est, in Eutropio etiam verum erit.

[g] *Germanosque trans Rhenum*] 'Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte fabricato, aggressus, maximis affecit cladibus.' Sueton.

[h] *Ter male pugnavit*] In Sueton. Sed tres illas vices aliter disponit. 'Per tot successus ter, nec amplius, adversum casum expertus: in Britannia classe vi tempestatis prope absumta, et in Gallia ad Gergoniam legione fusa, et in Germanorum finibus Tiberio et Aurunculeio legatis per insidias cæsis.' Et optime Suetonius.

[i] *Apud Arvernos*] Circa Gergoviam. Hodie *Clermont en Auvergne.*

[j] *Bis*] Immo semel, ut supra ex Suetonio. Eutropium fortasse in errorem induxit, quod alicubi legisset Cottam et Titurium legatos Cæsaris insidiis circumventos cum exercitu cæsos. Item alibi Aurunculeium legatum Cæsaris insidiis circumventum periisse, et ita duobus prœliis tres legatos Cæsaris trucidatos putavit, Cottam, Titurium, et Aurunculeium. Verum Aurunculeius et Cotta unus homo est, dicebatur enim *Cotta, L. Cotta Aurunculeius.* Cotta vero et Titurius simul insidiis Eburonum circumventi sunt ann. ab U. C. 699.

[k] *Anno Urbis conditæ* DCXCVII.] Immo ann. U. C. DCXCIX. Superiori anno Consul fuerat Crassus cum Cn. Pompeio, ambo II.

[l] *Carras*] Mesopotamiæ oppidum.

[m] *Contra omina et auspicia*] *Omina* sunt, quæ ex ore veniunt. *Auspicia*, quæ ex avibus. Utraque hic conjungit Eutrop. quia aquila cum a signifero evelleretur ut iter facerent, retro cessit; et ipse vocem emisit:

Orodis[o] regis duce, victus, ad postremum interfectus est[m] cum[n] filio, clarissimo[o] et præstantissimo juvene.[p] Reliquiæ[q] exercitus per C.[r] Cassium quæstorem[p] servatæ sunt: qui singulari animo perditas res tanta virtute restituit, ut Persas[s] rediens,[t] trans Euphraten crebris prœliis vinceret.

19. Hinc[u] jam bellum civile[q] successit[v] execrandum et lacrymabile; quo,[w] præter calamitates, quæ in prœliis acciderunt, etiam Romani Populi[x] fortuna[e] mutata est. Cæsar enim, rediens ex Gallia victor, cœpit poscere alterum consulatum,[s] atque ita ut sine dubietate ei aliqua deferretur.[y t] Contradictum est a Marcello cos.[z] a Bibulo, a Pompeio,[u] a[a] Catone; jussusque dimissis exercitibus[b] ad

---

—[k] *Surene* Lugd. Bat. 1. *Sureno* 4.—[l] *Oredis* Lugd. Bat. 1. *Ordis* 2. *Horodis* 3.—[m] Deest *est* Lugd. Bat. 3.—[n] Delet *cum* Lugd. Bat. 5.—[o] *Clariss. ejusdem nominis et præst.* V.—[p] *Juveni* Lugd. Bat. 3.—[q] *Reliqui...servati* Lugd. Bat. 3. —[r] Deest *C. S.* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[s] *Persas* [superscribitur *Parthos*] *redientes* S.—[t] *Redigens* Lugd. Bat. 3.—[u] *Hic* Lugd. Bat. 3.—[v] Deest *successit* L.—[w] *Quod* Lugd. Bat. 3.—[x] *Romanæ Reipublicæ forma* Gr.—[y] *Aliqui deferrent.* Sic Cellarius correxit vulgatam lectionem, *aliqua deferretur.* Sic *deferre* etiam postea usurpatur. Priora verba: *atque cum sine dubietate*, Fuldensis, Lugd. Bat. 1. 2. 3. et codd. Oxonienses ita mutant: *atque ita, ut sine dub.* 4. *atque ita ut sine dubitatione aliquanta* 5. *atque ut sine dubietate aliqua ei deferretur.*—[z] Delet *Cos.* Lugd. Bat. 3.—[a] Delet *a* Lugd. Bat. 1.—[b] *Dimisso exer-*

NOTÆ

pontem, quem supra Euphratem construxerat ad exercitum trajiciendum, disjiciendum esse, ut nullus militum effugium haberet, et ita nemò rediret. Adi Plutarch. in Crasso.

[n] *Surena*] A Sillace et Surena. Florus. Surena, nomen dignitatis.

[o] *Orodis*] Olim putaveram hunc Orodem Artabani filium fuisse, sed nunc sententiam demuto; invenio enim eum a Phraate II. genitum. Corrige igitur apud Florum meum p. 117.

[p] *Per C. Cassium quæstorem*] Epitom. Liv. CVIII. C. Cassius Quæstor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit.

[q] *Bellum civile*] Bellum Cæsaris et Pompeii. De quo vide Flor. IV. 2.

[r] *Etiam Romani populi fortuna*] Roma uni parere rursus cœpit.

[s] *Cœpit poscere alterum consulatum*] Cum Senatus de imperio Cæsari abrogando, et successore in ejus locum mittendo decrevisset, Cæsar poposcit, ut sibi Consulatum proximis Comitiis darent, &c. Vide Flor. p. 151. et Sueton. c. 28.

[t] *Deferretur*] Faventibus decem Tribunis Plebis.

[u] *A Pompeio*] Pompeius quidem legem tulerat, ne quis absens Magistratum petere posset: lege jam in æs incisa, recordatus soceri sui C. Cæsaris, eum legi exemit, et errorem suum correxit; sed Marcellus id nullo modo locum habere posse contendit, cum Pompeius per se errorem suum correxisset sine populi auctori-

urbem[v] redire:[e] propter quam injuriam, ab Arimino,[w] ubi milites congregatos habebat, adversum patriam cum exercitu venit. Consules cum Pompeio,[x] senatusque omnis,[y] atque universa nobilitas ex urbe fugit, et in Græciam transiit:[d] apud Epirum,[e z] Macedoniam, Achaiam, Pompeio duce, Senatus contra Cæsarem bellum paravit.

20. Cæsar vacuam urbem ingressus, dictatorem se fecit.[a] Inde Hispanias petiit.[f] Ibi[g] Pompeii exercitus validissimos[b] et fortissimos cum tribus ducibus, L. Afranio, M. Petreio,[h] M. Varrone,[i] superavit.[c] Inde regressus,[k] in[l] Græciam transiit, adversum Pompeium dimicavit.[m] Primo prælio victus est et fugatus:[d] evasit tamen: quia nocte

---

citu Lugd. Bat. 3.—[e] *Redire ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones, quæ apud Luceriam erant, Pompejus cum imperio missus est; propter* S. N. B. V. HM. —[d] *Transit* F.—[e] *Epyrum* Lugd. Bat. 2.—[f] *Petivit* Lugd. Bat. 1. *petit* 3. 5. —[g] *Ubi* Lugd. Bat. 2.—[h] *Petronio* L.—[i] *Barsone* V. Lugd. Bat. 3. 4. 5. *Varsone* 2.—[k] Al. *reversus*.—[l] Præpositionem delent Lugd. Bat. 2. 3. 4.—[m] *Dimi-*

NOTÆ

tate, qua tamen æque opus erat, veluti si lex nova de integro rogata fuisset. Primum igitur Cæsari favebat Pompeius: sed postea obnitente Marcello, et Consulatum negante, dissimulavit Pompeius.

[v] *Ad urbem redire*] Ut Consulatum more Majorum peteret.

[w] *Ab Arimino*] 'Prima Arimino signa cecinerunt.' Florus.

[x] *Consules cum Pompeio*] Eleganter pro *Consules et Pompeius*. Sic apud Virgil. Æneid. I. 'Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.' Hoc est, *Remus et Quirinus jura dabunt*; ut apud Florum notavit eruditissimus Grævius III. 10. De fuga Consulum et Pompeii Sueton. 34. 'Brundusium tetendit, quo Consules Pompeiusque confugerant, quamprimum transfretaturi.'

[y] *Senatusque omnis*] Contra Historiæ fidem hoc dicit Eutropius; neque enim Senatus omnis, sed ejus magna pars. Plutarch.

[z] *Epirum*] Littoralis Græciæ regio est Epirus ad mare Ionium e regione Tarenti.

[a] *Dictatorem se fecit*] Hic etiam errat Eutrop. Senatus enim Cæsarem Dictatorem fecit, et non antequam Hispanias peteret, sed postquam ex iis rediisset. Tunc Cæsar per XI. tantum dies Dictatura usus se ipsum Consulem creavit, collegamque Servilium Isauricum. Plutarch.

[b] *Ibi Pompeii exercitus validissimos*] 'Validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, et L. Afranio, et M. Varrone, in Hispania erant, invasit.' Sueton.

[c] *Superavit*] Sine sanguine et sudore, ut aiunt, eos enim in deditionem apud Ilerdam accepit.

[d] *Primo prælio victus est, et fugatus*] Dum Pompeium apud Dyrrachium obsidet, eruptione ab hostibus facta, fugatus Cæsaris exercitus, triginta duo signa amissa. Plutarch.

interveniente Pompeius sequi noluit: dixitque Cæsar, 'nec Pompeium scire[e] vincere, et illo[a] tantum die se potuisse superari.' Deinde in Thessalia apud [f]Palæopharsalum,[c] productis utrimque[p] ingentibus copiis, dimicaverunt. Pompeii[q] acies habuit XL. millia[r] peditum,[s] equites[h] in sinistro cornu sexcentos, in dextro quingentos;[t] præterea totius Orientis auxilia,[i] totam nobilitatem, innumeros senatores, prætorios, consulares, et qui[t] magnorum jam populorum victores[u] fuissent. Cæsar in acie[v] sua habuit peditum non[w] integra XXX. millia,[j] equites mille.

21. Nunquam adhuc Romanæ copiæ[k] in unum,[x] neque

cavit primum apud Durachium. Primo V.—[a] *Illa* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[c] *Palæopharsalium* B. *Pharsaliam* Sc. *Palæopharsacum* N. L. V. *Palæfarsacum* Lugd. Bat. 2. *Paliofarsacum* 4. *Paleofarsacum* 5.—[p] *Utrique* Lugd. Bat. 2. *utrumque* 3.—[q] *Pompeia* Lugd. Bat. 2.—[r] Plut. XLV. *millia. Millium* Lugd. Bat. 2.—[s] Sic S. N. B. LC. L. M. G. F. V. HM. Lugd. Bat. plerique alii: VII. *millia, in dextro* D. *mille: præterea*, reliquis deletis, Lugd. Bat. 1.—[t] *Quia* Lugd. Bat. 1.—[u] *Bellorum victores* S. N. B. F. V. et Lugd. Bat. 4. 5. *Bellorum ductores* L. LC.—[v] *Facie* Lugd. Bat. 3.—[w] *Non* delet Lugd. Bat. 1.—

NOTÆ

[e] *Nec Pompeium scire vincere*] 'Semel ad Dyrrachium, ubi pulsus, non instante Pompeio, negavit eum vincere scire.' Sueton. Idem Plutarch. et alii.

[f] *In Thessalia apud Palæopharsalum*] Palæopharsalus, id est, *antiqua Pharsalus*, in Phthiotide, intra Penenm et Enipeum fluvios, ubi Philippici campi.

[g] XL. *millia peditum*] Plut. 45. millia.

[h] *Equites*] Omnes equites erant nobiles adolescentes ex equestri genere.

[i] *Præterea totius Orientis auxilia*] Nam inter eas copias regum auxilia recenset Florus. Sed vereor, ne illud contra Historiam sit.

[j] *Non integra* XXX. *millia*] XXII. millia tantum ponit Plutarch.

[k] *Nunquam adhuc Romanæ copiæ*] Imitatio Flori: 'Nunquam uno loco tantum virium Populi Romani, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius millia hinc vel illinc, præter auxilia regum et sociorum.' Sed hoc utique in Floro ferendum est, qui cum trecenta millia Romanorum posuerit, jure potuit dicere nunquam tantum virium populi Romani fortunam vidisse. Eutropius vero, qui hinc et illinc vix LXXX. Romanorum millia numerat, ridicule facit, cum subjunxit, nunquam majores Romanorum copias in unum convenisse. Illud enim, vel ex iis, quæ in superioribus libris scripta sunt, facile refelli potest. Porro, ut hoc obiter addam, hic Eutropii locus unice probat superiorem Flori locum ita legi debere, ut eum ex fide codicis Rychiani refinxit eruditissimus Grævius, quod ego hic dico, quia olim putaveram illa verba *Populi Romani* esse delenda.

majores, neque melioribus ducibus, convenerant, totum terrarum orbem facile subacturæ, si contra barbaros ducerentur.[l] Pugnatum tamen est ingenti contentione: victusque ad postremum Pompeius, et castra ejus[y] direpta sunt. Ipse fugatus, [z]Alexandriam petiit,[a] ut a rege Ægypti,[m] cui tutor a senatu datus fuerat, propter juvenilem ejus ætatem, acciperet auxilia: qui[b] fortunam magis, quam amicitiam secutus, occidit[c] Pompeium:[n] caput ejus et annulum Cæsari misit: quo conspecto, Cæsar etiam[d] lacrymas fudisse dicitur, tanti viri intuens caput, et generi quondam sui.[o]

22. Mox Cæsar Alexandriam venit. Ipsi[e] quoque Ptolemæus[p] parare[f] voluit[g] insidias: qua causa regi bellum illatum est. Victus in Nilo periit,[q] inventumque est corpus ejus cum lorica aurea. Cæsar, Alexandria potitus, regnum Cleopatræ dedit,[r] Ptolemæi sorori, cum qua consuetudinem stupri habuerat.[h] Rediens inde Cæsar, Pharnacen,[s] Mithridatis Magni filium, qui Pompeio in auxilio apud

---

[z] Desunt in unum Mer.—[y] *Contentione. Tandem universus Pompeii fugit exercitus castraque ejus* S. B. Lugd. Bat. 3. 4. *Contentione. Tandem omnis Pompeii exercitus fugit, castra ejus* V. Lugd. Bat. 2. agnoscit etiam *universus Pompeii fugit exercitus. Tandem Pomp. fug. exercitus castraque* 5.—[z] *In Alex.* Lugd. Bat. 2.—[a] *Petit* Lugd. Bat. 1.—[b] Delet *qui* Lugd. Bat. 1.—[c] *Cecidit* Lugd. Bat. 3.—[d] *Etiam* abest Lugd. Bat. 1. sed 3. legit *in.*—[e] *Ipse* Lugd. Bat. 1.—[f] *Paravit* S. B. V. Lugd. Bat. 2. *insidias paravit* 3. 4. 5.—[g] Desunt hæc, *voluit &c.* usque ad *Cæsar* S. B. V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. nisi quod 2. pro *inventumque, &c.* legat *devolutum indicio loricæ aureæ cognitum fuit.*—[h] *Habuerat, quæ postea regio comitatu urbem ingressa est. Rediens* S. B. N. M. V. P. Lugd. Bat. 2.

NOTÆ

[l] *Ducerentur*] Pro *ductæ fuissent.*

[m] *A rege Ægypti*] Ptolemæo Dionyso.

[n] *Occidit Pompeium*] Per Achillam et Pothinum satellites suos.

[o] *Generi quondam sui*] Juliam enim Cæsaris filiam duxerat.

[p] *Ipsi quoque Ptolemæus*] 'Cum Ptolemæo rege, a quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit.' Sueton.

[q] *In Nilo periit*] Nave a fugientium multitudine submersa.

[r] *Regnum Cleopatræ dedit*] Fratrique ejus minori. Sueton.

[s] *Pharnacen*] 'Ab Alexandria in Syriam et inde Pontum transiit, urgentibus de Pharnace nuntiis, quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, jamque multiplici successu præferocem, intra quintum quam affuerat diem, quatuor quibus in conspectum venit horis, una profligavit acie.' Sueton. Ubi ex hoc Eutropii loco patet legendum esse *rebellantem.* Hoc factum ann. ab U. C. 706.

Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto, et multas populi Romani provincias occupantem, vicit acie:[r] postea ad mortem [s]coëgit.[t]

28. Inde Romam[u] regressus, tertio se consulem fecit[v] cum M. Æmilio Lepido, qui ei dictatori magister equitum[w] ante annum fuerat.[x] Inde in Africam profectus[y] est; ubi infinita nobilitas cum Juba, Mauritaniæ rege, bellum reparaverat.[z] Duces autem Romani erant P.[a] Cornelius Scipio,[b] ex genere antiquissimo Scipionis Africani (hic etiam socer[c] Pompeii Magni[d] fuerat), M. Petreius, Q.[e] Varus,[f] M. Porcius Cato, L. Cornelius Faustus, Syllæ dictatoris filius. Contra hos[g] commisso prælio[h] post multas dimicationes victor fuit Cæsar. Cato, Scipio, Petreius, Juba, ipsi se occiderunt: Faustus ['Syllæ quondam[i] dictatoris filius,] Pompeii gener,[k] a Cæsare interfectus est.

Mer.—[i] *Pervicatiæ* Lugd. Bat. 1. *pervicit* Mer. neglecta voce *acie*.—[k] *Egit* Lugd. Bat. 3.—[l] Deest *Romam* M.—[m] Verba ista suasu Sylburgii in meliorem ordinem restituimus. In codd. enim Mss. et vulg. edd. ita turbata leguntur: *qui ei magister equitum Dictatori, &c.* Sic tamen Lugd. Bat. 1.—[n] *Reparaverat apud Capsam. Pugnavit Cæsar cum illis et vicit. Duces autem Romani* V.—[o] Delet *P.* L. B. 1.—[p] Deest *Magni* L. F. L. B. 1. *Marci Pompeii* 5.—[q] Deest Q. G. V.—[r] Sic Lugd. Bat. 3. *Petrejusque Varus* 5. Alii *Varro*.—[s] Desunt *contra hos* F. In Mer. autem omnia a *Syllæ dictatoris fil.* ad *Syllæ quondam dictatoris, &c.* sunt omissa.—[t] Inclusa extant in S. N. M. B. LC. et V. Lugd. Bat. 2. 3. 5. Recte autem expungi debent, cum verosimile non sit, Eutropium idem iisdem verbis in tam exiguo spatio inculcasse.—[u] Deest

NOTÆ

[r] *Postea ad mortem coëgit*] Nescio unde hoc Eutrop. Invenio enim Phraatem cum a Zela, ubi victus fuerat, Bosphorum iret, ab Alexandro quodam interfectum.

[s] *Tertio se consulem fecit*] Ann. U. C. 707.

[t] *Magister equitum ante annum fuerat*] Id est, Qui ei Magister equitum superiori anno fuerat, nempe anno ab U. C. 706. Eo enim anno Cæsar Dictator secundo creatus fuerat.

[u] *Inde in Africam profectus*] 'Deinc Scipionem ac Jubam, reliquias partium in Africa refoventes, devicit.' Sueton. Eodem anno.

[x] *P. Cornelius Scipio*] Pub. Cornelius Scipio Metellus.

[y] *Hic etiam socer*] Filiam enim Corneliam Pompeio in matrimonium dedit. Hæc Cornelia ante Publio Crasso filio, a Parthis cum patre occiso, nupta fuerat.

[z] *Commisso prælio*] Ad Thapson.

[a] *Faustus...Pompeii gener*] Syllæ filius. Flor. p. 164. 'Nemo cæsus imperio præter Afranium, satis ignoverat semel, et Faustum Syllam, didicerat generos timere, filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sylla.' Sed ne hos quidem voluntate ipsius interfectos tradit Sueton.

24. Post annum Cæsar Romam regressus,[a] quarto se consulem fecit,[b] et statim ad Hispanias est profectus; ubi Pompeii filii, Cnæus et Sextus, ingens bellum reparaverant.[m] Multa prælia fuerunt; ultimum[r] apud Mundam[c] civitatem: in quo[y] adeo Cæsar pæne victus est, ut fugientibus suis se voluerit occidere;[d] ne post tantam rei[e] militaris gloriam, in potestatem adolescentium, natus annos[e] sex et quinquaginta,[e] veniret. Denique reparatis suis vicit: ex Pompeii filiis[s] major[f] occisus est, minor fugit.

25. Inde Cæsar, bellis civilibus toto orbe[t] compositis, Romam rediit; agere insolentius cœpit, et contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo et honores ex sua voluntate [z]præstaret,[d] qui a populo antea deferebantur,[t] nec[f] senatui ad se venienti[g] assurgeret,[g] aliaque regia[h] et pæne

---

quondam Lugd. Bat. 3.—[a] *Annum Romam quatuor triumphis ingressus IVto. se* S. M. N. B. G. V. Lugd. Bat. 2. nisi quod *regressus* servet. *post annum unum ...ingressus est* 3. *post annum...IIII. triumphis ingressus Cæs. Rom. rediit* 4. *Romam* IIII. *triumphis ingressus* 5.—[m] *Ubi Pompeii Magni erant. Inter eos ergo multa p. f.* LC. *Ubi Pompeii filii, Gn. Pompeius et VItus. Pompeius...præparaverant, et multa prælia fecerunt* N. *Ubi* (*ibi* Lugd. Bat. 2.) *Pomp. fil. Gn. Pompeius et VItus Pompeius...præparaverant.* (*reparaverant* Lugd. Bat. 3.) *Mult. p. f.* S. M. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4. *Ubi P. f. Q. Pomp. et Sex filii Pompeii Magni ingens bell. præparaverant* B. *Ubi...præparaverant* V.—[r] Al. *ultimum prælium apud.*—[y] *Qua* S. N.—[e] *Regis* Lugd. Bat. 4.—[e] *Natus anno* Lugd. Bat. 1. *natus annis* 3.—[s] *Et ex Pompeii filiis* S. M. *ex Pompei filiis* Lugd. Bat. 1. 3. 4. *ex Pompeii filius* 3.—[f] Delet *orbe* Lugd. Bat. 1.—[t] *Honores sua voluntate patravit* Lugd. Bat. 4.—[t] *Referebantur* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. sed 3. delet *antea.*—[f] *Ne* Lugd. Bat. 3.—[g] *Advenienti resurgeret* Lugd. Bat. 3.—[h] *Aliqua regis*

NOTÆ

[b] *Quarto se consulem fecit*] Ann. U. C. 708.

[c] *Ultimum apud Mundam*] Flor. 'Omnium postrema certaminum Munda.' Et Lucanus: 'Ultima funesta concurrunt prælia Munda.' Munda Bæticæ urbs in inferiori Hispania, non longe a freto Gaditano.

[d] *Ut fugientibus suis se voluerit occidere*] Florus: 'Dicitur in illa perturbatione, et de extremis agitasse secum, et ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet.' Et Sueton. 'In Hispania ultimo prælio, cum desperatis rebus etiam de consciscenda nece cogitavit.'

[e] *Natus annos sex et quinquaginta*] Cum ad Mundam pugnatum est, tunc Cæsar natus annos LV.

[f] *Major*] Cnæus Pompeius.

[g] *Nec Senatui ad se venienti assurgeret*] 'Verum præcipuam et expiabilem sibi invidiam hinc maxime movit: adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque decretis universos Patres Conscriptos sedens pro æde Veneris Genitricis excepit.' Sueton. 78.

tyrannica faceret, conjuratum est in eum a[i] LX.[k] vel amplius[l] senatoribus equitibusque Romanis. Præcipui[m] fuerunt inter[n] conjuratos duo [h]Bruti,[o] ex eo genere Bruti, qui primus[p] Romæ consul fuerat,[q] et reges[r] expulerat; [o]C. Cassius, et Servilius Casca.[t] Ergo Cæsar, cum senatus die[i] inter ceteros venisset ad curiam,[u] XXIII.[v] vulneribus confossus est.[w]

Lugd. Bat. 3.—[i] Delet *a* Lugd. Bat. 4.—[k] CCLX. S. N. M.—[l] Delet *vel amp.* Lugd. Bat. 2.—[m] *Præcipue* Lugd. Bat. 2.—[n] *Intra* Lugd. Bat. 4.—[o] *Bruti, Marcus Brutus, et Decimus Brutus, ex eo* L.—[p] *Prius* Lugd. Bat. 4.—[q] Al. *Consul est factus.*—[r] *Regem* Lugd. Bat. 5.—[s] *Et* Lugd. Bat 3. 4. 5. G. 2. *Cneius* 3. 4.—[t] *Cassor* Lugd. Bat. 3. *Cosca* 4.—[u] *Cum ad Senatum die certa venisset, tribus* S. N. *Cum Senatus die inter cæteros, &c.* F. *cum Senatus diu, &c.* Lugd. Bat. 1. *quum in Senatus die statuta* 3. *cum in Senatu die* 4.—[v] *Tribus et viginti* Lugd. Bat. 2. 5.—[w] Delet *est* Lugd. Bat. 2.

NOTÆ

[h] *Duo Bruti*] Marcus Brutus, et Decimus Brutus Albinus.

[i] *Die*] Idibus Martiis, id est, die 15. mensis Martis, an. ab U. C. 709.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER VII.

ANNO Urbis[a] septingentesimo fere ac nono, interfecto Cæsare, civilia bella reparata sunt. Percussoribus enim Cæsaris senatus favebat.[a] Antonius consul, partium Cæsaris,[b] civilibus bellis opprimere eos conabatur. Ergo turbata republ.[c] multa Antonius scelera committens a senatu hostis judicatus est.[d] Missi ad eum persequendum duo coss.[b] Pansa et Hirtius, et Octavianus[c] adolescens, annos X. et VIII.[d] natus,[e] Cæsaris nepos,[e] quem ille testamento[f] hære-

[a] *Conditæ* addunt Lugd. Bat. 3. 4. 5. (sed hic legit DCCC. *fere ac nono.*) Edd. Aldin. et Juntin.—[b] *Part. Cæsar.* exulant in Lugd. Bat. 3.—[c] Delet *turbat. republ.* Lugd. Bat. 3.—[d] *Judicatus*, deleto *est*, Lugd. Bat. 1. 3. 5. *judicatur* Lugd. Bat. 2. 4. et Ed. Ald.—[e] *Annos* X. *et* VII. *natus, patre Octavio Senatore genitus, maternum genus ab Æneæ per Juliam familiam sortitus Cæsaris, &c.* N. M. S. B. V. HM. Lugd. Bat. 2. nisi quod junctim XVII. et ita 4. sed 5. qui cetera agnoscit, tamen XVIII. legit. *Annos* XVII. *natus, Cæsaris nepos,*

NOTÆ

[a] *Percussoribus enim Cæsaris senatus favebat*] Senatusconsultum factum est de abolitione sancienda, et provinciæ percussoribus decretæ.

[b] *Duo Coss.*] Ann. ab U. C. 610.

[c] *Et Octavianus*] Cujus opes a Cæsare relictas dilacerabat Antonius, dolens enim sibi a Cæsare fuisse prælatum. Vide Flor. IV. 4.

[d] *Annos* X. *et* VIII. *natus*] Tunc jam fere annum XIX. impleverat.

[e] *Cæsaris nepos*] Ex sorore. Attia

dem reliquerat, et nomen suum ferre jusserat.[f] Hic[g] est, qui postea Augustus est dictus,[g] et rerum[h] potitus.[i] Quare profecti contra Antonium tres duces, vicerunt [b]eum.[k] Evenit tamen, ut victores ooss. ambo morerentur.[l] Quare tres[m] exercitus[n] uni[o] Cæsari Augusto paruerunt.

2. Fugatus Antonius, amisso exercitu, confugit[p] ad Lepidum,[q] qui Cæsaris magister equitum fuerat, et tum copias militum grandes habebat; a quo susceptus est.[j] Mox Lepido operam dante,[k] Cæsar cum Antonio pacem fecit: et quasi vindicaturus patris sui mortem, a quo per testamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus, extorsit ut sibi [s]XX. anno [t] consulatus daretur. Senatum proscripsit[m] cum Antonio et Lepido, et[r] rempublicam ar-

---

&c. Lugd. Bat. 1. et Sc.—[f] *Per testamentum* Lugd. Bat. 1.—[g] *Is* Lugd. Bat. 3.—[h] *Rerum fortuna potit.* V.—[i] *Potius* Lugd. Bat. 1.—[k] *Eum apud Mutinam. Ev.* S. N. M. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. Edd. Ald. et Junt.—[l] *Morirentur* Lugd. Bat. 4.—[m] *Tertius* Lugd. Bat. 1.—[n] Deest *exercitus* L.—[o] *Uno* Lugd. Bat. 1. *Unico* 4.—[p] *Confugit in Hispanias ad Lep. qui* V. *Confugit ad Lep. Æmilium qui G. confugit in Gallias* Edd. Ald. et Junt.—[q] *Ætatis* XX. *anno* B. S.—[r] *Ac Lepido remp.* deleto *et* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[s] *Eum* Lugd. Bat.

NOTÆ

enim mater Octavii, filia fuit Juliæ, quæ Cæsaris soror. Sic Cæsar Octavii magnus avunculus.

[f] *Et nomen suum ferre jusserat*] Jubebat enim testator adoptatos nomen suum ferre. Sueton. in Cæsare 83. 'C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit.'

[g] *Augustus est dictus*] Ut eo nomine significaretur eum super humanam conditionem evectum esse: nam *augere* est vox sacrorum, unde *Augustus*.

[h] *Vicerunt eum*] Ad Mutinam intra Padum; hodie *Modene*.

[i] *Confugit ad Lepidum*] Qui trans Alpes legionibus quibusdam præerat.

[j] *A quo susceptus est*] Potius ab ejus militibus receptus est, eo nolente. Vide Plutarch.

[k] *Mox Lepido operam dante*] Postquam Antonius se Lepido conjunxit, ambo cum XVII. legionibus Alpes regressi Bononiam perrexere, ubi eos Cæsar convenit; ibique in insula quadam, quam facit Lavinus Bononiensis fluvius, inita nefanda illa Triumviratus societas.

[l] *Ut sibi* XX. *anno*] Optime Velleius: 'Consulatum iniit Cæsar pridie quam XX. annos impleret. X. Kalendas Octobris, collega Q. Pedio.'

[m] *Senatum proscripsit*] Facta a Triumviris proscriptionis tabula, ubi plurimi Equites Romani, CXXX. Senatorum nomina fuerunt, et inter eos L. Pauli fratris M. Lepidi, et Lucii Cæsaris Antonii avunculi, et M. Ciceronis. Epitom. CXX. Proscribere autem est, publice posita tabula aliquem interficiendum proponere. Vide Florum IV. 6.

mis tenere cœpit. Per hos etiam Cicero orator occisus est, multique alii nobiles.

3. Interea Brutus et Cassius, interfectores Cæsaris, ingens bellum moverunt: erant enim per Macedoniam et Orientem[n] multi exercitus, quos occupaverant. Profecti sunt igitur contra eos[o] Cæsar Octavianus Augustus et M.[p] Antonius (remanserat enim[o] ad defendendam Italiam Lepidus): apud Philippos,[p] Macedoniæ urbem, contra eos[n] pugnaverunt. Primo prælio[q] victi sunt Antonius et Cæsar: periit tamen dux nobilitatis Cassius: secundo Brutum, et infinitam nobilitatem, quæ cum illis bellum gesserat, victam interfecerunt: ac sic inter eos divisa est[r] respublica, ut Augustus[m] Hispanias, Gallias, et Italiam teneret: Antonius Asiam, Pontum,[s] Orientem. Sed in[v] Italia L. Antonius[s] cos.[r] bellum civile commovit, frater ejus, qui cum[s] Cæsare contra Brutum et Cassium dimicaverat. Is apud Perusium,[t] Tusciæ civitatem, victus et captus est, neque occisus.[t]

4. et mox *Octavius:* uti est in vetust. Edd.—[l] Deest *M.* L. *Magnificus* Lugd. Bat. 1. *Marcus* 3. 5.—[m] Desunt *contra eos* G. Lugd. Bat. 1. 4.—[n] Delet *est* Lugd. Bat. 1. sed 2. *sunt.*—[m] *Augustus Octavianus Hisp.* G.—[o] *Et* Lugd. Bat. 5.—[p] *Intra* Vinet. et Sylb. elegantius videtur.—[q] Deest *Antonius* L.—[s] *Eum*

NOTÆ

[n] *Erant enim per Macedoniam et Orientem*] Omnibus transmarinis provinciis exercitibusque in potestatem Bruti et Caii Cassii redactis, coierant Smyrnæ uterque ad ordinanda belli futuri consilia. Epitom. In Syria tres exercitus tunc erant. Ibid.

[o] *Remanserat enim*] 'Relicto ad Urbis præsidium Lepido.' Florus.

[p] *Apud Philippos*] Prope Pharsalum, urbem in Phthiotide.

[q] *Primo prælio*] C. Cæsar et Antonius apud Philippos vario eventu contra Brutum et Cassium pugnaverunt, ita ut dextra utriusque cornua vincerent, et castra quoque utrimque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium mors Cassii fecit, qui cum in eo cornu fuisset quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde prælio victus M. Brutus, et ipse vitam finivit, exorato Strathone fugæ comite, ut sibi gladium adigeret. Epitom.

[r] *L. Antonius Cos.*] L. Antonius Consul, Marci Antonii frater, Fulvia fratris uxore consiliante, bellum Cæsari intulit, receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis assignati erant; et M. Lepido, qui custodiæ Urbis cum exercitu præerat, fuso, hostiliter in Urbem irrupit. Ann. U. C. 712.

[s] *Is apud Perusium*] Ann. U. C. 713. Epitom. Cæsar cum esset annorum

4. Interim[t] a[u] Sex. Pompeio, Cn. Pompeii Magni[x] filio, ingens bellum in Sicilia commotum est,[y] his, qui superfuerant ex partibus Bruti Cassiique,[z] ad eum confluentibus. Bellatum[a] per Cæsarem Augustum[b] Octavianum et M. Antonium adversus[c] Sex. Pompeium.[d] Pax postremo convenit.[e]

5. Eo[f] tempore M. Agrippa in Aquitania[g] rem[h] prospere gessit: et L. Ventidius[i] Bassus irrumpentes in Syriam Persas[k] tribus prœliis vicit.[l] Pacorum,[m] regis Orodis[n] filium, interfecit,[o] eo ipso die, quo olim[p] Orodes,[q] Persarum rex, per ducem Surenam Crassum occiderat. Hic[r] primus de Parthis justissimum triumphum Romæ[s] egit.

6. Interim[t] Pompeius pacem rupit: et navali prœlio victus,[u] fugiens ad[v] Asiam, interfectus est. Antonius, qui Asi-

---

Lugd. Bat. 2.—[b] Duas voces *neq. occis.* delet Lugd. Bat. 5.—[c] Deest *a* Lugd. Bat. 1.—[d] Deest *Magni* S. N. M. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 4. 5. Ald. Junt. et Sc.—[e] Abest *est* a Lugd. Bat. 3.—[f] *Parte Bruti et Cassii* Lugd. Bat. 5.—[g] *Debellatum* Lugd. Bat. 4.—[h] *Adversum* Lugd. Bat. 4. 5.—[i] *Pompejum est* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4.—[k] Desunt hæc *pax postr. conv.* F.—[l] Deest *eo* L. LC. Sed Lugd. Bat. 4. legit *eodem.*—[m] Deest *rem* Sc.—[n] *Et L. Lentulus Bas.* N. *Et L. Lentilius Bas.* M. *Et Ventidius Bas.* LC. *Et L. Ventilius Bass.* B. G. Lugd. Bat. 2. 5. *Vetidius* 3. *Lectullius* 4.—[o] *Syriamque Parthos* Lugd. Bat. 2.—[p] *Vicerunt* L.—[q] *Parthorum* B. V. P. Lugd. Bat. 1. 4. Mer. *Pachorum* Lugd. Bat. 2. *Pastorum* Lugd. Bat. 3. 5.—[r] *Interfecerunt* L.—[s] *Olim Herodes* L. *Olim idem Orodes* S. B. *Ordis* Lugd. Bat. 2. ubique. *Horodis* 3.—[t] Ab *Orod.* usque ad *Romæ* delet Lugd. Bat. 3.—[u] *Is* Lugd. Bat. 4. *Hic primum...gessit.* 3.—[v] Deest *Romæ* G. Sc.—[w] *Interim Sextus Pomp.* Lugd. Bat.

NOTÆ

XXIII. obsessum in oppido Perusiæ L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere et repulsum, fame coëgit in deditionem venire: ipsique et omnibus militibus ejus ignovit. Perusiam diruit. Perusia intra Trasymenum lacum et Tiberim, hodie nomen retinet. Inde autem hoc bellum dictum Perusinum, de quo Florus IV. 5.

[t] *Interim*] Eodem anno, quo Perusia capta.

[u] *Bellatum per Cæsarem Augustum*] Sed pax constituta antequam pugnaretur.

[v] *Aquitania*] Nomen retinet, *Guyene.*

[w] *Regis Orodis*] Orodis I. de quo supra. De bello hoc Parthico vide Flor. IV. 9.

[x] *Interfecit*] Inter Orontem et Euphratem.

[y] *Et navali prœlio victus*] Cum Sextus Pompeius rursus mare latrocinils infestum redderet, nec pacem, quam acceperat, præstaret, Cæsar necessario adversus eum bello suscepto, duobus navalibus prœliis dubio eventu pugnavit ann. U. C. 715. Deinde ann. 717. inter Mylas et Naulachum pugna commissa, eundem superavit, fugavit. Vide Sueton. 16. Pom-

am et Orientem tenebat, repudiata sorore Cæsaris[a] Augusti Octaviani,[y] Cleopatram, reginam Ægypti, duxit uxorem. Contra Persas[a] ipse etiam[a] pugnavit: primis eos præliis vicit: regrediens tamen fame et pestilentia laboravit: et cum instarent Parthi fugienti, ipsis pro victore cessit.[a b]

7. Hic quoque[b] ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra, regina Ægypti, dum cupiditate muliebri[c] optat etiam in urbe regnare. Victus est ab Augusto[d] navali pugna clara et illustri apud Actium,[e c] qui locus in Epiro est: ex qua fugit in Ægyptum: et desperatis rebus, cum omnes ad Augustum transirent,[d] ipse se interemit:[f] Cleopatra sibi aspidem[g] admisit, et veneno ejus extincta

2.—[a] *In* Lugd. Bat. 3.—[y] *Octavia* Lugd. Bat. 4.—[z] *Etiam ipse* Lugd. Bat. 1. 2. at 3. delet *etiam*.—[a] *Ipsi pro vico recessit* Lugd. Bat. 1. *Ipse pro victo recessit* P. Lugd. Bat. 4. *Ipse provictu recessit* 2. *pro victo cessit* 3. *pro victo recessit* 5. *Ipse pro victoria cessit* Vin. Sylb. *Ipse pro victore cessit* V. Mer. Id vero videtur Eutropius significasse, pro eo, quod victor antea Antonius fuerat, nunc cessisse et fugisse.—[b] *His quoque temporibus* V. *Hinc quoque* Lugd. Bat. 3.—[c] *Actiacum* Lugd. Bat. 1.—[d] *Rebus, omnes ad Aug. transierunt* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

peius dum in Asiam fugit deprehensus occiditur.

[z] *Sorore Cæsaris*] Octavia.

[a] *Contra Persas*] Sic semper Parthos vocat. De hoc bello Parthico cum Antonio vide Flor. IV. 10.

[b] *Ipsis pro victore cessit*] In aliis editionibus scriptum fuit: *Ipse pro victoria cessit:* in quibusdam *victo*. Sed ego hunc locum in mendo cubare arbitror; neque enim mirum est eum pro victo recedere, qui vix tertia parte de sexdecim legionibus reliqua evasit. Existimo Eutropium scripsisse, *ipse pro victore recessit*. Nimirum hic Florum imitatur Eutropius: Florus enim de hac fuga Antonii IV. 10. 'Tandem perfugit in Syriam, ibi incredibili quadam mentis vecordia, ferocior aliquanto factus est: quasi vicisset qui evaserat.' Eodem modo Eutrop. ait, Antonium fugientem tamen se pro victore gessisse, et ita recessisse quasi vicisset. De hoc elegantiores homines judicabunt.

[c] *Dum cupiditate muliebri*] 'Hæc mulier Ægyptia ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum imperium petit.' Flor. IV. 2.

[d] *Victus est ab Augusto*] Ann. U. C. 722.

[e] *Actium*] In inferiori parte Epiri ad Ambracium sinum.

[f] *Ipse se interemit*] 'Et Antonium quidem seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum.' Sueton.

[g] *Aspidem*] Aspidem somniculosam, quæ somnum infundit, et ita necat. Quare Florus de morte Cleopatræ: 'Admotisque ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est.'

est. Ægyptus per Octavianum Augustum imperio Rom. adjecta est, præpositusque ei[e] Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Ægyptus Romanum judicem habuit.[h]

8. Ita bellis toto orbe confectis, Octavianus Augustus Romam rediit, XII[f] anno, quam cos. fuerat. Ex eo rempub.[i] per quadraginta et quatuor annos solus obtinuit: ante enim XII. annis cum Antonio et Lepido tenuerat. Ita[g] ab initio principatus ejus usque ad finem LVI. anni fuere. Obiit autem LXXVI.[k] anno,[j] morte communi, in oppido Campaniæ Atella.[k l] Romæ in campo Martio sepultus[l] est:[m] vir qui non immerito ex maxima[n] parte Deo similis est putatus: neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior [XLIV.[o] annis, quibus solus

---

—[e] Cum codd. nostris et F. hæc malumus, quam vulgata, *præpositusque ejus factus est*.—[f] Hæc omnia ab XII. *anno* usque ad XII. *annis* exciderunt ex Lugd. Bat. 1. in quo mox quoque deest *anni fuere*.—[g] Desunt in S. B. et V. ab *Ita* usque ad *nullo tempore, &c.* in proxima sectione; ex iis tamen quædam postea inseruntur. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. eadem delent.—[h] Al. LXXXVI.—[i] Mer. *Obiit autem exstinctus morte communi*, sine expressa annorum mentione. Lugd. Bat. 1. delet *anni fuere, &c.* usque ad *anno, morte*.—[k] *Axello* LC. *Atello* L. *Nolæ morbo interiit* Lugd. Bat. 2. 3. 4. qui ab Eutropii mente recedunt, multaque alia, quæ interpolatoris manum sapiunt, inserunt. *Attela* est in 1. —[l] Al. *sepelitur*.—[m] Delet *est* Lugd. Bat. 1.—[n] *Majori* Lugd. Bat. 1.—[o] In-

NOTÆ

[h] *Hunc primum Ægyptus Romanum judicem habuit*] De Ægypto, postquam provincia facta est, sic optime Strab. lib. ult. Ægyptus nunc provincia est, et tributa maxima pendit, atque ab hominibus modestis administratur, qui in eam mittuntur: qui mittitur regis loco est; ei subest δικαιοδότης, id est *judex*, qui judicia exercendi pleraque potestatem habet. Tum alius ἴδιος λόγος, id est, *rationalis*, qui peculiares rationes curat. Is in ea inquirit, quæ seorsim ad Cæsarem recidunt: hos comitantur Cæsaris liberti et administratores. Ita Strab. Præfectus, erat fere ut apud nos ille quem vulgo dicimus *Gouverneur*. Judex pro eo quem dicimus *Intendant*: judices enim pro Præsidibus provinciarum sæpe occurrit.

[i] *Ex eo Rempub.*] Primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per XII. fere annos, novissime per quatuor et quadraginta solus Rempublicam tenuit. Sueton.

[j] *Obiit autem* LXXVI. *anno*] Sueton. 'Obiit in cubiculo, quo pater Octavius, duobus Sextis Pompeio et Apuleio Coss. XIII. Kal. Septembris, hora diei nona, septuagesimo et sexto ætatis anno, diebus quinque et triginta minus.'

[k] *In oppido Campaniæ Atella*] In Campania mortuum omnes consentiunt, sed Nolæ Sueton. et Victor. Nola vicina Neapoli, Atella vicina Capuæ, utraque in Campania.

gessit imperium,] civilissime vixit:[l] in cunctos[p] liberalissimus,[m] in amicos fidissimus;[n] quos tantis evexit honoribus, ut pæne æquaret fastigio suo.

9. Nullo[q] tempore[r] res Romana magis floruit. Nam, exceptis civilibus bellis, in quibus invictus fuit, Romano adjecit[s] imperio Ægyptum, Cantabriam,[t o] Dalmatiam, sæpe ante victam, sed penitus tunc subactam; Pannoniam,[p] Aquitaniam, Illyricum,[q] [u]Rætiam,[r] Vindelicos,[v s] et Salassos[w t] in Alpibus; omnes Ponti maritimas civitates: in his nobilissimas, Bosphorum[u] et[y] Panticapæon.[u] Vicit autem præliis Dacos;[v] Germanorum ingentes copias cecidit;[x] ipsos quoque trans Albim[a w] fluvium submovit, qui in barba-

clusa desunt quibusdam libris: habent vero Vi. et Sylb. eorumque vestigia etiam in Græca Metaphrasi apparent.—[p] *Cunctis* Lugd. Bat. 1.—[q] *Nunquam magis Rom. res* Lugd. Bat. 3. *Non ullo* 5. qui cum 1. et 4. ordinem *magis Rom. res* etiam invertit.—[r] *Ante eo* Lugd. Bat. 1. *ante Cæsarem* Lugd. Bat. 2. 5. interserunt.—[s] Delet *adjecit* Lugd. Bat. 3.—[t] *Cantabrum* Lugd. Bat. 2.—[u] *Etiam* Lugd. Bat. 1.—[v] *Vindeliacus* Lugd. Bat. 1.—[w] *Talassos* B. S. Lugd. Bat. 3. 4. 5. *Catalassus* N. *Calapsos* LC. *Calassos* Lugd. Bat. 1. *Tallassos* 2.—[x] Sic Lugd. Bat. 2. 5. *Roforum* 3. *Bosorum* 4.—[y] *Et Ponti Cappadocem* B. V. G. Lugd. Bat. 3. 4. 5. *Et Ponticapen* Sc. *Et Panticapen* Fr. *Et Anticapæon* L. LC. V. *Panticaparum* Lugd. Bat. 1. *Panticappadocem* 2.—[z] *Ceciderunt* L. *reddidit* Lugd. Bat. 3.—[a] *Alleam* Lugd. Bat. 1. *Alveum* 2. *Alpem* 4.

NOTÆ

[l] *Civilissime vixit*] Vide quæ notata sunt lib. 1. cap. 10. 'Ut civiles semper essent.' Vide et Sueton. 51. 'Clementiæ civilitatisque ejus multa et magna documenta sunt.'

[m] *In cunctos liberalissimus*] 'Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit.' Sueton. 41.

[n] *In amicos fidissimus*] 'Amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit.' Idem.

[o] *Cantabriam*] Ex Suetonio hoc quoque, 61. Cantabria proprie est *Biscaye*.

[p] *Pannoniam*] Supra Illyricum.

[q] *Illyricum*] Cujus pars Dalmatia, quam supra posuit. Illyricum est Sclavonia.

[r] *Rætiam*] Supra Tridentinos. Rhæti hodie, ut volunt, *les Grisons*.

[s] *Vindelicos*] Supra Rhætos, quorum et ipsi pars sunt. Vindelicum enim dicitur *Rhætia secunda*.

[t] *Salassos*] Supra Segusinos. Ibi Terentius Varro urbem tunc condidit, quam Augustam Prætoriam vocavit.

[u] *Bosphorum et Panticapæon*] In Taurica Chersoneso ad Bosporum Cimmerium.

[v] *Dacos*] Ad Istrum et Tyrum fluvios, *Transilvanis, Valachis*, et *Moldavis*.

[w] *Ipsos quoque trans Albim*] Sueton. 21. 'Germanosque ultra Albim fluvium summovit.'

Albim] Hodie *Elbe*, supra Rhenum, ad quadringentesimum milliarium.

rico[y] longe ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum[c] per Drusum privignum[d] suum[z] administravit, sicut[e] per Tiberium, privignum alterum,[f] Pannonicum, quo bello[a] cccc.[g] millia captivorum ex Germania transtulit, et supra[h] ripam Rheni in Gallia collocavit. Armeniam[b] a Parthis recepit: obsides[i] (quod nulli[k] antea) Persæ[l] ei dederunt:[c] reddiderunt[m] etiam signa Romana, quæ Crasso victo ademerant.[n]

10. Scythæ et Indi,[d] quibus antea Romanorum nomen[o] incognitum fuerat, munera et legatos ad eum[p] miserunt. Galatia[q] quoque sub hoc provincia facta est, cum antea regnum fuisset: primusque eam M.[r] Lollius pro prætore[f]

—[b] *Barbarico solo longe* LC. S. B. *Barbarim* Lugd. Bat. 3.—[c] Deest *bellum* Sc. V.—[d] *Per Drusum priv. alterum Pannonicum quo, &c.* reliquis deletis Lugd. Bat. 5.—[e] Deest *sicut* G.—[f] *Suum* addit Lugd. Bat. 4.—[g] LCCC. *capt. mill.* Lugd. Bat. 1.—[h] *Super* Lugd. Bat. 2.—[i] *Obsides tulit* Lugd. Bat. 2.—[k] *Nulla* Lugd. Bat. 4.—[l] *Parthi* B.—[m] Deest *reddid.* Mer. et Lugd. Bat. 1. et 3.—[n] *Ademerat* Lugd. Bat. 1.—[o] Delet *nomen* Lugd. Bat. 3.—[p] *Eos* Lugd. Bat. 1.—[q] *Galicia* Lugd. Bat. 4.—[r] *Mallolius* Lugd. Bat. 4. *M. Lolius* Lugd. Bat. 5.

NOTÆ

[y] *In Barbarico*] Sic vocat interiorem Germaniam.

[z] *Per Drusum privignum suum*] Drusus et Tiberius Nerones Augusti privigni ex Livia, quam Augustus et ante enixam et gravidam duxit.

[a] *Pannonicum, quo bello*] Sueton. de Germanico bello hoc narrat. Dissentit etiam ab Eutropio, quippe sic scribit: 'Germanico, quadraginta millia dedititiorum trajecit in Galliam, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocavit.' Tiber. 9. et in Augusto 21. 'Ex quibus Germanis Ubios et Sicambros dedentes se traduxit in Galliam.' Igitur in Eutrop. pro cccc. rescribendum xxxx.

[b] *Armeniam*] De Armenia, de signis et obsidibus sic Sueton. 'Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria quæ M. Crasso et Marco Antonio ademerant reposcenti tradiderunt, obsidesque insuper intulerunt.'

[c] *Obsides, (quod nulli antea,) Persæ ei dederunt*] Persæ hic iidem sunt quos superiori versu Parthos dicit. De Parthis enim verum est, ut supra Sueton. et expressius Strabo oculatus testis: 'Parthi autem,' inquit, 'tametsi et ditionem Romanæ habent conterminam, et maxima pollent potentia, tamen Romanorum, nostræque ætatis principum majestati ita concesserunt, ut non spolia modo, quæ de Romanis aliquando retulerant, Romam miserint; sed et filios Phrates Augusto Cæsari nepotesque crediderit, amicitiamque, datis obsidibus, emereri officiose voluerit.'

[d] *Scythæ et Indi*] Scythæ omnes Septemtrionales populi. Hic Sarmatas præcipue et Seras intelligit. Indi ad Gangem, sub rege Poro.

[e] *Galatia*] De qua sic Strabo: 'Nunc Romani et hanc, quæ Amyntæ fuit, tenent provinciam.' Facta est provincia anu. U. C. 728.

administravit. Tanto autem[a] amore etiam[a] apud barbaros fuit, ut reges populi Romani[m] amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Cæsareas nominarent: sicut[n] in Mauritania a rege Juba;[o] et in [b]Palæstina,[p] quæ nunc urbs est clarissima.[q] Multi autem [i]reges[r] ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur: et[s] habitu Romano, togati[t] scilicet, ad vehiculum vel[u] equum[d] ipsius cucurrerunt.[f] Moriens[f] Divus appellatus est.[g] Rempublicam beatissimam[i] Tiberio successori reliquit: qui privignus ei,[k] mox gener,[j] postremo adoptione[k] filius fuerat.

—[a] Delet *autem* Lugd. Bat. 3. *amori* 2.—[a] Delet *etiam* Lugd. Bat. 5.—[m] *Publicæ rei amici* L. *pluri Rom.* Lugd. Bat. 2.—[n] *Sicuti* Lugd. Bat. 2.—[o] Post *Palæstina* in S. B. N. adduntur *ab Herode.*—[p] *Quæ nunc urbes clarissimæ sunt* G. —[q] *Reges ad hunc ex regnis suis* L. LC.—[r] *Qui* Lugd. Bat. 3.—[s] *Rogati* Lugd. Bat. 2.—[t] *Aut* Lugd. Bat. 3. 4.—[u] *Currum ipsius* Sc. et Mer.—[f] *Currerunt* Lugd. Bat. 1. et Schonh.—[f] Quatuor has voces non agnoscunt Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. Sed interserunt, quæ Paulli Diaconi interpolationem sapiunt.—[g] *Divus appellatus est. Vir qui non immerito ex maxima parte Deo similis est putatus; neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior.* XLIV. *annis, quibus solus gessit imperium, civilissime vixit: in cunctis liberalissimus, in amicos fidissimus: quos tantis evexit honoribus, ut pene æquaret fastigio suo.* [Hæc in plerisque codd. manuscriptis et impressis antea inserta habentur, prout ad fin. cap. præcedentis monuimus] *Imperavit annis Lta. et* VI. XII. *cum Antonio,* XL. *vero et quatuor solus. Qui certe nunquam aut reip. ad se potentiam traxisset, aut tamdiu ea potiretur, nisi magnis naturæ et studiorum bonis abundasset. Rempub. beatiss. &c.* S. M. B. et sic in V. in quo etiam post *abundasset* abjiciuntur: *Anno ab urbe condita* DCCLXVI. *remp. Est* deest in Lugd.

NOTÆ

[f] *Pro prætore*] In provincias quotannis missi Prætores, qui provinciales Prætores dicti sunt. Cum post Præturam eo missi, eas pro Prætore administrabant, quamvis eo nomine aliquando abutuntur veteres, et pro Prætore aliquem in provinciam mitti dicunt, qui nec Prætor est, nec Prætor fuit. Provinciæ autem dividebantur in Consulares et Prætorias; in illas Consules, in has Prætores mittebantur.

[g] *In Mauritania a rege Juba*] Strab. 'In hac ora fuit urbs quædam, nomine Jol, quam Juba Ptolemæi pater a se instauratam, mutato nomine, Cæsaream vocavit.' Est in littore maris Mediterranei, et utroque nomine dicitur *Julia Cæsarea*, quasi *Jol Cæsarea.*

[h] *Et in Palæstina*] In littore maris Mediterranei: sed mirum est duas tantum urbes Cæsareas commemorari, cum dicat reges populi Romani amicos singulos ædificasse, &c. ut et Sueton. 60. 'Reges amici atque socii, et singuli in suo quisque regno Cæsareas urbes condiderunt.'

[i] *Multi autem reges*] Ac sæpe regnis relictis, non Romæ modo, sed provincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium præstiterunt.

[j] *Qui privignus ei, mox gener*] Privignus propter Juliam matrem: ge-

11. [j]Tiberius ingenti socordia imperium gessit, gravi crudelitate, [m]scelesta avaritia, turpi libidine. Nam nusquam ipse pugnavit:[l] bella per legatos suos gessit:[m] quosdam reges,[n] per blanditias[n] ad se[o] evocatos, nunquam remisit: in quibus[p] Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in provinciæ[q] formam redegit, et maximam civitatem[o] appellari nomine suo jussit, quæ nunc Cæsarea dicitur, cum Mazaca[r] antea vocaretur.[s] Hic tertio et vigesimo imperii anno, ætatis septuagesimo [p]octavo,[s] ingenti omnium gaudio mortuus est in Campania.[u]

Bat. 1.—[j] *Beatam* Lugd. Bat. 2.—[k] *ejus* Lugd. Bat. 2.—[j] *Gaius Tib.* F. perperam: etsi enim ab Augusto vitrico adoptatus est, tamen ejus prænomen ad suum non adsumsit, sed retento prænomine, nomen tantum gentilitium mutavit; unde et in Fastis Panvinianis nominatur *Tiberius Julius, Divi Augusti filius, Divi Julii nepos; Cæsar.* In L. desiderantur ista: *Tib. ingenti socordia imp. gessit gr. c. sc. av. tur. lib. nem.* Ab initio cap. usque ad *bella per leg.* non agnoscit Lugd. Bat. 3. sed 2. 3. 4. 5. usque ad *nusquam ipse*, alia omnino substituentes.—[m] *Et scelesta* Lugd. Bat. 1.—[n] *Ad se per bl.* Lugd. Bat. 1. *ad se per blanditiam revocatos* 3.—[o] Desunt *ad se* Schonh. et Mer.—[p] *Inter quos* Lugd. Bat. 5.—[q] *In provinciam formam redigit* Lugd. Bat. 1.—[r] *Magaza* V. *Mazata* N. *Mazia* L. LC. *Malaga* L. Bat. 1. *Azaca* L. Bat. 2. *Mazaga* Sc. et L. Bat. 3. 4. *Mazagara* 5.—[s] *Diceretur* Lugd. Bat. 2. 4. 5.—[t] Probant Gr. et plerique Mss. Alii vero habent LXXIX. alii LXXXIII. immo in B. legitur LXXIV. qui etiam a S. N. V. et HM. non dissentit, apud quos immediate post ætatis annum sequuntur: *cum immani furore insontes, noxios, suos pariter externosque puniret resolutis militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœsia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direptæ sunt. Ipse ingenti, &c.* LXXXIIII. Lugd. Bat. 3.—[u] Hæc *ing. omn. gaud. mort. est in Camp.* non agnoscunt Lugd.

NOTÆ

ner, quia Juliam Augusti filiam duxit.

[k] *Postremo adoptione*] 'In Augusti liberos e privigno redactus arrogatione.' Victor. Ubi optime Suetonium interpretatur: 'Simulque privignum Tiberium adoptavit in foro, lege Curiata.'

[l] *Nusquam ipse pugnavit*] Postquam imperium adeptus est scilicet: nam antea multa et industriæ et virtutis documenta ediderat.

[m] *Bella per legatos suos gessit*] 'Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit; nec per eos quidem, nisi cunctanter et necessario.' Sueton. 37.

[n] *Quosdam reges*] Ex Sueton. ibid. 'Quosdam [reges] per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit, ut Marabauduum Germanum, Thrascypolin Thracem, Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in formam provinciæ redegit.'

[o] *Et maximam civitatem*] Mazaca sive Cæsarea Cappadociæ Metropolis, in medio regionis. Strab.

[p] *Hic tertio et vigesimo imperii anno, ætatis septuagesimo octavo*] Sic scribendum, non, ut vulgo *ætatis* 83. Sueton. 'Obiit in villa Luculliana octavo et septuagesimo ætatis anno,

12. Successit ei[q] Caius Cæsar, cognomento[r] Caligula,[r] Drusi privigni [t]Augusti,[t] et ipsius Tiberii nepos: sceleratissimus ac funestissimus:[v] et qui etiam Tiberii dedecora[t] purgaverit.[t] Bellum contra Germanos suscepit;[u] et ingressus Sueviam,[a] nihil strenue fecit. Stupra sororibus[v] intulit: ex una etiam filiam[b] agnovit.[c] Cum adversum cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate sæviret, interfectus in palatio est, anno ætatis [w]XXIX.[d] imperii III.[e] mense X. dieque VIII.

13. Post hunc Claudius[x] fuit, patruus Caligulæ,[y] Drusi, qui apud Mogontiacum[f z] monumentum habet, filius:[f] cujus

---

Bat. 3. 5.—[v] *Tiberio* Lugd. Bat. 2. 4. 5. Pro *Cajus* in 2. est *gravis*.—[w] Delet *cognom.* Lugd. Bat. 3. *Galicula* idem et 2. *Gallicula* Lugd. Bat. 1. 4. 5. ubique.—[x] *Augusti filius, et ipsius* V.—[y] Desunt *ac funest.* V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[z] *Repurgaverit* Lugd. Bat. 2.—[a] *Suaviam* S. N. Lugd. Bat. 2. 4. *Suabiam* 3. 5.—[b] *Natam filiam* Lugd. Bat. 4.—[c] *Cognovit.* Alii *agnovit*, probante Barthio in Advers. l. XXIII. c. 19.—[d] Sic plerique codd. Mss. et optimæ edd. non refragante metaphraste. M. vero habet XX. F. XXIX. L. XXX. HM. Lugd. Bat. 3. XXXVIII. editiones nonnullæ et Lugd. Bat. 2. 3. 5. XXXIX.—[e] IV. V.—[f] *Maguntiam mon. hab. &c.* L. *Maguntiam cum filio monimentum habet: cujus* V. Mer. Fr. *Mogontiam cum* Lugd. Bat. 4. *Moguntium* 5.—[g] Delet *filius* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

tertio et vigesimo Imperii, decimo Kalend. Aprilis; Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro Coss.' Vide notata in Epitom. Victoris in Tiberio.

[q] *Successit ei*] Anno mundi 3986. post Ch. nat. 37. ab U. C. 789.

[r] *Caligula*] Cognomento e calciamento militari tracto, quod caliga dicitur; quod eo calciamento ad demerendos milites uteretur.

[s] *Drusi privigni Augusti, &c.*] Hic aliquid deesse videtur: vel τὸ *nepos* duas habet significationes, significabit enim quod nos dicimus *petit-fils*, et *petit-neveu*. Nam Tiberius et Drusus fratres ambo privigni Augusti: ex Druso et Antonia minore Octaviæ sororis Augusti filia, Germanicus: ex Germanico et Agrippina C. Cæsar Caligula. Vide apud Victorem in Cæsaribus.

[t] *Et qui etiam Tiberii dedecora purgaverit*] Ita flagitiose vixit ut dedecora Tiberii ludus jocusque videantur præ dedecoribus Caligulæ. Hoc enim est quod vocat *purgare dedecora*, nempe ea majoribus dedecoribus delere, inducere.

[u] *Bellum contra Germanos suscepit*] De ridicula illa expeditione vide Sueton. 43.

[v] *Sororibus*] Agrippinæ, Drusillæ, Livillæ.

[w] *Anno ætatis* XXIX.] Sic scribe, non XXXIX. ut vulgo. Sueton. 'Vixit annis XXIX. imperavit triennio et decem mensibus, diebus VIII.'

[x] *Post hunc Claudius*] Ann. mundi 3990. post Ch. nat. 41. ab U. C. 793.

[y] *Patruus Caligulæ*] Quippe Germanici frater, qui Germanicus pater Caligulæ fuit.

[z] *Moguntiacum*] In Gallia Transpa-

et Caligula nepos erat.[a] Hic medie imperavit;[b] multa gerens tranquille atque moderate, quædam crudeliter et insulse. Britanniæ[h] bellum intulit,[c] quam[i] nullus Romanorum post Julium[k] Cæsarem attigerat: eaque devicta per Cn.[l] Sentium,[d] et A.[m] Plautium, illustres et[n] nobiles viros, triumphum celebrem egit, quasdam insulas etiam[o] ultra Britanniam[p] in Oceano positas, Romano[q] imperio addidit, quæ appellantur Orcades,[e] filioque[r] suo[f] Britannici nomen imposuit. Tam civilis autem circa quosdam amicos extitit, ut etiam[s] Plautium, nobilem virum, qui in[t] expeditione Britannica multa[u] egregie fecerat, triumphantem ipse prosequeretur, et conscendenti Capitolium lævus[w] incederet.[v][g] Is[x] vixit [b]annos[x] IV. et LX.[y] imperavit[z] XIV. post mortem consecratus[i] est, Divusque[a] appellatus.

Sed postponit verbis *nepos erat*.—[h] *Britannis* LC. S. N. L. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5. Sc. F. Sed 1. transponit *intul. bell.*—[i] *Quos* LC. S. N. Sc. Lugd. Bat. 5. *quo* 3. *quod* 4.—[k] *Gaium Cæs.* F. itemque Gr. sed ambigue. *Gajum* Lugd. Bat. 2. *Cajum* 3. 4.—[l] *Gn.* de more Lugd. Bat. 2.—[m] *S. Plautium* Lugd. Bat. 1. *Talum Platium* 3. *A. Plancium* 4. 5.—[n] *Ac* Lugd. Bat. 1.—[o] Delet *etiam* Lugd. Bat. 3.—[p] *Britannias* S. N. M. B. L. G. F. V. Sc. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[q] *Imp. Rom.* Lugd. Bat. 3. 4. 5. Pro *filioque* omnes Lugd. Bat. legunt *filio autem*.—[r] *Cum* Lugd. Bat. 5.—[s] Præp. delent Lugd. Bat. 1. 2.—[t] Al. *multa ac egregia fec. multa egregia* Lugd. Bat. 2.—[u] *Lævi* Lugd. Bat. 1. *levius* 2. *lævius* 4.—[w] *Incenderet* Lugd. Bat. 3.—[x] Delent *is* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[y] *Annis* L. Bat. 1.—[z] *Vixit annis* IIII. *et* LXX.—[a] *Imperavit annis* Lugd. Bat. 4.—[b] *Dives-*

NOTÆ

dana supra Mediolanum.

[a] *Cujus et Caligula nepos erat*] Drusus enim avus Caligulæ.

[b] *Hic medie imperavit*] Nove dictum *medie imperare*, pro imperare æqua moderatione et crudelitate, tranquillitate et stultitia.

[c] *Britanniæ bellum intulit*] 'Britanniam potissimum elegit, neque tentatam ulli post Divum Julium, et tunc tumultuantem ob non redditos transfugas.' Suetonius.

[d] *Eaque devicta per Cn. Sentium*] Immo ipse Britanniam devicit, insulas Orcades per duces suos. Vide Victorem in Cæsaribus 115.

[e] *Orcades*] Supra Scotiam. De earum numero non convenit, alii tres tantum esse dicunt, alii XXIII. alii XXX. alii XL.

[f] *Filioque suo*] Germanico, quem ex Messalina susceperat.

[g] *Lævus incederet*] Ut Plautius ei ad dextram esset, qui locus dignior, ut hodie apud nos.

[h] *Is vixit annos*] 'Excessit tertio Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. LXIV. ætatis, imperii XIV. anno.' Sed revera vixit an. 63. mens. 3. regnavit an. 13. mens. 8. dies 20. veneno per Agrippinam uxorem interemtus.

[i] *Post mortem consecratus*] Id est, In Deorum numerum relatus.

14. Successit huic [j]Nero,[k] Caligulæ avunculo suo[k] simillimus,[c] qui Romanum imperium et deformavit et diminuit:[d] inusitatæ luxuriæ,[e] sumtuumque, ut qui[f] exemplo Caii[g] Caligulæ[h] calidis et frigidis [i]lavaret unguentis, retibus aureis[k] piscaretur, quæ[l] blatteis[m] funibus[n] extrahebat.[l] Infinitam [m]partem[o] senatus interfecit; bonis omnibus[p] hostis fuit. Ad[q] postremum se[r] tanto dedecore prostituit, ut et saltaret et cantaret in scena, citharœdico habitu vel[s] tragico.[n] Parricidia[t] multa commisit, fratre,[o] uxore,[p] matre interfectis.[u] Urbem Romam incendit, ut spectaculi ejus imaginem[q] cerneret, quali[v] olim Troja capta arserat. In re militari nihil omnino ausus, Britanniam pæne amisit.[r] Nam duo sub hoc[w] nobilissima oppida capta illic atque

---

que Lugd. Bat. 1. *Deusque* 4.—[b] *Nero, nepos Caii Caligulæ* Sc.—[c] *Similimus* Lugd. Bat. 2.—[d] Desunt *et dimin.* L. LC. *minuit* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[e] *Inusitata luxurie* Lugd. Bat. 2.—[f] *Sumtuum qui ex* Lugd. Bat. 2.—[g] Delet *Caii* Lugd. Bat. 2.—[h] *In calidis* Lugd. Bat. 1. 3. *in frig. et cal. ung. lav.* 2.—[i] Al. *se lavar.*—[k] *Variis* Lugd. Bat. 1.—[l] *Quæ u bl.* Lugd. Bat. 1.—[m] *Blattinis* LC. S. N. B. L. G. Lugd. Bat. 1. 2. 5. *blatinis* 3. 4.—[n] *Finibus* Lugd. Bat. 2.—[o] *Sen. part.* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[p] *Hominibus* Lugd. Bat. 1. 2.—[q] *At* Lugd. Bat. 4.—[r] Delet *se* Lugd. Bat. 2.—[s] *Et tragico* Lugd. Bat. 1.—[t] *Parricida* Lugd. Bat. 2.—[u] *Fratrem, uxorem, matrem interfecit* L. *Fratre matreque interf.* V.—[v] *Quale* Lugd. Bat. 4. 5.—[w] *Eo* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4.—[x] *Duo tamen reg-*

NOTÆ

[j] *Successit huic Nero*] Anno ab U. C. 806.

[k] *Caligulæ avunculo suo*] Avunculus est matris frater. Nero natus ex Agrippina Germanici filia, et Caligula frater fuit Germanici, non igitur fuit avunculus Neronis, sed magnus avunculus.

[l] *Quæ blatteis funibus extrahebat*] *Blatteus* est *purpureus*, non autem *coccineus*. Erravit itaque Xiphilinus et Joannes Antiochenus. Sæpe apud Anastasium, qui vitas Pontificum Maximorum scripsit, legere est *de blattim*, quod nihil aliud est quam de purpura. *Pater meus*. Hic optime Suetonium interpretatur Eutrop. Scripsit enim Sueton. 'Piscatus est reti aurato, purpura, coccoque funibus nexis.'

[m] *Infinitam partem*] Vix quemquam ita locutum arbitror. *Infinita pars* pro *major pars*.

[n] *Citharœdico habitu vel tragico*] Citharœdico, cum ad cantum citharam pulsabat: Tragico, cum Tragœdias canebat. Vide Sueton. in Nerone 21.

[o] *Fratre*] Germanico.

[p] *Uxore*] Immo *uxoribus*. Vide Sueton. 35.

[q] *Ut spectaculi ejus imaginem*] 'Et hoc incendium e turri Mæcenatiana prospectans, lætusque flammæ, ut aiebat, pulchritudine, Halosin Ilii in illo suo scenico habitu decantavit.' Vide Sueton. 38.

[r] *Britanniam pæne amisit*] Camalodunum colonia excisa, et ad septua-

eversa sunt: Armeniam Parthi sustulerunt, legionesque Romanas sub jugum miserunt.[a] Duæ[c] tamen provinciæ[d] sub eo factæ sunt, Pontus [t]Polemoniacus,[s] concedente rege[e] Polemone;[f] [u] et Alpes [v]Cottiæ,[g] Cottio[f] rege defuncto.

15. Per hæc Romano orbi[e] execrabilis, ab omnibus simul destitutus,[f] et a senatu hostis judicatus,[w] cum quæreretur ad pœnam, (quæ pœna erat talis,[x] ut nudus per publicum ductus, furca capiti[g] ejus inserta, virgis usque ad mortem cæderetur, atque ita[h] præcipitaretur de[i] [y]saxo,[h]) e palatio fugit, et in suburbano se liberti[j] sui,[m] [z] quod[n] inter Salariam[o] et Nomentanam[o] [b] viam, ad quartum urbis[p] milliarium, in-

---

na sub eo provincia facta sunt V.—[d] *Sub eo prov.* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[s] *Poleminiacus* Lugd. Bat. 1. *Plemoniacus* 3.—[e] Delet *rege* Lugd. Bat. 4.—[f] *Palæmones* Lugd. Bat. 3.—[g] *Gothiæ* Al. Deest S. B. N. M. G. Lugd. Bat. 2. 3. 4. *Alpes tractio rege* 5.—[f] *Cotta* HM. Deest Sc. *Cottiæ* Lugd. Bat. 1. *Octio* 3. *Coccio* 4.—[e] *Propter hæc Romanæ urbi* Ed. recentiores, sed *Propter hæc Romano orbi* S. N. M. B. G. F. LC. Sc. Gr. *per hæc Romana urbe* Lugd. Bat. 3. *Per hæc R. urbi* Lugd. Bat. 2. 4. *post hæc* 5.—[f] *Simulque dest. est* Lugd. Bat. 1. *destitutus simul et* Lugd. Bat. 2. 4.—[w] *Capite* Lugd. Bat. 1. 3.—[h] Delet *it¢* Lugd. Bat. 1.—[i] *A saxo* Lugd. Bat. 1. *Saxo* Lugd. Bat. 2. 4. delet 3.—[h] *Saxo ligatus in flumen e pal.* G.—[j] *Libertini* Lugd. Bat. 5.—[m] *Sui abscondens interfecit. Is ædificav. &c.* LC.—[n] Al. *quod est inter.* Sic Lugd. Bat. 1. 2. *intra* 3.—[o] *Momentanam* Lugd. Bat. 1. 2. 3. *Numentanam* 4. *Nomentanam* 5.—[p] De-

NOTÆ

ginta millia civium ac sociorum occisa. Vide Tacit. Annal. lib. XIV. cap. 29.

[a] *Legionesque Romanas sub jugum miserunt*] Tunc legionibus præerat Cesennius Pætus, cui Nero tamen ignovit. Tacit. XV. 25.

[t] *Pontus Polemoniacus*] Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium defuncto Cottio, in provinciarum formam redegit. Sueton.

[u] *Polemone*] Hic est Polemon II. filius illius Polemonis, qui ex Zenone Oratore Laodicensi natus erat.

[v] *Alpes Cottiæ*] Supra Alpes maritimas, in Pedemontana regione: ab iis rex dictus *Cottius*.

[w] *Et a senatu hostis judicatus*] Legit in codicillis a Phaonte perlatis se hostem a Senatu judicatum, et quæri ut puniatur more majorum. Sueton. 49.

[x] *Quæ pœna erat talis*] Interrogavit Nero, quale id genus esset pœnæ, et cum comperisset nudi homini cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus duos pugiones arripuit.

[y] *De saxo*] De saxo Tarpeio.

[z] *In suburbano se liberti sui*] Phaontis. Sueton. ‘ Offerente Phaonte liberto suburbanum suum inter Salariam et Nomentanam viam, circa quartum milliarium.’

[a] *Salariam*] A sale dictam, quia per eam sal in Sabinos vehebatur.

[b] *Nomentanam*] Qua a Viminali porta itur. Nomentum, Sabinorum oppidum, in Salariam viam incidebat supra Heretum.

terfecit.[g] [c]Ædificavit Romæ thermas, quæ ante[d] Neronianæ dictæ; nunc[e] Alexandrinæ[c] appellantur. Obiit trigesimo[a] et altero ætatis anno,[d] imperii quarto[b] decimo, atque in eo[e] omnis Augusti familia consumta est.

16. Huic Servius[w] Galba successit,[f] antiquissimæ[g] nobilitatis senator,[g] cum septuagesimum[y] et[z] tertium annum ageret[a] ætatis: ab Hispanis et Gallis[h] imperator electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus.[i] Nam privata ejus vita insignis fuerat militaribus[i] et civilibus rebus;[j] sæpe consul,[j] sæpe pro consule,[d] [k]frequenter dux in gravissimis bellis.[f] Hujus breve imperium fuit,[g] et quod[h] bona haberet exordia, nisi ad severitatem [k]propensior[i] videretur. Insidiis tamen[i] Othonis occisus est, imperii mense septimo; jugulatus in foro Romæ,[l] sepultusque in hortis[l] suis, qui sunt Aurelia via,[m] non longe ab urbe Roma.

let *urbis* Lugd. Bat. 4.—[g] *Interfectus est* Lugd. Bat. 1. deleto *se*, quod superius præcedit.—[r] *Is ed.* Lugd. Bat. 1.—[s] *Antea* Lugd. Bat. 1. 4.—[t] *Nunc autem* Lugd. Bat. 5.—[u] II. Lugd. Bat. 1. 1. 3. 4. 5. sed 2. *trigesimo* tantum. —[v] XXXI. N. G. V. XIII. Lugd. Bat. 1. XX. Lugd. Bat. 3.—[w] *Servilius* Lugd. Bat. 1.—[x] *Antiquæ* V.—[y] LXXXIII. N.—[z] Delet *et* Lugd. Bat. 1. 4.—[a] *Geeret* Lugd. Bat. 1. 2.—[b] Al. *acceptus est*. Ven. autem *electus est*.—[c] Tres hæ voces *et civil. veb.* ex Lugd. Bat. 1. exciderunt.—[d] Al. *sæpe proconsul.* uti Lugd. Bat. 5.—[e] *Et freq.* Lugd. Bat. 5.—[f] *Dux gravissimi belli* V. Præp. delent Lugd. Bat. 2. 4. 5.—[g] Delent *fuit* Lugd. Bat. 2. 4. 5. sed 3. *fuit et quod* non agnoscit.—[h] *Qui* Lugd. Bat. 2.—[i] *Propensius* Lugd. Bat. 3.—[k] Delet *tamen*

NOTÆ

[c] *Nunc Alexandrinæ*] De nomine Alexandri Imperatoris, cujus vitam inferius habebis. P. Victor regione Urbis nona: 'Thermæ Neronianæ, quæ postea Alexandrinæ.'

[d] *Obiit trigesimo et altero ætatis anno*] 'Obiit secundo et trigesimo ætatis anno.' Sueton. Regnavit an. 18. mens. VIII. demtis duobus diebus.

[e] *Atque in eo*] 'Progenies Cæsarum in Nerone defecit.' Sueton.

[f] *Huic Servius Galba successit*] Ann. U. C. 820.

Galba] Hoc illi nomen datum, quod in modum Galbei vel armillæ remedia lana involuta gestaret. Nam Galbeum sive Galbum, a Græco κάρπιον detortum, armillam significat.

[g] *Antiquissimæ nobilitatis Senator*] 'Haud dubie nobilissimus magnaque et vetere prosapia.' Sueton. Erat ex gente Sulpiciorum.

[h] *Ab Hispanis et Gallis*] Tunc Hispaniam regebat Galba, et aderat legatus Aquitaniæ. Adi Sueton. 9.

[i] *Militaribus*] Ob res et in Africa et in Germania gestas triumphalia ornamenta acceperat.

[j] *Sæpe consul*] Bis tantum Consul fuit.

[k] *Nisi ad severitatem propensior*] 'Præcesserat de eo fama sævitiæ et avaritiæ.' Sueton.

17. [m]Otho,[n] occiso Galba, invasit imperium, materno[o] genere nobilior quam paterno,[o] neutro[p] tamen obscuro:[p] in privata vita[p] mollis [[q]et Neronis familiaris], in imperio documentum sui non potuit ostendere. Nam cum iisdem temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius factus esset[r] a Germanicianis[s] exercitibus[q] imperator, bello contra eum suscepto,[t] cum apud[r] Bebriacum[u] in Italia levi[v] prælio victus esset, ingentes[w] tamen copias ad bellum[x] haberet, sponte semetipsum[y] occidit,[z a] petentibus militibus,[b] ne tam cito de belli desperaret eventu, cum tanti se non esse dixisset, ut propter[b] eum civile bellum commoveretur:[c] vo-

Lugd. Bat. 5.—[l] *Mortis ss.* Lugd. Bat. 2.—[m] *Lucius Otho* S. N. M. G. V. HM. Lugd. Bat. 2. 5. *Octo* 3. *Mutius Oto* 4.—[n] Ὁ πάνυ Barthius Advers. lib. VII. c. 3. Eutropii et metaphraste ipsius verba non vacare mendo arbitratur ex his Taciti verbis [Hist. II. 50. 1.] *Origo Othoni e municipio Ferentino. Pater Consularis, avus Prætorius, maternum genus impar, nec tamen indecorum.* Suidas dicit Othonem obscuris majoribus fuisse γένους ἀσήμου, quod Barthius falsum esse asserit, emendatque γένους μὴ ἀσήμου.—[o] Voces ab *neutro* usque ad *vita*, &c. non agnoscit Lugd. Bat. 2.—[p] Deest *vita* L. *in privativa mollis* Lugd. Bat. 1.—[q] Inclusa habent S. M. B. G. V. P. Mer. HM. et metaphrastes: at delent Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[r] *Fuisset* Lugd. B. 3. 5.—[s] *Germaniacis* M. *Germanicis* V. Lugd. Bat. 5. *Germanianis* 3.—[t] *Bellum...suscepit* Lugd. Bat. 4.—[u] *Betriacum* L. G. HM. Lugd. Bat. 3. Plut. in Othone: ἔστι πολίχνη πλησίον Κρημόνης τὸ Βητριακόν. *Briticum* N. M. *Betricam* B. I. C. *Brittannicum* L. B. 1. *Brebium*, sed ab eadem manu margini allita *oppidum in Insubria* Lugd. Bat. 2.—[v] *Brevi* V. Sc. —[w] *Victus cum plures tamen* Lugd. Bat. 1.—[x] Desunt *ad bell.* Vulg.—[y] *Semet*, deleto *ipsum* Lugd. Bat. 2.—[z] *Et petentibus* Sylb.—[a] Deest *militibus* Lugd. Bat. 1.—[b] *Per* Lugd. Bat. 4.—[c] *Oriretur* N. M. B. V. Sc. Lugd. Bat. 2. 3. 5.

NOTÆ

[l] *In foro Romæ*] Ad lacum Curtium.

[m] *Aurelia via*] Itinerarium: via Aurelia a Roma per Tusciam et Alpes maritimas Arelatum usque, sic:

Loria M. P. XII.
Ad turres M. P. X.

[n] *Otho*] M. Salvius Otho. Imperium invasit ann. U. C. 821.

[o] *Materno genere nobilior quam paterno*] Filius enim Albæ Terentiæ, splendidæ fœminæ.

[p] *Neutro tamen obscuro*] Nam paterni Majores Othonis orti Forentino familia vetere et honorata, atque ex principalibus Etruriæ. Proavus ejus Eques fuit, avus M. Salvius Senator, pater L. Otho urbanos honores, Proconsulatum Africæ, et extraordinaria imperia administravit.

[q] *A Germanicianis exercitibus*] Vitellius enim in inferiorem Germaniam a Galba missus fuerat.

[r] *Apud Bebriacum*] Seu *Bebriacum*, seu *Bedriacum*, seu denique *Betriacum* scribas, perinde est: situs autem loci Cremonam inter et Veronam fuit. Tacit.

[s] *Semetipsum occidit*] Uno se trajecit ictu infra lævam papillam. Sueton.

luntaria morte obiit, trigesimo octavo ætatis anno,[t] nonagesimo et quinto[d] imperii die.

18. Dein[e] Vitellius imperio potitus est, familia honorata magis quam nobili:[u] nam pater ejus non admodum clare natus, tres tamen[f] ordinarios gesserat consulatus.[v] Hic cum multo dedecore imperavit, et gravi sævitia notabilis,[w] præcipue ingluvie et voracitate: quippe cum de die[x] sæpe[g] quarto vel quinto feratur epulatus. Notissima certe[h] cœna memoriæ mandata[i] est, quam ei Vitellius frater[k] exhibuit;[y] in qua super[l] ceteros sumtus[z] duo millia piscium, septem avium millia apposita traduntur. Hic[m] cum Neroni[n] simi-

---

abest a Lugd. Bat. 4. in primo *moveretur* legitur—[d] XXV. Lugd. Bat. 1. sed 5. nihil agnoscit.—[e] *Deinde* Lugd. Bat. 4.—[f] Deest G.—[g] Delet *sæpe* Lugd. Bat. 4.—[h] Deest *certe* M.—[i] *Mandanda* Lugd. Bat. 5.—[k] *Super* Lugd. Bat. 4. —[l] *Supra* Lugd. Bat. 4.—[m] *Hac* Lugd. Bat. 2. *Is* 3.—[n] *Neronis* Lugd. Bat. 4.

NOTÆ

[t] *Trigesimo octavo ætatis anno*] 'XXXVIII. ætatis anno et XCV. imperii die.' Sueton. Sed valde confusa sunt initia horum trium Imperatorum Galbæ, Othonis, et Vitellii, quia alius alii statim non successit. Certum est tamen illis tribus unum annum assignandum esse cum diebus XXII.

[u] *Familia honorata magis quam nobili*] Ex familia nobili ortum dicit Victoris Epitom. sed de Vitellii Majoribus multa fuit controversia, aliis aliunde natum tradentibus. Certum est ejus avum P. Vitellium Equitem Romanum fuisse, et rerum Augusti procuratorem: patrem Lucium Vitellium ex Consulatu Syriæ præpositum fuisse.

[v] *Tres tamen ordinarios gesserat Consulatus*] Lucium Vitellium A. Vitellii Imperatoris patrem primo Consulem fuisse invenio cum Paulo Fabio Persico ann. U. C. 786. Ex eo Consulatu in Syriam missus. II. cum Imperatore Claudio ann. U. C. 795. III. cum eodem Imperatore Claudio ann. U. C. 799. *Ordinarios*] Cum quis in locum alterius non sufficiebatur in reliquam anni partem, sed Kalendis Januariis honorem inibat, et anno nomen dabat, is ordinarius Consulatus dicebatur.

[w] *Gravi sævitia notabilis*] Mente crudelem vocat Epitom. Victor. Pronum ad cujusque et quacumque de causa necem atque supplicium Sueton.

[x] *Quippe cum de die*] 'Sed vel præcipue luxuriæ sævitiæque deditus, epulas trifariam, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula et prandia et cœnas comessationesque; facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine.'

[y] *Quam ei Vitellius frater exhibuit*] Cœna adventitia hæc fuit, Imperatore aliunde Romam redeunte: quippe veteres solebant amicos peregre advenientes convivio excipere.

[z] *In qua super ceteros sumtus*] Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem

lis[a] esse [a]vellet,[p] atque id adeo præ se ferret,[q] ut etiam exequias Neronis,[b] quæ humiliter sepultæ fuerant,[r] honoraret,[s] a Vespasiani ducibus occisus est, interfecto prius[t] Sabino,[c] Vespasiani imperatoris[u] fratre, quem cum Capitolio[d] incendit. Interfectus autem est, et[v] cum magno dedecore[e] tractus per urbem Romam publice, nudus, erecta coma et capite,[w] subjecto ad mentum gladio,[x] stercore in vultum[y] et pectus ab omnibus obviis[z] appetitus: postremo[a] jugulatus, et in Tiberim [b]dejectus,[f] etiam communi caruit sepultura. Periit autem ætatis anno septimo et[g] quinquagesimo,[c] imperii mense VIII.[d] et[e] die uno.

—[a] *Simul* Lugd. Bat. 3.—[p] *Velit* Lugd. Bat. 1. 4.—[q] *P.* Lugd. Bat. 1. *adeo se præferre* 4.—[r] *Qui...sepulta fuerat* Lugd. Bat. 2.—[s] *Hic a* Lugd. Bat. 4.—[t] *Prius in urbe Sab.* L. LC. M. G. V. Lugd. Bat. 1. *in urbe prius* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[u] Deest *imperat.* S. N. G. V.—[v] Delent *et* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[w] *Erecta coma capitis, et subjecto* L. LC. N. M. Burd. Legendum forsan, inquit Vinetus, ex Suetonio: *reducta coma a capite.*—[x] *Gladioque.* Lugd. Bat. 4.—[y] *Stercore in vultum*, hæc scriptura Sylb. est et Vineti. *Stercore involuto et pectus* G. V.—[z] Deest *obviis* N.—[a] A *postr.* usque ad *etiam* desunt Lugd. Bat. 4.—[b] Al. *projectus.*—[c] Tres voces delet Lugd. Bat. 1.—[d] XVIII. Sch.—[e] Delet

NOTÆ

avium apposita traduntur.

[a] *Hic cum Neroni similis esse vellet*] Ex Sueton. 11. 'Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ Reipub. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum Sacerdotum frequentia inferias Neroni dedit.'

[b] *Exequias Neronis*] Infra etiam sic locutus est Eutrop. *Exequias revexit*, sed utrobique errorem esse arbitror, scribendumque *reliquias*. Sunt autem *reliquiæ* ossa seu cineres; et *exequiæ* longe aliud. Neque ita loqui mos est. *Pater meus.*

[c] *Interfecto prius Sabino*] Id est, cum prius Sabinum interfecisset Vitellius. 'Sabinumque et reliquos Flavianos, nihil jam metuentes, vi subita in Capitolium compulit, succensoque Templo Jovis Opt. Max. oppressit.' Sueton.

[d] *Quem cum Capitolio*] Ita Sueton. supra Victor. In Gemoniis trucidatum dicit Epitom. Tacit. pro gradibus Palatii confossum.

[e] *Et cum magno dedecore*] Vinctis a tergo manibus productus circumducitur ad spectaculum vulgi: ac ne homo impudens in extremis saltem, malorum quæ gesserat, rubore faciem demitteret, subjecto in mentum gladio, seminudus, multis cœno, fimo et ceteris turpioribus dictu purgamentis vultum ejus incessentibus, per scalas Gemonias trahitur. Epitom. Victor.

[f] *Et in Tiberim dejectus*] Et inde uncо tractus in Tiberim. Sueton.

[g] *Ætatis anno septimo et quinquagesimo*] Idem Sueton. Tacit. Dio, et Zonaras tres fere annos detrahunt, et vixisse aiunt annos quatuor et quinquaginta, dies LXXXIX. imperium autem tenuisse per annum, demtis decem diebus. At Clemens 'menses VII. et diem unum.' Sed apud Cle-

19. Vespasianus huic successit, factus apud Palæstinam[h] imperator,[f] princeps[g] obscure quidem natus,[i] sed optimis comparandus: privata vita illustris; ut qui[k] a Claudio in Germaniam, et[l] deinde[j] in[t] Britanniam missus, tricies et bis cum hoste[t] conflixerit; duas validissimas gentes, XX. oppida, insulam Vectam,[m k] Britanniæ proximam, imperio Romano adjecerit. Romæ se in imperio[n] moderatissime[o] gessit: pecuniæ tantum avidior[l] fuit, ita ut eam nulli[p] injuste auferret:[q] quam cum omni diligentiæ provisione[r] colligeret,[s] tamen[t] studiosissime largiebatur,[m] præcipue indigentibus. Nec facile ante eum cujusquam[u] principis vel major est liberalitas comperta, vel justior:[v] placidissimæ

et Lugd. Bat. 2.—*f* Deest *imper.* Lugd. Bat. 4.—*g* Deest *princeps* G.—*h Et quia* Lugd. Bat. 1.—*i* Non agnoscunt *et* alii, sed Codd. Leidd. 1. 3. 4. 5.—*k* Præpositio abest a Lugd. Bat. 1. et 4.—*l Hosti* F.—*m Veticam* Lugd. Bat. 1. *Victam* Lugd. Bat. 2. 3.—*n* Sex voces desunt in Lugd. Bat. 1.—*o Moderatissimo* Lugd. Bat. 1.—*p Nullis* Sch. Mer. V. Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—*q In* LC. desunt *ita ut eam nulli inj. auferret.*—*r Diligentia provisæ* Lugd. Bat. 4.—*s* Desunt *quam cum...colligeret* L. F.—*t Tantum* Lugd. Bat. 3.—*u Cujusdam* Lugd. Bat.

NOTÆ

mentem legendum est ex Eutropio μῆνας ὀκτὼ, ἡμέρας δ'. 'Menses VIII. diem unum.' Casaub.

[h] *Factus apud Palæstinam*] Tunc bello Judaico præerat Vespasianus. Ad Sueton. 4.

[i] *Obscure quidem natus*] 'Gens Flavia obscura illa quidem, ac sine ullis Majorum imaginibus.' Sueton. Avus Vespasiani vocabatur T. Flavius Petro: coactiones argentarias factitavit. Hujus filius, Vespasiani pater, cognomento Sabinus, publicum quadragesimæ in Asia egit. Vespasianus primus vocatus Imperator de nomine familiæ maternæ: mater enim ejus erat Vespasia Polla, filia Vespasii Pollionis, qui ter Tribunus militum fuerat, Præfectusque castrorum.

[j] *Claudio in Germaniam, et deinde*] Ex Suetonio ad verbum: Claudio Principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est: inde in Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, superque XX. oppida, et insulam Vectam Britanniæ proximam, in deditionem redegit, partim Auli Plautii Consularis legati, partim Claudii ipsius ductu. Sed cum hic Eutropius tricies et bis cum hoste Vespasianum conflixisse dicat, Sueton. vero tricies, nescio an Suetonio addendum sit illud *bis*, an Eutropio detrahendum.

[k] *Vectam*] *Vectis*, vel *Vecta*, sive ut Diodorus *Icta*, maris Britannici insula.

[l] *Pecuniæ tantum avidior*] 'Sola est in qua merito culpetur pecuniæ aviditas.' Sueton. 16. quem vide, ut et Victorem in Epitom. p. 195.

[m] *Studiosissime largiebatur*] 'In omne hominum genus liberalissimus.' Sueton.

lenitatis, ut qui majestatis[n] quoque[o] contra se reos[p] non facile puniret[q] ultra exilii pœnam. Sub hoc Judæa[o] Romano[r] accessit[s] imperio: et Hierosolyma,[p] quæ fuit urbs[t] nobilissima Palæstinæ. Achaiam,[q] Lyciam,[r] Rhodum, Byzantium,[c] Samum,[s] quæ liberæ ante hoc[d] tempus fuerant: item Thraciam,[t] Ciliciam,[e] Commagenen,[f u] quæ sub regibus amicis egerant, in provinciarum formam redegit.

20. Offensarum et[g] inimicitiarum[h] immemor fuit: convicia[i] a causidicis[v] et philosophis in se dicta, leniter[k] tulit, diligens tamen coërcitor disciplinæ militaris. Hic cum Tito

---

Bat. 2.—[n] *Justos* Lugd. Bat. 4.—[o] Deest *quoque* G. Lugd. Bat. 4.—[p] *Contrarios non fac.* Lugd. Bat. 1.—[q] *Punierit* Lugd. Bat. 2. 3.—[r] *Romana* Lugd. Bat. 3.—[s] *Adjecit* Lugd. Bat. 4. qui mox *Hierosolymam*.—[t] *Urbis* Lugd. Bat. 3.—[c] *Bisantium* Lugd. Bat. 2.—[d] *Id* Lugd. Bat. 2. 5.—[e] Vulgo *Tracheam* interponunt, legentes: *Ciliciam, Tracheam, Commagenen*, citra codd. nostrorum, Burd. Fuld. aut metaphrastæ, aut Suetonii (c. 8.) auctoritatem. Sylburgio ergo perperam, ex præcedente *Thraciam*, repetitum videtur. *Idem Thraciam Ciliciam Thraceam Commaginem* Lugd. Bat. 2.—[f] *Cormaginen* Lugd. Bat. 3. *Comagenem* 4. *Commagium* 5.—[g] *Et* delet Lugd. Bat. 1.—[h] Deest *inimic.* B. *amicitiarum* V.—[i] *Conviciam aus.* Lugd. Bat. 1. *Convicia Causid.* 2. *Cervitia*

NOTÆ

[n] *Ut qui majestatis*] Offensarum inimicitiarumque minime memor, &c. Sueton.

[o] *Judæa*] Judæi imperio additi. Victor.

[p] *Hierosolyma*] A Vespasiano capta die 8. Septemb. ann. ab U. C. 822. anno primo ejus imperii.

[q] *Achaiam, &c.*] Ex Sueton. ad verbum, cap. 8.

[r] *Lyciam*] In Asia supra Pamphiliam.

[s] *Samum*] Insulam in mari Icario e regione Ioniæ: hodie *Samo*.

[t] *Item Thraciam*] Ita Sueton. 'Item Thraciam, Ciliciam et Comagenem.' Ubi viri doctissimi τὸ *Thraciam* in *Trachiam* commutant, ut *Trachiam Ciliciam* dixerit Sueton. omissa Thracia. Sed eos refellere videtur hic locus Eutropii, ex Sueton. manifeste depromtus. Thraciæ ante Vespasianum imperio adjectæ, sed tunc a Vespasiano dispositæ, quippe ex Thraciis sex provincias fecit, Thraciam, Æmimontem, Mœsiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen, Europam, in qua secundæ arces orbis Romani sunt positæ. In notitia Imperii: 'sub dispositione viri spectabilis Vicari Diœceseos Thraciarum: EUROPA, THRACIA, ÆMIMONTUS, RHODOPA, MŒSIA-SECUNDA, SCYTHIA.'

[u] *Ciliciam, Comagenen*] 'Ciliciam Trachea et Comagene, quam hodie Augustophratensem nominamus, provinciis accessere.' Victor Epitome p. 195. ubi vide notata.

[v] *Convicia a causidicis*] 'Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac Philosophorum contumaciam, lenissime tulit.' Sueton. *Convicia* vocat Eutrop. Sueton. *figuras*. Victor. *obliqua dicta*. Ubi vide notata, p. 194.

filio[j] de Hierosolymis triumphavit. Per[m] hæc cum[n] senatui et populo, postremo cunctis amabilis ac jocundus[o] esset, profluvio ventris extinctus est in villa propria,[w] circa Sabinos, annum[x] ætatis[p] agens sexagesimum nonum,[q] imperii nonum,[r] et diem septimum,[s] atque[t] inter Divos relatus[y] est. Genituram filiorum[z] ita cognitam[a] habuit, ut, cum multæ contra eum[v] conjurationes[w] fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contemsit, in senatu[x] dixerit, 'aut filios[y] sibi successuros, aut[z] neminem.'

21. Huic Titus filius successit, qui et ipse Vespasianus est dictus, vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut 'amor et deliciæ humani generis' diceretur: facundissimus, bellicosissimus,[a] moderatissimus:[c] causas Latine[d] egit; poëmata et tragœdias Græce composuit. In oppugnatione Hierosolymorum[e] sub patre militans, XII. propugnatores[b] XII. sagittarum ictibus confixit.[d] Romæ tantæ civilitatis in[e] imperio fuit, ut[f] nullum omnino puniret: convictos[g] adver-

4.—[j] *Leviter* Lugd. Bat. omnes.—[i] *Filio Tito* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[m] *Posthæc* Lugd. Bat. 2. 4.—[n] *Cum* delet Lugd. Bat. 4. ceterum *Senatui ita Pop.* 1. *cum Senatu Populo* 2. *et* delent quoque 4. et 5.—[o] Desunt *ac jocund.* L.—[p] Deest *ætatis* L. *agens an.* Lugd. Bat. 2. 3.—[q] *Sexaginta novem* Lugd. Bat. 3.—[r] Desunt *imp. non.* M. Lugd. Bat. 3.—[s] *Nono et die septimo* Lugd. Bat. 1.—[t] *Atque* delet Lugd. Bat. 2.—[u] *Incognitam* Lugd. Bat. 4.—[v] Duas voces delet Lugd. Bat. 2.—[w] *Conjugationes* L. B. 3.—[x] Desunt *in senat.* L. Lugd. Bat. 2. *dixit* 5.—[y] *Suos* Lugd. Bat. 3.—[z] *Ut filios suos successuros faveret neminem* Lugd. Bat. 4.—[a] Deest *moderat.* L. F. LC.—[b] *Latino* Lugd. Bat. 1.—[c] *Hierosolymitanorum* L.—[d] *Conf. ict.* Lugd. Bat. 1.—[e] *In* delet Lugd. Bat. 2.—

NOTÆ

[w] *In villa propria*] In Rheatino rure. Sueton. 'Cytilias ac Rheatina rura, ubi æstivare quotannis solebat, petiit.'

[x] *Annum ætatis*] Vixit annos LXIX. menses VII. dies VII. Regnum obtinuit annos X. sex diebus exceptis.

[y] *Inter Divos relatus*] Quod etiam eum de se futurum sentiret, prima morbi accessione, 'Ut,' inquit, 'puto, Deus fio.'

[z] *Genituram filiorum*] 'Convenit inter omnes tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse, ut post assiduas in se conjurationes ausus sit affirmare Senatui, aut filios sibi successuros, aut neminem.' Sueton.

[a] *Facundissimus, bellicosissimus*] 'Armorum et equitandi peritissimus, Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando vel in fingendis poëmatibus, promtus et facilis, ad extemporalitatem usque.' Sueton.

[b] XII. *propugnatores*] Novissima Hierosolymorum oppugnatione XII. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus. Idem.

sum sese[a] conjurationis[b c] ita dimiserit, ut[d] in eadem familiaritate, qua[m] antea, habuerit.[n] Facilitatis[o] et liberalitatis[p] tantæ fuit,[q] ut cum nulli quicquam negaret,[d] et ab amicis reprehenderetur,[r] responderit, 'nullum tristem[s] debere ab Imperatore discedere.' Præterea cum quadam die in cœna recordatus fuisset, nihil se illo die cuiquam[t] præstitisse, dixerit: 'Amici,[u f] hodie diem perdidi.' Hic Romæ Amphitheatrum ædificavit,[g] et quinque millia[v] ferarum in dedicatione[w] ejus occidit.

22. Per[x] hæc inusitato favore dilectus,[y] morbo periit in ea, qua pater, villa,[z] post biennium, et menses [h]octo,[a] dies XX. quam Imperator erat factus, ætatis anno altero et quadragesimo.[b] Tantus luctus eo mortuo[i] publicus fuit, ut om-

---

[f] *Quod* Lugd. Bat. 3.—[g] *Convictos* Lugd. Bat. 4.—[h] Duas voces delet Lugd. Bat. 3. *Se* Lugd. Bat. 1.—[a] *Conjuratores* Lugd. Bat. 2.—[b] *Conj. dimiserit, et i. e.* Lugd. Bat. 1. *conj. dimisit* 3. *dimisit et i. e....habuit* 3. 5. *dimisit ut* 2. 4.—[m] *Quam* Lugd. Bat. 2. 4. 5.—[n] *Habuerat* Lugd. Bat. 1.—[o] Transponunt Vulg. *fac. tant. fuit et liberal.* sed sic Lugd. Bat. 1. 2. 3. 4.—[p] Desunt *et liber.* L. LC. F.—[q] Desunt *tant. fuit* L.—[r] *Responderetur* seq. voce deleta, Lugd. Bat. 3.—[s] *Nulli se illo die quicquam* Lugd. Bat. 2. *Nulli se ipso die quidquam præstitisse dixit* 5.—[t] *O amici!* Vin. *amicis* Par. *Amici* S. N. B. G. F. V.—[u] *Vel* inserit Lugd. Bat. 3.—[v] *Dedicationem* Lugd. Bat. 5.—[x] *Post hæc* Editio Hearn. Nescio unde, contra omnes Mss. *Per hoc* Lugd. Bat. 4. 5.—[y] Deest *dilectus* LC.—[z] *Illa* Lugd. Bat. 3.—[a] IX. G.—[b] XLII. Lugd. Bat. 1. *altero et*

NOTÆ

[c] *Convictos adversum sese conjurationis*] Duos Patricii generis convictos in affectatione imperii, nihil amplius quam ut desisterent, monuit, dicens: Principatum fato dari; si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum: et confestim quidem ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxiæ filium salvum nuntiarent, &c. Sueton. Adi et Victoris Epitom.

[d] *Ut cum nulli quicquam negaret*] 'Et etiam petere, quæ vellent, ultro adhortaretur.'

[s] *Nullum tristem*] 'Non oportere quenquam a sermone Principis tristem decedere.'

[f] *Amici*] Sueton. 'Amici, diem perdidi.'

[g] *Romæ Amphitheatrum ædificavit*] Immo *dedicavit*. Illud Augustus destinavit, Vespasianus exstruxit, Titus dedicavit. Magna ex parte adhuc extat in Palatium, Cœlium et Ædem Virginis.

[h] *Post biennium et menses octo*] Menses duo: Sueton. 'Excessit in eadem, qua pater, villa, Idibus Septembris, post biennium, ac menses duos diesque XX. quam successerat patri, altero et quadragesimo ætatis anno.' Idem Victor.

[i] *Tantus luctus eo mortuo*] Ex Suetonio: 'Quod ut palam factum est non secus atque in domestico luctu mœrentibus publice cunctis. Senatus priusquam edicto convocaretur, ad Curiam cucurrit; obseratisque ad-

nes tanquam in propria doluerint orbitate. Senatus, obitu ipsius circa vesperam nuntiato,[e] nocte irrupit[d] in curiam,[j] et tantas ei mortuo[e] laudes gratiasque[f] congessit, quantas[g] nec vivo unquam egerat,[h] nec præsenti.[i] Inter Divos relatus est.

23. Domitianus mox accepit imperium,[k] frater ipsius junior,[l] Neroni, aut Caligulæ,[l] aut Tiberio similior,[m] quam patri vel[n] fratri suo. Primis tamen[o] annis moderatus[l] in[p] imperio fuit, mox[q] ad ingentia vitia progressus, libidinis, iracundiæ, crudelitatis, avaritiæ, tantum in se odii[r] concitavit, ut merita et patris et fratris aboleret.[m] Interfecit nobilissimos ex[s] senatu:[n] dominum se et Deum[o] primus[t] appellari jussit; nullam sibi nisi auream et[u] argenteam statuam in Capitolio poni passus est:[v] consobrinos suos interfecit:[p] superbia quoque in eo execrabilis fuit. Expeditiones

desunt 4.—[e] Delet *obitu...nunciato* Lugd. Bat. 3. at 1. *nunciatu*.—[d] *In curiam rupit* Lugd. Bat. 3.—[e] Deest *mortuo* V. *Eo mortuo* Lugd. Bat. 1.—[f] Ordinem debemus codd. Mss. Vulg. *gratias laudesque*.—[g] Omnia hæc usque ad *præsenti* absunt a Lugd. Bat. 1. Sequitur deinde, *ut inter Divos relatus est*.—[h] *Egerant* Lugd. Bat. 4.—[i] Desunt *nec præs.* G.—[k] *Minor* Lugd. Bat. 2.—[l] *Gallicu-læ* Lugd. Bat. 1. 4. 5. *Galiculæ* 2.—[m] *Si melior* Lugd. Bat. 3.—[n] *Aut* Lugd. Bat. 2.—[o] *Tantum* Lugd. Bat. 3.—[p] *In* delent Lugd. Bat. 2. 4.—[q] Deest *mox* B.—[r] *Odii fomitem* V.—[s] Præpos. delet Lugd. Bat. 1. *e* legunt reliqui.—[t] *Prius* Lugd. Bat. 2. 5.—[u] *Aut* Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5.—[v] *Pass. est poni* Lugd.

NOTÆ

huc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit, laudesque congessit, quantas ne vivo quidem unquam, atque præsenti.'

[j] *Nocte irrupit in curiam*] De more quidem, ut justitiam scilicet indiceretur.

[k] *Domitianus mox accepit imperium*] Ann. ab U. C. 833. in fine.

[l] *Primis tamen annis moderatus*] Inter initia usque adeo ab omni cæde abhorrebat, ut absente adhuc patre recordatus Virgilii versum, 'Impia quam cæsis gens est epulata juvencis,' edicere destinavit, ne boves immolarentur. Sueton.

[m] *Ut merita et patris et fratris aboleret*] Tantum fuit illud odium, ut ex eorum animis patris et fratris meritorum memoriam omnem extirparet.

[n] *Interfecit nobilissimos ex senatu*] 'Complures Senatores, in his aliquot Consulares, interemit.' Suet. 10.

[o] *Dominum se et Deum*] Cum Epistolam formalem dictaret, subscripsit, 'Dominus ac Deus noster sic fieri jubet.'

[p] *Consobrinos suos interfecit*] Consobrinos dicit, opinor, cum Patrueles potius dicere debuisset. Domitianus enim interfecit Flavium Clementem Flavii Sabini filium, qui Sabinus Vespasiani frater fuit.

quatuor habuit:[q] unam adversum Sarmatas,[w r] alteram adversum Cattos,[s] duas adversum Dacos. De Dacis Cattisque[v] duplicem[x] triumphum egit: de Sarmatis solam lauream usurpavit.[t] Multas tamen[a] calamitates iisdem[b] bellis passus est: nam in Sarmatia[c] legio ejus cum duce interfecta:[d] et a Dacis Oppius[e] Sabinus consularis,[u] et Cornelius Fuscus,[f] præfectus prætorio,[w] cum magnis exercitibus occisi sunt.[g] Romæ quoque[h] multa opera fecit: in his Capitolium,[x] et Forum [y]transitorium,[i] Odeum,[z] Divorum[k] Porticus Iseum,[l] Serapeum,[a] et

Bat. 2. 4. 5.—[w] *Samnites* Lugd. Bat. 3. *Sarmatos* 4.—[r] *Gothos* G. Lugd. Bat. 1. 5. *Gathos* Lugd. Bat. 3. qui pro *Dacos* eamdem vocem repetit. *Chattos* 2. et mox—[v] *Gothisque* Lugd. Bat. 1. *Gotthisque* 5.—[x] Vulgo legitur *duplicem quidem.* Lugd. Bat. 1. *quidem publice.* Mer. pro *duplicem* habet *publice*, sed perperam. Noster enim in hoc loco exscripsit Suetonium (c. 6.), qui etiam *duplicem* dixit.—[a] L. et Sylburgii est pro vulgari *quidem.*—[b] *His* Lugd. Bat. 4. *hisdem* 5. *hisdem in* 2.—[c] *Sarmatis* Lugd. Bat. 4.—[d] Al. *legiones ejus cum duce interfectæ. Legio interfecta est* Lugd. Bat. 2. 3. 4. *interfectus est* 1.—[e] Sic Lugd. Bat. 2. 3. 4. 5. B. N. G. *Ulpius* Lugd. Bat. 1. *Appius* Vulg.—[f] *Furcus* G. Sc. Lugd. Bat. 2. 3. 4. *Prætorii* 2.—[g] *Occisus est* Lugd. Bat. 3.—[h] *Quæque* Lugd. Bat. 2.—[i] Opera illa Domitiani corrupte et depravate a plerisque scribuntur, v. g. LC. N. M. S. B. L. P. V. *forum transitorium Divorum* habent: Sylburgius *Divorum porticum* addit, *Odeum* negligit, &c. Nos secuti sumus Cellarium et Lævinum Torrentium in Notis ad Suetonii Domitian. c. 5.—[k] *Divorum Porticus* Lugd. Bat. 2. 5. *Duorum Porti-*

NOTÆ

[q] *Expeditiones quatuor habuit*] Ex Suetonio sex.

[r] *Sarmatas*] Sarmatia dividitur in Europæam et Asiaticam. Illa Russia nunc, hæc Tartaria.

[s] *Cattos*] Germaniæ populos, hodie *Hessen.*

[t] *De Sarmatis solam lauream usurpavit*] De Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit. Sueton. 6. quod miror ab Eutropio prætermissum: nam inde constat, lauream Jovi referre, minus esse quam triumphare.

[u] *Oppius Sabinus consularis*] In Dacos duas expeditiones suscepit: primam Appio Sabino oppresso: secundam Cornelio Fusco Præfecto cohortum Prætorianarum. Sueton.

Consularis] Qui jam Consulatu functus fuerat, et revera Appius Sabinus Consul fuerat cum Domitiano, ann. U. C. 836.

[w] *Præfectus prætorio*] Veteres omnem Magistratum, cui pareret exercitus, Prætorem vocabant, et Prætorium tabernaculum ejus. Inde Præfectus Prætorio dicebatur, qui iis militibus præerat, quos Imperator in sui custodiam habebat. Gallice, *Capitaine des Gardes.*

[x] *Capitolium*] Quod rursus arserat, sed illud titulo tantum suo dedicavit, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Suet.

[y] *Forum transitorium*] 'Forum quod nunc Nervæ vocatur.' Sueton. Forum transitorium in IV. regione ponit P. Victor. *Pervium* vocat Victor p. 126. ubi vide notas.

[z] *Odeum*] Sic dicebatur ædificium, in quo Cantores Citharœdi, Tibicines exercebantur. *Odeum* ab ᾠδή, *cantus.*

[a] *Iseum, Serapeum*] Sæpe *Isium*, ac

Stadium. Verum cum ob scelera universis exosus esse cœpisset, interfectus est suorum conjuratione[b] in palatio, anno ætatis[c] XLV.[m] imperii quintodecimo. Funus ejus cum[n] ingenti dedecore per vespillones[o d] exportatum, et ignobiliter est[p] sepultum.

---

cus Lugd. Bat. 4. *Divorum Porticos* Lugd. Bat. 1. 3.—[l] *Isium ac Serapeum* Lugd. Bat. 1. *Ysium ac Serapeum* Lugd. Bat. 2. *Isium*...3. 4. *et studium* 3.—[m] XXXV. B. L. G. F. V. Lugd. Bat. 4. 5. transponentes *æt. an.* In LC. etiam XXXV. sed superscriptum: *dicit Suetonius* XLV.—[n] Al. delent præp.—[o] *Bis piliones* Lugd. Bat. 1. *Vespelliones* 2. *bispelliones* 5.—[p] Mer. non habet *est*, nec Lugd. Bat. 2. qui *consepultum*. *Sepultus* 4.

NOTÆ

Serapium: id est, Templum Isidis et Templum Serapidis.

[b] *Suorum conjuratione*] Oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione, simul et uxoris. Sueton.

[c] *Anno ætatis*] Occisus est XIII. Kal. Septemb. anno ætatis XLV. Imperii XV. Cadaver ejus Sandapila per vespillones exportatum. Sueton.

[d] *Vespillones*] Qui funerandis corporibus conducuntur; sic dicti quia vespertino tempore ea efferebant.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER VIII.

ANNO octingentesimo et[a] quinquagesimo[a] ab urbe condita, Vetere et Valente consulibus, respublica ad prosperrimum statum rediit, bonis principibus ingenti[b] felicitate commissa. Domitiano enim, exitiabili[c] tyranno, Nerva successit, vir[d] in privata vita moderatus[b] et strenuus; nobilitatis mediæ:[c] qui senex admodum,[d] operam dante Petronio[e] Secundo, præfecto prætorio,[f] item Parthenio,[e] interfectore[g] Domitiani,

[a] Delet *et* Lugd. Bat. 2.—[b] *Ingentis* Lugd. Bat. 2.—[c] *Exitiali* Vulgat.—[d] Deest *vir* S. G. B. V. P. Mer. *ut* Lugd. Bat. 2.—[e] *Pettonio* Lugd. Bat. 2. *Prætorio* 3.—[f] Abest hæc vox a Lugd. Bat. 1.—[g] *Interfectoribus* LC.—[h] *Est*

NOTÆ

[a] *Anno octingentesimo et quinquagesimo*] Tunc vere fuit octingentesimus quadragesimus octavus.

[b] *Vir in privata vita moderatus*] 'Quid enim Nerva Narniensi prudentius magisque moderatum?' Victor.

[c] *Nobilitatis mediæ*] Id est, *mediocris*. Sic Victor de Septimio Severo: 'Ortus medie humilis.' Lactantius de vero cultu, l. VI. c. 15. 'Eo igitur imprudentes revolvuntur, quo Peripatetici ratione perveniunt, ut vitia quoniam tolli non possunt medie temperanda sint.' Senatorii ordinis fuisse Nervam docet Victor p. 126.

[d] *Senex admodum*] Anno LXV.

[e] *Parthenio*] Præfecto cubiculi Do-

Imperator factus[a] æquissimum se et civilissimum[i] præbuit. Reip. divina provisione[k] consuluit, Trajanum adoptando.[l] Mortuus est Romæ[m] post annum et quatuor menses[n] imperii sui, ac dies octo, ætatis septuagesimo et altero[o] anno;[h] atque inter[p] Divos relatus est.

2. Successit ei[i] Ulpius Crinitus[q] Trajanus, natus Italicæ in Hispania,[j] familia antiqua magis quam clara. Nam pater ejus primum[r] cos. fuit: Imperator autem apud[l] Agrippinam[s] in Galliis factus est. Remp. ita administravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Inusitatæ civilitatis et fortitudinis fuit.[t] Romani imperii, quod post Augustum defensum magis fuerat, quam[t] nobiliter ampliatum,[t] fines longe lateque diffudit:[u] urbes trans Rhenum in Germania reparavit: Daciam, Decibalo[v] victo,[m] subegit, provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Taiphali, et Victophali, et Thervingi[n] habent.[w] Ea[x] provincia decies centena millia passuum[y] in circuitu tenuit.[z]

addunt Lugd. Bat. 1. 2.—[i] *Et utilissimum* V. P. Desunt Sc. et Lugd. Bat. 1. —[k] *Provisio* Lugd. Bat. 2.—[l] *Primus* Lugd. Bat. 2.—[m] Pro *et alt.* est II. in Lugd. Bat. 1.—[n] *In* Lugd. Bat. 5.—[o] Al. *Ulpius Trajanus Crinitus.*—[p] *Primus* B. Sch. Mer.—[q] *Agrippinam civitatem in Gal.* habent quidam codd.—[r] Abest *fuit* a Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[s] Qui Lugd. Bat. 2.—[t] *Ampliator* Lugd. Bat. 3. —[u] *Diffundit* Lugd. Bat. 1.—[v] Cum litera i omnes fere libri scriptum habent, et metaphrastes etiam Δεκίβαλλος. Alii autem *Decebalo:* quo modo expressit Plinius junior l. x. ep. 16. Græci quoque, Xiphilinus et Zonaras, Δεκέβαλος. Cod. N. vero pro *Decibalo* habet *Trasibalo. Decebalo* etiam Lugd. Bat. 1. *Decibulo* 5. *Deciam de Cuialo* depravate 3.—[w] *Nunc Thaiphali, nunc*

NOTÆ

mitiani.

[f] *Trajanum adoptando*] 'Hic Trajanum in liberi locum, inque partem imperii adoptavit.' Victor. Epitom.

[g] *Post annum et quatuor menses*] Regnavit annum unum, menses quatuor, dies novem.

[h] *Ætatis septuagesimo et altero anno*] Immo sexagesimo sexto.

[i] *Successit ei*] Ann. ab U. C. 850.

[k] *Italicæ in Hispania*] Italica urbs Bæticæ in inferiori Hispania supra Bætim fluvium. Scipio rebus in Hispania compositis, reditum in Italiam parans, omnes Italos vel ægrotos vel saucios in hac urbe collocavit, quam de ipsorum patria Italicam nominavit.

[l] *Apud Agrippinam*] Ad Rhenum, hodie *Cologne.*

[m] *Daciam, Decibalo victo*] Primus aut solus etiam vires Romanas trans Istrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum pileatis, Sacisque nationibus, Decibalo rege. Victor. p. 126.

[n] *Quos nunc Taiphali, et Victophali, et Thervingi habent*] Videtur innuere has

3. Armeniam,[o] quam occupaverant Parthi, recepit, Parthamasire[e] occiso,[p] qui eam tenebat. Albanis regem[q] dedit. Iberorum[t] regem, et Sauromatarum, et Bosphoranorum,[c] et Arabum, et Osdroënorum,[d r] et Colchorum,[e] in fidem accepit. Corduenos,[f s] Marcomedos[t] occupavit: et Anthemusium,[g u]

Victohali et Terungiti habent V. *Nunc Taiphali tenent, et Vict. &c.* Fr. *Nunc Taliphali habent et Thervingi. Ea prov.* LC. *Nunc Taiphali hab. et Thervingi. ea prov.* S. M. L. *Nunc Thaifali Victuali et Terbingi habent* Lugd. Bat. 1. *Taiphali nunc, Victoali et Tirvingi habent* Lugd. Bat. 2. et 3. sed 3. *Tervinci. quos Taipali nunc victo Ali et Tervincti* 5.—[x] *Eo* Lugd. Bat. 3.—[y] *Centena in circ.* F. *Centena millia passuum in circ.* S. N. B. V. HM. Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[z] Sic V. S. HM. F. Lugd. Bat. 1. 2. 3. quod maluit Sylb. quoniam Dacia illa Transdanubiana, Gallieno temporibus amissa, post ab Aureliano plane intermissa. Vulg. *tenet.*—[a] Sic scribere Cellario placuit, Xiphilinum secuto; nec multum differt HM. quæ *Pharmatasire* legit. Lugd. Bat. 1. *Parthomasiri.* 2. 5. *Farmato Syriæ.* 3. *Formato Syriæ.* Eutropii libri mirum in modum variant. Burd. *Phernace Syro occiso.* Sch. Mer. et codd. plerique nostri *Sarmato rege occciso.* S. B. G. V. *Sarmato rege Syriæ occiso.* Aldinæ et Juntina *Sarmato Syriæ* deleto *rege.*—[b] *Hyberorum* Lugd. Bat. 2.—[c] *Bosphortinorum* LC. *et Arm* Lugd. Bat. 1. *et Arabum* 2. 3. inserunt.—[d] *Osdranorum* Lugd. Bat. 1. *Osdrænorum* Schonh. *Osdronorum* Aldd. et Junt.—[e] *Et in fid.* Lugd. Bat. 3.—[f] *Carduenos.* Sic B. N. G. Burd. HM. F. nec aliter LC. nisi quod *Chardicenos* legat. Nostram lectionem confirmat Sextus Rufus c. XX. adeo ut Sylb. nil dubitet pro metaphrastæ Ἀρδουηρῶν legendum esse Καρδουηρῶν. Eutropiani libri excusi fere omnes habent *Adiabenos*, si Parisiensem, in quo etiam legitur *Carduenos*, et

NOTÆ

gentes post Dacos Daciam occupasse, et loca finitima.

[o] *Armeniam*] 'Simul ad ortum Solis cunctæ gentes, quæ inter Indum et Euphratem amnes inclytos sunt, concussæ bello.' Victor.

[p] *Parthamasire occiso*] Vulgo *Pharnace Syro occiso.* Sed optime monuerunt viri doctissimi hic legendum *Parthamosiri.* Scripserat Dion Παρθαμάσιρις δὲ τῶν Ἀρμενίων (βασιλέα) ἐτιμωρήσατο, quod Eutropius ita interpretatus est, *Parthamosiri Armeniorum rege occiso.* Sed verbum ἐτιμωρήσατο non citius *occidit* significat, quam *punivit, pœnas sumsit, ultus est, &c.* et falsum videtur illum regem fuisse occisum. Quare et Sextus Rufus illi tantum diadema sublatum scribit: 'Armeniam recepit a Parthis, sublato diademate regi Armeniæ Majoris, regnum ademit.' Pæanius, qui Eutropium Græce vertit, hæc inscitissime, ut alia pleraque omnia, depravatissimis Eutropii codicibus usus pro bonis et emendatis.

[q] *Albanis regem, &c.*] Hæc omnia Sextus Rufus: 'Albanis regem dedit, Iberos, Bosphorianos, Colchos in fidem Romanæ ditionis recepit. Osdroënorum loca et Arabum occupavit.'

[r] *Osdroënorum*] Osdroëni Parthi dicti a rege Osdroë sive Cosdroë Artabani filio. Victor: 'Imperati obsides Persarum regi nomine Cosdroë.' Osrhoëna regio inter Euphratem et Tigrim.

[s] *Corduenos*] Vulgo *Adiabenos;* qui in Assyria trans Tigrim.

[t] *Marcomedos*] Alii *Mardomedos*, in finibus Assyriæ.

magnam[a] Persidis regionem ;[i] Seleuciam[u] et Ctesiphontem,[v] Babylonem et Messenios[t w] vicit ac tenuit: usque ad Indiæ fines et[l] mare rubrum[x] accessit: atque ibi tres provincias fecit, Armeniam, Assyriam,[m] Mesopotamiam; cum his gentibus, quæ Madenam[n y] attingunt. Arabiam postea in provinciæ formam redegit: in mari rubro classem instituit; ut per eam Indiæ fines vastaret.

4. Gloriam[o] tamen[p] militarem civilitate et moderatione superavit, Romæ et per provincias æqualem[z] se omnibus exhibens; amicos salutandi causa[a] frequentans, vel ægro-

Ven. in quo *Cardicenos*, excipias. *Carduena* autem, vel *Corduena*, est una ex quinque Transtigritanis regionibus, quas, extincto Juliano Apostata, Jovianus Imperator, ut pacem et reditum impetraret, Persis concessit, Ammian. Marcell. lib. XXV. c. 7. Pariter Zosimus lib. III. in Joviano, illas τριακοντούτεις σπονδὰς, *inducias* XXX. *annorum* describit ita: συνεδόκει δὲ, Ῥωμαίους τοῖτε Βαβδικηνῶν ἤθνους ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις, ἔτι δὲ Καρδουήνων, id est, *utrimque consensum, ut Romani Badicenorum gentem Persis cederent, itemque Carduenorum, &c. Corduenos* Lugd. Bat. 2.—[s] *Ante musium* Lugd. Bat. 2. *Athenessium* S.—[h] *Magna* Lugd. Bat. 2.—[i] *Regionum* Lugd. Bat. 1.—[k] Sic LC. S. B. N. G. L. V. *Messinios* Lugd. Bat. 1. *Babylonem, Messenios* 2. 3. *Messerios* 5. *Edessam* HM. *Edissios* vulgo.—[l] *Ad mare* V.—[m] *Et* addit Lugd. Bat. 5.—[n] Ita LC. S. B. G. L. Sc. HM. Lugdd. Batt. omnes, nisi quod 3. *Madam*. Alii *Medenam* et *Macedenam*. Plurimorum interpretum consensu est *Media*. Vide Sylburgium, Glareanum, &c. Sed *Madenam* Sextus Rufus c. XV. vocat ' optimam Armeniorum regionem.' Ed. Ven. legit *quæ ad eam attingunt.*—[o] *Gloriam militarem, &c.* V. *Gloria tamen militari omnes, civitate et mod.* N.—[p] *Tantum* Lugd.

NOTÆ

[a] *Anthemusium*] ' Anthemusiam, optimam Persidis regionem.' Sextus Rufus. Strab. Ptolemæus et Ammianus Anthemusium collocare videntur circa Mesopotamiam.

[i] *Seleuciam*] Supra Tigrim, ubi se cum Euphrate conjungit, trecentis stad. supra Babylonem. Seleucia dicta ab Antiocho de nomine patris Seleuci, cum prius a conditore *Alexandria* diceretur.

[v] *Ctesiphontem*] Ctesiphon, Assyriæ urbs, trans Tigrim e regione Babylonis.

[w] *Messenios*] Vulgo *Edissios*: nam Edessa, urbs trans Euphratem e regione Comagenæ in Osrhoëna.

[x] *Et mare rubrum*] Nota hic mare Rubrum dici sinum Persicum, mare Persicum, in quod se Euphrates et Tigris exonerare dicuntur; contra quod quibusdam visum est, qui mare Rubrum tantum dici putant sinum Arabicum inter Ægyptum et Arabiam. Si ita esset, hic certe mirum in modum desultoriam fecisset Eutropius.

[y] *Madenam*] Alicubi supra sinum Persicum, ut puto.

[z] *Romæ et per provincias æqualem*] Eadem aliis verbis Victor in Epitome: ' Liberalis in amicos, et tanquam vitæ conditione par, societatibus perfrui.'

[a] *Salutandi causa*] Id est, invisendi.

tantes; vel cum festos[g] dies habuissent,[r] convivia cum iisdem[s] indiscreta vicissim[t] habens; sæpe in vehiculis eorum sedens; nullum senatorem[u] lædens; nihil injustum ad augendum fiscum agens; liberalis in cunctos, publice privatimque[v] ditans[w] omnes et honoribus augens, quos vel mediocri familiaritate[x] cognovisset; orbem terrarum ædificans;[b] multas[y] immunitates civitatibus tribuens; nihil non tranquillum et placidum[z] agens; adeo ut omni ejus ætate unus[a] senator damnatus sit, atque is tamen per senatum, ignorante Trajano. Ob hæc per Orbem terrarum Deo proximus,[b] nihil non venerationis meruit et[c] vivus et mortuus.

5. Inter[d] alia dicta[c] hoc ipsius fertur egregium. Amicis enim culpantibus, quod nimis[e] circa omnes communis[f] esset, respondit: 'Talem se imperatorem esse privatis, quales esse sibi imperatores privatus[g] optasset.' Post ingentem igitur[h] gloriam, belli domique[i] quæsitam,[d] e Perside[k] rediens, apud Seleuciam[e] Isauriæ profluvio ventris extinctus est. Obiit autem ætatis anno LXIII.[f] mense

---

Bat. 3.—[g] *Confectos si dies* Lugd. Bat. 1.—[r] *Habuisset* Lugd. Bat. 2.—[s] *Hisdem* Lugd. Bat. 2. *his* 5.—[t] Delet *viciss.* Lugd. Bat. 3.—[u] *Senatorumve* Lugd. Bat. 1. *Senatorum* 2.—[v] *Privateque* Lugd. Bat. 3.—[w] *Dictans* Lugd. Bat. 3.—[x] *Mediocritate cognov.* Sc.—[y] Deest *multas* LC. *munitates* Lugd. Bat. 2.—[z] Duas voces delet Lugd. Bat. 5.—[a] Ita S. N. M. L. F. P. Alii *unus tantum Senator. unius* Lugd. Bat. 2.—[b] Desunt *Deo proxim.* LC. *Deo proximus videbatur* G.—[c] *Ut vivus* Lugd. Bat. 1.—[d] *Item* Lugd. Bat. 3.—[e] *Nimium* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[f] Sic codd. Mss. et primitivæ editiones, alii perperam *comis:* Veteribus enim dici solebat *vir communis*, de humano et benefico, ut optime ostendit cl. Juretus in notis ad Symmachi epp. lib. II. ep. 79. Favet metaphrastæ κοινότητα.—[g] *Privatos* Lugd. Bat. 1. 2. *tales imperatores debere esse privatis, quales sibi imperatores privatos optassent* 3.—[h] *Ingentem sibi gloriam* V. *perg. ing.* Lugd. Bat. 2.—[i] *Denique* Lugd. Bat. 3.—[k] *Persida* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

[b] *Orbem terrarum ædificans*] Id est, reficiens, restaurans. Sic Florus alicubi dixit Augustum imperium Romanum condidisse.

[c] *Inter alia dicta*] Aliud ejusdem dictum retulit Victor cum Præfecto Prætorii insigne potestatis pugionem daret: 'Tibi istum,' inquit, 'ad munimentum mei committo, si recte agam; sin aliter, in me magis.'

[d] *Belli domique quæsitam*] Ista *domi bellique* per ellipsin dicta sunt, subintelligitur *tempore:* nam *domi* apud antiquos pro pace sua, cum dicitur *domi bellique clarus*, id est *pacis belliique tempore.*

[e] *Apud Seleuciam*] In Cilicia Trachea, e regione Cypri.

[f] *Ætatis anno* LXIII.] Vulgo LXII. sed scribe LXIII.

nono, et die quarto:[f] imperii anno XIX. mense VI. die[g] XV.[m] Inter Divos relatus est, solusque[n] omnium[o] intra urbem[q] sepultus.[p] Ossa ejus,[q] collocata in urna aurea[r] in foro, quod[s] ædificavit,[h] sub columna[i] sita[t] sunt: cujus altitudo CXLIV.[u] pedes habet. Hujus tantum memoriæ delatum est, ut[v] usque ad nostram ætatem non aliter[w] in senatu principibus acclametur,[x] nisi FELICIOR AUGUSTO, MELIOR TRAJANO.[y] Adeo in eo gloria[z] bonitatis obtinuit, ut vel assentantibus, vel vere laudantibus,[a] occasionem magnificentissimi præstet exempli.

6. Defuncto Trajano, Ælius[b] Hadrianus[j] creatus est princeps; sine aliqua quidem voluntate Trajani, sed operam dante [k]Plotina[c] Trajani uxore. Nam eum[d] Trajanus,

---

—[f] *Anno* LXIII. *mense uno, die quarto* F. LC. S. N. B. G. L. Lugd. Bat. 2. *anno* LXIII. *mense primo die, &c.* 5. in vulg. edd. *anno* LXII. *mense nono, et die quarto.*—[m] Desunt ab *imper.* ad XV. Sc. V. *anno* deest L. Bat. 2. 5.—[n] *Et solus* Lugd. Bat. 1. *solus* 2.—[o] *Omnium Imperatorum intra* V.—[p] *Sepultus est* Lugd. Bat. 1. 2.—[q] Delent *ejus* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5. sed 3. et 5. a *solus* usque ad *ossa* nihil agnoscunt.—[r] *Collata in urnam auream* LC. S. N. B. Burd. Lugd. Bat. 2. *urnam auream* etiam 3. et 5.—[s] *Quam* Lugd. Bat. 3.—[t] *Posita sunt* LC. N. S. B. G. L. P. V. Lugd. Bat. 2. 3.—[u] CXL. B. Sc. HM. P. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5. A metaphrasi centenarius numerus abest.—[v] *Et usque* Lugd. Bat. 1.—[w] *Aliud* Sc.—[x] *Acclamaretur* Lugd. Bat. 1. *clamatur* 3.—[y] *Felicior aut melior Trajano* L. *Felicior Octaviano melior Traj.* G. Hæc usque ad *Ælius Adr. &c.* delet omnia Lugd. Bat. 3.—[z] *Gloriam* Lugd. Bat. 1.—[a] Desunt *vel ver. laud.* Mer. et Lugd. Bat. 1. habent vero Græcus et codd. Mss. LC. legit *vel laudantibus*, omisso *vere.*—[b] *Hælius* Lugd. Bat. 5.—[c] *Plotinia* L.—[d] *Cum*

NOTÆ

[g] *Solusque omnium intra urbem sepultus*] Intra Urbem sepeliri mortuos leges vetabant. Lex duodecim tabularum: HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO, NEVE URITO. Magnum igitur et eximium quiddam fuit in Urbe sepeliri; sed nescio, cur Eutropius illud soli omnium Trajano concessum: nam multi ante illum idem jus consecuti.

[h] *In foro, quod ædificavit*] Forum Trajani et columnam, sic P. Victor in octava Urbis regione: 'Forum Trajani cum templo et equo æneo et columna Cochlide, quæ est alta pedes centum viginti octo, habetque intus gradus centum octoginta quinque, fenestellas quadraginta quinque.'

[i] *Sub columna*] Antiqui enim moris fuit cippos sive columnas sepulchris imponere.

[j] *Ælius Hadrianus*] Ann. ab U. C. 889. post Ch. 117.

[k] *Sed operam dante Plotina*] Aurel. Victor: 'Quanquam alii Plotinæ Trajani conjugis favore imperium assecutum putent, quæ viri testamento hæredem regni institutum simularat.' Vide ibi notata p. 128.

quanquam consobrinæ[e] filium,[l] vivus noluerat[f] adoptare. Natus et ipse[m] Italicæ[n] in Hispania:[g] qui Trajani gloriæ invidens[o] statim provincias tres reliquit, quas Trajanus addiderat;[h] et de Assyria, Mesopotamia, 'et[i] Armenia revocavit exercitus; ac finem imperii esse voluit Euphraten. Idem[j] de Dacia facere [p]conatum,[m] amici deterruerunt, ne multi cives Romani[q] barbaris traderentur: propterea quod[r] Trajanus, victa Dacia, ex toto orbe Romano[s] infinitas eo[t] copias hominum transtulerat, ad agros et urbes colendas. Dacia enim diuturno bello Decibali viris fuerat exhausta.[u]

Lugd. Bat. 3.—[e] *Consobrinæ suæ* S. B. M. L. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5. V.—[f] *Voluerat* Lugd. Bat. 2. 3.—[g] *In Italia, qui* N.—[h] *Addiderat, i. e. Syriam et Mesopotamiam, Armeniam, revocavitque exinde* S. B. G. Sc. P.—[i] Par. Ven. et Mer. aliæque Vett. *id est, Assyriam, Mesopotamiam et Armeniam. Revocavit, &c.* Miscella habet quidem *id est*, pro *et*, sed *de Assyria, &c.* Nos Vinetum et Sylburgium secuti sumus. *Idem Syria, Mesopotamia Armenia revocavit exercitum* Lugd. Bat. 2. *i suriam...exercitus* 3. *i suriam...exercitum* 5.—[j] Copulam non habet Lugd. Bat. 1.—[l] *Id est* Lugd. Bat. 1.—[m] *Conantem* Lugd. Bat. 2. 5.—[n] *Quia* Lugd. Bat. 2.—[o] *Romanorum* V.—[p] *Seu* Lugd. Bat. 3. *et* 5.—[q] *Da-*

NOTÆ

[l] *Quanquam consobrinæ filium*] Certe legendum est, *quanquam consobrini filium*. Hadrianus enim Imperator filius erat Hadriani cognomento Afri, qui ex Ulpia natus est, et Ulpia soror erat Trajani, qui Imperatoris Trajani pater fuit. Et sic Trajanus Imperator et Hadrianus Afer ex fratre et sorore nati, amitini proprie fuerunt, quos etiam consobrinos nominare solent Latini. Vide in Epitome Victoris.

[m] *Et ipse*] Ut et Trajanus scilicet.

[n] *Italicæ*] Vide supra in Trajano.

[o] *Qui Trajani gloriæ invidens*] Hoc Hadriani factum diverse ab hominibus acceptum est. Quidam enim invidia rerum gestarum gloriæque Trajani fecisse Hadrianum interpretati sunt: inter eos Eutrop. et Dio, qui inconsiderate et inconsulte, Persis postulantibus, Mesopotamiam a Trajano acquisitam concessisse, et Euphratem imperii terminum constituisse, scribit. Alii vero hoc in laudis parte posuerunt, consulteque ab Hadriano factum existimarunt. Inter eos Ælius Spartianus: 'Tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit. Nam deficientibus his nationibus quas Trajanus subegerat, Mauri lacessebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri sub Romana ditione non poterant, Ægyptus seditionibus urgebatur, Lycia denique ac Palæstina rebelles animos efferebant; quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.'

[p] *Idem de Dacia facere conatum*] Hoc postea fecit Aurelianus desperans eam posse retineri. Vide lib. IX. et ibi notata.

[q] *Ne multi cives Romani*] Sed eos abducere poterat, et in alio loco collocare, quod et fecit Aurelianus infra lib. IX. 'Abductosque Romanos ex

7. Pacem tamen omni tempore[r] imperii sui habuit, semel tantum per præsidem dimicavit; orbem Romanum circumiit;[s] multa ædificavit.[t] Facundissimus Latino sermone,[r] Græco[u] eruditissimus fuit: non magnam clementiæ gloriam habuit;[v] diligentissimus tamen circa ærarium, et militum disciplinam.[w] Obiit in Campania,[x] major [y]sexagenario,[y] imperii anno XXI.[z] mense X. die XXIX. Senatus ei tribuere [a]noluit[a] divinos honores: tamen[a] cum successor

---

cia enim diuturno bello Decibali res fuerant exhaustæ S. B. G. V. P. Lugd. Bat. 2. et 3. nisi quod hic *exustæ* pro *exhaustæ*. *Dacia enim diuturno bello fuerat exhausta* N. *Daciæ enim diuturno bello Decibali vires fuerant exhaustæ* HM.—[r] Depravate Lugd. Bat. 2. *Intimo et Grectis.*—[s] Delet *maj. sexagen.* Lugd. Bat. 3.—[t] *Imperii anno* XX. *Senatus nolebat ei tribuere div.* V. *Imp. anno* XX. *mens.* X. &c. LC. N. B. *Et* XXI. *mense* X. *die* XX. Lugd. Bat. 3. *An* XXI. *mense* X. *die* XX. 2. 5. *Imp. a.* XXI. *m.* X. *die* IX. Gr. *die* XXIX. etiam probat

NOTÆ

urbibus et agris Daciæ in media Mœsia collocavit.'

[r] *Pacem tamen omni tempore*] Spartian. 'Expeditiones sub eo graves nullæ fuerunt. Bella etiam silentio pæne transacta.' Sed Eutrop. et Spartianus bellum Judaïcum excipere debuissent. Grave enim illud bellum fuit, quo sexcenta prope hostium millia occisa, et Romanis non parva clades accepta.

[s] *Orbem Romanum circumiit*] 'Nec quisquam fere principum tantum terrarum tam celeriter peragravit.' Spartian.

[t] *Multa ædificavit*] Cum opera ubique fecisset, nunquam ipse nisi Trajani patris templo nomen suum scripsit. Romæ instauravit Pantheum, septa, basilicam Neptuni, sacras ædes plurimas, forum Augusti, lavacrum Agrippæ, eaque omnia propriis et veteribus nominibus consecravit, fecit et sui nominis pontem, et sepulchrum juxta Tiberim, &c. Idem.

[u] *Facundissimus Latino sermone, Græco*] Poëmatum et literarum omnium studiosissimum dicit Spartianus, ubi per *literas omnes*, Græcas et Latinas literas intelligit.

[v] *Non magnam clementiæ gloriam habuit*] Clementiam eum simulasse scribit Victor in Epitom. et tandem plures e Senatu extinxisse. Vide ibi notata.

[w] *Diligentissimus tamen circa ærarium, et militum disciplinam*] 'Officia sane publica et palatina, necnon militiæ in eam formam statuit, quæ paucis per Constantinum immutatis hodie perseverat.' Victor. in Epitom. Et Spartianus: 'Siquidem ipse post Cæsarem Octavianum labantem disciplinam incuria superiorum Principum retinuit, ordinatis et officiis et impendiis.'

[x] *In Campania*] Apud Baias.

[y] *Major sexagenario*] Annos natus LXII. menses V. dies XIX.

[z] *Imperii anno* XXI.] Eundem numerum Spartianus. Sed regnavit tantum ann. XX. menses XI. uno die minus.

[a] *Senatus ei tribuere noluit*] 'Acta ejus irrita fieri Senatus volebat, nec appellatus esset Divus, nisi Antoninus rogasset.' Spartian.

ipsius[v] Titus Aurelius Fulvius Antoninus[w] hoc vehementer exigeret, et[x] universi senatores palam resisterent,[y] tandem obtinuit.[z]

8. Ergo Hadriano [b]successit[a] T.[b] Antoninus Fulvius Bojonius, idem[c] etiam Pius nominatus;[c] genere claro, sed non admodum[d] vetere;[d] vir insignis, et qui merito Numæ Pompilio[e] conferatur;[e] ita ut Romulo Trajanus[f] æquetur. Vixit ingenti honestate[g] privatus; majori,[h] in imperio: nulli acerbus,[i] cunctis benignus: in re militari moderata gloria, defendere magis provincias, quam amplificare,[k] studens, viros æquissimos[l] ad administrandam rempublicam quærens; bonis honorem[m] habens, improbos[n] sine aliqua acerbitate detestans: regibus amicis venerabilis non minus[o] quam terribilis;[f] adeo ut barbarorum[p] plurimæ[q] nationes,

---

Dionis epitome.—[v] *Tantum* Lugd. Bat. 3. *tum* 5.—[w] *Illius* Lugd. Bat. 3. *ejus* 5.—[x] *Antonius* S. L. Lugd. Bat. 1. qui, uti et 3. transponit *Antonius Fulvius:* sed *Anton.* delet 5.—[y] Copulam delet Lugd. Bat. 3.—[z] *Obsisterent* Lugd. Bat. 5.—[a] *Obtinuit. Hujus Trajani elegans ingenium his versibus cognoscitur. Trax puer, &c.* S. B.—[a] *Successit Ant. F. &c.* LC. *Successit Marcus Ant. Fulv. Bajonius* S. Lugd. Bat. 1. 2. 3. *Suc. Marcus Antonius Fulv. Bœnius* N. M. *Suc. M. Antonius Fulvius Bocinius* B. *Suc. M. Antoninus Fulvius Bormus* L. *Suc. M. Antoninus Fulvius Bojoinus* Sc. *Suc. M. Antoninus Fulv. Boj.* V. *Suc. T. A. F. Boenius* LC.—[b] Delet *T.* Lugd. Bat. 5. *M.* 2.—[c] *Hisdem* Lugd. Bat. 2.—[d] *Etiam* Lugd. Bat. 3.—[e] *Comparatur* Sc. *inferatur* Lugd. Bat. 3.—[f] *Romulo et Trajano æq.* G. V. Sc.—[g] Sic codd. Mss. et optimæ edd. al. *honore.*—[h] *Majore* Lugd. Bat. 1. *major* 2. 3.—[i] *Molestus* LC.—[k] *Ampliare* Lugd. Bat. 3. 5.—[l] Al. *justissimos.*—[m] *Bonos honorabiliter habens* G. *Bonos in honore habens* S. B. *bonos honori habens* Lugd. Bat. 2.—[n] *Impios* Lugd. Bat. 2.—[o] *Venerabilis magis quam ter.* N.—[p] *Barbarissimorum* L.—[q] *Primæ nationes*

NOTÆ

[b] *Ergo Hadriano successit*] Ann. ab U. C. 909. post Ch. nat. 137.

[c] *Idem etiam Pius nominatus*] Propter ejus pietatem in Hadrianum, cui contra omnium studia post mortem infinitos atque immensos honores decrevit. Vide Capitolin. 2.

[d] *Genere claro, sed non admodum vetere*] Hic Eutropius pugnare videtur cum Victore, qui Antoninum Pium *veterrimæ familiæ* virum dicit. Sed utrumque sic recte compones, si, quod ex Capitolino liquet, ejus familiam sero Romæ dicas innotuisse. Ejus avus paternus Titus Aurelius Fulvius bis Consul fuit et Urbis Præfectus. Pater Aurelius etiam Consul, avus maternus Arrius Antoninus etiam bis Consul, &c.

[e] *Et qui merito Numæ Pompilio*] Idem Capitolinus: 'In cunctis postremo notabilis, et qui merito Numæ Pompilio ex bonorum sententia comparatur.'

[f] *Regibus amicis venerabilis non minus quam terribilis*] Victor in Epitom.

depositis armis, ad eum controversias suas litesque deferrent, sententiæque ejus parerent.[r] Hic ante imperium ditissimus, opes[s] quidem omnes[t] suas[g] stipendiis militum, et circa amicos liberalitatibus minuit; verum ærarium[h] opulentum reliquit.[u] Pius propter clementiam dictus est. Obiit apud [i]Lorium,[v] villam suam milliario ab urbe XII. vitæ anno LXXIII.[w] imperii XXIII.[j] atque inter Divos[x] relatus est, et merito consecratus.

9. Post hunc imperavit[k] Marcus Antoninus[y] Verus,[z] haud dubie nobilissimus:[l] quippe cum ejus origo [m]paterna[a] a Numa Pompilio, materna a Salentino[b] rege penderet: et[c] cum eo L. Annius Antoninus [n]Verus:[d] tuncque primum[o]

F.—[r] Tres præcedentes voces absunt a Lugd. Bat. 1. *ejus* delent 2. 3. 5.—[s] *Opesque* Lugd. Bat. 1.—[t] *Omnes* adjectum ex cod. Mss. nostris (etiam Lugd. Bat. 1. 2.) et F. probantibus Sylb. et Cellario.—[u] *Relinquit* Lugd. Bat. 3.—[v] Seu *Laurium*, villam in via Aurelia. Vide Capitol. in Pio c. 1. S. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. legunt *Orium*. Sc. *Lorios*. HM. *Lorias*. Lugd. Bat. 1. *Loriam*.—[w] *Vitæ anno* LXXVII. *imp.* XXIII. *atque, &c.* S. N. B. M. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5. LXXVIII. 1. *Vitæ anno, atque inter Divos, &c.* LC. *Vitæ anno* LXXIII. *atque inter Dives, &c.* L. *Vitæ anno* LXXVIII. *imp.* XIV. *atque, &c.* Sc.—[x] *Deos* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[y] *Antonius* N. G. M. L. Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[z] *Servus* Lugd. Bat. 1.—[a] Abest *paterna* a Lugd. Bat. 2.—[b] *Solentino* S. N. F. M. G. L. V. Lugd. Bat. 1. 2. *Sentino* Lugd. Bat. 3.—[c] Copulam delet Lugd. Bat. 1.—[d] *Cum eo L. Annius Severus* G. L. *Antonius Antoninus Verus tumque* Lugd. Bat.

NOTÆ

[e] Adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus nationibusque et populis, ut parentem seu patronum magis quam Dominum Imperatoremve reputarent, omnesque uno ore in Cœlestium morem propitium optantes, de controversiis inter se judicem poscerent.' Unde Capitolinus: 'Causas regales terminavit.'

[f] *Opes quidem omnes suas*] De ejus liberalitate multa Julius Capitolinus.

[g] *Ærarium*] Id est, Fiscum: nam apud mediæ ætatis Scriptores ærarium et fiscus synonyma sunt, ut jam supra dictum est.

[h] *Apud Lorium*] Lorium, et Laurium in via Aurelia, quæ per Tusciam Arelatum ducebat. Λωρίδι.

[i] *Vitæ anno* LXXII. *imperii* XXIII.] De ejus ætate et imperio discrepantes admodum sententiæ. Sed vere vixit ann. LXXIV. menses VI. imperavit ann. XXII. mens. VII. dies XXVI.

[k] *Post hunc imperavit*] Ann. U. C. 933. post Ch. nat. 161.

[l] *Haud dubie nobilissimus*] Ejus avus Annius Verus, Consul et Præfectus Urbi. Pater Annius Verus, qui in Prætura decessit. Vide apud Julium Capitolinum.

[m] *Quippe cum ejus origo paterna*] Capitolin. 'Cujus familia in originem recurrens a Numa probatur sanguinem, ut Marius Maximus docet, item a rege Salentino Malennio Dasumni filio, qui Lupias condidit.'

[n] *Et cum eo L. Annius Antoninus Verus*] Victor p. 132. 'Is confestim

Romana respub. duobus, æquo jure imperium[e] administrantibus, paruit: cum[f] usque ad eos[g] singulos semper[h] habuisset Augustos.

10. Hi et 'genere[i] inter se conjuncti fuerunt,[p] et affinitate. Nam Verus[i] Annius[m] Antoninus,[n] M.[o] Antonini filiam[q] in matrimonium habuit: M. autem[p] Antoninus gener Antonini Pii fuit per uxorem Galeriam[q] Faustinam[r] juniorem[r] consobrinam suam. Hi bellum contra Parthos gesserunt: qui post victoriam Trajani tum primum rebellaverant. Verus Antoninus[s] ad id profectus est;[s] qui Antiochiæ et circa

1. *L. Antonius Verus tumque* 2. *L. Antonius Severus* 3. *Annius Antoninus Severus* 5. *Cum eo Annius Antoninus Ver.* L. LC. *Cum eo L. Annius Antonius Ver.* N. M.—[e] *Imperatoribus* G.—[f] Delet *cum* Lugd. Bat. 1.—[g] Ita S. B. V. P. Mer. Ceteri *eum*: sic Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[h] Deest *semper* G. Lugd. Bat. 3.—[i] *Et in gen.* Lugd. Bat. 1. *hic et gen.* 2.—[k] *Ignem* Lugd. Bat. 3.—[l] *Affinitate. Nam Severus Antonius gener Antonini Pii fuit per uxorem Galeriam: et per Faustinam juniorem Galeriæ consobrinam suam. Hi bel.* V.—[m] Deest *Annius* L. LC. Barthius [Advers. l. 1. c. 11.] legit *Ælius Ant.*—[n] *Antonius* L. M. N. et sic in seqq.—[o] Desunt hinc, usque ad *gener* S. G. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[p] Deest *autem* Lugd. Bat. 1. Sc. et Mer.—[q] *Calearcam* LC. *Valeriam* Lugd. Bat. 1. Sc.—[r] *Minorem* Lugd. Bat. 2. 5.—[s] Deest *Antonin.* M. In V. autem pro *Verus Ant.* legitur *Severus et Antonius* Lugd. Bat. 3. et 5. semper *Anto-*

NOTÆ

fratrem Lucium Verum in societatem potentiæ accepit.' Ubi fratrem vocat, quem in Epitom. *propinquum*. Vide ibi notata. Et infra: Primo *Lucius Commodus dicebatur*, post adoptionem dictus *L. Annius Antoninus Verus*. Vel potius: *L. Ceionius, Ælius Commodus Antoninus Verus*.

[e] *Tunc que primum*] 'Tuncque primum Romanum imperium duos Augustos habere cœpit.' Capitolin. in Marco. Idem in Ælio Vero: 'Verus certe cum Marco æquale gessit imperium: nam ipsi sunt, qui primi duo Augusti appellati sunt, et quorum Fastis Consularibus sic nomina præscribuntur; ut dicantur non tantum duo Antonini, sed duo Augusti, tantumque hujus rei et novitas et dignitas valuit, ut Fasti Consulares nonnulli ab his sumerent ordinem Consulum.'

[p] *Hi et genere inter se conjuncti fuerunt*] Ambo Hadriani nepotes per adoptionem.

[q] *M. Antonini filiam*] 'Duxit uxorem Marci filiam Livillam.' Capitolin. in Vero.

[r] *Per uxorem Galeriam Faustinam*] 'Habuit uxorem Anniam Faustinam consobrinam suam.' Idem. In Antonino Philosopho et in Antonino Pio, 'Cui uxor Annia Faustina, filii mares duo, duæ fœminæ, gener per majorem filiam Lamia Sylianus, per minorem Marcus Antoninus fuere.' Consobrina autem Marci fuit Galeria sive Annia Faustina, quippe ex Galeria Faustina amitima sua, quæ Pio nupserat, nata fuit.

[s] *Verus Antoninus ad id profectus est*] Huc referenda verba Victoris, p. 182. 'Ejus ductu Persæ cum primum su-

Armeniam[t] agens, multa per duces,[u] et ingentia patravit:[v] Seleuciam, Assyriæ urbem[w] nobilissimam, cum quadraginta[x] millibus[y] hominum cepit: Parthicum triumphum revexit;[z] cum fratre eodemque socero[a] triumphavit. Obiit tamen in [b]Venetia,[c] cum a Concordia civitate[d] Altinum[e] proficisceretur,[f] et cum fratre in vehiculo sederet, subito sanguine ictus,[g] casu morbi, quem Græci ἀποπληξιν vocant. Vir ingenii[h] parum civilis;[i] reverentia tamen fratris[k] nihil[l] un-

---

nius.—[t] *Suos* addit Lugd. Bat. 2. et 3.—[u] *Ingenti apparuit* Lugd. Bat. 1.—[v] Sylburgii emendatio est. Alii enim *quadringentis*, ut Lugd. Bat. 1. 2. vel *quingentis*, ut Ald. Junt. Sc. et Mer. habent: Metaphrastes τετρακισμυρίων στρατιωτῶν.—[w] Delet *millibus* Lugd. Bat. 5.—[x] A *revexit* usque ad *obiit* omnia delet Lugd. Bat. 1.—[y] *Venetiam* Lugd. Bat. 1.—[z] Deest *civit.* L.—[a] *In Altinum* M. *In Altinum* F. *Maltinum* B. *In Albinum* S. N. *In Altinum civitatem* L.—[b] *Cum ingenti* Lugd. Bat. 1.—[c] *Multumque* Lugd. Bat. 3. *atro* mox 1.—[d] x.

NOTÆ

peravissent, ad extremum triumpho cessere.'

[t] *Qui Antiochiæ et circa Armeniam*] Capitolin. in Vero: 'Antiochiam postquam venit, ipse quidem se luxuriæ dedit; duces autem confecerunt Parthicum bellum Statius Priscus et Avidius Cassius et Martius Verus per quadriennium,' &c.

[u] *Seleuciam, Assyriæ urbem*] 'Seleucia, quæ ut milites nostros acceperat, expugnata est.' Capitolin. At Eusebius in tertio Marci anno: 'Seleucia Syriæ, [optime Casaub. *Assyriæ*] urbs cum trecentis millibus hominum a Romanis capta.' Qui locus ex Eutropio descriptus, nisi quod *trecentos* habet, ubi Eutropius *quingentos*, vel ut Pæanius *quadringentos*.

[v] *Cum fratre eodemque socero*] Marco Antonino. Fratres autem Antoninum et Verum vocat Eutropius, quia eorum adoptio varie tradita est. Quidam scripsere Marcum ab Antonino Pio adoptatum, et Verum a Marco, et ita Verus Marci filius, non frater fuit. Sed alii utrumque, et Verum et Marcum, ab Antonino Pio adoptatos dicunt, et sic recte fratres dicuntur ab Eutropio, Victore, Capitolino, &c.

[w] *Obiit tamen in Venetia*] Venetiam hic regionem intellige, non urbem. In via enim mortuus Verus.

[x] *Cum a Concordia...Altinum proficisceretur*] 'Qui Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens, icta sanguinis, quem morbum Græci ἀποπληξιν vocant, undecimo imperii anno extinctus est.' Victor, in Epitom. *Concordia* Carnorum oppidum supra sinum Adriaticum. *Altinum* in Venetia.

[y] *Subito sanguine ictus*] Vocem *apoplexin* interpretatur, quæ ab ἀποπλήσσω, *ico, percutio*, quasi *apoplexis* sit subita sanguinis eruptio spiritum intercludens.

[z] *Vir ingenii parum civilis*] Hoc est quod Victor dixit in Epitom. 'Ingenii asperi atque lascivi.'

[a] *Reverentia tamen fratris*] Narrat Capitolinus, reversum e Parthico bello minore circa fratrem cultu fuisse Verum.

quam atrox ausus. Cum obisset undecimo[d] imperii anno,[b] inter Divos[e] relatus est.[f]

11. Post eum Marcus[g] Antoninus[h] solus rempub. tenuit, vir quem mirari facilius quis[i] quam laudare possit. A[k] principio vitæ tranquillissimus:[c] adeo ut[l] in[m] infantia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaret.[n] Philosophiæ deditus Stoicæ, ipse etiam[o] non solum vitæ[p] moribus, sed etiam eruditione Philosophus. Tantæ admirationis adhuc juvenis, ut eum successorem paraverit[q] Hadrianus[d] relinquere, adoptato tamen Antonino Pio generum esse ei idcirco[r] voluerit, ut hoc ordine ad imperium perveniret.

L. Bat. 5.—[e] *Deos* Lugd. Bat. 1. 3. 5. et Mer.—[f] Abest *est* a Lugd. Bat. 3. et 5.—[g] Deest *Marc.* S. et Lugd. Bat. 3.—[h] *Antonius* N. M. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[i] *Quisquam quam* Lugd. Bat. 2. 3.—[k] Deest *A* F.—[l] *Ut* abest a Lugd. Bat. 1.—[m] *Ab infantia* S. B. Lugd. Bat. 2. 5. N. V. HM. *Ex inf.* F. Gr.—[n] *Mutaverit* Lugd. Bat. 2.—[o] *Et* Lugd. Bat. 3.—[p] *Vita et moribus* S. B.—[q] *Ut cum succ. putaverit* Lugd. Bat. 2.—[r] *Tamen Divo Antonio genero ejus. Idcirco esse vol.* V. *Tamen Antonio Pio, &c.* L. et Lugd. Bat. 2. 3. *Tamen Antoni-*

NOTÆ

[b] *Undecimo imperii anno*] Hic est communis error Eutropii, Victoris, Cedreni, et aliorum. Imperavit tantum ann. IX. neque etiam integros.

[c] *A principio vitæ tranquillissimus*] Ex Capitolino hoc etiam accepit Eutrop. 'Erat enim ipse tantæ tranquillitatis, ut vultum nunquam mutaverit mœrore vel gaudio, Philosophiæ deditus Stoicæ.'

[d] *Ut eum successorem paraverit Hadrianus*] Ait Hadrianum sibi successorem Marcum destinasse; sed adoptato Pio, ne Marcus imperio privaretur, illum Pio generum esse voluisse: ut ita post mortem Pii ad imperium perveniret. Et hoc etiam pæne ad verbum ex Capitolino, qui sic scribit: 'Nam et Hadrianus, ut dictum est, hunc eundem successorem paraverat, nisi ei ætas puerilis obstitisset; quod quidem apparet ex eo, quod generum Pio hunc eundem delegit, ut ad eum, dignum utpote virum, quandoque Romanum perveniret imperium.' Quem locum Capitolini eo miror magis, quod ex eodem constat Hadrianum Pio generum, non Marcum, sed Verum delegisse, et post mortem Hadriani ipsum Pium solutis sponsalibus filiæ suæ cum Vero, Marcum sibi generum optasse. Quare, si quicquam hic post viros doctissimos mihi tentare fas esset, crederem Capitolinum scripsisse, *quod generum Pius hunc eundem, &c.* Ita ut hæc ejus mens fuerit, Hadrianus Marcum sibi successorem parare decreverat, nisi Marco puerilis ætas obstitisset, et illud quidem ex eo apparet magis, quod post mortem Hadriani Pius Marcum sibi generum delegit, quasi illud sibi secreto mandasset Hadrianus, qui publice ea diffingere nolebat, quæ publice cum Vero pepigerat. Innuit igitur Capitolinus Hadrianum, qui filiam Pii Vero dari mandarat, sententiam mutasse, et ab ipso Pio petiisse,

12. Institutus est ad philosophiam per Apollonium[e] Chalcedonium;[f] ad scientiam literarum Græcarum per Sextum Chæronensem,[f] Plutarchi nepotem.[f] Latinas autem literas eum[a] Fronto, orator nobilissimus,[g] docuit. Hic cum omnibus Romæ[h] æquo jure egit, ad nullam insolentiam elatus[i] imperii[k] fastigio.[l] Liberalitatis[m] promtissimæ, pro-

---

no Pium generum esse ei Lugd. Bat. 1. Sc. *tum* Lugd. Bat. 5.—[a] *Chalcedonensem* B. N. V. *Chalcedonem* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[f] *Per Sextum, Chæronensis Plutarchi nepotem* V. A. LC. S. M. N. B. G. L. F. Sc. Burd. abest *Sextum*, sicut etiam Pariensi: sed *Sextum* hunc nepotem vocat etiam Apuleius initio lib. 1. Metamorph. et Capitolinus in Antonino Philosopho cap. 1. Et sane ejus liber *de Medicina animalium* hodie adhuc extat, scholiis doctis a Gabriele Humelbergio illustratus. Ab ipso Marco *Sextus* tantum nominatur: a Philostrato Σέξτος ὁ ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφος: Suidas etiam Plutarchi nepotem dicit. Nonnulli perperam confundunt cum Philosopho illo Pyrrhonio, cujus habemus adversus dogmaticos acutissima scripta. Sed Empyricus iste nullius dogmatis approbator, nedum auctor, omnium fuit eversor; cum e contra Sextus noster, Marci præceptor, non ea solum, quæ priores sciverant sapientes, nota habuit exacte: sed ipse etiam nonnullorum scitorum fuit auctor, et primus inventor. Nam de eo scribit Marcus, doctum se ab illo, τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ ταμτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. Cl. Casaubonus aliquando statuerat [vide notas ad Diog. Laërt.] eundem etiam esse cum Empirico, tandem vero [vide notas ad Histor. Aug.] rem paulo accuratius perpendens, aliter sensit. *per Ciceronem* Lugd. Bat. 1. *per Cheronensem*. 2. *Sextum* nec 3. neque 5. agnoscit.—[a] Delent *eum* Lugd. Bat. 2. 5. ac post *nobiliss.* ponunt.—[i] *Elevatus* Lugd. Bat. 2.—[k] *Est imperii* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[l] *Fastu*. Sic Vin. et Sylb. MStos codices proculdubio (Cellarii verba sunt) secuti. Neque enim V. L. hic annotarunt *Fastigio* S. B. V. P. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5. HM. Mer. quod cum periodi ratione minus bene, quam

NOTÆ

ut filiam suam non Vero, sed Marco traderet, ut ita Marcus ad Imperium perveniret. Neque enim ita fecisset Pius, nisi illud Hadriano ita placuisse intellexisset. Ego certe ita Capitolinum scripsisse existimo, Eutropium vero ejus verba vel jam corrupta exscripsisse, vel etiam ipsum cum non intelligeret, corrupisse.

[e] *Per Apollonium Chalcedonium*] 'Usus est Apollonio Chalcedonio Stoico Philosopho.' Capitolin. Ubi Chalcedonium vocat cum Eutropio, Pæanio, et aliis. Sed cum idem Capitolinus alibi dicat hunc Apollonium Chalcide accitum, vere conjecit doctissimus Casaubonus ubique legendum *Chalcideno*. Ita enim Chalcidis Syriacæ gentile formarunt, ut observarunt veteres Magistri.

[f] *Per Sextum Chæronensem, Plutarchi nepotem*] 'Audivit et Sextum Chæronensem, Plutarchi nepotem.' Capitolin. Hunc *Sextum* tantum vocat Marcus. Vide quæ a viris doctissimis apud Capitolinum dicta sunt.

[g] *Fronto, orator nobilissimus*] 'Oratoribus usus est Græcis, Annio Marco, Caninio Celere, et Herode Attico: Latino, Frontone Cornelio. Sed multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in Senatu petiit.' Capitolin.

[h] *Hic cum omnibus Romæ*] 'Cum

vincias ingenti[r] benignitate[i] et[s] moderatione tractavit. Contra Germanos[j] eo principe res feliciter gestæ sunt. Bellum ipse unum gessit[k] Marcomannicum: sed quantum nulla[l] memoria fuit,[l] adeo[c] ut Punicis conferatur: nam[d] eo[e] gravius est factum, quod universi[f] exercitus Romani[g] perierant. Sub hoc[m] enim tantus casus pestilentiæ fuit, ut post victoriam Persicam, Romæ ac per Italiam provinciasque, maxima hominum[h] pars, militum omnes fere copiæ languore defecerint.

13. Ingenti ergo labore et moderatione cum apud Carnuntum[i n] jugi triennio[k] perseverasset, bellum[l] Marcomannicum confecit, quod cum his Quadi,[m] Vandali,[o] Sarmatæ,

---

fastu, cohæret. Non autem est dubitandum, quin noster in meliorem partem *fastus* vocabulum, (quæ et Cellarii in V. L. verba sunt) pro *pompa* et *dignitate imperii*, acceperit.—[r] *Libertatis* F. corrupte. Nam etiam Græcus μεγαλόφρων transtulit.—[s] Delet *ingent*. Lugd. Bat. 5.—[s] Copula abest a Lugd. Bat. 3. —[h] Al. *nulla ante memoria*. *Ulla* Lugd. Bat. 5.—[c] *Ita* Lugd. Bat. 5.—[d] *Quod ergo* Lugd. Bat. 1. *quod eo* Sch. et Mer.—[e] In quibusd. *eo* desideratur.—[f] *Universus* Lugd. Bat. 1.—[g] Vocem *Romani* addunt L. LC. S. N. M. B. G. V. HM. Sylb. Lugd. Bat. 2. 3. sed abest a Lugd. Bat. 1. et Mer. qui etiam legit *perierunt*: quin etiam Fuld. habet; *universi exercitus Romanorum*.—[h] Deest *hominum* B.—[i] *Carnotum* G. Fr. *Carnuntium* LC. N. M. *Carmintum* V. *Carnutum* Mer.—[k] *Jugi triennium* Lugd. Bat. 1.—[l] *Bello* Lugd. Bat. 2.—[m] *Squadi* N. B. *Quadri* L. *Cum his Quadis vandali* Lugd. Bat. 1. *cum Squa-*

NOTÆ

populo non aliter egit, quam cum civitate libera.' Idem.

[i] *Provincias ingenti benignitate*] 'Ergo provincias post hæc ingenti moderatione ac benignitate tractavit.' Id.

[j] *Contra Germanos*] Statim post mortem Veri, Marcus expeditionem adversus Germanos repetiit, quam cum fratre susceperat. Hic quoque Capitolinum describit Eutrop. 'Contra Germanos res feliciter gessit, speciale ipse bellum Marcomannicum, sed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate transegit.'

[k] *Bellum ipse unum gessit*] Bellum Marcomannicum superstite Vero motum fuit, sed dilatum propter bellum Parthicum, mortuo tandem Vero, solus Marcus illud gessit et profligavit ann. U. C. 926. quinto anno post mortem Veri.

[l] *Sed quantum nulla memoria fuit*] Innuit hic bellum antiquis, Gallorum, Cimbrorum, Pœnorum et Mithridatis majus fuisse: quam sententiam a Capitolino expressit, ut supra vidimus. Dio *magnum* illud bellum vocat, et non solum insperatam victoriam, sed quæ a Deo data esset.

[m] *Sub hoc*] 'Et eo quidem tempore quo pestilentia gravis multa millia et popularium et militum interemerat.' Pestilentia hæc orta anno ante mortem Veri.

[n] *Apud Carnuntum*] In Pannonia superiori.

[o] *Quod cum his Quadi, Vandali*] 'Pan-

Suevi, atque omnis barbaria [p]commoverat:[n] multa hominum millia[o] interfecit: ac Pannoniis servitio liberatis,[p] Romæ rursus cum Commodo Antonino,[r] filio suo, quem jam Cæsarem fecerat,[q] triumphavit. Ad hujus belli usum[r] ærario exhausto,[r] cum largitiones nullas haberet,[s] neque indicere[t] provincialibus[t] aut senatui aliquid vellet, instrumentum[u] regii cultus,[u] facta in foro divi Trajani sectione,[v] distraxit:[v] vasa aurea, pocula crystallina et murrhina,[w] uxoriam ac suam sericam[x] et auream vestem, multa ornamenta gemmarum: ac[y] per duos[y] continuos menses ea venditio habita

---

dis, Vandalis, Sarmatis, Suevis atque omni, &c. 2. *Wandali* 5.—[n] *Commoverant* N. M.—[o] Pro *millia* est in Lugd. Bat. 1. *vel.*—[p] *Liberalitatis* Lugd. Bat. 1. *libertatis* 3.—[q] *Antonio* G. L. V. Lugd. Bat. 1.—[r] *Sumtum, nequis indigeret, neque provincialibus aut senatui aliquid vellet auferre, instrum.* V.—[s] *Indigere* Lugd. Bat. 3.—[t] *Provinciarum* Lugd. Bat. 1.—[u] Ita omnes libri præter Mer. qui *instrumenta*, multitudinis numero refert.—[v] *Sexitione* Lugd. Bat. 1.—[w] *Urrina* Lugd. Bat. 2.—[y] *Ac duravit per duos continuos* B. *et* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

nonias ergo, Marcomannis, Sarmatis, Vandalis simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit: et Romæ cum Commodo, quem jam Cæsarem fecerat, filio, ut diximus, suo, triumphavit.' Capitolin.

[p] *Omnis barbaria*] Jam supra Germaniam Barbariam vocavit.

[q] *Quem jam Cæsarem fecerat*] 'Ab Hadriano divisa nomina Cæsarum atque Augusti, inductumque in Rempublicam, uti duo, seu plures summæ potentiæ dissimiles, cognomento ac potestate dispari sint.' Victor. Nam cum ante *Cæsaris* et *Augusti* nomina Imperatoribus tantum darentur, institutum, ut ea dividerentur, et Augusti ipsi Imperatores, Cæsares vero, qui ab Imperatoribus adoptati, imperiique hæredes designati fuerant, dicerentur. Sicut Ælius Verus candidatus imperii, primus Cæsar dictus est. Vide apud Victorem p. 128.

[r] *Ærario exhausto*] Tam fisco, quam ærario. Idem Victor in Epitom. et ambo Capitolinum describunt.

[s] *Cum largitiones nullas haberet*] Id est, cum nihil haberet, quod largiretur militibus. Victor Epitom. 'Hic, cum ærario exhausto, largitiones, quas militibus impenderet, non haberet.'

[t] *Neque indicere Provincialibus*] De Senatu nihil Capitolin. 'Neque in animum induceret, ut extra ordinem Provincialibus aliquid imperaret.'

[u] *Instrumentum regii cultus*] Id est, ornamenta Imperialia. Id alii Imperatores fecere, ut Nerva, qui, ut scribit Dio, cum argenti penuria laboraret, multas vestes, vasa aurea et argentea, et alia multa privatorum, regia prædia, domos, et omnia præter unice necessaria, vendidit.

[v] *Distraxit*] *Vendit en détail.*

[w] *Murrhina*] Id est, Porcellanea.

[x] *Uxoriam ac suam sericam*] De uxoria serica tantum Capitolin. 'Et vestem uxoriam sericam et auratam.' Quia scilicet serica et aurata vestis propria fuit Augustæ, non Augusti. Eutrop. tamen et Victor *suam* inter-

est,[s] multumque[e] auri redactum. Post victoriam[y] tamen emtoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerunt:[b] molestus nulli[c] fuit, qui maluit semel emta retinere.

14. Hic permisit viris clarioribus,[z] ut convivia eodem cultu quo[d] ipse, et ministris similibus[a] exhiberent. In editione munerum[b] post victoriam adeo magnificus fuit, ut[e]

—[s] Deest *duos* LC.—[z] Desunt *habita est* S. B.—[a] *Multeque* Lugd. Bat. 3.—[b] *Noluerunt* Lugd. Bat. 3.—[c] *Nullus* Lugd. Bat. 2.—[d] *Quod* Lugd. Bat. 1. *quo*

NOTÆ

serunt, quia scilicet habuerunt rationem temporis sui, quo serica veste Augusti utebantur, ut optime Salmas.

[y] *Post victoriam*] Postquam illo auro redacto reliquias belli Narcomannici confecit. Capitolin. 'Tantumque auri redactum, ut reliquias belli Marcomannici ex sententia persecutus, postea dederit potestatem emtoribus, ut si quis vellet emta reddere, atque aurum recipere, sciret licere: nec molestus ulli fuit, qui vel non reddidit emta, vel reddidit.' Joannes Antiochensis: *τοῖς μὲν ἑκούσιον ποιουμένοις τὴν τῶν βασιλικῶν σκευῶν ἀνάδοσιν τὸ αὐτὸ μέτρον τῆς τιμῆς ἀπεδίδου, τοὺς δὲ μὴ θέλοντας οὐκ ἠνάγκαζε, Iis quidem, qui ornamenta regia reddere volebant, emtionis pretium restituit; reliquos, qui nolebant, non coëgit.*

[z] *Hic permisit viris clarioribus*] Eadem Victor in Epitome: ex Capitolino uterque, ubi: 'Tunc viris clarioribus permisit, ut eodem cultu quo et ipse, vel ministeriis similibus, convivia exhiberent.' Erat autem hæc permissio necessaria, ut instituta sectio posset peragi: nam alioquin Imperatoriam supellectilem quis esset ausus emere? Plinius loqueus de auctione Trajani: 'Tanta benignitas Principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos; nos non timeamus, quod digni esse videmur.' Lamprid. in Heliogabalo: 'Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit, quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem apparatum Imperatorium publice vendiderat.' Casaub.

[a] *Et ministris similibus*] Neminem enim licebat ministros habere eodem cultu, quo essent Imperatorii. Sueton. de Domitiano: 'Generum fratris indigne ferens et ipsum albatos ministros habere, proclamavit; *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.*' Capitolin. supra pro *ministris* habet *ministeriis*, quod de ministris intelligendum esse negat Salmasius: 'Ministeria,' inquit, 'hic sunt vasa aurea et argentea, ministeria enim pro vasis et poculis Paulus lib. III. Sent. tit. de Usufructu: 'Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur quæ capacitati alicui parata sunt, et ideo tam potoria, quam escaria, item ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, pateræ, lances, piperatoria, cochlearia quoque, itemque trullæ, calices, scyphi et his similia.' ' Alias nemo nescit *ministerium* Latinis dictum pro argento mensali, vel delphica, in quo argentum illud exponebatur. Gloss. *Delphica, μυισοτέριον.*

[b] *In editione munerum*] 'In munere autem publico tam magnanimus fuit, ut centum leones una missione simul exhiberet sagittis interfectos.' Capi-

centum simul leones exhibuisse tradatur.[a] Cum igitur fortunatam rempublicam et virtute et mansuetudine reddidisset, obiit XVIII. imperii anno,[c] vitæ LXI.;[f] et[g] omnibus certatim annitentibus,[d] inter Divos[h] relatus est.

15. Hujus successor L.[i] Antoninus[k] Commodus[l] nihil paternum habuit: nisi quod contra Germanos[e] feliciter et ipse pugnavit. Septembrem[m] mensem ad nomen suum[f] transferre[n] conatus est, ut Commodus diceretur. Sed luxuria et[o] obscœnitate [g]depravatus,[p] gladiatoriis[q] armis sæpissime in ludo,[h] deinceps etiam in Amphitheatro cum hujusmodi hominibus sæpe[r] dimicavit. Obiit morte[s] subita, atque adeo ut strangulatus, vel veneno[i] interfectus putaretur:[t]

---

et ipse...exhiberet 3.—[a] *Centum...traditur*, deleto *ut*, Lugd. Bat. 1.—[f] LX. LC. L. F.—[g] *Ab omnibus* S. M. B. Lugd. Bat. 2.—[h] *Deos* Mer.—[i] Deest *L.* N. M. L. LC.—[k] *Antonius* N. M. G. L. V. Lugd. Bat. 3. 5.—[l] *Qui nihil* V.—[m] *September* Lugd. Bat. 1.—[n] *Conferre* Lugd. Bat. 3.—[o] *Sed uxoria obscenitate depravatus* B. G. S. Lugd. Bat. 2. 5. *sed obscenia obscenitate* Lugd. Bat. 3. *Sed luxuria obscenitate, &c.* V. P.—[p] *Pravatus* Lugd. Bat. 1. *deprivatus* Lugd. Bat. 3.—[q] *Gladiatoris* Lugd. Bat. 1.—[r] Deest *sæpe* S. N. M. B. G. V. L. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[s] *Mortem* Lugd. Bat. 1.—[t] *Putetur* Lugd. Bat. 2. 5. Pro

NOTÆ

tolin. In Eusebii Chronico ad annum ultimum hujus Imperatoris hæc scripta sunt, etiam in antiquissimis membranis, ut testatur Casaub. 'Antoninus post victoriam adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum leones exhibuerit.'

[c] *Obiit* XVIII. *imperii anno*] Deest annus integer, et dies amplius decem sive undecim. Vide apud Victorem p. 134.

[d] *Omnibus certatim annitentibus*] 'Denique prinsquam funus conderetur, ut plerique dicunt, (quod nunquam antea factum fuerat, nec postea) Senatus Populusque, non divisis locis, sed in una sede propitium Deum dixit.' Vide apud Victorem.

[e] *Nisi quod contra Germanos*] 'Victi sunt sub eo tamen, cum ille sic viveret, per legatos Mauri, victi Daci, Pannoniæ quoque compositæ, in Britannia, in Germania, et in Dacia imperium ejus recusantibus Provincialibus, quæ omnia ista per duces sedata sunt.' Lamprid.

[f] *Septembrem mensem ad nomen suum*] De nominibus mensium a Commodo mutatis non parum dissentiunt Auctores. Sed verum est mensem Augustum *Commodum* dictum, non vero Septembrem. Vide apud Victorem p. 134.

[g] *Sed luxuria et obscœnitate depravatus*] Victor in Epitom. 'In tantum depravatus, ut gladiatoriis armis sæpissime in amphitheatro dimicaverit.'

[h] *In ludo*] In ludo gladiatorio; *dans la salle d'armes.*

[i] *Adeo ut strangulatus, vel veneno*] Primum ei venenum datum, sed multa vini potione virus expellente, immissus Narcissus validus Palæstrita, qui ei, quasi arte exercitii, brachiorum

cum annis[j] XII.[u] post patrem, et VIII.[v] mensibus imperasset; tanta execratione omnium, ut hostis generis humani[k] etiam mortuus[w] judicaretur.

16. Huic successit Pertinax, grandævus jam,[x] ut[y] qui septuagenariam[z] attigisset[a] ætatem; præfecturam urbi[b] tum agens, ex[c] S. C. imperare jussus. Octogesimo[d] imperii die,[m] prætorianorum militum[e] seditione, et[f] Juliani scelere, occisus est.

17. Post eum Salvius[g] Julianus[n] rempubl. invasit, vir nobilis[o] et jure peritissimus; nepos Salvii[h] Juliani, qui sub Divo Hadriano[i] *perpetuum* composuit *edictum*.[p] Victus est[k] a Severo apud Mulvium[l] pontem,[q] interfectus in palatio. Vixit[m] mensibus septem,[r] postquam cœperat imperare.

interfectus est in 3. *mortuus*.—[u] XXII. F. XI. Lugd. Bat. 1. 3.—[v] IX. G. VII. Lugd. Bat. 1.—[w] Delet *mortuus* Lugd. Bat. 3.—[x] Deest *jam* G. L. V. HM. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[y] *Et qui* G. L. F. V. HM. Lugd. Bat. 1. 2.—[z] Natus annos ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα Xiphil.—[a] *Adiisset* Lugd. Bat. 3.—[b] *Præfecturam urbis* Lugd. Bat. 3. 5. *urbium ag.* 1.—[c] *Et* Lugd. Bat. 1. *Senatusconsultu* 2.—[d] XXX. M. N. LC. LXXXI. HM.—[e] *Militiam* Lugd. Bat. 2.—[f] *Ut* Lugd. Bat. 2.—[g] *Silvius* N. *Salvius* Lugd. Bat. 1.—[h] *Silvii* N.—[i] *Divo Antonino* HM.—[k] Delet *est* Lugd. Bat. 2.—[l] *Molvium* S. Lugd. Bat. 2. *Milvium* N. M. G. V. Fasti Siculi, a Scaligero editi, Μουλυβίον legunt. *Milivum* Lugd. Bat. 3. Mox

NOTÆ

nodo fauces pressit, et spiritum interclusit. Adi Victorem p. 136.

[j] *Cum annis, &c.*] Imperavit ann. XII. menses VIII. dies XV.

[k] *Ut hostis generis humani*] Hostis patriæ, hostis Deorum, hostis Senatus. Vide Lamprid. 18.

[l] *Ut qui septuagenariam*] Annos natus LXVI. et menses V. ad imperium provectus Pertinax.

[m] *Octogesimo imperii die*] Octogesimo septimo: imperavit enim mensibus II. diebus XXVII.

[n] *Salvius Julianus*] Didium vocant Spartianus et Victor in Epitom. Salvium alter Victor p. 136. ubi vide notata.

[o] *Vir nobilis*] Ejus proavus paternus Salvius Julianus bis Consul, Præfectus Urbis et Jurisconsultus.

[p] *Perpetuum composuit edictum*] Prætores olim edicta, hoc est, leges annuas, scribebant, et quo edicto superioris anni Prætor usus fuerat, eo insequens Prætor fere non utebatur; quare varie inconditeque jus a Prætoribus promebatur: postea vero constitutum est ut edictum unum componeretur, ex quo omnes in posterum Prætores perpetuo jus dicerent, quod idcirco *Perpetuum* fuit appellatum.

[q] *Victus est a Severo apud Mulvium pontem*] Eum Septimius Severus, Imperator creatus, 'pontem proxime Milvium acie devicit,' missique qui fugientem insequerentur, apud palatium Romæ obtruncavere. Victor, 137.

[r] *Vixit mensibus septem*] Sed imperavit tantum mensibus duobus, die-

18. Hinc imperii Romani[n] administrationem Septimius[o] Severus[p] accepit: oriundus ex[q] Africa, provincia[r] Tripolitana,[s] oppido Lepti:[t] solus omni memoria et ante et postea ex Africa imperator fuit. Hic primum fisci 'advocatus,'[u] mox militaris[w] tribunus, per multa deinde et varia officia atque honores, usque ad[x] administrationem totius reipub. venit. Pertinacem se appellari voluit,[y] in honorem ejus Pertinacis, qui a Juliano fuerat occisus. Parcus[z] admodum fuit, natura sævus: bella multa et feliciter gessit. Pescennium[a] Nigrum, qui in Ægypto et Syria[b] rebellaverat,[c] apud Cyzicum[d] interfecit.[v] Parthos vicit,[w] et Arabas interiores, et Adiabenos. Arabas eo[e] usque[f] superavit,[x] ut

menses alii.—[n] *Vix* Lugd. Bat. 1. qui mox *imperare* delet.—[o] *Imperii omnis administrationem* LC. *Imperii summam admin.* F.—[p] *Septimus* S. N. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[q] *Acceptus* Lugd. Bat. 2.—[r] *Et* Lugd. Bat. 2.—[s] Desunt voces *provinciæ* usque ad *fuit* LC.—[t] *Leptei* Lugd. Bat. 1.—[u] *Ducatus* Lugd. Bat. 3.—[w] *Militari* Lugd. Bat. 2.—[x] Deest *ad* F. unde ejicit Cell. quod illa ἁλλεπάλληλος Eutropio non insolita sit. Deest quoque Lugd. Bat. 3. *Venit* autem pro *pervenit* dedimus e Codd. Mss. Leidd. omnibus.—[y] *Parens* Lugd. Bat. 2. —[z] *Pescennium* B. *Poscennium* G. *Pescenninum* Lugd. Bat. 5. Sc.—[a] *Ægyptum Syriæ* Lugd. Bat. 1.—[b] *Rebellavit* Lugd. Bat. 3.—[c] *Circum* L.—[d] *Vicit, Arabas interiores et Adiabenos. Arabas quoque sup.* HM. Sc. Gr. *Vicit, et Arabas interiores, et Azabenos. Arabas* S. N. M. B. G. *Arabos ævosque* Lugd. Bat. 1. *Et Arabes interiores Zazabenos Arabas eousque* 2. *Et Arabas interiores et Azabeos Arabas eousque* 3. *Arabas interiores et Azabonas Arabas eousque* 5.—

NOTÆ

bus quinque, posteaque Severo sponte imperio cessit.

[n] *Provincia Tripolitana, &c.*] Medio fere spatio inter Syrtim Majorem et Minorem: hodie *Tripoli de Barbaria.*

[o] *Hic primum fisci advocatus*] Sic 'auspicia honorum cepisse patrocinio fisci' dicit Victor de Severo p. 142. Advocatum fisci eligebant Imperatores ex corpore advocatorum, qui in diversis foris postulabant. Ejus munus præcipue in iis bonis, quæ fisco commissa essent, exhibito delatore persequendis, versabatur, neque ille diu in officio durabat, sed cito mutabatur, quippe annum unum vel alterum compleret.

[p] *Pertinacem se appellari voluit*] Alii hoc cognomentum ei impositum tradunt ob ejus acerbitatem. Vide apud Victorem p. 139.

[q] *Apud Cyzicum interfecit*] 'Pescennium Nigrum apud Cyzicenos, Clodium Albinum Lugduni, victos coëgit mori.' Victor. Herodianus tamen Pescennium Nigrum a Severo apud Issicum victum narrat, et in quodam Antiochiæ suburbio interfectum.

Cyzicum] In Asia, in ipso littore Propontidis.

[r] *Parthos vicit*] Auxit imperium 'subacto Persarum rege, nomine Abgaro.' Victor.

[s] *Arabas eo usque superavit*] 'Neque minus in Arabas, simul adortus ut

etiam provinciam[d] ibi faceret; idcirco Parthicus, Arabicus, Adiabenicus[e] dictus[f] est. Multa toto orbe Romano reparavit. Sub eo etiam Clodius[g] Albinus, qui in occidendo Pertinace socius fuerat Juliano,[h] Cæsarem se in Gallia[i] fecit:[j] victusque apud Lugdunum[k] est et[l] interfectus.

19. Severus autem[l] præter bellicam gloriam, etiam civilibus studiis clarus fuit, et literis doctus,[a] philosophiæ scientiam ad plenum adeptus.[m] Novissimum[n] bellum in Britannia habuit: utque[o] receptas provincias omni securitate muniret, vallum per XXXII.[p] millia[b] passuum a mari ad mare deduxit.[q] Decessit[r] Eboraci[c] admodum senex,[d]

---

[c] *Quoque superavit* Sc.—[d] *Provincias* LC.—[e] *Arabicus, Zabenicus dictus est* S. B. *Arabicus, Azabenicus dic. est* N. G. M. V. *Arabicus et Adiabenicus dic. e.* HM. Gr. *Parth. Arab. Ajabinicus* Lugd. Bat. 1. *Parth. Arab. Azabenicus* 2. *Parth. Arab. Ajabenicus* 3. *Particus Arab. Azabenicus* 5. Additamentum istud, ut et superius, proculdubio e Spartiano haustum.—[f] Delet *dictus* Lugd. Bat. 2. —[g] *Clobius* Lugd. Bat. 2.—[h] *Et* Lugd. Bat. 5.—[i] *Galliam* Lugd. Bat. 2. 3.— [k] *Est interfectus* Lugd. Bat. 1. *et interfectus est* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[l] *Tamen præter* S. N. G. L. F. V. Lugd. Bat. 3. deleto *Severus. tamen propter* 2.— [m] *Adeptus est. Amator studiosorum: adeo ut Oppiano qui de natura piscium et situ Græciæ metrum Heroicum composuit, singulos aureos pro singulis versibus daret. Unde et eadem Oppiana carmina ad hanc diem aurea nominantur. Novissimum, &c...gessit, ubi ut receptas* S. B.—[n] *Nobilissimum* Lugd. Bat. 2.—[o] *Atque* Lugd. Bat. 1.—[p] XX. N. suprascriptum XXX. XXII. B. G. L. S. XXXV. Sc. CXXXII. HM. F. XXII. Lugd. Bat. 3. De hujus loci corruptione vide Annotat.—[q] *Reduxit* Lugd. Bat. 1. 3.—[r] *Decessit a vita admodum* G.—[s] *Eboraci*

NOTÆ

est, in ditionem redegit provinciæ modo.' Idem.

[j] *Cæsarem se in Gallia fecit*] De Cæsaribus jam supra dictum est.

[k] *Victusque apud Lugdunum*] Apud Tiburtium, qui locus non procul Lugduno, victus est Albinus, die 19. Februarii, ann. U. C. 950.

[a] *Et literis doctus*] 'Philosophiæ, declamandi, cunctis postremo liberalium deditus studiis.' Victor.

[b] *Vallum per* XXXII. *millia*] 'His majora aggressus, Britanniam quod ea utilis erat, pulsis hostibus muro munivit, per transversam insulam ducto, utrimque ad finem Oceani.' Victor p. 140. ubi murum vocat quem Eutrop. vallum. Sed si murum cespititium intelligas, utrumque verum erit; muri enim cespititii proprie valli dicuntur: et vallum Severi sic optime describit Beda, historiæ lib. I. 'Severus receptam partem insulæ, a ceteris indomitis gentibus, non muro, ut quidam existimant, sed vallo distinguendam putavit: murus enim de lapidibus, vallum vero, quo ad repellendum vim hostium castra muniuntur, fit de cespitibus, quibus circumcisis e terra velut murus extruitur, altus super terram, ita ut in ante sit fossa, de qua levati sunt cespites, supra quam sudes de lignis fortissimis præfiguntur. Itaque Severus magnam fossam firmissimumque vallum, crebris insuper turribus commu-

imperii anno sexto decimo,[e] mense tertio;[f] et[u] Divus appellatus est: nam filios duos[v] successores reliquit, Bassianum et Getam; sed Bassiano[w] Antonini[x] nomen[f] a senatu[y] voluit imponi. Itaque dictus est M.[z] Aurelius Antoninus[a] Bassianus; patrique[b] successit:[c] nam Geta hostis publicus judicatus,[g] confestim periit.[h]

20. Marcus igitur Aurelius Antoninus[d] Bassianus idemque[e] Caracalla,[f i] morum fere paternorum fuit; paulo asperior, et minax. Opus Romæ egregium fecit[j] lavacri,[g] quæ Antoninianæ[k] appellantur; nihil præterea[l] memorabile.

Lugd. Bat. 1. *Tevoraci* 2. *Evoraci* 3.—[a] Ita S. B. G. F. Gr. *Anno* XVIII. *mense* IV. Vulg. *Anno* XVII. *mense* III. N. LC. *Anno* XII. *mense* III. V. in Dione *anno* XVII. *mense* VIII. *die* III. *sedecim* Lugd. Bat. 3. pro *sexto decimo*.—[u] Copulam delent Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[v] Sic LC. N. V. L. Sc. F. et Gr. Ceteri *duos*, non adeo recte, ut patet ex Herodiano, ubi de Severi consecratione loquitur.—[w] *Bassianum* Lugd. Bat. 1.—[x] *Antonii* N. L.—[y] *Senatus* Lugd. Bat. Schonh. Mer. *ad senatum voluit impleri* Lugd. Bat. 3.—[z] Deest *M.* G. *Marcus* Lugd. Bat. 3—[a] Deest *Anton.* G. *Antonius* Lugd. Bat. 2.—[b] A *patrique* usque ad capitis seq. *idemque* omnia delet Lugd. Bat. 3.—[c] Al. *successor*.—[d] *Antonius* L.—[e] Deest *idemque* L.—[f] *Caracalla* Lugd. Bat. 2. *Coramorum* 5. *Cera fere* 5.—[g] *Lavacra* F. *Lavacra quæ Antoniniana* Lugd. Bat. 2. 3. Vinetus suspicatur *thermarum* legendum esse, ut fœmineo generi *Antoninianæ* respondeat: sed fatetur, contra omnes libros esse suam conjecturam.—[h] *Antonianæ* G. L. V. Lugd. Bat. 5. *Antinianæ* Lugd. Bat. 1.—[i] *Propterea* Lugd. Bat.

NOTÆ

nitum, a mari ad mare duxit.'

[c] *Decessit Eboraci*] 'Neque multo post Britanniæ municipio, cui Eboraci nomen, annis regni duodeviginti, morbo extinctus est.' Victor.

[d] *Admodum senex*] Annos natus LXV. menses VIII.

[e] *Imperii anno sexto decimo*] XVIII. Victor, Herodianus, et Spartianus; sed imperavit tantum annos XVII. menses VII. dies III.

[f] *Sed Bassiano Antonini nomen*] Non solum Bassiano, sed Getæ etiam Antonini nomen voluit imponi: quare cum abesset ita scribebat: 'Salutate Antoninos filios et successores meos.' Sed prius Bassiano impositum.

[g] *Nam Geta hostis publicus judicatus*] 'Geta hostis est judicatus.' Spartian.

[h] *Confestim periit*] Postquam imperasset cum fratre annum unum, dies XXII. a fratre interfectus in ipso sinu matris Juliæ.

[i] *Idemque Caracalla*] Sic dictus quod indumenta in talos dimissa populo largiebatur. *Caracalla* a *Calaca*, unde nostrum *casaca*.

[j] *Opus Romæ egregium fecit lavacri*] Nota *opus lavacri* pro *lavacrum*. De Thermis Antonianis sic Spartian. 'Opera Romæ reliquit Thermas nominis sui eximias, quarum cellam solearem Architecti negant posse ulla imitatione, qua facta est, fieri: nam ex ære vel cupro cancelli superpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est: et tantum est spatium ut id ipsum fieri negent potuisse docti Mechanici.'

Impatiens libidinis; ut[k] qui novercam suam [k]Juliam[l] uxorem duxerit. Defunctus est in Osdroëne[m] apud Edessam,[n] moliens adversum Parthos expeditionem, anno imperii VI.[m] mense II. vix egressus ætatis XLIII.[o] annum. Funere publico elatus[p] est.

21. Opilius[q] deinde Macrinus,[n] qui præfectus[r] prætorio erat, cum filio Diadumeno[s] facti imperatores,[o] nihil memorabile ex temporis brevitate gesserunt: nam imperium eorum duum[t] mensium,[u] et unius anni fuit. Seditione militari ambo pariter occisi sunt.[p]

22. Creatus est post hos M.[v] Aurelius Antoninus.[w] Hic Antonini Caracallæ filius putabatur:[q] sacerdos autem Heliogabali[x] templi erat.[r] Is[y] cum Romam ingenti et militum

---

3. *postea* 5. mox *impatientis* Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[k] Delet *ut* Lugd. Bat. 2. 5. —[l] *Filiam* Lugd. Bat. 3.—[m] *Osdroena* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[n] *Edissam* Lugd. Bat. 2. 5.—[o] *Vix egressus* XIV. *annum* L. *Vix egressus* XLIII. *an.* B. G. *vix egressus* XL. *annum* Lugd. Bat. 1. *vix egressus* XLIIII. *annum* 5.—[p] *Clausus est* G.—[q] *Deinde Opilius* Lugd. Bat. 3. 5. et 2. qui *Macrinus* delet.—[r] *Præfatus* Lugd. Bat. 2.—[s] *Diadumento* L. *Diadomeno* Lugd. Bat. 1.—[t] Al. *duorum.* —[u] *Mensuum* Lugd. Bat. 2.—[v] Deest *M.* V.—[w] *Antonius* L. et mox *Antonii.* —[x] Vide Not. Varior. *Eliogabali* Lugd. Bat. 1. 3. 5. *Eliagaballi* 2.—[y] *Hic*

NOTÆ

[k] *Novercam suam Juliam*] Getæ fratris quem occiderat matrem. Spartian. 'Ad parricidium junxit incestum, siquidem eam matrimonio copulavit, cujus filium nuper occiderat.'

[l] *Defunctus est in Osdroëne apud Edessam*] Inter Edessam et Carras a duobus Centurionibus occisus.

[m] *Anno imperii* VI.] Adde tantum IV. dies.

[n] *Opilius deinde Macrinus*] 'Dehinc Opilius Macrinus, qui Præfecturam Prætorio gerebat, Imperator, ejusque filius, Diadumenus nomine, Cæsar a Legionibus appellatur.' Victor. Id factum ann. U. C. 969. post Ch. 217.

[o] *Facti Imperatores*] Quidam Macrinum Imperatorem factum, at Diadumenum tantum Cæsarem. Capitolin. 'Sciendum præterea, quod Cæsar fuisse dicatur, non Augustus, Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum patre imperio tradiderunt.' Vide initium Ælii Lampridii in Diadumeno, et Victorem p. 145.

[p] *Seditione militari ambo pariter occisi sunt*] 'Fugiens sane Macrinus cum paucis et filio, in vico quodam Bithyniæ occisus est cum Diadumeno, ablatumque ejus caput est, et ad Antoninum perlatum.' Capitolin.

[q] *Hic Antonini Caracallæ filius putabatur*] Filius erat Semiamiræ sororis Juliæ novercæ Antonini Caracallæ: eum Eutychianus in castra adduxit, fingens eum Caracallæ spurium. Vide apud Victor.

[r] *Sacerdos autem Heliogabali templi erat*] 'In Solis sacerdotium, quem Heliogabalum Syri vocant, tanquam

et senatus expectatione venisset, probris se omnibus contaminavit. Impudicissime et obscœnissime[r] vixit, biennioque post et VIII. mensibus[t] tumultu[s] interfectus est militari; et cum eo mater Symia [u]Syra.[b]

23. Successit huic[v] Aurelius[c] Alexander;[w] ab exercitu Cæsar, a senatu[d] Augustus[x] nominatus; juvenis admodum:[y] susceptoque[z] adversus Persas bello,[a] Xerxem[f a] eorum regem gloriosissime vicit. Militarem disciplinam severissime rexit;[b] quasdam tumultuantes[g] legiones[c] integras ex-

Lugd. Bat. 2. 3.—[r] Desunt *et obscœn.* M. *Et* delet Lugd. Bat. 2.—[s] *Tumulto* Lugd. Bat. 1.—[b] Ingens in hoc nomine variatio. F. LC. M. L. *Semiasera.* S. *Suriasera.* N. *Sinuasera.* V. et P. *Semiamyra*, G. *Syriasira.* Lugd. Bat. 1. *Symia.* at Lugd. Bat. 2. *Surias erat.* denique L. Bat. 3. 5. *Suria Sera.* Vinetus scribit, se in libris antiquis invenisse *Semya Syra*, et *Simia Serena.*—[c] *Aurelianus* V.—[d] *Cæsar a senatu* absunt a Lugd. Bat. 1.—[e] *Bella* Lugd. Bat. 2.—[f] *Persen* L. *Seren* G. *Xeren* V. *Xersen* F. Lugd. Bat. 5. Herodianus, Xiphilinus, Lampridius *Artaxerxem* vocant. Agathias Scholasticus *Artaxarem.* Omnes corrupte. Genuinum enim nomen *Ardschir* esse, ex Tarich (Arabico libro Genealogico) ostendit Cl. Schickardus. a *Xerxen* usque ad *severissime* respuit omnia Lugd. Bat. 2. *Xerxeneorum* 3. et Schonh.—[g] *Tumultuarias*

NOTÆ

asylum insidiarum metu perfugerat.' Victor. Inde ipse etiam Imperator dictus Heliogabalus.

Heliogabali] Syris *Alahgabal*, id est, *Deus mons*, quod ille esset e saxo rudi, et imposito in modum plane montis. Græci vero nomen hoc deflectentes ejus asperitatem proxime ad sonum linguæ suæ emollire conati sunt, pronuntiantes ΗΛΙΟΓΑΒΑΛΟC. Vide quæ viri doctiss. apud Lampridium notavere, et quæ ab illustrissimo Bocharto, et quæ a Seldeno scripta sunt.

[t] *Biennioque post et* VIII. *mensibus*] Regnavit annos III. menses IX. dies IV.

[u] *Et cum eo mater Symia Syra*] Symiam Syriam hic vocat Eutrop. quam alii *Semiamiram.* 'Occisa est cum eo et mater Semiamira, probrosissima mulier et digna filio.' Lamprid. De hoc nomine vide quæ disputavit summus Scaliger in animadversionibus Eusebianis.

[v] *Successit huic*] Ann. Urbis 974. post C. 222.

[w] *Aurelius Alexander*] Consobrinus Heliogabali, quippe filius Mammææ, quæ Semiamiræ soror erat.

[x] *Ab exercitu Cæsar, a senatu Augustus*] Augustum a militibus appellatum scribit Herodianus. A Senatu Cæsarem Lamprid. quem vide.

[y] *Juvenis admodum*] Adolescens sexdecim annorum.

[z] *Susceptoque, &c.*] 'Confestim apparatu magno bellum adversum Xerxem Persarum regem movet.' Victor.

[a] *Xerxem*] Artaxerxem vocat Dio, Herodianus, Lamprid. Hic est Artaxerxes qui, devicto et occiso Artabano rege Parthorum ultimo, primus antiquum Persarum in Oriente Imperium renovavit.

[b] *Militarem disciplinam severissime*

auctoravit. Assessorem habuit, vel[a] scrinii magistrum,[d] Ulpianum, juris conditorem. Romæ quoque[e] favorabilis[f] fuit. Periit[g] in Gallia, militari tumultu,[g] tertiodecimo imperii anno,[h] et die VIII.[i] in Mammæam matrem suam unice pius.[i]

Schonh.—[a] Delet *vel* Lugd. Bat. 3. et pro *scrinii* legit *sermii*.—[d] *Romæque fav.* Lugd. Bat. 5.—[g] *Perit* Lugd. Bat. 3.—[h] Delet Lugd. Bat. 1. *octava* 2. *octavo* 3. VIII. 5. omnes autem transponunt *Mam. matr. suam:* sed *Mamæam* per un. m 3. et 5.

NOTÆ

rexit] Ita ut, cum iter faceret, non milites, sed Senatores transire dicerentur. Tribuni accincti, Centuriones verecundi, milites amabiles erant. Lamprid.

[e] *Quasdam tumultuantes legiones*] 'Ibi (in Gallia) tumultuantes Legionum plerasque constantissime abjecit.' Vict. p. 146.

[d] *Assessorem habuit, vel scrinii magistrum*] *Vel* hic pro particula *et*, ut sæpe apud historiæ Augustæ Scriptores. Nam et Assessorem et scrinii Magistrum fuisse Ulpianum docet Lamprid. 'Nam et Consiliarius Alexandri et magister scrinii Ulpianus fuisse perhibetur.' Idem enim est *Consiliarius* et *Assessor*. Nempe Jurisperitus, qui tum in publicis, tum in privatis judiciis, ab iis qui judicium exercebant, in consilium publico constituto Salario adhibebatur.

Scrinii magistrum] Multa fuere scrinia; veluti scrinium epistolarum, scrinium memoriæ, scrinium libellorum, scrinium largitionum, scrinium dispositionum: neque unius tantum scrinii Magister Ulpianus, sed omnium. Festus Rufus: 'Hic Alexander scriniorum magistrum habuit Ulpianum Jurisconsultorem.' Nempe Ulpianus super omnes scriniorum magistros, quos *proximos* sive *principes* vocabant, constitutus.

[f] *Favorabilis*] Cui omnes favent, qui omnium in se amorem colligit.

[g] *Periit in Gallia, militari tumultu*] Lamprid. 'Denique agentem eum cum paucis in Britannia, ut alii volunt, in Gallia, in vico, cui Sicilia nomen est, non ex omnium sententia, sed latrocinantium modo quidam milites, et hi præcipue, qui Heliogabali præmiis efflorverant, cum Severum principem pati non possent, occiderunt.' Adi Victorem p. 146.

[h] *Tertiodecimo imperii anno*] 'Imperavit annos XIII. diebus IX. vixit annis XXIX. mensibus III. diebus VII.' Lamprid.

[i] *In Mammæam matrem suam unice pius*] Lamprid. 'In matrem Mammæam unice pius fuit, ita ut Romæ in palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas imperitum vulgus hodie ad Mammam vocant.'

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER IX.

POST hunc Maximinus[a a] ex corpore militari primus[b] ad imperium accessit, sola militum voluntate, cum nulla senatus intercessisset auctoritas,[c] neque ipse senator esset. Is, bello[d] adversus Germanos feliciter gesto,[d] cum a militibus imperator esset appellatus, a Pupieno[e] Aquileiæ occisus est,[e]

[a] *Maximianus* Lugd. Bat. 1. 3. et Edd. Vetust.—[b] *Bellum* deleto *is* Lugd.

NOTÆ

[a] *Maximinus*] 'De vico Thraciæ vicino Barbariæ, barbaro etiam patre et matre genitus: quorum alter e Gothis, alter ex Alanis genitus perhibetur.' Capitolin.

[b] *Ex corpore militari primus*] 'Primus e militaribus.' Victor, p. 148.

[c] *Cum nulla senatus intercessisset auctoritas*] Verum ex Herodiano et Capitolino, qui sic scribit: 'sed, occiso Alexandro, Maximinus primus e corpore militari, nondum Senator, sine decreto Senatus Augustus ab exercitu appellatus est, filio sibimet in participatu dato.' Victor tamen Legionum suffragia a patribus approbata dicit.

[d] *Is, bello adversus Germanos feliciter gesto*] 'Ingressus igitur Germaniam Transrhenanam per ccc. vel cccc. millia barbarici soli vicos incendit, greges abegit, prædas sustulit, barbarorum plurimos interemit, militem divitem reduxit; et nisi Germani per amnes et paludes ad sylvas confugissent, omnem Germaniam in Romanam ditionem redegisset.' Capitol.

[e] *A Pupieno Aquileiæ occisus est*]

deserentibus eum militibus suis, cum filio adhuc puero; cum quo imperaverat triennio et paucis diebus.[f]

2. Postea tres simul Augusti fuerunt,[g] Pupienus, Balbinus, et[d] Gordianus: duo[e] superiores obscurissimo genere;[h] Gordianus, nobilis: quippe cujus [i]pater,[f] senior Gordianus,[g] consensu militum, cum proconsulatum Africæ ageret, Maximino[h] imperante, princeps fuisset[i] electus. Itaque cum Romam[j] venissent[k] Balbinus et Pupienus, in palatio[l] interfecti[k] sunt;[m] soli Gordiano imperium reservatum.[n] Gordianus admodum puer,[l] cum Tranquillinam[m] Romæ

Bat. 1.—[c] *Pupione* L. LC. *Pupino* Lugd. Bat. 3. *Aquileia* 2. 3.—[d] Copulam respuit Lugd. Bat. 1.—[e] A *duo* usque ad *Gord. consensu* nihil agnoscit Lugd. Bat. 2.—[f] *Frater* Sc.—[g] *Cum cons.* Lugd. Bat. 2.—[h] *Maximiano* L. Lugd. Bat. 1. 3. Ald. et Junt. Sc.—[i] Deest *fuisset* Mer. Fr.—[k] *Itaque Roma venisset* Lugd. Bat. 1.—[l] Desunt *in palatio* L.—[m] *Interfectus est* Lugd. Bat. 3.—[n] *Solo Gordiano imperatore reservato* L. *Soli Gordiano imperio reservato* P. V.

NOTÆ

[c] Eos Pupienus Aquileiæ obsidione confecit.' Victor. A militibus in castris obtruncati.

[f] *Triennio et paucis diebus*] 'Horum imperio ad biennium per hujusmodi moras annus quæsitus.' Victor. Vide ibi notata p. 150.

[g] *Postea tres simul Augusti fuerunt*] Gordianos patrem et filium præterit, qui insignia potestatis in Africa sumsere. Sed, occiso Gordiani filio per Capellianum Mauritaniæ Præsidem, Gordianus pater laqueo vitam finivit, quæ ubi Romam nuntiata sunt, Senatus Pupienum et Albinum Imperatores creavit, Gordianumque nepotem Cæsarem fecit: et ita tribus Imperatoribus contra Maximinum fulta Respublica est.

[h] *Duo superiores obscurissimo genere*] Nempe Pupienus et Balbinus. Pupienum quidem obscuro genere natum dicit Capitolin. ejusque patrem unum e plebe; ut nonnulli dicunt, fabrum ferrarium; ut alii, rhedarium vecticularium fabricatorem. Sed idem Balbinum nobilissimum dicit, et familiæ vetustissimæ, quippe qui, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane historico originem duceret.

[i] *Quippe cujus pater*] Certe hic erat Eutropius, qui hujus Gordiani patrem dicat Gordianum seniorem, qui in Africa Imperator factus est, quique laqueo vitam finivit: avum potius dicere debuerat; nam iste Gordianus, ut plures asserunt, natus est ex filia senioris Gordiani, ut unus aut duo, ex filio, qui in Africa a Capelliano victus et occisus.

[j] *Itaque cum Romam, &c.*] At in Urbe remanserat Balbinus. Fortasse hinc aliquid excidit, nempe scriptum fuerat: *Itaque cum Romam venisset Pupienus, Balbinus et Pupienus, &c.*

[k] *In palatio interfecti*] Ex Herodiano et Capitolino liquet eos non in palatio, sed e palatio per mediam civitatem productos in medio itinere interfectos.

[l] *Admodum puer*] Annos natus XVI.

[m] *Cum Tranquillinam*] Filiam Misi-

duxisset uxorem, Janum geminum aperuit,[n] et ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui jam moliebantur erumpere:[o] quod quidem mox[p] feliciter gessit, prælliisque ingentibus Persas afflixit.[o] Rediens, haud[r] longe a[r] Romanis finibus[p] interfectus est fraude Philippi,[q] qui post eum imperavit. Miles ei[r] tumulum vigesimo milliario[r] a Circesso,[s] quod castrum nunc Romanorum est, Euphrati[p] imminens, ædificavit; exequias Romam revexit:[t] ipsum Divum appellavit.

3. Philippi duo,[u] filius ac pater, Gordiano occiso, imperium invaserunt:[v] atque, exercitu incolumi reducto, ad Italiam e Syria[w] profecti sunt. His imperantibus[w] mille-

Mer.—[o] *Tranquillam* V. Sc. Lugd. Bat. 3.—[p] *Irrumpere* Lugd. Bat. 1.—[q] Deest *mox* L. F. Lugd. Bat. 1.—[r] *Huic* Lugd. Bat. 5.—[s] Delet *a* Lugd. Bat. 3.—[t] *Et* Lugd. Bat. 2.—[s] *Circosso* LC. *Circesio* Lugd. Bat. 1. *Cyrcesso* 2. *Circeso* 3.—[p] *Euphrate* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[w] Desunt *e Syria* L. LC.

NOTÆ

thei doctissimi viri. Capitolin.

[n] *Janum geminum aperuit*] 'In Persas profectus est cum prius Jani ædes, quas Marcus clauderat, patentes more veterum fecisset.' Victor.

[o] *Prælliisque ingentibus Persas afflixit*] 'Illic frequentibus prælliis pugnavit et vicit, Sapore Persarum rege submoto, et post Artaxerxem Antiochiam recepit, Carras et Nisibin, quæ omnia sub Persarum imperio erant.' Capitolin.

[p] *Haud longe a Romanis finibus*] In Persidis finibus.

[q] *Fraude Philippi*] Adi Capitolinum in Gordiano III. cap. 29. et 30.

[r] *Miles ei tumulum vigesimo milliario*] Festus Rufus: 'milites ei tumulum vicesimo milliario a Circesso castro, quod et nunc extat, ædificarunt.' Hujus tumuli titulum, Græcis, Latinis, Persicis, Judaicis, et Ægyptiacis literis scriptum sic refert Capitolin. DIVO GORDIANO VICTORI PERSARUM, VICTORI GOTHORUM, VICTORI SARMATARUM, DEPULSORI ROMANARUM SEDITIONUM, VICTORI GERMANORUM; SED NON VICTORI PHILIPPORUM.

[s] *A Circesso*] Κιρκήσιον vocant Græci Scriptores, *Circeium* corrupte Capitolin. Hujus castri situm Procopius et Zosimus ponunt in triangulo quem Euphrates et Aborras confluentes faciunt.

[t] *Exequias Romam revexit*] Sic jam supra est, sic etiam Festus Rufus: 'Atque exequias ejus Romam cum maxima reverentia deduxerunt:' sed malim *reliquias*

[u] *Philippi duo*] 'Marcus Julius Philippus Arabs Thraconites, sumto in consortium Philippo filio, &c. Romam venere.' Victor, p. 151.

[v] *Imperium invaserunt*] Anno U. C. 996. post Christ. 244.

[w] *His imperantibus*] Cassiodorus, Æmilianus, et Aquilinus. 'His Coss. millesimus annus urbis Romæ expletus est: ob quam solemnitatem innumerabiles Philippus cum filio suo bestias in circo magno interfecit, lu-

simus annus Romæ urbis ingenti ludorum apparatu spectaculorumque[a] celebratus est. Ambo deinde ab exercitu interfecti sunt: senior Philippus Veronæ,[y] Romæ junior. Annis quinque[z] imperaverunt:[x] inter Divos tamen relati sunt.

4. Post hos[a] Decius,[y] e Pannonia inferiore Budaliæ[z] natus,[a] imperium sumsit. Bellum civile, quod in Gallia[c] motum fuerat, oppressit: filium suum[a] Cæsarem fecit. Romæ lavacrum ædificavit. Cum biennio ipse et filius[b] imperassent,[d] uterque in [c]barbarico[c] interfecti sunt, inter Divos relati.[f]

5. Mox imperatores creati[d] sunt, Gallus Hostilianus et Galli filius[e] Volusianus. Sub his Æmilianus[f] in Mœsia res

---

Ex Syr. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[a] *Spectaculique* S. M. B. *spectaculumque* Lugd. Bat. 2. *spectaculorum* 3.—[y] *Uti* Lugd. Bat. 1.—[z] *Quippe* Lugd. Bat. 3.—[a] *Hæc* Lugd. Bat. 3. 5.—[b] *Budaliæ* per *d* scribit LC. Lugd. Bat. 1. Burd. F. et Græcus: ceteri, ut Lugd. Bat. 2. 5. *Bubaliæ* per *b*. *Bulaliæ* 3. *Budaliam* appellat etiam Antoninus, recte: ut opinatur Surita [in notis ad Ant. itin.] sicque proculdubio legendum in Hieronymi Chron. ubi *Eudaliæ* legitur, licet in vetustissimo quodam cod. MSto Hieronymi *Burdali* scriptum sit.—[c] *Galatia* Lugd. Bat.—[d] *Impetrassent ipse et filius, uterque, &c.* Lugd. Bat. 1. 2. 3. *imperasset ipse et fil. ut.* 5. *ejus* tamen servat 2.—[e] *Barbarico solo interfecti* LC. *Barbarico bello interf.* S. B. G. V.—[f] Desunt *int. Div. relat.* S. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5. *et inter Divos referri* F. ad quam structuram perficiendam deest fortasse *meruerunt*; sic enim legunt Lugd. Bat. 1. Schonh. et Mer.

NOTÆ

dosque in campo Martio Theatrales tribus diebus ac noctibus, populo pervigilante, celebravit. Quadraginta etiam missus natali Romæ urbis concurrerunt, et agon mille annorum actus.'

[x] *Annis quinque imperaverunt*] 'Annos potentiæ quinque egere.' Victor. Alii imperasse aiunt annos VI. alii VII.

[y] *Post hos Decius*] Ann. U. 1003. post Christ. 251.

[z] *E Pannonia inferiore Budaliæ natus*] Budalia seu Bubalia Pannonia inferior dicta ab oppido Bubali. Sirmientium vico ortum Decium scribit Victor.

[a] *Filium suum*] Q. Herennium Etruscum Messium Decium.

[b] *Cum biennio ipse et filius*] Idem Victor, sed falso: nam ad summum regnarunt annum unum menses IV. et sub eis imperium invasere C. VALENS HOSTILIANUS MESSIUS, LUCIUS PRISCUS, ET JULIUS VALENS LICINIANUS. Nisi hic *Julius Valens* idem sit qui *Caius Valens, &c.* Sane Julii Prisci et Julii Valentis tantum meminit Victor, quem vide p. 153.

[c] *Uterque in barbarico*] 'Decii Barbaros trans Danubium persequentes in Abruto fraude cecidere.' Victor.

[d] *Mox imperatores creati*] Ann. Urbis 1004. post Christ. 252.

[e] *Gallus Hostilianus et Galli filius*] Legendum, ut optime monuit doctis-

novas molitus est: ad quem[e] opprimendum cum ambo[f] profecti essent, Interamnæ interfecti[g] sunt,[g] non completo biennio.[h] [h] Nihil omnino[i] clarum gesserunt. Sola pestilentia,[l] et morbis, atque ægritudinibus notus eorum principatus fuit.

6. Æmilianus obscurissime natus, obscurius imperavit,[m] ac tertio mense[k] extinctus[l] est.[n]

7. Hinc Licinius Valerianus,[m] in Rætia[o] et Norico agens, ab exercitu imperator, et mox Augustus[n] est factus. Gallienus quoque[o] Romæ a Senatu Cæsar est appellatus.[p] Horum

Senior meruit inter Divos referri. Sed Vulg. lect. confirmat Gr.—[e] *De quo* Lugd. Bat. 5.—[f] *Campo* Lugd. Bat. 3.—[g] *Profecti* Lugd. Bat. 2.—[h] *Cum non completo biennio imperassent* LC.—[i] Deest *omnino* LC. *nihilominus* Lugd. Bat. 3.—[m] *Imperavit, siquidem Maurus* (*Maurius* Lugd. Bat. 2.) *fuerat: ac* N. B. M. G. V. Lugd. Bat. 2. 5.—[n] *Exstinctus est vel defunctus* L.—[o] *Rhætia* vulg.

NOTÆ

simus Casaubonus, *Gallus Hostilianusque, &c.* Quomodo Aurelius Victor: 'Patres Gallo Hostilianoque augusta imperia decernunt.' Ut non aliter Eutropium scripsisse putem, addit vir summus, moveor hoc argumento quod Paulus Diaconus et alii e recentioribus Chronologis multi, qui fere Eutropium describere solent, errorem hunc non errarunt. Auctor quidem historiæ miscellæ hoc loco scribit: 'Mox exercitus Imperatores creavit Vibium Gallum, et filium Galli Volusianum. Horum temporibus Hostilianus Perpenna a Senatu Imperator creatus, nec multum post pestilentia consumtus est.' Pæanium, qui mendam agnoscit, non moramur, vitiosissimis enim libris esse usum. Hujus sane mendæ vetustas, siquidem menda est, colligi potest ex Orosio, quem corruptam lectionem secutum esse dubitari non potest.

[f] *Sub his Æmilianus*] C. JULIUS ÆMILIANUS.

[g] *Interamnæ interfecti sunt*] 'Ad quem expugnandum profecti Interamnæ ab suis cæduntur.' Victor. Interamna hæc in Umbria ad flumen Nar.

[h] *Non completo biennio*] 'His sane omnibus biennium profecit.' Victor.

[i] *Sola pestilentia*] 'Dein pestilentia oritur, qua atrocius sæviente Hostilianus interiit.' Idem. Tunc Romæ ad quinque millia in Libitinæ rationes quotidie veniebant.

[k] *Ac tertio mense*] Mense quarto. Victor in Epitome.

[l] *Extinctus*] Morbo absumtum dicit Victor in Cæsaribus, a suis cæsum alter Victor in Epitome.

[m] *Hinc Licinius Valerianus*] 'At milites, qui contracti undique apud Rhætias ob instans bellum, morabantur, Licinio Valeriano imperium deferunt.' Victor. ann. U. 1006. post Ch. 254.

[n] *Ab exercitu imperator, et mox Augustus*] Quippe Imperator dicebatur, qui exercitui præerat; Augustus, qui imperium regebat.

[o] *Gallienus quoque*] 'Ejus filium

imperium Romano nomini perniciosum,[p] et pæne exitiabile[q] fuit, vel[r] infelicitate principum,[s] vel ignavia.[p] Germani[t] Ravennam usque[q] venerunt.[p] Valerianus, in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore, Persarum rege,[r] superatus est: mox etiam captus, apud Parthos ignobili servitute[u] consenuit.[s]

8. Gallienus, cum adolescens factus esset[v] Augustus, imperium primum feliciter, mox commode, ad ultimum perniciose gessit. Nam juvenis in Gallia[w] et Illyrico[t] multa strenue fecit, occiso apud Mursam[x] Ingenuo,[y] qui purpuram sumserat, et Trebelliano.[z] Diu placidus et quietus,[x] mox

---

Retia Lugd. Bat. 2. *Græcia* 1. *Ræcia* 5.—[p] *Factus* M.—[q] Quinque præcedentes voces ex Lugd. Bat. 1. exciderant. *horum Romano imperio nomen perniciosum* 5.—[r] *Exitiabili fuit vel infelicitati* Lugd. Bat. 1.—[s] *Ut vel* Lugd. Bat. 2. 3.—[t] Tres sequentes voces delet Lugd. Bat. 3.—[u] *Romanis* Lugd. Bat. 1. *Alamanni* 5.—[v] *Venirent* Lugd. Bat. 2. 3.—[w] *Senectute* Lugd. Bat. 2.—[x] *Consenuit. Nam quamdiu vixit rex ejusdem provinciæ, incurvato eo, pedem ejus cervicibus imponens solitus erat equum conscendere. Gallienus cum* Sc. HM. L. Bat. 5. quæ ex Victore vel Diacono videntur adjecta.—[y] Quatuor sequentes voces respuit Lugd. Bat. 3.—[z] *Galliæ Illyrico* Lugd. Bat. 1. *Galtia et in Ill.* 3. *Gallia et in Ill.* 5.—[a] Al. *Mursiam.* uti Lugd. Bat. 2.—[b] *Genuo* N. Lugd. Bat.

NOTÆ

Gallienum Senatus Cæsarem creat.' Victor.

[p] *Vel ignavia*] De Valeriano sic alter Victor in Epitome: 'Stolidus tamen et multum iners, neque ad usum aliquem publici officii consilio seu gestis accommodatus.'

[q] *Germani Ravennam usque*] Contra eos missus Gallienus. Vide Zosim. *Ravenna* Senonum oppidum in littore Adriatico.

[r] *A Sapore, Persarum rege*] 'Persarum regis, cui nomen Sapor erat, dolo circumventus,' &c. Victor.

[s] *Ignobili servitute consenuit*] Alter Victor in Epitom. 'Valerianus vero, in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore Persarum rege superatus, mox etiam captus, apud Parthos ignobili servitute consenuit. Nam quamdiu vixit, rex ejusdem provinciæ incurvato eo pedem cervicibus ejus imponens, equum conscendere solitus erat.' Alter Victor in Cæsaribus ait, Valerianum fœde laniatum interiisse.

[t] *In Gallia et Illyrico*] Adversus Germanos.

[u] *Occiso apud Mursam Ingenuo*] *Ingebum* vocat Victor: 'Ibi,' inquit, 'Ingebum, quem curantem Pannonios, comperta Valeriani clade, imperandi cupido incesserat, Muraiæ devicit.' Sed *Ingenuum* vocat Trebellius Pollio, et in nummis INGENUS. Vide notata apud Victorem p. 155.

Mursam] In Pannonia inferiori.

[w] *Et Trebelliano*] Legendum *Regalliano*: Regallianus enim unus de XXX. Tyrannis qui sub Gallieno rebellarunt. Adi Victorem p. 155. et Trebellium Pollionem.

in omnem lasciviam dissolutus,[y] tenendæ reipublicæ habenas probrosa ignavia et desperatione laxavit.[z] Alamanni, vastatis[a] Galliis,[z a] in Italiam penetraverunt.[c] Dacia, quæ a Trajano ultra Danubium[a] fuerat adjecta,[b] amissa est. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia, vastata[i] per Gothos.[b b] Pannonia a Sarmatis Quadisque[j] populata[m] est. Germani usque ad Hispanias[c] penetraverunt, et civitatem[n] nobilem Tarraconem[o] expugnaverunt. Parthi, Mesopotamia occupata,[p d] Syriam sibi cœperunt[q] vindicare.

9. Tum[r] jam desperatis rebus, et deleto[s] pæne imperio Romano, Postumus[t e] in Gallia, obscurissime natus, purpuram sumsit: et per annos decem[f] ita imperavit, ut consumtas pæne[u] provincias ingenti virtute et moderatione

1. *ingenio.* 2.—[c] *Rebelliano* Lugd. Bat. 5.—[d] *Lassavit* Lugd. Bat. 3.—[e] *Exhaustis* P. V. G.—[f] *Gladiis* Lugd. Bat. 1. *Gallis* 2. 3.—[g] Ita S. N. M. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5. B. G. F. V. Sc. HM. *irruperunt* vulg.—[h] *Tum amissa* S. N. M. B. L. Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[i] *Vastat* Lugd. Bat. 1.—[k] *Parthos* G. *Gonthos* Lugd. Bat. 1. *Gothos* 5.—[l] *Squadisque* N. M. Lugd. Bat. 1. *Quadrisque* L.—[m] *Se populata* Lugd. Bat. 1.—[n] Desunt *et civit.* usque ad *expugnav.* G. V. Lugd. Bat. 2. 3. In S. B. Lugd. Bat. 5. pro *expugnaverunt* scribitur *destruxerunt.*—[o] *Terraconem* Lugd. Bat. 1.—[p] *Mesopotamiam occupatam* Lugd. Bat. 1.—[q] *Cœperant* Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[r] *Tum desperatis reb.* B. L. HM. Lugd. Bat. 2. 3. *Jam desp.* deleto *tum*, 5. *jam* delet 1.—[s] *Dejecto* Lugd. Bat. 1.—[t] Al. *Posthumius. Postumius* Lugd. Bat. 1. 3.—[u] Duas voces *consum. pæn.*

NOTÆ

[z] *Diu placidus et quietus*] Hæc pendent a superioribus, 'mox commode,' &c.

[y] *Mox in omnem lasciviam dissolutus*] 'His prospere ac supra vota cedentibus, more hominum secundis solutior, rem Romanam quasi naufragio dedit.'

[z a] *Alamanni, vastatis Galliis*] Victor p. 156. 'Alemannorum vis tunc æque Italiam possideret.'

[a] *Dacia, quæ a Trajano ultra Danubium*] Hinc intelligendus est Victor: 'Et amissa trans Istrum quæ Trajanus quæsierat.'

[b] *Græcia, Maced. Pont. Asia, vastata per Gothos*] Idem Victor: 'Adeo uti Thraciam Gothi liberi progressi Macedonas Achæosque et Asiæ finitima occuparent.'

[c] *Germani usque ad Hispanias*] 'Francorum gentes, direpta Gallia, Hispaniam possiderent, vastato ac pæne direpto Tarraconensium oppido.'

[d] *Parthi, Mesopotamia occupata*] 'Mesopotamiam Parthi occuparunt.' Idem.

[e] *Postumus*] C. Cassius Postumus Labienus, quem Transrhenani limitis ducem et Galliæ præsidem fecerat Valerianus.

[f] *Per annos decem*] Pollio, 'Per annos septem Posthumus,' inquit, 'gratanter acceptus, talem se præbuit per annos septem, ut Gallias instauraverit.'

reparaverit:[r] qui seditione militum[s] interfectus est, quod Mogontiacum,[u] quæ[v] adversus[y] eum rebellaverat, L. Æliano[x] res novas moliente,[h] diripiendam[a] militibus tradere noluisset. Post eum Marius,[i] vilissimus[b] opifex, purpuram accepit,[c] et[d] secundo die interfectus est.[j] Victorinus[e] postea[k] Galliarum accepit[f] imperium, vir strenuissimus:[l] sed cum nimiæ libidinis esset, et matrimonia aliena corrumperet,[m] Agrippinæ[n] occisus est, actuario[g] quodam dolum[o] machinante,[h] imperii sui anno secundo.

10. Huic successit Tetricus senator,[p] qui Aquitaniam[i]

delet Lugd. Bat. 3.—[r] *Reparavit* Lugd. Bat. 3. 5.—[u] *Moguntiam* G.—[v] *Qui* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[y] *Adversum* Lugd. Bat. 1. 3.—[x] Sic Lugd. Bat. 1. *Æmiliano* N. B. *Jolliano* Lugd. Bat. 2. *Laliano* 3. *Lolliano* 5. reliqui atque vulgati.—[a] *Diripiendas* Lugd. Bat. 3.—[b] *Civilissimus* M. N. LC.—[c] *Sumsit* Sc.—[d] Octo voces ab *et* absunt a Lugd. Bat. 1.—[e] *Victorinius* Lugd. Bat. 2. *Victorianus* 3. 5.—[f] *Cepit* Lugd. Bat. 5.—[g] *Actario* LC. *Acturio* Al. *Octoario* B. *Auctorio* M. *Auctorino* V. *Centerio* G. perperam. In L. sic scriptum reperi: *Attilio quodam dolum machinante imperii sui anno secundo. Hujus enim Gallieni imperio in Gallia purpuram assumserunt variis in locis et temporibus tyranni hi, Postumius, Marcus, Victorinus, Tetricus.*—[h] *Mediante* Lugd. Bat. 1.—[i] *Aquita-*

NOTÆ

[s] *Qui seditione militum*] Suorum tumultu periit, quod flagitantibus Moguntiacorum direptiones, quia Lollianum juverant, abnuisset. Victor.

[h] *Æmiliano res novas moliente*] Huic inter XXX. Tyrannos quartum locum assignat Trebellius Pollio. Interemtus est a Victorino.

[i] *Post eum Marius*] Igitur, 'eo [Postumo] occiso, Marius, ferri quondam opifex, neque etiam tum militiæ satis clarus, regnum capit.' Victor.

[j] *Secundo die interfectus est*] Ita Victor, sed *tertio die* Pollio.

[k] *Victorinus postea*] Hunc tamen ante Marium collocat Trebellius Pollio. Victorem sequitur Eutropius.

[l] *Vir strenuissimus*] 'Belli scientia Posthumo par.' Victor. 'Militaris industriæ virum,' vocat Pollio.

[m] *Et matrimonia aliena corrumperet*] 'Qui et ipse, quod matrimoniis militum et militarium corrumpendis operam daret, a quodam actuario, cujus uxorem stupraverat, composita factione Agrippinæ percussus.'

[n] *Agrippinæ*] Quæ urbs Ubiorum ad Rhenum, hodie *Cologne*.

[o] *Actuario quodam dolum*] Hunc locum pessime convertit Pæanius: *δούλου τινὸς Ἀκτναρίου τὴν τελευτὴν ἐπαγαγόντος· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πεφονευκότι*: *Servo quodam Actuario ei mortem afferente: ita enim vocabatur qui eum occidit.* Inscitissime: nam primo, ut optime notavit doctiss. Casaub. falso *servum* vocat: militabat enim, quod non poterant servi. Deinde Actuarium viri proprium putavit, quod est nomen officii. Actuarius est *ὑπομνηματόγραφος*, scriba. Scribæ enim in singulis Legionibus: hoc abunde probat Victor, qui *Attitianum* sive *Attilianum* virum vocat, et e corpore actuariorum fuisse dicit. Adi illum p. 157.

[p] *Huic successit Tetricus senator*] 'Interfecto Victorino, et ejus filio,

honore præsidis administrans, absens a militibus imperator electus est, et apud Burdegalam[t] purpuram sumsit: seditiones multas militum[l] pertulit. Sed dum[m] hæc in Gallia geruntur,[n] in Oriente per Odenathum[o q] Persæ victi sunt: defensa Syria, recepta Mesopotamia,[r] usque ad Ctesiphontem[p] Odenathus penetravit.

11. Ita, Gallieno[q] rempublicam deserente, Romanum imperium[r] in Occidente per Postumum,[s] per Odenathum in Oriente servatum est. Gallienus interea[t] Mediolani cum Valeriano fratre[u] occisus est, imperii anno nono:[v] Claudiusque[w] ei successit,[u] a militibus electus,[y] a senatu appella-

---

nicam Lugd. Bat. 1.—[k] *Burdigalam* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[l] *Militans* Lugd. Bat. 1.—[m] *Cum* Lugd. Bat. 1.—[n] Al. *agerentur*. Lugd. Bat. 1. *gererentur*.—[o] *Odenachum* S. M. B. Lugd. Bat. 2. 3. 5. et sic infra. *Odenatum* Lugd. Bat. 1. semper.—[p] *Tesiphontem* Lugd. Bat. 1. 2.—[q] *Galieno* Lugd. Bat. 5. et infra.—[r] *Romano imperio* Lugd. Bat. 1.—[s] *Postumianum* L. *Postumium* Lugd. Bat. 3. *Posthumum* 2. *per Posthumum Odenatum est* Lugd. Bat. 1. ceteris deletis.—[t] (*Fraude Aureoli ducis sui*) Inclusa adjecta erant ex S. B. G. V. Lugd. Bat. 2. 3. (nam in 1. non extant) Sc. In G. autem pro *Aureoli* legitur *Aureliani*, et in Lugd. Bat. 3. et Sc. *Aurelii*.—[u] *Claudius* Lugd. Bat. 3.—[v] *Electus est*

NOTÆ

mater ejus Victoria, sive Victorina, Tetricum Senatorem, Pop. Rom. præsidiatum in Gallia regentem, ad imperium hortata, quod ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Augustum appellari fecit, filiumque ejus Cæsarem nuncupavit.' Pollio.

[q] *Odenathum*] Palmyrenorum principem.

[r] *Defensa Syria, recepta Mesopotamia*] 'Nisibin primum et Orientis pleraque cum omni Mesopotamia in potestatem recepit; deinde ipsum regem victum fugere coëgit; postremo, Ctesiphonta usque, Saporem et ejus liberos persecutus, captis concubinis, capta etiam magna præda, ad Orientem vertit.' Pollio.

[s] *Cum Valeriano fratre*] Sed e diversa matre genito.

[t] *Imperii anno nono*] Ita Victor. Valerianus pater anno sexto imperii a Persis captus: post eum filius Gallienus solus regnavit annos IX. Quidam tamen scribunt Gallieni imperium decennium transisse, de quibus sic Pollio: 'De annis autem Gallieni et Valeriani ad imperium pertinentibus, incerta traduntur, cum XV. annos eosdem imperasse constet, id est, Gallienum usque ad quintum decimum pervenisse, Valerianus vero sexto sit captus, alii novem annis, alii decem etiam Gallienum imperasse in literas mittant; cum constet et decennalia Romæ ab eodem, celebrata, et post decennalia Gothos ab eo victos,' &c.

[u] *Claudiusque ei successit*] Ann. Urbis 1020. post Ch. 268. Origo hujus Imperatoris incerta. Quidam Gordiani nothum faciunt, alii ex Dalmatia oriundum, alii Dardanum, et ab Ilio Trojanorum, atque ab ipso Dardano sanguinem trahere.

tus Augustus. Hic Gothos,[v] Illyricum Macedoniamque vastantes, ingenti prælio vicit: parcus vir, ac modestus, et justi[w] tenax, ac reip. gerendæ[x] idoneus: qui tamen intra imperii[y] biennium[z w] morbo [z]interiit,[a] et[b] Divus appellatus est. Senatus ingenti[c] eum honore decoravit, scilicet ut in curia clypeus ipsi aureus,[y] item in Capitolio statua aurea[z] poneretur.

12. Quintillus[d a] post eum, Claudii frater, consensu militum imperator electus est. Vir unicæ moderationis[b] et civilitatis,[c] æquandus fratri vel præponendus:[f] consensu senatus[g] appellatus Augustus, septimo decimo[h] die[i c] imperii occisus est.[d]

Lugd. Bat. 1.—[w] *Intus* Lugd. Bat. 5.—[x] *Tenendæ* S. M. N. B. G. Lugd. Bat. 2. *tenente* 3.—[y] Deest *imperii* V. Sc.—[z] *Biennio* Lugd. Bat. 1.—[a] *Obiit* Lugd. Bat. 1. *periit* Sc.—[b] *Et* delent Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[c] *Eum ing.* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[d] Sic L. F. Gr. Et ita quoque Trebellius Pollio. *Quintillius* Lugd. Bat. 2. *Quintilius* vulg.—[e] Al. *vir unica moderationis et civilitatis laude æquandus, &c.* Sic Lugd. Bat. 2. *unicæ moder. vir et* 1. sed *et* delet 3. uti *vir* 2.—[f] Tres præcedentes voces non agnoscit Lugd. Bat. 1. mox *præferendus* 2. 3. 5.—[g] *A senatu* Lugd. Bat. 1.—[h] XVIII. LC. XV. Lugd. Bat. 2.—[i] *Anno* F.

NOTÆ

[v] *Hic Gothos*] Vide Pollionem cap. 6. et 12.

[w] *Intra imperii biennium*] Imperavit anno uno, mensibus decem, diebus quinque.

[x] *Morbo interiit*] 'Finito sane bello Gothico, gravissimus morbus increbuit, tunc cum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit, et familiare virtutibus suis petit cœlum.' Pollio. Falsum est igitur quod multi prodidere, Claudium vetus Deciorum exemplum renovasse, qui se pro salute Reipublicæ devoverunt: de quo ambo Victores, ubi vide quæ dicta sunt.

[y] *Clypeus ipsi aureus*] 'Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius judicio in Romana Curia collocatum est.' Pollio. Imaginem auream vocat Victor. Nempe erat imago clypeata, ut Itali vocant *un busto*, quales hodie Pictores nostri faciunt.

[z] *Item in Capitolio statua aurea*] 'Illi, quod nulli antea, Populus Rom. sumtu suo in Capitolio ante Jovis Opt. Max. templum statuam auream decempedum collocavit.' Pollio. Victor prope ipsum Jovis simulacrum positum dicit.

[a] *Quintillus*] Quintilium vocant nummi veteres, Zosim. et alii.

[b] *Vir unicæ moderationis, &c.*] 'Quintilius frater ejusdem, vir sanctus, et sui fratris, ut vere dixerim, frater, delatum sibi omnium judicio suscepit imperium, non hæreditarium, sed merito virtutum.' Pollio.

[c] *Septimo decimo die*] Ita Pollio. Vopiscus *vigesimo die.*

[d] *Occisus est*] Quidam eum a militibus interfectum tradunt. Zosimus scribit eum Aureliano sponte cessisse,

13. Post eum Aurelianus suscepit[d] imperium,[e] Dacia Ripensi[f] oriundus: vir in bello potens, animi tamen immodici, et ad crudelitatem propensioris, quique[i] Gothos strenuissime vicit. Romanam[m] ditionem ad fines pristinos varia bellorum felicitate revocavit. Superavit[n] in Gallia Tetricum[o] apud Catalaunos,[p s] ipso Tetrico[q] prodente exercitum[h] suum,[r] cujus assiduas seditiones ferre non poterat: quin etiam[s] per literas occultas Aurelianum ita fuerat deprecatus, ut inter alia versu Virgiliano[i] uteretur: ‘Eripe me his, invicte, malis.’ Zenobiam[t] quoque, quæ occiso Odenatho [j]marito[u] Orientem[v] tenebat, haud longe ab Antiochia[w] sine gravi[k] prælio, cepit:[x] ingressusque[y] Romam,

perperam. *imperii die* Lugd. Bat. 1. 2.—[h] *Cepit* Lugd. Bat. 1.—[i] *Propensior, is quoque Gothos* Lugd. Bat. 1. Sc.—[m] Desunt voces a *Roman.* usque ad *revocav.* S. N. P. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[n] *Erravit* Lugd. Bat. 5.—[o] *Tetricum, qui a millibus imperator electus apud Catalaunos* V. Sc. *Terricum* Lugd. Bat. 2.—[p] *Cautalanos* L. *Catalannos* Lugd. Bat. 3.—[q] *Terris* interponit Lugd. Bat. 3.—[r] *Prudenter exercitu suo* Lugd. Bat. 1.—[s] Delet *etiam* Lugd. Bat. 3.—[t] Secuti sumus F. N. M. B. Sylb. et Cellarium: cæteri hunc ordinem servant: *Zenobiam quoque, occiso marito Odenato, qui Orientem tenebat, &c.* Sic Lugd. Bat. 3. 5. *Zinobiam* 3.—[u] *Merito* Lugd. Bat. 3.—[v] *Occidentem* Sc. *brientem* Lugd. Bat. 3.—[w] Ita LC. S. N. B. M. L. G. F. V. Alii: *non sine gravi.* In HM. *magis prælii terrore, quam prælio, cepit.*—[x] *Vicit* Lugd. Bat. 2.—

NOTÆ

quasi potiori, et sibi venas incidisse.

[e] *Aurelianus suscepit imperium*] Anno Urbis 1022. post Ch. 270.

[f] *Dacia Ripensi*] ‘Divus Aurelianus ortus, ut plures loquuntur, Sirmii familia obscuriore, ut nonnulli Dacia Ripensi. Ego autem legisse me memini auctorem, qui eum Mœsia genitum prædicaret.’ Vopiscus. Dacia Ripensis dicta ad differentiam Daciæ Mediterraneæ. Sed eam Daciarum divisionem Aureliani tempore fuisse non puto.

[s] *Apud Catalaunos*] Hodie *Chalons.*

[h] *Ipso Tetrico prodente exercitum*] ‘Ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset.’ Vopiscus. Adi Victorem p. 160.

[i] *Ut inter alia versu Virgiliano*] Ex Pollione: ‘Versus denique illius fertur, quem statim ad Aurelianum scripserat: Eripe me his, invicte, malis.’

[j] *Occiso Odenatho marito*] Per consobrinum suum Mœonium, qui et ipse imperium sumserat.

[k] *Haud longe ab Antiochia sine gravi*] Vulgo, *non sine gravi.* Sed hic errare Eutropium puto, ut et Festum Rufum, qui scribit Aurelianum Zenobiam apud Imas haud procul ab Antiochia vicisse, et captam Romam triumphantem ante currum duxisse: nam certum est, eos res gestas diversis temporibus in unum confundere. Quippe Aurelianus primum levi prælio non longe ab Antiochia cum Zenobia di-

nobilem triumphum, quasi receptor[r] Orientis Occidentisque,[s] egit,[t] currum præcedentibus[u] Tetrico et Zenobia. Qui[v] quidem Tetricus[l] etiam corrector Lucaniæ[m] postea fuit, ac privatus diutissime vixit. Zenobia autem posteros, qui adhuc manent, Romæ reliquit.

14. Hoc[w] imperante etiam[x] monetarii[n] in urbe rebellaverunt,[y] vitiatis pecuniis,[o] et Felicissimo rationali[q] interfecto:[p] quos Aurelianus victos ultima crudelitate compescuit: plurimos nobiles capite damnavit:[r] sævus et sanguinarius, ac

---

[r] *Regressusque* G.—[s] *Rector* V.—[t] Deest *occidentisque* F.—[u] *Regit* Lugd. Bat. 2.—[v] *Præced. curr.* ita transponit Lugd. Bat. 2. et 3. qui *curro.* —[w] Desunt voces a *qui* usque ad finem capitis G. V. Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[x] *Huic* Lugd. Bat. 5.—[y] *Et* Lugd. Bat. 5. *in urbe mon.* 2. 3.— [z] *Rebellavere* Lugd. Bat. 3.—[a] *Rationabili* B. Lugd. Bat. 1. 2.—[b] Desunt

NOTÆ

micavit, deinde apud Emessam gravi certamine, quo Zenobiæ res penitus afflictæ sunt et attritæ, et quo fugata ipsa Zenobia, quæ inde se Palmyram recepit; quam cum fortiter obsidione premeret Aurelianus, Zenobia sibi fuga consulere tentavit; camelo igitur imposita ad Persas iter tendebat, sed per Aureliani equites capta, ad Aurelianum perducta est.

[l] *Qui quidem Tetricus*] 'Pudore tamen victus vir nimium severus, eum, quem triumphaverat, correctorem totius Italiæ fecit.' Pollio.

[m] *Corrector Lucaniæ*] Totius Italiæ correctorem factum dicit Pollio, sed falsum est. Lucaniæ tantum correctura data, ut Vopiscus et uterque Victor. *Correctores* dicebantur, quibus pars aliqua provinciæ regenda tradebatur.

[n] *Hoc imperante etiam monetarii*] 'Fuit sub Aureliano etiam Monetariorum bellum Felicissimo Rationali auctore, quod acerrime severissimeque compescuit,' &c. Vopiscus.

[o] *Vitiatis pecuniis*] 'Nummariam notam corrosissent.' Victor. Pecuniam igitur non adulterabant Monetarii, sed illam corrodebant. Corrosa enim pecunia recte *vitiata* dici potest.

[p] *Felicissimo rationali interfecto*] Solus, quod sciam, Eutropius scribit Monetarios Felicissimo interfecto adversus Aurelianum bellum intestinum movisse. Nam Vopiscus et Victor contra scribunt auctore Felicissimo seditionem illam motam, quod et Epistola Aureliani a Vopisco inserta verum esse vincit. AURELIANUS AUGUSTUS ULPIO PATRI: 'Monetarii auctore Felicissimo ultimo servorum, cui procurationem fisci mandaveram, rebelles spiritus extulerunt, hi compressi sunt.'

Rationali] Quis sit *Rationalis* nemo melius explicaverit, quam Aurelianus ipse in Epistola, quam legere est apud Vopiscum et in nota superiori; inde enim patet Procurationem fisci et Rationalem idem esse.

[r] *Ac necessarius magis in quibusdam*] Ex Vopisco, 'Principi necessario magis quam bono.' Incertus Scriptor apud Suidam de Aureliano: χαλε-

necessarius magis in quibusdam,[k r] quam in ullo[l] amabilis imperator: trux omni tempore, etiam filii sororis[m] interfector:[n s] disciplinæ[o] tamen militaris,[t] et morum dissolutorum magna ex parte corrector.

15. Urbem[p] Romam muris firmioribus cinxit:[u] templum Soli ædificavit:[v] in quo infinitum auri[w] gemmarumque con-

---

quatnor præcedentes voces L. LC.—[k] Desunt hæc *ac necess. mag. in quibusd.* L. LC.—[l] *Nullo* Lugd. Bat. 2.—[m] *Filiorum interfector* S. N. B. M. *Filiæ sororis interfector* F.—[n] *Interfecturo* Lugd. Bat. 3.—[o] Hinc usque ad seq. cap. *quam provinc.* nihil agnoscit Lugd. Bat. 3. et 5. usque *ad prov. Dac.*—[p] Desunt

NOTÆ

πός τις καὶ τεφονικὸς ὑπάρχων, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖος στρατηγὸς, ἤπερ αἱρετὸς βασιλεύς· *Sævus et sanguinarius, ac necessarius magis dux, quam amabilis Imperator.* Sunt autem hæc ad verbum ex Eutropio versa, ut alia multa quæ passim apud Suidam leguntur: ex quibus constat nobis ante Pæanium alium fuisse, qui Eutropium Græcum faceret, et quidem haud paulo elegantius et melius quam factum sit a Pæanio. Sed hic Græcus Interpres apud Eutropium legit, *necessarius magis dux quam, &c.* ut Vopiscus scribit: ‘ Diocletianum frequenter dixisse, cum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quam principem.’

[s] *Etiam filii sororis interfector*] Quidam filiam sororis ab Aureliano interfectam. Vopiscus: ‘ Hic cum usque eo severitatem tetendisset ut et filiam sororis occideret.’ Idem mox: ‘ Addunt nonnulli filium sororis, non filiam, ab eodem interfectum. Plerique autem etiam filiam sororis.’ Quasi diceret: Sunt, qui filium sororis ab Aureliano interfectum dicunt, sunt, qui filiam. Plerique etiam et filium et filiam sororis, &c.

[t] *Disciplinæ tamen militaris*] Ita ut nemo peccaverit, postquam semel militaria peccata semel ingenti severitate correxit. Extat ejus Epistola, quam ad Vicarium suum scribebat: ‘ Si vis Tribunus esse, immo si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat: ovem nemo contingat: uvam nullus auferat: segetem nemo deterat: oleum, sal, lignum nemo exigat; annona sua contentus sit: de præda hostis, non de lacrymis Provincialium habeat: arma tersa sint: ferramenta samiata calceamenta fortia: vestis nova vestem veterem excludat. Stipendium in balteo non in popina habeat. Torquem brachialem et annulum apponat. Equum Sagmarium suum defricet: capitum animalis non vendat: mulum centuriatum communiter curet: alter alteri quasi servus obsequatur: a Medicis gratis curentur: aruspicibus nil dent: in hospitiis caste se agant: qui litem fecerit, vapulet.’

[u] *Urbem Romam muris firmioribus cinxit*] Non solum firmiores muros fecit, sed etiam eorum ambitum ampliavit. Victor: ‘ Muris Urbem quam validissimis latiore ambitu circumsepsit.’

[v] *Templum Soli ædificavit*] Vopiscus: ‘ Templum Solis magnificentissimum constituit.’ Zosimus ait, illud tem-

stituit. Provinciam Daciam, quam Trajanus[x] ultra Danubium fecerat, intermisit, vastato[y] omni Illyrico[y] et Mœsia,[y] desperans eam posse retinere: adductosque Romanos[z] ex urbibus et agris Daciæ, in media Mœsia[a] collocavit:[a] appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit, et est in[u] dextra Danubio[v] in mare[w] fluenti, cum antea fuerit[x] in læva. Occiditur servi sui fraude,[a] qui ad quosdam militares viros,[b] amicos ipsius,[y] nomina pertulit annotata,[z]

---

hæc *urbem* usque ad *constituit* N. B. M. G. V. Lugd. Bat. 2.—[y] *Vastata* Lugd. Bat. 2.—[y] Desunt *et Mœs.* Sc.—[a] *Mœnia* Lugd. Bat. 3.—[a] Ita reposuimus ex Salmasio et S. N. M. B. Lugd. Bat. 1. 2. 3. *collocavit. et est, &c.* Vulgati, reliquis omissis.—[u] *In* abest a Lugd. Bat. 1. 2. *et ex dextra* 5.—[v] *Danubio* Lugd. Bat. 3.—[w] *Mari* Lugd. Bat. 1.—[x] *Fuerat* Lugd. Bat. 5.—[y] Deest *ipsius*

NOTÆ

plum ab eo ornatum fuisse donariis, quæ a patria adduxerat, Solis et Beli simulacris. Soi autem ab Aureliano præcipue cultus, quia mater ejus sacerdos fuerat in templo Solis. Vide quæ notarunt viri doctiss. apud Vopiscum.

[w] *Infinitum auri*] Pater meus arbitrabatur addendum vocem *pondus*; eam tamen non agnoscit Vopiscus: 'In templo Solis,' inquit, 'multum auri gemmarumque constituit.'

[x] *Provinciam Daciam, quam Trajanus*] Sextus Rufus: 'Trajanus Dacos sub rege Decibalo vicit, et Daciam trans Danubium in solo Barbarico provinciam fecit, quæ in circuitu decies centena millia passuum habuit. Sed sub Gallieno Imperatore amissa est: et per Aurelianum, translatis exinde Romanis, duæ Daciæ in regionibus Mœsiæ ac Dardaniæ factæ sunt.'

[y] *Vastato omni Illyrico, &c.*] Ista lucem accipiunt ex Vopisco, unde fere ad verbum translata: 'Cum vastatum Illyricum ac Mœsiam deperditam videret, provinciam trans Danubium Daciam a Trajano constitutam, sublato exercitu ac Provincialibus, reliquit, desperans eam posse retineri; abductosque ex ea populos in Mœsiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit.' Eutropius tamen hic prætermisisse videtur verba illa, *appellavitque suam Daciam;* nisi emendatiores codices nactus sit eruditiss. Salmasius, qui scribit Eutropium sic Vopisci locum retulisse: 'In media Mœsia collocavit, appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit, et est in dextera Danubio,' &c. Sed ea verba non agnoscunt libri editi, quos mihi videre contigit.

[z] *Adductosque Romanos*] Nam Trajanus ex toto orbe Romano instructas eo copias hominum transtulerat, ad agros et urbes colendas. Supra in Adriano.

[a] *Occiditur servi sui fraude*] 'Malitia Notarii sui, et manu Mucaporis interemtus est.' Vopiscus: qui hunc Notarium *Mnestheum* vocat, at Zosimus, *Erotem.*

[b] *Qui ad quosdam militares viros*] 'Mnestheus breve nominum conscripsit, mixtis iis quibus Aurelianus vere irascebatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat, addito etiam suo nomine, quo magis fidem faceret

falso manum ejus imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet[a] occidere. Itaque ut præveniretur, ab iisdem interfectus est in[b] itineris medio, quod inter Constantinopolin et Heracleam[c] est stratæ veteris.[c] Locus[d] Cænophrurium[c d] appellatur. Mors tamen ejus inulta[f] non fuit.[e] Meruit quoque inter Divos referri. Imperavit[g] annos quinque, menses VI.[f]

16. Tacitus[h] post hunc suscepit imperium;[g] vir[i] egregie moratus,[k] et Reip. gerendæ idoneus: nihil tamen clarum[l] potuit ostendere,[h] intra sextum mensem[m] imperii[i] morte [j]præventus.[n] Florianus,[k] qui Tacito successerat,[l] duobus

Lugd. Bat. 3.—[a] *Ac notato* Lugd. Bat. 3.—[b] *Pareret* Lugd. Bat. 1.—[b] Delet in Lugd. Bat. 3.—[c] *Herecliam* G. *Hieracliam* V. *Heraclium* Lugd. Bat. 1. 5. *Eradiam* 2. *Erachiam* 3.—[d] Deest *locus* L. F.—[e] *Cænofurium* Lugd. Bat. 1. *Cenofrurium* 2. 3. *qui Cænofrurium* 5.—[f] *Invita* L. Bat. 1. *multa* 2. 3.—[g] Desunt *imperavit*...VI. LC. L. Bat. 1. F. Gr. agnoscunt tamen 2. 3. 5. nisi quod 2. *menses* VII.—[h] *Tatius* L. Bat. 2.—[i] *Ut* L. Bat. 3.—[k] *Moderatus* L. G. Lugd. Bat. 2. *Morigeratus* V. Lugd. Bat. 3.—[l] Deest *clarum* S. N. M. G. V. Lugd. Bat. 2. 5.—[m] *Sex menses* Lugd. Bat. 5.—[n] *Præventus est* Lugd. Bat. 1.—[o] Delet *ad*

NOTÆ

ingestæ solicitudinis: ac breve legit singulis, quorum nomina continebat, addens disposuisse Aurelianum eos omnes occidere; illos vero debere vitæ suæ, si viri sunt, subvenire.' Vopiscus.

[c] *Stratæ veteris*] *Strata* est via. Virgilius dixit, 'strata viarum:' et Italice *strada*. Hæc via grandibus saxis olim munita fuit, hodieque integra remanet: pertingebat autem ab illa ora ad Dyrrachium. Adeundus tibi est Bellonius testis oculatus 1. 62.

[d] *Cænophrurium*] Καινὸν φρούριον, sive unica voce Καινοφρούριον: id est, *novum castellum*.

[e] *Mors tamen ejus inulta non fuit*] Sane 'Mnestheus postea surrectus ad stipitem, bestiis objectus est.' Vopisc. Idem scribit, Tacito eam primam curam fuisse, ut omnes, qui Aurelianum occiderant, interimeret bonos malosve. Adi Victorem p. 163.

[f] *Imperavit annos quinque, menses* VI.] Vulgo *mens. septem:* et ita fere Zonaras, qui scribit Aurelianum imperasse annos VI. minus paucis mensibus. Vopiscus: 'Imperavit annis sex, minus paucis diebus.'

[g] *Tacitus post hunc suscepit imperium*] Aurelianus occisus est anno U. C. 1027. post Ch. 275. die 29. Januarii: deinde interregnum fuit usque ad diem Septembris, quo Tacitus Imperator electus.

[h] *Nihil tamen clarum potuit ostendere*] 'Gessit autem propter brevitatem temporum nihil magnum.' Vopiscus.

[i] *Intra sextum mensem imperii*] 'A ducentesima regni luce.' Victor, vere. Imperavit enim a die 25. Septembris usque ad diem 13. Aprilis, quo e vita excessit.

[j] *Morte præventus*] 'Interemtus est insidiis militaribus, ut alii dicunt, VI.

mensibus et diebus XX.[m] in imperio fuit; neque quicquam dignum memoria egit.

17. Post hunc Probus,[n] vir illustris gloria militari, ad[o] administrationem Reip. accessit. Gallias a barbaris occupatas[p] ingenti prœliorum[p] felicitate restituit.[q] Quosdam imperium usurpare conatos, scilicet[r] Saturninum[r] in Oriente,[r q] Proculum, et Bonosum Agrippinæ, multis[s] certaminibus oppressit. Vineas Gallos et Pannonios[r] habere permisit. Opere militari[s] Almam[s] montem apud Sirmium,[s] et

Lugd. Bat. 2. 3.—[p] *Gallorum* Lugd. Bat. 3.—[q] *Constituit* Lugd. Bat. 1.—[r] Deest Lugd. Bat. 3.—[r] *Saturnium* Lugd. Bat. 3.—[r] *Orientè* Lugd. Bat. 1. *scil. Gallienum in Or. 5. moriente* 2.—[s] Deest *multis* LC. S. N. M. B. L. G. V. Lugd. Bat. 3. 5. Sc. *Magnis* HM.—[s] *Alcani* Lugd. Bat. 5.—[s] *Syrimum* Lugd.

NOTÆ

mense; ut alii, morbo interiit.' Vopiscus. Victor in Cæsaribus eum Tyanæ mortuum dicit. Alter Victor in Epitom. apud Tarsum.

[k] *Florianus*] Taciti frater.

[l] *Qui Tacito successerat*] Hic post fratrem arripuit imperium, non Senatus auctoritate, sed suo motu, quasi hæreditarium esset imperium, cum sciret adjuratum esse in Senatu Tacitum ut cum mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem faceret. Vopiscus.

[m] *Duobus mensibus et diebus* XX.] 'Vix duobus mensibus imperium tenuit.' Vopisc. sed vere Eutrop.

[n] *Post hunc Probus*] Post mortem Floriani solus imperavit Probus, sed is ante mortem Floriani in Oriente electus fuerat Imperator.

Probus] 'Oriundus e Pannonia, civitate Sirmiensi, nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna, &c. Pater nomine Maximus fuit, qui cum ordines honestissimè duxisset Tribunatum adeptus est.' Vopiscus.

[p] *Gallias a barbaris occupatas*] Ex Vopisco: 'His gestis cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ omnes occiso Posthumio turbatæ fuerant. interfecto Aureliano a Germanis possessæ. Tanta autem illic prælia feliciter gessit, ut a Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates,' &c.

[q] *Saturninum in Oriente*] 'Simul cæsis, Saturnino per Orientem, Agrippinæ Bonoso ab exercitu.' Victor. Vopisc. 'Sed habuit etiam non leves Tyrannicos motus: nam et Saturninum, qui Orienti imperium arripuerat, variis prœliorum generibus et nota virtute superavit, &c. Deinde cum Proculus et Bonosus apud Agrippinam in Gallia imperium arripuissent, omnesque sibi Britannias, Hispanias, et Braccatæ Galliæ provincias vindicarent, Barbaris semet juvantibus, vicit.'

[r] *Vineas Gallos et Pannonios*] 'Hic Galliam Pannoniasque et Mœsorum colles vinetis replevit.' Victor. Primus Domitianus edixerat, ne quis in Italia novellaret, et postea observatum ut promiscui non esset juris vites instituere, sed eorum tantum qui ab Imperatore veniam impetrassent.

[s] *Opere militari*] Hoc transcripsit Victor in Epitom. 'Opere militari

Aureum apud Mœsiam superiorem[r] vineis conseruit, et provincialibus colendas[s] dedit. Hic cum bella innumera gessisset,[t] pace parata,[u] dixit, 'Brevi milites necessarios[v] non futuros.'[w] Vir acer,[x] strenuus, justus, et qui Aurelianum æquaret gloria[y] militari, morum autem civilitate superaret. Interfectus[z] est tamen Sirmii, tumultu militari, in turri[a] ferrata.[b] Imperavit[c] annos VI. menses quatuor.[d]

18. Post hunc Carus[e] est factus Augustus, Narbonæ[f] natus in Gallia:[g] qui[h] confestim Carinum[i] et Numerianum filios[k] Cæsares fecit, cum[l] quibus regnavit duobus annis:[m]

Bat. 2.—[r] *Mœsia Superiore* LC.—[s] Al. *colendos.*—[t] *Gessit et* Lugd. Bat. 1.—[u] *Patrata* G. Lugd. Bat. 3. *parta* vulg.—[v] Deest *necessarios* B.—[x] *Ac* Lugd. Bat. 1.—[y] *Gloriam* Lugd. Bat. 2.—[z] *Autem est* Lugd. Bat. 1. 3. *Sirinio* 2. *Syrmio* 3.—[a] *Turre* L. Bat. 1.—[b] Desunt *imperavit...quatuor* LC. Lugd. Bat. 1. F. Gr.—[c] *Caurus* Lugd. Bat. 1.—[d] *Narbone* Lugd. Bat. 1. 3.—[e] *Is* Lugd. Bat. 1. 5. *his* 2.—[f] Deest *filios* V. et Lugd. Bat. 5.—[g] Desunt *cum...annis* L.

NOTÆ

Almam montem apud Sirmium, et Aureum apud Mœsiam superiorem vineis consevit.' *Opere militari*, id est, militum manu, opera: ut Vopiscus: 'Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum lecta vite consevit.'

[t] *Brevi milites necessarios non futuros*] 'Qua causa receptis omnibus pacatisque, dixisse proditur: Brevi milites frustra fore.' Victor.

[u] *In turre ferrata*] 'Hoc permoti milites confugientem eum in turrem ferratam, quam ipse speculæ causa editissimam exædificaverat, interemerunt.' Vopisc.

[v] *Imperavit annos* VI. *menses quatuor*] Vopiscus eum octavum dicit quinto anno imperii. Sed melius Eutropius.

[x] *Post hunc Carus*] Ann. U. C. 1034. post Ch. nat. 282.

[y] *Narbonæ natus in Gallia*] Alicubi legerat Eutropius Carum *Narbonæ* natum. Quare statim putavit Narbonæ natum in Gallia: sed hæc *Narbona* in Illyrico. Vitiose tamen scriptum *Narbona* pro *Narona*. Quamvis hæc menda apud Ptolemæum adhæserit, ut qui in descriptione Illyrici meminit Ναρβώνας κολωνίας ἐπισήμου, *Narbonæ insignis coloniæ*: verum hic Ptolemæus corrigi potuit ex Plinio, qui coloniam illam *Naronam* vocat, aitque appositam eam esse cognomini fluvio. At iste fluvius *Naro* vel *Nar* dicebatur, unde *Narona colonia*. Vide apud Victorem p. 169. De Cari patria multum diversas sententias refert Vopiscus c. 4.

[z] *Qui confestim Carinum, &c.*] 'Iste confestim Carinum et Numerianum Cæsares fecit; Carinum ad Galliæ munimentum dimisit, Numerianum in Mesopotamiam secum adduxit.' Victor.

[a] *Cum quibus regnavit duobus annis*] Desunt circiter sex menses.

sed dum[a] bellum adversum Sarmatas gerit,[b] nuntiato Persarum tumultu, ad Orientem profectus, res contra Persas nobiles gessit: ipsos prælio fudit: Cochen[n] et Ctesiphontem urbes nobilissimas[p] cepit: et cum[q] castra super Tigridem haberet, ictu[r] divini fulminis periit.[c] Numerianus quoque, filius ejus, quem secum[s] ad Persas duxerat, adolescens egregiæ indolis,[d] cum oculorum dolore[e] correptus, in lecticula veheretur, impulsore [f]Apro,[f] qui socer ejus erat, per insidias occisus est: et cum dolo[u] occultaretur ipsius mors, quousque[v] Aper invadere posset[w] imperium, fœtore cadaveris prodita est.[x] Milites enim, qui eum sequebantur, fœtore[x]

LC. F. Gr. Lugd. Bat. 1.—[a] *Cum* Lugd. Bat. 1. 3. sed 2. delet.—[n] *Cochen*, antiquum esse nomen Seleuciæ, ex Ammiano Marcellino [l. XXIV. c. 5.] patet: 'quibus Coche, quam Seleuciam nominant, haud longius disparatur.' Cujus scripturæ primus auctor fuerat Gelenius: nam in Mss. mire depravatum fuit hoc nomen, cujus tamen vestigia hanc veram esse lectionem satis evincunt. Fuldensis quoque codex et Sextus Rufus c. XXIV. et Jornandes de Success. Regn. c. 86. (uterque de hoc Imperatore scribens) et Orosius lib. VII. c. 24. *Cochen* vocant. Mer. *Corchen:* Græcus *Conchen:* S. N. G. HM. Lugd. Bat. 5. *Sohenen:* L. LC. M. *Coceneth:* Lugd. Bat. 2. 3. *Soënem.* Zosimus [lib. III. p. 724.] *Zochasen* videtur nominare: Ζωχδαης, *νῦν δὲ* Σελευκείας *ὀνομαζομένης*. Confer Lindenbrogium ad Am. Marc. qui ex Nazianzeno etiam Κωχὴν urbis hujus nomen probat. Excusi quidam libri, Vi. V. Helmstad. *Seleuciam*, tanquam certius nomen pro suspecto aut corrupto, exhibent. Sed priorem lectionem præferimus, præsertim cum a Steph. Byzantio item confirmetur.—[p] *Notissimas* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[q] *Contra cast.* Lugd. Bat. 1.—[r] *Vi* B. N. Lugd. Bat. 1. 2. 3. HM.—[s] *Secum Cæsarem ad Per.* S. N. L. G. F. V. Lugd. Bat. 1. 2. HM. *secum Cæs. ad prædas, &c.* 3.—[t] *A propinquis* Lugd. Bat. 1. pro *Apro qui.*—[u] Deest *dolo* Lugd. Bat. 3.—[v] Desunt *quousque...imperium* Sc.—[w] *Possit* Lugd. Bat. 1. 3.—[x] *Putore* S. M. L. Lugd. Bat. 2. 3.

NOTÆ

[b] *Sed dum bellum apud Sarmatas gerit*] 'Ingenti apparatu et totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico quod gerebat, contra Persas profectus, nullo sibi occurrente, Mesopotamiam Carus cepit, et Ctesiphontem usque pervenit.' Vopiscus.

[c] *Ictu divini fulminis periit*] Istud *divini* additum fuit distinctionis gratia: nam et quædam machinæ bellicæ *fulmina* dicuntur. Quo tempore autem obiit Carus, tanta subito exorta tempestas, tantum tonitruum, ut inde fama emerserit fulmine interemtum, quem alioquin satis constabat ægritudine absumtum. Adi Vopisc. c. VIII.

[d] *Adolescens egregiæ indolis*] 'Moratus egregie, et vere dignus imperio.' Vopiscus.

[e] *Cum oculorum dolore*] Hunc oculorum dolorem contraxerat Numerianus, quod nimio fletu oculos corrupisset.

[f] *Impulsore Apro*] 'Apri Præfecti Prætorio soceri insidiis extinguitur.' Victor.

commoti, diductis[g] lecticulæ palliis, post aliquot[e] dies mortem ejus notam habere potuerunt.[a]

19. Interea Carinus, quem Cæsarem ad[d] Parthos proficiscens Carus in Illyrico, Gallia, Italia, reliquerat, omnibus se sceleribus[b] inquinavit: plurimos innoxios fictis[c] criminibus occidit: matrimonia nobilia corrupit: condiscipulis[d] quoque, qui eum in auditorio[e] vel levi[f] fatigatione taxaverant,[g][i] perniciosus fuit. Ob quæ[h] omnibus hominibus[i] invisus, non multo post pœnas dedit. Nam de Perside victor exercitus rediens, cum Carum Augustum fulmine, Numerianum Cæsarem[k] insidiis perdidisset, Diocletianum imperatorem creavit,[j] Dalmatia[l] oriundum,[k] virum obscurissime

---

pudore 5.—[g] *Deductis* Lugd. Bat. 1.—[e] *Aliquod* Lugd. Bat. 1.—[a] *Potuere* Lugd. Bat. 3.—[b] Ita ex Lugd. Bat. 1. 2. 3. quia pro *in* ubique fere a Nostro reponitur.—[c] *Finctis* Lugd. Bat. 1.—[d] *Condiscipulos* Lugd. Bat. 1. *cum discipulis* 3.—[e] *In adjutorio* Lugd. Bat. 1. *qui cum adjutoribus* 3.—[f] *Ubi fat.* Lugd. Bat. 2. *verbi fat.* 5.—[g] *Relaxaverant* Lugd. Bat. 1. *taxaverunt* 2. 3. 5.—[h] *Atque* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[i] *Omnibus bonis invisus* Sc. HM. V. *omn. honoribus inv.* Lugd. Bat. 3. *hominibus inrisos* deleto *omnibus* Lugd. Bat. 1.—[k] *In Insidiis*

NOTÆ

[a] *Factore cadaveris prodita est*] Joannes Antiochensis, περὶ ἀρχαιολογίας: *Νουμεριανὸς τυφλωθεὶς ἐν κεκαλυμμένῳ φορείῳ ἀπὸ Περσίδος ἐβαστάζετο, ὃν λάθρα ἀνεῖλεν ὁ πενθερὸς, καὶ ἤλαθεν νεκρὸς φερόμενος ἕως ἐκ τῆς δυσωδίας ἐδηλώθη*: *Numerianus oculis captus in operta lectica a Perside ferebatur, quem socer clam interfecit, et sic mortuus portabatur, omnibus rem ignorantibus, donec fatore res prodita est.*

[b] *Omnibus se sceleribus*] Hæc omnia tunc ad verbum Victor in Epitom. quem vide p. 220.

[i] *Vel levi fatigatione taxaverant*] Victor: 'verbi fatigatione tax.' *Verbi fatigatio*, et *fatigatio* simpliciter, nihil aliud est quam *scomma*, unde Joannes Antiochensis idem sic explicat: Κάρος ὠμότατος ἦν, ὃς καὶ τοὺς ποτε ἐν τῷ παιδευτηρίῳ σκώψαντας εἰς αὐτὸν ἠμύνατο: *Carinus saevissimus erat, quippe qui condiscipulos, qui in eum in schola scommata vibraverant, ultus est.* Igitur *fatigatio* est *scomma*. Fatigare aliquem verbis vel jocis, pro *mordere*, lacessere, quod et fatigare simpliciter et absolute dixerunt. Severus Sulpitius in dialogis: 'Sed supersedendum est ne Gallus sese existimet fatigari.' Et *fatigatio* pro *scommate* apud eundem: 'Tum ille, sicut est verecundissimus, aliquantulum erubescens, dum fatigationem meam accepit.' Plura vide apud Victorem p. 220.

[j] *Diocletianum Imperatorem creavit*] 'Diocletianum omnes divino consensu, cui multa jam signa facta dicebantur imperii, Augustum appellaverunt.' Vopiscus. Tunc domesticos regebat Diocletianus. Vide apud Victorem p. 166.

[k] *Dalmatia oriundum*] 'Diocletianus Dalmata, Anulini Senatoris libertinus, matre pariter atque oppido

natum: adeo ut a[m] plerisque scribæ[n] filius, a nonnullis Anulini[o] senatoris libertinus fuisse credatur.[p]

20. Is prima militum[q] concione[r][1] juravit, Numerianum nullo[s] suo dolo interfectum: et cum juxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat,[t] constitisset, in conspectu exercitus manu Diocletiani[u] percussus est. Postea Carinum, omnium[v] odio et[w] detestatione viventem, apud Margum[x][m] ingenti prælio vicit, proditum ab[y] exercitu suo, quem fortiorem habebat: certe desertum,[n] inter Viminatium[z] atque Aureum montem. Ita rerum Romanarum potitus, cum tumultum[a] rusticani[o] in Gallia concitassent, et factioni suæ

Lugd. Bat. 1. 3.—[l] *Dalmatiis* L. LC.—[m] Præpositionem delet Lugd. Bat. 3. —[n] Delet *scribæ* Lugd. Bat. 1.—[o] *Amullini* Sc. *Anulli in Senatoribus* Lugd. Bat. 1. *Anuli* 3. *Amili* 5.—[p] *Tradatur* Lugd. Bat. 2.—[q] *Is primum militi in concione* S. N. B. Lugd. Bat. 2. 3. HM. *primum* etiam Lugd. Bat. 5.—[r] *Contritione* Lugd. Bat. 1. *conditione* 5.—[s] Deest *nullo* V.—[t] Delet *fecerat* Lugd. Bat. 3.—[u] *Diocletiano* Lugd. Bat. 1.—[v] A. *omni odio.*—[w] *In* Lugd. Bat. 3. 5. *decertatione* 2.—[x] Al. *Murgum.* Schottus [in Not. ad Sext. Aurel. Vict. de Cæsarib. c. XXXVI.] *Marcum* legit. *Murtium* est in Vopisci Carino. *Murgum* omnes Edd. Vett.—[y] *A se* Lugd. Bat. 2. 3.—[z] *Viniacium* L. *Inminatium* Lugd. Bat. 2. *Vimina, Suiæ* 3.—[a] *Romanorum potius cum tumultu* Lugd. Bat.

NOTÆ

nomine Dioclea.' Victor.

[1] *Is prima militum concione*] 'Hic cum tribunal conscendisset, atque Augustus esset appellatus, et quæreretur, quemadmodum Numerianus esset occisus, educto gladio, Aprum Præfectum Prætorii ostentans percussit, addens verbis suis: Hic est auctor necis Numeriani.' Vopiscus. Male Victor, qui hoc a Diocletiano factum dicit post mortem Carini.

[m] *Apud Margum*] 'Contra Diocletianum multis prœliis conflixit, sed ultima pugna apud Margum commissa victus occubuit.' Vopiscus. Optime loci situm hic declarat Eutropius inter Viminatium urbem et Aureum montem. Margum et Viminatium, duo Mœsiæ oppida, vicina erant, ut indicio est historia quam narrat Priscus Rhetor initio excerptorum de legationibus. Idem Priscus in Gothica historia scribit Margum ad Istrum fuisse sitam e regione Constantiæ: ἡ Μαργὼς, inquit, πόλις ἐστὶ τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Μυσῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κειμένη ποταμῷ, ἀντικρὺ Κωνσταντίας φρουρίου κατὰ τὴν ἑτέραν ὄχθην κειμένου. *Margus urbs est Mœsiæ in Illyria ad Istrum fluvium sita, e regione Constantiæ, quæ in altera ripa posita est.*

[n] *Certe desertum*] Victor eum a militibus suis in pugna interfectum dicit.

[o] *Cum tumultum rusticani*] 'Namque ubi comperit, Carini discessu, Ælianum Amandumque per Galliam excita manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas incolæ vocant, populatis late agris plerasque urbium tentare, Maximianum statim, fidum amicitia, quanquam semiagrestem, mili-

Bagaudarum[d] nomen[p] imponerent, duces autem haberent Amandum et Ælianum,[e] ad subigendos eos Maximianum Herculium[d] Cæsarem misit; qui levibus præliis agrestes domuit, et pacem[e] Galliæ reformavit.

21. Per[f] hæc tempora etiam Carausius,[q] qui vilissime natus,[g] strenuæ militiæ ordine famam egregiam fuerat consecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ[h r] et Armoricæ[i s] pacandum mare accepisset, quod Franci[t] et Saxones infestabant, multis barbaris sæpe captis, nec præda integra aut provincialibus reddita, aut imperatoribus missa, cum[k] suspicio esse cœpisset, consulto[l] ab eo admitti barbaros, ut transeuntes cum præda exciperet, atque[m] hac se occasione ditaret, a Maximiano jussus[n] occidi,[u] purpuram sumsit, et Britannias[o] occupavit.

22. Ita cum per omnem[p] orbem terrarum res turbatæ

1. *Romanorum...tumultus* 5.—[b] *Factioni Senecaudorum nomen* G. *factionis suæ sævæ clarum nomen* V. *factioni suæ Bagaudarum, &c.* N. B. *factione sua Baucadarum* Lugd. Bat. 1. *factione sæva Caudarum* Lugd. Bat. 2. *factionis suæ vacuum clarum* Lugd. Bat. 3. *factionis suæ Vagabundarum* 5.—[c] *Alienum* Lugd. Bat. 1. *Hælianum* 2. *Helianum* 3. 5.—[d] *Herculianum* G. Lugd. Bat. 3. *Herculem* 1. 5. et infra.—[e] Quidd. codd. Mss. ut Lugd. Bat. 3. 5. et libri impressi *partem* habent. Minus bene: nam etiam Græcus ἐλευθερίαν interpretatur.—[f] Al. *post hæc tempora.* In Fuld. superscripta fuit altera lectio, *hoc tempore*, pro qua malit Sylb. *eodem tempore.*—[g] *In stren. m. o.* Hear. et Vulg. *serenæ* G. Sc. Lugd. Bat. 2. 3. *strenuo* Vi. et quidd. e nostris Mss. ut ad *ordinem* referatur.—[h] *Belticæ* Lugd. Bat. 1.—[i] *Armorici* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[k] *Cur* Lugd. Bat. 3.—[l] *Consultu* Lugd. Bat. 2.—[m] Desunt *atque...ditaret* L. LC. F.—[n] *Jussus est* Lugd. Bat. 3.—[o] Al. *Britanniam.*—[p] Al. *Ita cum per orbem ter.* omisso *om-*

NOTÆ

tiæ tamen atque ingenio bonum, Imperatorem jubet.' Victor. Vide ibi notata p. 168.

[p] *Bagaudarum nomen*] *Bagaudæ*, sive *Bagandæ*, vel *Vocandæ*, vel *Baucaudæ*, populi circa Alpes, quales forte in Pyrenæis, quos vulgo dicimus *Miquelets.* Castrum Bagaudarum, locus olim in agro Lutetiæ, quod horum Bagaudarum tunc receptaculum fuit, quem hodie *Saint-Maur* nominant, ut scribit Vigenerens.

[q] *Carausius*] Carausium vocat Victor, Menapiæ civem.

[r] *Belgicæ*] Ubi Hollandia, Zelandia, Flandria, Brabantia, Gueldria, Clivia, &c.

[s] *Armoricæ*] Hodie *la Bretagne.*

[t] *Franci*] Id est, Germani, ut alibi dictum est. ' Parandæ classi ac populandis Germanis maria infestantibus Carausium præfecere.' Victor.

[u] *A Maximiano jussus occidi*] ' Herculii metu, a quo se cædi jussum compererat, Britanniam hausto imperio capessivit.' Maximianus Herculius cognomento dictus propter cultum Herculis.

essent,[q] Carausius in Britanniis rebellaret, Achilleus[r v] in Ægypto,[s] Africam Quinquegentiani[w] infestarent, Narseus[x] Orienti bellum inferret, Diocletianus Maximianum Herculium ex Cæsare fecit Augustum, Constantium et[t] Maximianum[y] Cæsares: quorum Constantius[z] per filiam[a] nepos Claudii[a] traditur:[v] Maximianus Galerius in Dacia haud longe a Sardica[a b] natus. Atque ut eos etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam[c] Herculii[v] Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos, Constantini fratres,[d] habuit:

---

nem.—[q] Copulam cum Codd. Mss. Lugd. Bat. delevimus. *Carausius* legit 5. et infra.—[r] *Achilles* Lugd. Bat. 1. ubique. *Achileus* 5.—[s] *Oriente* Sc.—[t] *Et Galerium Maximianum Cæs.* B. *Constantinum* Lugd. Bat. 3. *Maximianum* 5.—[u] Delet *per fil.* Lugd. Bat. 2.—[v] *Traditur. Diocletianus* (*Maximianus* Lugd. Bat. 5.) *Galerium etiam adfinitate conjunxit. Constantius privignam, &c.* S. B. Lugd. Bat. 5. *Traditur. Maximianum Galerium etiam affinitate conjungere* [*conjungeret, &c.* V. Lugd. Bat. 2.] G. V. Lugd. Bat. 2. 3.—[w] *Serdica* Lugd.

NOTÆ

[v] *Achilleus*] 'Eodem tempore Orientem Persæ, Africam Julianus, ac nationes Quinquagentanæ graviter quatiebant, adhuc apud Ægypti Alexandriam Achilleus nomine dominationis insignia induerat.' Victor. Achilleus, ut Ulysses, Ulysseus Horat.

[w] *Quinquegentiani*] Iidem sunt ac Pentapolitani in Libya. Sæpe enim apud meliores Græcos *polis* gentem significat. Exempla apud Homerum, &c. *Pater meus.*

[x] *Narseus*] Regulus Armeniæ. Narses, Narseus, ut supra Achilles, Achilleus.

[y] *Constantium et Maximianum*] 'His de causis Julium Constantium, Galerium Maximianum, cui cognomen Armentario erat, creatos Cæsares in affinitatem vocant.' Victor.

[z] *Quorum Constantius*] Pollio in Claudio: 'Ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gothi, prorsus ut jam tunc Constantio Cæsari, nepoti futuro, videretur Claudius securam parare Rempublicam.' Et paulo post: 'Quæ idcirco posui, ut sit omnibus clarum Constantium divini generis virum; sanctissimum Cæsarem et Augustæ ipsum familiæ esse, et Augustos multos de se daturum, salvis Diocletiano et Maximiano Augustis, et ejus fratre Galerio.'

[a] *Per filiam nepos Claudii*] Constantius enim natus e filia Crispi, qui Claudii frater fuit. Hic tamen Eutropius videtur Constantium ipsius Claudii ἔκγονον facere, et ex ejus filia natum. Possis etiam et aliter intelligere: nepotes enim frequenter apud hosce Scriptores ἀδελφιδοῦς, fratris sive sororis filios, significant, ut jam supra. Et apud Ovidium quoque, 'Cæsar ab Ænea qui tibi fratre nepos.'

[b] *Sardica*] In Dacia Mediterranea.

[c] *Constantius privignam*] 'Prior [Constantius] Herculii privignam, alter [Galerius] Diocletiano editam sortiuntur, diremtis prioribus conjugiis.' Victor.

[d] *Constantini fratres*] Constantius dimisit Helenam, quam tamen ei

Galerius filiam Diocletiani[v] Valeriam:[x] ambo uxores, quas habuerant,[a] repudiare compulsi. Cum Carausio tamen, cum bella frustra tentata[b] essent contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax convenit.[c] Eum post septennium[f] Allectus,[e] socius ejus, occidit, atque ipse post eum Britannias triennio[d] tenuit: qui ductu [g]Asclepiodoti[e] præfecti prætorio est oppressus.[f] Ita Britanniæ decimo anno receptæ.[g]

23. Per idem tempus a Constantio[h] Cæsare in Gallia [i]pugnatum est circa Lingonas:[h i] die una adversam et secundam fortunam expertus est. Nam cum repente barbaris ingruentibus,[l] intra civitatem esset coactus, tam præcipiti necessitate, ut clausis portis in[m] murum funibus tolleretur;[n] vix quinque horis mediis adventante exercitu, sexaginta[o] fere millia Alamannorum cecidit.[p] Maximianus quoque Augustus[l] bellum in Africa profligavit,[q] domitis Quinquegentianis, et ad pacem redactis. Diocletianus ob-

---

Bat. 1.—[x] *Herculi* Lugd. Bat. 1.—[v] *Diocletianam* Lugd. Bat. 5.—[x] *Valeriam: prius Constantius habuit Helenam Constantini matrem: ambo ux.* V.—[a] Delet *quas habuer.* Lugd. Bat. 3.—[b] *Temptata* Lugd. Bat. 3. 5.—[c] *Adlectus* Lugd. Bat. 2.—[d] *Biennio* Lugd. Bat. 3. sed 5. delet.—[e] *Ascipiodicti* Lugd. Bat. 1. *Adsclepiodori* 2. *Asclepiodoti* 3.—[f] *Oppr. est* Lugd. Bat. omnes.—[g] *Britannia...recepta est* Lugd. Bat. 1. et Sc.—[h] Deest *Constant.* G. *Cæsare* deest Lugd. Bat. 2.—[i] *Bene pugnatum est* L. HM. Lugd. Bat. 1. 2. 5. *tamen pugnatum* deleto *est* 3.—[h] *Linguonas* Lugd. Bat. 1. *Lingonas* recte 2. 3. 5.—[l] Delet *barb. ingr.* Lugd. Bat. 3.—[m] *Per mur.* Sc.—[n] *Colligeretur* L. LC.—[o] *Quadraginta* M.—[p] *Occidit* Lugd. Bat. 1.—[q] *Confligavit* Lugd. Bat. 3.—[r] *Visus* Lugd. Bat. 2.

NOTÆ

uxorem fuisse negat Zosimus, quippe quæ nunquam in manum Imperatori Constantio legitime convenisset.

[a] *Ad postremum pax convenit*] 'Soliqne Carausio remissum insulæ imperium.'

[f] *Eum post septennium*] 'Quem sane sexennio post Allectus nomine dolo circumvenit.' Sed recte Eutrop. *post septennium.*

[e] *Qui ductu Asclepiodoti*] 'Eum Constantius Asclepiodoto, qui Prætorianis Præfectus præerat, cum parte classis ac legionum præmisso, delevit.' Victor.

[h] *Circa Lingonas*] In ejus rei memoriam arcus editissimus hodieque extat Andomatuni Lingonum (hodie *Langres*) quem, cum ibi agerem, memini me videre. Sed nulla inscriptio est, ut puto. Hoc notare poterunt Antiquarii: est autem in ea parte positus, qua e muris in latissima camporum spatia descenditur. *Pater meus.*

[l] *Maximianus quoque Augustus*] 'Per

sessum Alexandriæ Achilleum[j] octavo fere mense superavit, eumque interfecit. Victoria acerbe usus[r] est:[k] totam Ægyptum gravibus proscriptionibus[s] cædibusque fœdavit.[t] Ea tamen[u] occasione ordinavit provide multa, et[v] disposuit; quæ ad nostram ætatem manent.

24. Galerius Maximianus[m] primo adversus Narseum prælium habuit,[w] inter Callinicum[x] Carrasque congressus, cum inconsulte magis quam ignave dimicasset: admodum enim parva manu [y]cum copiosissimo hoste commisit. Pulsus[z] igitur, et[a] ad Diocletianum profectus, cum ei in[b] itinere occurrisset, tanta insolentia[n] a[c] Diocletiano fertur exceptus, ut per aliquot passuum millia purpuratus[o] tradatur[d] ad vehiculum[e] cucurrisse.

25. Mox tamen per Illyricum Mœsiamque[f] contractis copiis, rursus cum Narseo, Hormisdæ[g] et Saporis avo, in Armenia[h] majori[i] pugnavit, successu ingenti, nec[k] minore

---

—[t] *Omnibus* addit Lugd. Bat. 5.—[t] *Fœderavit* Lugd. Bat. 2.—[u] *Et tunc* Lugd. Bat. 2.—[v] *Et proinde multa disposuit* Lugd. Bat. 2.—[w] *Primum adversus Narseum prælium et secum* Lugd. Bat. 1. *primus adversus Narseum prælium infecundum* 2. *primum adversum Narseum prælium in secundum* 3. et 5. qui tamen *primus* servat.—[x] *Gallinicum* Lugd. Bat. 1. *Gallinum* 3. *Gallicinum* Sc. Hieron. Surita in notis ad Antonin. Itinerar. legendum putat: *inter Calle comen Carrasque congressus:* quo modo appellat Antoninus.—[y] *Pugnam cum* Lugd. Bat. 2.—[z] *Pulso* Lugd. Bat. 1.—[a] Copulam delet Lugd. Bat. 2.—[b] *Et itinere* Lugd. Bat. 1.—[c] *Ad* Lugd. Bat. 1.—[d] *Trahatur* Lugd. Bat. 3.—[e] In F. duplex est scriptura, *ad vehiculum* et *ante vehiculum.* —[f] *Misiamque* Lugd. Bat. 1.—[g] Ita pro vulg. *Ormisdæ* lego e Codd. Leidd. 1. 3. 5. *Hormisque* 2.—[h] *Armœnia* Lugd. Bat. 2.—[i] *Majore* Lugd. Bat. 1. 2. 3.

NOTÆ

Africam gestæ res pari modo.' Victor.

[j] *Diocletianus obsessum Alexandriæ Achilleum*] 'At in Ægypto Achilleus facili negotio pulsus pœnas luit.' Idem.

[k] *Victoria acerbe usus est*] Alexandriæ muros diruit, eamque militibus diripiendam tradidit.

[m] *Galerius Maximianus*] 'A Persis primo graviter vexatus, contracto confestim exercitu e veteranis ac tyronibus, per Armeniam in hostes contendit, quæ ferme sola seu facilior vincendi via est,' &c. Victor.

[n] *Tanta insolentia*] 'Hic tanta a Diocletiano indignatione susceptus est, ut ante carpentum ejus per aliquot millia passuum cucurrerit purpuratus: et cum vix impetrasset, ut reparato de limitaneis Daciæ exercitu eventum Martis repeteret.' Sextus Rufus.

[o] *Purpuratus*] Purpura enim insigne potestatis. Et in eo præcipue Diocletiani insolentia, quod purpuratum Galerium ante currum suum peditem currere siverit, quasi cursorem aliquem publicum.

consilio simulque[l] fortitudine: quippe qui[m] etiam speculatoris munus cum altero ac[n] tertio equite[o] susceperit. Pulso Narseo,[q] castra ejus diripuit; uxores, sorores, liberos cepit; infinitam extrinsecus[r] Persarum nobilitatem, gazam[s] Persicam copiosissimam: ipsum in ultimas[t] regni[o] solitudines egit;[q] quare ad Diocletianum,[t] in Mesopotamia cum præsidiis[r] tum[t] morantem, ovans regressus, ingenti honore susceptus est. Varia deinceps et simul et[t] viritim[u] bella gesserunt, Carpis[v] et Basternis subactis, Sarmatis victis: quarum nationum[u] ingentes captivorum copias in Romanis[w] finibus locaverunt.

26. Diocletianus moratus callide[x] fuit,[y] sagax præterea, et admodum subtilis ingenio, et qui severitatem suam aliena[z] invidia[a] vellet explere.[b] Diligentissimus tamen et solertissimus[w] princeps; et qui[c] imperio Romano primus[d] regiæ

5.—[l] *Ne* Lugd. Bat. 3.—[l] *Simul* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[m] Delet *qui* Lugd. Bat. 1.—[n] *Aut* Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[o] *Multumque regni* Lugd. Bat. 2. *in ultimis* Lugd. Bat. 3. 5.—[p] *Regioni* Lugd. Bat. 1.—[q] *Adegit* Lugd. Bat. 2.—[r] Desunt *cum præsid.* Mer.—[s] *Tamen* Lugd. Bat. 2. *tm. ornate* 3.—[t] Copulam delet Lugd. Bat. 3.—[u] *Vicissim* L. Lugd. Bat. 5.—[v] *Carptis* Lugd. Bat. 3.—[w] *Cromanis* Lugd. Bat. 1.—[x] *Calide* Lugd. Bat 3. 5.—[y] *Motus Gallis defuit* Lugd. Bat. 1.—[z] *Alia* Lugd. Bat. 1.—[a] Deest *invid.* L. F.—[b] *Expellere* Lugd. Bat. 1.—[c] *Etsi imperio Romano...invexerit..jusserit* S. B. HM. Alii legunt *in im-*

NOTÆ

[p] *Speculatoris munus cum altero ac tertio equite*] Festus Rufus: 'In Armenia Majore ipse Imperator cum duobus equitibus exploravit hostes.'

[q] *Pulso Narseo*] 'Denique ibidem Narsenum regem in ditionem subegit, ac simul liberos conjugesque, et Aulam regiam.' Victor.

[r] *Extrinsecus*] Latinitas illius ævi, pro *insuper, præterea.*

[s] *Gazam*] Gaza, vox Persica, quæ divitias notat.

[t] *Quare ad Diocletianum, &c.*] Victor narrat Diocletianum impedilsse, quin Galerius Maximianus victor in provinciam novam fasces Romanos ferret. Vide ibi notata p. 171.

[u] *Quarum nationum*] Ait multos captivos de Carpis, Bastarnis, et Sarmatis in Romanis finibus collocatos. Victor ait Carporum nationem omnem translatam: 'Interea cæsi Marcomanni,' inquit, 'Carporumque natio translata omnis in nostrum solum.'

[v] *Et qui severitatem suam alicna invidia vellet explere*] Cum severe aliquid ageret Diocletianus, ita sibi providebat, ut ejusdem facti invidia in alterum caderet.

[w] *Solertissimus*] Solers ab *arte* et *solla*, id est *solida:* homo bonarum artium, et in omni re prudens. Festus.

consuetudinis formam[x] magis quam Romanæ libertatis[a] invexit;[f] adorarique se jussit, cum ante eum cuncti[g] salutarentur: ornamenta[h] gemmarum[y] vestibus calceamentisque indidit. Nam prius imperii insigne in chlamyde purpurea[z] tantum erat: reliqua[i] communia.

27. Herculius[k] autem, propalam[l] ferus, et incivilis ingenii, asperitatem suam etiam vultus horrore[a] significans. Hic naturæ suæ indulgens, Diocletiano in omnibus, etiam severioribus[m] consiliis, obsecutus est. Cum tamen ingravescente [b]ævo[n] parum[o] se idoneum Diocletianus moderando imperio[p] esse sentiret, auctor[q] Herculio[r] fuit, ut in privatam vitam[s] concederent, et stationem tuendæ Reip.

---

perio. Ut Lugd. Bat. 1. *Et si...invexerat...jussit* 2. *Et si, &c.* 3. 5.—[d] Deest *primus* F.—[e] *Liberalitates* Lugd. Bat. 1.—[f] *Invixerat* Lugd. Bat. 1. 3. *invexerat* 2. 5.—[g] Pro *cuncti* F. habet *nuncti*, quod ex adverbio *nuncupatim* corruptum Sylb. opinatur: ut verior lectio sit, *cum ante eum nuncupatim salutarentur*: præsertim cum Gr. Met. dicat, *μέχρις αὐτοῦ βασιλέων τῇ κοινῇ προσηγορίᾳ τιμωμένων*. Sed *cuncti* agnoscunt etiam Jordanes, et Cassiodorus.—[h] *Ornatum* Lugd. Bat. 2.—[i] *Reliquaque* Lugd. Bat. 2. *reliqua quoque* 3. 5.—[k] *Hercules* Lugd. Bat. 1. semper.—[l] *Palam* Lugd. Bat. 2.—[m] *Est sev. cons. obsecutus* Lugd. Bat. 1. *et senioribus cons. obsecutus*; 2. 5. qui *omnibus* addit. *Etiam sev. cons. obs.* 3. omnes delent *est* præter 1.—[n] *Eo* Lugd. Bat. 2.—[o] *Non se id.* L. *post se id.* Lugd. Bat. 3.—[p] Delet *imper.* Lugd. Bat. 2.—[q] *Auctore* Lugd. Bat. 5.—[r] *Herculius* V. *Hercule* Lugd. Bat. 1.—[s] *Ad vit. priv. utrique* Lugd. Bat.

NOTÆ

[x] *Primus regiæ consuetudinis formam*] Cur primus? cum ante eum idem Caligula, Domitianus, &c. Melius Victor p. 166. 'Namque se primus omnium, Caligulam post Domitianumque, Dominum palam dici passus, et adorari se appellarique uti Deum.'

[y] *Ornamenta gemmarum*] 'Quippe qui primus ex auro veste quæsita serici ac purpuræ gemmarumque vim plantis concupiverit: quæ quanquam plus quam civilia, tumidique et affluentis animi levia tamen præ ceteris.' Victor.

[z] *In chlamyde purpurea*] Fortasse hic chlamydem ponit pro toga, purpuream enim togam fuisse notum est. Si enim chlamydem de paludamento intelligas, purpuream hic eam dixerit pro coccinea. Chlamydes enim, sive paludamenta Imperatorum, de cocco semper fuere tincta, tam veteri stante Republica, quam hac recenti, quæ sub Imperatoribus.

[a] *Asperitatem suam etiam vultus horrore*] Ideo *semiagrestem* eum vocat Victor. De eodem sic alter Victor in Epitome: 'Herculius ferus natura, ardens libidine, consiliis stolidus, ortu agresti Pannonioque.'

[b] *Cum tamen ingravescente ævo*] Aliam rationem afferunt Victor et Zosimus, cur Diocletianus imperium deposuerit, quia scilicet rerum futuram perturbationem prospiciebat. Vide apud Victor. p. 172.

viridioribus junioribusque[t] mandarent. Cui ægre[u] collega obtemperavit:[c] tamen uterque una[v] die privato habitu imperii insigne mutavit; Nicomediæ Diocletianus, Herculius Mediolani; post triumphum inclytum, quem Romæ ex numerosis gentibus egerant,[w] pompa[x] ferculorum[y d] illustri, qua Narsei conjuges sororesque[z] et liberi ante currum ducti sunt. Concesserunt[a] tunc[b] Salonas[c e] unus, alter in Lucaniam.[d]

28. Diocletianus privatus in villa, quæ haud procul a Salonis est, præclaro otio[e] senuit;[f] inusitata virtute usus, ut solus omnium[f] post conditum[g] Romanum imperium, ex tanto fastigio sponte ad privatæ vitæ statum civilitatemque[g] remearet. Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines,[h] ut cum privatus obisset, inter Divos tamen[h] referretur.

2. *in vit. priv.* l. 5. sed 3. delet *in.*—[t] *Minoribusque* Lugd. Bat. 2.—[u] *Ægro* Lugd. Bat. 1.—[v] *Uno* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[w] Delent *egerant* Lugd. Bat. 2. 3.—[x] *Poni* Lugd. Bat. 3.—[y] *Ferculum* Lugd. Bat. 3. 5.—[z] Deest Sc. et Mer. non autem. Gr. qui ἀδελφῶν vertit. *que* delet Lugd. Bat. 5.—[a] *Concessere* Lugd. Bat. 3.—[b] *Tamen* Lugd. Bat. 1. 2. 5. *tm* 3.—[c] *Salonam* M. N. G. Sc. *Salon. uno alteri Lucaniam* Lugd. Bat. 1. *Salona unus alter in Lycaonia* 2. *Salonæ* 3. *Unus alteri Salonam in Licaonia* 5.—[d] *Lycaoniam* V. *Licaonia.* 3.—[e] *Odio* Lugd. Bat. 3.—[f] *Se tenuit* Lugd. Bat. 1.—[g] *Civilitatem* Lugd. Bat. 3.—[h] *Hominum* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

[c] *Cui ægre collega obtemperavit*] Curam Reipublicæ abjecit, cum in sententiam Herculium ægerrime traduxisset.

[d] *Pompa ferculorum*] *Pompa* est transductio, transvectio. *Fercula* sunt, quæ in ea pompa ferebantur, ut simulacra oppidorum, Deorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, et alia id genus. Vide apud Florum 193.

[e] *Salonas*] In Illyrico, juxta mare.

[f] *Ut solus omnium*] Non solus, nam et idem cum illo fecerat Sylla, cum perpetuæ Dictaturæ honore se abdicavit ultro et volens; qua in re a C. Julio Cæsare, eximio illo Dictatore, id est, eximio magistro, postea reprehensus est. *Pater meus.*

[g] *Post conditum*] Id est, revocatum, restitutum, ut jam supra vidimus.

[h] *Inter Divos tamen*] Quippe is honos illis tantum deferebatur, qui cum Augusto imperio fuerant.

EUTROPII

BREVIARIUM

HISTORIÆ ROMANÆ.

LIBER X.

His igitur abeuntibus,[a] ad administrationem[b] reip. Constantius[b] et Galerius Augusti creati sunt.[c] Divisusque inter eos ita[c] Romanus orbis, ut Gallias, Italiam, Africam Constantius; Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtinerent;[d] sumtis duobus Cæsaribus.[d] Constantius tamen, contentus dignitate Augusti, Italiæ atque Africæ adminis-

[a] Sic L. C. S. N. *obeuntibus* HM. *abeuntibus administrationem* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[b] *Constantinus* Lugd. Bat. 5.—[c] *Ita* additum ex F. L. LC. N. HM. et

NOTÆ

[a] *His igitur abeuntibus*] Nempe Diocletiano et Herculio.

[b] *Ad administrationem, &c.*] Aliter lego sic: *His igitur abeuntibus ab administratione Reipublicæ, Constantius et Galerius Augusti creati sunt.* Primum, quia ita solent dicere Latini, *abire Magistratu, abire ab administratione.* Deinde quis ferre possint? *Creati sunt Augusti ad administrationem Reipublicæ.* Ridiculum. *Pater meus.*

[c] *Augusti creati sunt*] 'His diebus Constantius Constantini pater atque Armentarius Cæsares, Augusti appellantur.' Victor in Epitom. Factum ann. U. 1056. post Ch. 304.

[d] *Sumtis duobus Cæsaribus*] Severo per Italiam, Maximino Galerio sororis filio per Orientem.

trandæ solicitudinem recusavit, vir egregius et præstantissimæ civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum [e]studens,[e] fisci commoda non admodum affectans:[f] ducensque[f] [g]melius, publicas opes a privatis haberi,[g] quam intra unum claustrum reservari.'[h] Adeo autem cultus modici, ut festis diebus, si cum[i] amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum eis[k] argento ostiatim[l] petito triclinia sternerentur.[g] Hic[m] non modo amabilis, sed etiam venerabilis[n] Gallis fuit: præcipue quod Diocletiani suspectam prudentiam,[h] et Maximiani[o] sanguinariam temeritatem imperio ejus[p] evaserant. Obiit in Britannia, Eboraci, principatus anno tertiodecimo,[i] atque inter Divos relatus est.

2. Galerius, vir et probe moratus, et egregius in[q] re mili-

---

P. ceteri omittunt.—[d] *Obtineret* vulg.—[e] *Divitiis abstinens provincialium ac privatorum studiis, fisci com.* S. B.—[f] *Dicensque* S. M. H. M. Sc. Lugd. Bat. 5.—[g] *Haberet* Lugd. Bat. 2.—[h] *Reservare* Lugd. Bat. 1. *reservaret* 5.—[i] Delent *cum* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[k] *Ei* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[l] *Hostiatim* Lugd. Bat. 2.—[m] *His* Lugd. Bat. 1.—[n] *Etiam* addit Lugd. Bat. 2.—[o] *Maximiano* Lugd. Bat. 1.—[p] *Suo* Lugd. Bat. 5.—[q] Delent *in* Lugd. Bat. 2. 5.—[r] *Vivente*

NOTÆ.

[e] *Divitiis provincialium ac privatorum studens*] Malim *Divinus provincialium ac privatorum studiis;* quia scilicet ita loqui mos est. Eodem modo Victor de Constantio et de Galerio loquens: 'Adeo miri,' inquit, 'naturæ officiis,' &c.

[f] *Fisci commoda non admodum affectans*] Id est, qui fisci et ærarii opes in proprios usus convertere non tentabat.

[g] *Triclinia sternerentur*] Triclinia proprie dicebantur tres lecti ad tria latera mensæ ita dispositi, ut unum mensæ latus convivis vacuum ferculis locum præberet. Sed postea triclinia de conclavibus et cœnationibus ipsis dici cœpere, ut hic; nisi etiam de mensis ipsis malis intelligi, cum dicat eas argento ostiatim petito instructas fuisse. Argentum enim hic est *de la vaisselle d'argent:* nunquam tamen triclinia pro mensis memini me legisse.

[h] *Suspectam prudentiam*] Hæc intelligenda sunt ex iis quæ supra dixit: 'Diocletianus moratus callide fuit, sagax præterea et admodum subtilis ingenio, et qui severitatem suam aliena invidia vellet explere.'

[i] *Principatus anno tertiodecimo*] Falsum est: si enim annos, quibus Cæsaris potestatem exercuit, conjungas cum annis quibus Augustum imperium obtinuit, annos XV. invenies: quippe creatus est Cæsar ann. ab U. C. 1043. post Ch. 291. deinde *Augustus* factus ann. U. C. 1056. post Ch. 304. Decessit biennio post et tribus mensibus.

[j] *Cum Italiam quoque, sinente Constantio*] Constantius enim contentus

tari, cum Italiam quoque, sinente[r] Constantio,[j] administrationi[t] suæ accessisse sentiret, Cæsares duos creavit,[k] [[u]Maximinum, quem Orienti præfecit; et Severum, cui Italiam dedit: ipse in Illyrico commoratus[w] est.] Verum Constantio mortuo, Constantinus, ex obscuriori[v] matrimonio ejus filius,[l] in Britannia creatus est imperator, et in locum patris exoptatissimus moderator accessit. Romæ interea prætoriani,[m] excitato[w] tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab urbe in villa[x] publica[n] morabatur, Augustum nuncupaverunt.[y] Quo nuntio Maximianus Herculius ad spem arrectus resumendi fastigii,[o] quod invitus amiserat,[p] Romam[z] advolavit e Lucania, quam sedem[a] privatus elegerat, in agris amœnissimis consenescens; Diocletianumque etiam[b] per literas[q] adhortatus est,

Lugd. Bat. 5.—[r] *Administrationis* Lugd. Bat. 2.—[t] Inclusa ex S. N. M. B. L. HM. et F. adjecimus. Sed *Maximinum* scribimus cum Mss. Zosimo et Aurelio Victore (ad quem vide Schotti notas:) non *Maximianum* cum metaphrasta nostro et Sylburgio. Lugd. Bat. tamen 1. et 3. ita habent.—[u] *Illyricum morat.* Lugd. Bat. 1.—[v] *Obscuriore* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[w] *Excito* Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[x] Al. *in via. in illa* Lugd. Bat. 1.—[y] *Provocaverunt* Lugd. Bat. 3. 5.—[z] *Romæ* Lugd. Bat. 1.—[a] Deest *sedem* L.—[b] In quibusdam deest *etiam.*

NOTÆ

dignitate Augusti, Italiæ atque Africæ administrandæ solicitudinem recusavit, ut supra Noster.

[k] *Cæsares duos creavit*] Severum et Maximinum Galerium Cæsares intelligit, quos jam supra initio hujus libri creatos dixit.

[l] *Ex obscuriori matrimonio ejus filius*] Ex Helena natus, quæ legitime Constantio nupta non fuit.

[m] *Romæ interea prætoriani*] 'Interim Romæ vulgus, turmæque Prætoriæ Maxentium, retractante diu patre Herculio, Imperatorem confirmant.' Victor.

[n] *In villa publica*] Locus erat ita dictus extra urbem, Legatorum usui proprie destinatus. Sic et Constantinopolis, urbis Romæ æmula, villam et ipsa publicam habebat, sed Nicomediæ positam. *Pater meus.*

[o] *Resumendi fastigii*] Sic supra *fastigium* de imperio usurpavit.

[p] *Quod invitus amiserat*] Ægre enim Diocletiano obtemperavit, qui ei auctor fuit, ut in privatam vitam concederet. In fine libri superioris.

[q] *Diocletianumque etiam per literas*] Idem Victor in Epitom. p. 221. 'Quia Diocletianus, dum ab Herculio atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestatus, in hunc modum respondit: Utinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum judicaretis.' Ubi etiam illud mihi dubium quod dicit, Diocletianum a Ga-

ut depositam resumeret potestatem: quas ille irritas habuit. Sed adversum motum[c] prætorianorum atque Maxentii, Severus Cæsar Romam missus a Galerio,[d] cum exercitu venit; obsidensque urbem militum suorum scelere desertus est.[r]

3. [e]Auctæ Maxentio[f] opes, confirmatumque imperium. Severus fugiens Ravennæ[g] interfectus est.[s] Herculius[h] tamen Maximianus, post hæc in concione exercitus[i] filium Maxentium nudare conatus, seditionem[k] et[l] convicia militum tulit. Inde[m] ad Gallias profectus est, dolo composito, tanquam a filio esset expulsus, ut[n] Constantino genero jungeretur;[t] moliens tamen Constantinum reperta occasione interficere, qui in Galliis et militum et provincialium ingenti jam[o] favore[p] regnabat, cæsis Francis atque Alamannis, captisque[q] eorum regibus,[r] quos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parasset,[u] objecit. Detectis

—[c] *Votum* Lugd. Bat. 2.—[d] *Gario* Lugd. Bat. 1.—[e] *Ita auctæ* S.—[f] *Maxenti* Lugd. Bat. 1.—[g] *Rav. fug.* Lugd. Bat. 2.—[h] *Hercules* Lugd. Bat. 1. et ita sæpe.—[i] *Exercituum* S. N. M. V. Sc. Lugd. Bat. 2. 3. *Exercitum* 1. 5.—[k] *Seditiones* G.—[l] *Ad* Lugd. Bat. 2.—[m] *Dein* Lugd. Bat. 3. *deinde* 5.—[n] Delet *ut* Lugd. Bat. 1.—[o] *Tn* Lugd. Bat. 5.—[p] *Facinore* L.—[q] *Captis* Lugd. Bat.

NOTÆ

lerio etiam solicitatum, ut imperium resumeret. Nam de solo Herculio hoc alii narrant. Zosimus etiam scribit Herculium non per literas egisse, sed ad Diocletianum ivisse, qui tunc Carnuti degebat.

[r] *Militum suorum scelere desertus est*] 'Is circum muros cum ageret, desertus a suis, quos præmiorum illecebris Maxentius traduxerat,' &c. Victor. Zosimus narrat Maxentium Severo e Mediolano profecto occurrisse, eumque, militum animis majore ex parte pecunia corruptis, atque etiam Præfecto Prætorio Anullino sibi conciliato, nullo negotio vicisse. Ipsum Severum fuga Ravennam elapsum, &c.

[s] *Ravennæ interfectus est*] Idem Victor: 'obsessusque Ravennæ obiit.' At Zosimus ait Severum Ravennam elapsum, quo intellecto Maximianus Herculius Maxentii pater Lucania relicta Ravennam contendit, cumque perspexisset hac invitum ejici non posse, quod munita foret et commeatu abundaret, sacramentis eum deludens, persuasit ut Romam veniret; quo pergens Severus, ubi ad locum venit, quem tres Tabernas vocant, ab insidiis, quas ibidem Maxentius posuerat, apprehensus, necatus, cervicibus laqueo fractis. Ita Zosimus, quem secutus Victor alter in Epitome scribit, 'Severus ab Herculio Maximiano Romæ ad tres Tabernas extinguitur.'

[t] *Ut Constantino genero jungeretur*] Herculius enim Constantino Faustam dederat uxorem.

igitur insidiis per Faustam filiam, quæ dolum viro[r] nuntiaverat, profugit Herculius,[v] Massiliæque[t] oppressus[u] (ex ea etenim navigare ad filium præparabat) pœnas dedit justissimo exitu: vir ad omnem asperitatem[w] sævitiamque proclivus, infidus,[w] incommodus,[w] civilitatis penitus expers.

4. Per hoc tempus[x] a Galerio Licinius[x] imperator est factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine, et in bello, quod adversum[y] Narseum gesserat, strenuis[z] laboribus et officiis acceptus: mors [y]Galerii[a] confestim secuta est.[b] Ita Resp.[w] tum a novis quatuor imperatoribus tenebatur, Constantino et[d] Maxentio, filiis Augustorum,[z] Licinio et Maximino,[e] novis hominibus.[a] Quinto tamen Constantinus imperii sui anno bellum adversum[f] Maxentium[e] civile commovit; copias ejus multis prœliis fudit:[b] ipsum

1. 2. 3. 5.—[r] Delet *regibus* Lugd. Bat. 3.—[s] *Viro* delet Lugd. Bat. 1.—[t] Ita eleganter S. B. G. L. F. HM. Alii, *profugit Herculius Massiliam, ibique oppressus.*—[u] *Oppressus est* Lugd. Bat. 1.—[v] Hæc vox misere in Lugd. Bat. 1. depravata erat: sed 3. *ad omn. sævitiam asperitatem.*—[w] *Inædus* Lugd. Bat. 1. —[x] Al. *per hæc tempora. Per hunc* Lugd. Bat. 1.—[y] *Adversus* Lugd. Bat. 3. —[z] *Strenuus* Lugd. Bat. 1. 3.—[a] *Mors Galerium* Lugd. Bat. 2. *mox* 3.— [b] Abest *est* a Lugd. Bat. 1. 2. 3.—[c] *Is aut Rep.* Lugd. Bat. 1.—[d] Delent *et* Lugd. Bat. 2. 5.—[e] *Maximiano* G. L. V. Sc. et sic deinceps: uti et Lugd. Bat. 1.—[f] *Adversus* Lugd. Bat. 2. 5. et ita variant semper.—[g] *Sentium* Lugd. Bat.

NOTÆ

[t] *Cum magnificum spectaculum muneris parasset*] Mira loquendi ratio *spectaculum muneris*. Satis fuisset dicere sive *magnificum spectaculum*, sive *magnificum munus*. Sed ita Noster.

[v] *Profugit Herculius*] 'Maximianus Herculius a Constantino apud Massiliam obsessus, deinde captus, pœnas mortis genere postremo, fractis laqueo cervicibus, luit.' Victor in Epitom. Zosimus eum apud Tarsum morbo extinctum dicit. Sed in multis mihi suspecta Zosimi fides.

[w] *Incommodus*] Appellatio atrox et dira, ut et *importunus*, ubi de malo principe agitur.

[x] *Per hoc tempus a Galerio Licinius*] 'Hoc acrior Galerius ascito in consilium Jovio, Licinium vetere cognitum amicitia Cæsarem, creat Augustum.' Victor. Idem Zosimus.

[y] *Mors Galerii*] Ann. U. C. 1068. post Ch. 311.

[z] *Filiis Augustorum*] Nempe Constantii et Herculii Maximiani.

[a] *Novis hominibus*] Qui nullo munere functi erant, cum Cæsares creati.

[b] *Copias ejus multis prœliis fudit*] Tunc Constantinus, antequam cum Maxentio manum consereret, de auxilio divino solicitus, in ipso meridie cœlo sereno, multis simul astantibus et videntibus, cernit Crucem splendentem, cum expressis in ea literis, IN HOC SIGNO VINCES. Quapropter Constantinus admotus Christianæ

postremo Romæ adversum nobiles omnibus[h] exitiis sævientem, apud pontem Mulvium[i] vicit,[c] Italiaque est potitus. Non multo[k] deinceps in Oriente quoque adversum Licinium Maximinus[d] res novas molitus,[l] vicinum exitium fortuita apud Tarsum morte prævenit.

5. Constantinus tamen, vir ingens[m] et omnia efficere[n] nitens, quæ animo præparasset, simul principatum totius orbis affectans, Licinio bellum intulit, quamvis[o] necessitudo[p] et affinitas cum eo esset: nam soror Constantia[q] nupta Licinio erat; ac primo eum in Pannonia[r] ingenti ap-

---

3.—[h] *Hominibus* Lugd. Bat. 1.—[i] *Milvium* S. B. G. V. Sc. Lugd. Bat. 3. 5. *Molvium* 1. *Malinum* 2. *Mollium* M. L. LC.—[k] *Non multo post deinceps* Vulg. —[l] *Molitus est* Lugd. Bat. 3. 5.—[m] *Ingens animo et omnia, &c.* LC. *Magnus, &c.* Sc.—[n] *Inficere* Lugd. Bat. 1.—[o] *Quamquam* Lugd. Bat. 1. 2. 5.—[p] Al. *necessitudo illi et.*—[q] Al. *soror ejus Const. Constantii* Lugd. Bat. 3.—[r] Vulgo legunt: *ac primo eum in Pannonia, secundo ingenti, &c.* Cellarius autem (quem sequuntur Hearne et Haverc.) abjecit illud *secundo*, quod nec Græcus habet, neque historiæ convenit, quia *Cibalis* vel *Cibalæ* sunt urbs ipsius Pannoniæ ad Savum, teste metaphrasta, et Zosimo lib. II. qui ejus situm accurate de-

NOTÆ

Religioni vexilla militaria proposuit in formam Crucis cum duabus Græcis literis χ ρ, quæ Christi nomen exprimunt. Deinde fortissima Maxentii præsidia expugnavit, et triplici prælio victor potissimam Italiæ partem hoc anno occupavit.

[c] *Apud pontem Mulvium vicit*] 'Maxentius, dum adversus Constantinum congreditur, paulo superius a ponte Milvio, in pontem navigiis compositum ab latere ingredi festinans, lapsu equi in profundum demersus est, voratumque limo, pondere thoracis corpus vix repertum.' Victor in Epitom. Hunc pontem ita construxerat Maxentius, ut ab una ripa ad alteram non pertingeret, sed duas in partes ita divisum, ut in medio flumine pars utraque pontis fibulis ferreis conjungeretur, quæ revellebantur, cum quis pontem junctum nollet. Et imperaverat fabris, ut cum primum viderent exercitum Constantini junctura pontis insistere, fibulas revellerent ac pontem solverent, ut ita quotquot hic insisterent, in fluvium delaberentur. Sed Maxentius insidiis quas hosti paraverat interceptus. Inde intelligendus Victor in Cæsaribus p. 175. 'Sed Maxentius atrocior in dies, tandem urbe in saxa rubra millia ferme novem ægerrime progressus, dum cæsa acie fugiens semet Romam reciperet, insidiis quas hosti apud pontem Milvium locaverat in transgressu Tiberi interceptus est.'

[d] *Maximinus*] 'Dum hæc in Italia geruntur, Maximinus ad Orientem post biennii Augustum imperium fusus fugatusque a Licinio, apud Tarsum perit.' Victor. Factum ab U. C. 1065. post Ch. nat. 313. cum quadriennio Cæsar, et triennio Augustus fuisset.

paratur[e] bellum apud Cibalas[f] instruentem, repentinus oppressit: omnique Dardania, Mœsia,[g] Macedonia[h] potitus, numerosas provincias occupavit.

6. Varia deinceps inter eos bella, et pax reconciliata[i] ruptaque[j] est.[k] Postremo Licinius, navali et terrestri prælio victus, apud Nicomediam[l] se dedidit;[m] et contra religionem[n] sacramenti Thessalonicæ privatus occisus est. Eo tempore res Romana sub uno Augusto et tribus Cæsaribus[o] (quod nunquam alias) fuit; cum liberi Constantini Galliæ, Orienti, Italiæque præessent. Verum, insolentia rerum secundarum, aliquantum[p] Constantinus[q] ex illa favorabili[r] animi docilitate[s] mutavit. Primum necessitudines perse-

scribit. *A primo eum in Pannonia secunda ing.* Lugd. Bat. 1. *ac primo eum in Pann. secundo ing.* 2. *ac primus, &c.* 3. qui tamen *secundo* non agnoscit; sed 5. servat.—[f] *Cibalias* Lugd. Bat. 2.—[g] *Misia* Lugd. Bat. 1. ut supra.—[h] *Ac Maced.* Lugd. Bat. 1.—[i] *Renunciata* LC.—[j] *Sunt* Lugd. Bat. 3.—[k] *Dedit* Lugd. Bat. 1. 2.—[l] *Aliquantulum* P. Mer.—[m] Ita Sylb. cod. Fuld. secutus. Codd. autem nostri et vulgg. edd. *Constantinum.* Sed cum Nominativum casum agnoscat etiam metaphrastes, eum retinere placet, non enim insolens est, *mutare* sumi pro *mutari.*—[n] *Favorabilis* F. minus convenienter: ita tamen Lugd. Bat.

NOTÆ

[e] *Ingenti apparatu*] Alii perperam *secundo ingenti apparat.* Post discidium enim Constantini et Licinii, prima pugna apud Cibalas in Pannonia, secunda in Thracia, postquam pax facta. Vide quæ apud Victorem p. 223.

[f] *Pax reconciliata ruptaque*] Pax facta postquam in Thracia pugnatum, ea post septennium diremta, prope Adrianopolim pugna commissa, qua fusus fugatusque Licinius Byzantium se recepit; ubi amissis fere et prælio et tempestate navibus, relicto Byzantio Chalcedona se recepit. Inde ad Nicomediam fuga elapsus, ubi supplex Constantino factus est, eumque allata purpura Imperatorem ac dominum salutavit, a quo Thessalonicam ablegatus.

[g] *Apud Nicomediam*] Male distinguitur: *Postremo Licinius navali et terrestri prælio victus apud Nicomediam, se dedidit.* Neque enim apud Nicomediam navali prælio vinci potuit. Lege modo notam superiorem.

[h] *Et contra religionem*] Neque multo post ei, violata jurisjurandi religione, quod quidem Constantino non insolens erat, laqueo vitam ademit. Zosim.

[i] *Et tribus Cæsaribus*] 'Eo modo Respublica unius arbitrio geri cœpit, liberis Cæsarum nomina diversa retentantibus: namque eo tempestate Imperatori nostro Constantio insigne Cæsaris datum.' Victor. Hic igitur Eutropius Crispum, Constantinum, et Constantium Cæsares intelligit, præterito Liciniano Licinii filio; nisi malis hic Licinianum, Crispum, et Constantinum designari, quod haud ita facile credam.

cutus, [[a]Crispum filium] egregium virum,[k] et sororis filium, commodæ indolis juvenem, interfecit: mox uxorem;[l] post, numerosos amicos.[c]

7. Vir primo imperii tempore optimis[d] principibus, ultimo mediis comparandus. Innumeræ in eo animi corporisque virtutes[e] claruerunt: militaris gloriæ appetentissimus, fortuna[f] in bellis[g] prospera fuit: verum ita, ut non superaret industriam.[m] Nam etiam Gothos, post civile bellum,[n] varie profligavit, pace ad postremum data; ingentemque[h] apud barbaras gentes memoriæ gratiam collocavit. Civilibus

1. 2. 3. *docibilitate* 2.—[b] Absunt hæc ab omnibus Latinis exemplaribus: restitui autem jubet Sylb. ex Epitome Victoris n. 60. Non potuimus non obsequi Sylburgio, quod tum Epitheta, (notante scil. cujus hæc fere tota nota est, Cellario) *egregium virum*, monebant aliquid deesse, tum Græcus quoque *υἱοῦ*, quanquam etiam mutile, mentionem faciebat. Quin et *Crispum filium* occurrit in additamento infra subjecto ex codd. nostris S. et N. Cod. itidem S. hoc ipso in loco *Crispi* immediate post *virum* mentionem fecerat, sed omisso *filium*. His autem omissis correctionem abunde confirmat Zosimus, cujus libro II. fol. 685. hæc sunt verba: Κρίσπον παῖδα, τὸν τοῦ Καίσαρος ἀξιωθέντα τιμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τῇ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι, τοῦ τῆς φύσεως θεσμοῦ μηδένα λόγον ποιησάμενος, ἀνεῖλε. Miscella Historia lib. XI. c. 13. rem attingit, sed ordine inverso, et neglecto item *filii* nomine, cujus verba ascribere non piget: 'Primum necessitudines persecutus, egregium virum, et bonæ indolis juvenem, sororis filium, Commodum interfecit, mox Crispum, Fausta conjuge, ut putant, suggerente, necari jubet.' Inclusa etiam respuit Lugd. Bat. 2. *Crispum* delent 1. et 3. agnoscunt tamen *filium*: sed 1. transponit *egr. vir. fil.*—[c] *Amicos. Ideo pulchre Albavius præfectus Constantinopolis, præfectum autem Græci* Eparchum *vocant: hic ergo Albavius videns Imperatorem filium suum Crispum frigore veneni, et Faustam conjugem calore balnei extinxisse, duos Endecasyllabos partibus aulæ infixit:* Saturni aurea sæcla quis requirat? Sunt hæc gemmea, sed Neroniana. *Veruntamen hæc vitia immenso amore Christianitatis amplificandæ delevit. Sic in Historiis Ecclesiasticis, et maxime in Tripartita legitur. Vir primo &c.* S. N.—[d] *Optimus* Lugd. Bat. 2. *principibus* delet 5.—[e] *Virtutem* Lugd. Bat. 3.—[f] *Ei in* Lugd. Bat. 2.—[g] *Bello* &c.—[h] *Ingentique apud barbaras gentes memoriæ gratiam collocavit* F. N. S. M.

NOTÆ

[l] *Favorabili animi docilitate*] Animi docilitas hoc loco lenitas est. Favorabilis autem cui omnes favent, aut qui omnium in se amorem colligit: ut jam supra.

[k] *Egregium virum*] Licinianum Licinii et Constantiæ Constantini sororis filium.

[l] *Mox uxorem*] Faustam, cum prius Crispum natu grandiorem filium occidisset. Vide apud Victorem pag. 177.

[m] *Ut non superaret industriam*] Fortuna Constantini ejus industriam non superabat: id est, non solum felicissimus, sed fortissimus etiam fuit. *Industria* hic est *fortitudo, virtus*, ἀρέτη.

[n] *Post civile bellum*] Cum Maxentio gestum.

artibus et studiis liberalibus deditus;[o] affectator[i] justi amoris,[k] quem omni sibi[l] et liberalitate et[m] docilitate quæsivit; sicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius: nihil occasionum prætermittens, quo opulentiores eos clarioresque præstaret.

8. Multas leges rogavit, quasdam ex bono[p] et æquo, plerasque[n] superfluas, nonnullas severas;[q] primusque urbem nominis sui[r] ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ æmulam faceret.[s] Bellum adversum Parthos[s] moliens, qui jam[p] Mesopotamiam fatigabant, uno et trigesimo[t] anno[t] imperii, ætatis sexto[r] et sexagesimo, Nicomediæ in villa[u] publica,[u] obiit. Denuntiata[v] mors ejus etiam per crinitam stellam,[v] quæ[w] inusitatæ magnitudinis aliquamdiu

---

B. G. V. Lugd. Bat. 1. 2. 3. structura per hypallagen inversa.—[i] *Affectoribus* Lugd. Bat. 3.—[k] *Justitia moris* Lugd. Bat. 1. 3.—[l] *Omnibus ibi* F. Fortasse rectius *ab omnibus sibi*. Metaphrastes enim, παρὰ πάντων. *Omni sibi* Lugd. Bat. 1. *Omnem sibi* Lugd. Bat. 2. 3.—[m] Abest *et* a Lugd. Bat. 1. sed respondet hoc *liberalibus artibus*, et emollitis inde moribus. *Docibilitate* Lugd. Bat. 2.—[n] Al. *pluresque*.—[o] *Facerent* Lugd. Bat. 3.—[p] Delet *jam* Lugd. Bat. 3.—[q] *Trigesimo secundo an.* HM.—[r] *Septimo* G. *Sexag. sexto* Lugd. Bat. 1.—[s] *Via* Lugd. Bat. 3. *in Comedia* 2.—[t] *Denunciata est* Lugd. Bat. 2. Ceteri cum Edd.

NOTÆ

[o] *Civilibus artibus et studiis liberalibus deditus*] 'Calumnias sedare legibus severissimis, nutrire artes bonas, præcipue studia literarum: legere ipse, scribere, meditari, audire legationes et querimonias provinciarum.' Victor in Epitom.

[p] *Quasdam ex bono*] 'Remotæ olei frumentique adventitiæ præbitiones quibus Tripolis ac Nicæa acerbius angebantur, &c. Fiscales molestiæ severius pressæ,' &c. Victor in Cæsaribus.

[q] *Nonnullas severas*] Quibus gravissima tributa imperata.

[r] *Urbem nominis sui*] Constantinopolim.

[s] *Bellum adversum Parthos*] 'Ita anno imperii tricesimo secundoque, cum totum orbem tredecim tenuisset, sexaginta natus atque amplius duo, in Persas tendens, a quis bellum irrumpere acceperat, rure proximo Nicomediæ, Achyronem vocant, excessit.' Victor.

[t] *Uno et trigesimo anno*] Imperavit tantum annis XXX. mensibus IX. diebus XXVII. Mortuus an. U. C. 1069. post Ch. nat. 337. die Maii 22.

[u] *Nicomediæ in villa publica*] Supra notatum est, Constantinopolim instar Romæ villam suam publicam habuisse Nicomediæ positam.

[v] *Denuntiata mors ejus etiam per crinitam stellam*] Victor: 'Cum id tetrum sidus regni, quod crinitum vocant, portendisset.' Ea superstitione Veteres imbuti fuere, ut crederent *cometas*, sive *crinita sidera*, Principibus sive Regibus mortem in-

fulsit: eam[v] Græci *Cometen* vocant: atque inter[w] Divos meruit referri.[x]

9. [y]Successores filios tres[w] reliquit, atque unum fratris filium: verum Dalmatius[z] Cæsar[a] prosperrima indole,[b] neque patruo[x] absimilis,[c] haud[d] multo post oppressus est factione[e] militari, et Constantio patruele[f] suo sinente potius[y] quam jubente. Constantinum[g] porro[g] fratri bellum inferentem, et apud Aquileiam[h] inconsultius prælium aggressum, Constantis duces interemerunt. Ita Respublica ad duos Augustos[i] redacta. [k]Constantis[k] imperium strenuum aliquamdiu et justum fuit; mox, cum et valetudine improspera et amicis pravioribus[l] uteretur,[b] ad gravia vitia conversus, cum intolerabilis provincialibus, militibus[m] injucundus[n] esset, factione Magnentii[o] occisus est.[c] Obiit haud[p] longe ab Hispaniis, in castro, cui Helenæ[q] nomen

---

Vetust. delent.—[a] Lugd. Bat. 2. relativum hoc post *magnit.* ponit.—[v] Hanc vocem *eam* uncis, quod ante factum, non inclusi, quia agnoscunt L. Bat. 1. 2. *etiam* 3.—[w] Delet *inter* Lugd. Bat. 1.—[x] *Referre* Lugd. Bat. 1.—[y] *Is successores* Lugd. Bat. 5.—[z] *Dalmaticus* V.—[a] Pro *Cæsar* LC. habet *nepos.*—[b] *Prosperrimæ indolis* Lugd. Bat. 5.—[c] *Obsimilis* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[d] *Aut* Lugd. Bat. 2.—[e] *Factioni* Lugd. Bat. 1. *Facinore* V.—[f] *Patrueli* Lugd. Bat. 1. 5.—[g] Delent *porro* Lugd. Bat. 3. 5. et cum 2. transponunt *bell. frat.*—[h] *Aquilegiam* Lugd. Bat. 2.—[i] *Augustus in Constantium et Constantem red.* L. LC. N. M. *est* delent Mss. Leidd. omnes.—[k] *Constantii* V. Sc. *Constantius* Lugd. Bat. 2. et supra.—[l] *Gravioribus* L. LC.—[m] *Militi* Lugd. Bat. 1. 3. 5.—[n] *Injocundus* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[o] *Maxentii* V.—[p] Al. *obiit autem non longe.*—[q] *Elenæ*

NOTÆ

tentare, eaque opinione multi hodieque sunt, etsi viri doctissimi probavere sidera illa solida esse corpora nullo modo reliquis sideribus fœdiora.

[w] *Filios tres*] Constantinum, Constantem et Constantium: qui ita inter se imperium partiti, ut Constantinus cuncta trans Alpes: Constantius a freto Propontidis Asiam atque Orientem: Constans Illyricum, Italiam, Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniam et Achaiam.

[x] *Patruo*] Constantino.

[y] *Et Constantio patruele suo sinente potius*] Constantii tamen insidiis occisum Dalmatium dicit Zosimus. Eutropio consentire videtur Victor: 'Igitur confestim Dalmatius, incertum quo suasore, interficitur.'

[z] *Constantinum porro*] 'Constantinus latrocinii specie dum incautus fœdeque temulentus in aliena irruit, obtruncatus est, projectusque in fluvium, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia.' Victor in Epitom.

[a] *Ad duos Augustos redacta*] Constantium et Constantem.

[b] *Et amicis pravioribus uteretur*] Ministrorum pravitate execrabilem vocat Victor.

[c] *Factione Magnentii occisus est*]

est,[d] anno imperii decimo septimo,[e] ætatis trigesimo:[f] rebus tamen plurimis strenue in militia gestis,[g] exercituique per omne vitæ[r] tempus sine gravi crudelitate terribilis.

10. Diversa[s] Constantii[t] fortuna fuit. A Persis enim multa et gravia[u] perpessus,[h] sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus;[v] nullumque ei contra Saporem[w] prosperum[x] prælium fuit: nisi quod apud [i]Singaram,[y] haud dubiam[z] victoriam ferocia militum amisit; qui pugnam[a] seditiose et stolide, contra[b] rationem belli, die jam præcipiti, poposcerunt. Post Constantis[c] necem, Magnentio[d] Italiam, Africam, Gallias, obtinente, etiam Illyricum res novas habuit. Vetranione[e][k] ad imperium consensu militum electo:

Lugd. Bat. 2.—[r] Deest *vitæ* P. V. G. B. Lugd. Bat. 2. 3. 5. qui illa *rebus... exercituique* omnia delent.—[s] *Divisa* Lugd. Bat. 5.—[t] *Constantis* Sc.—[u] *Gravia est* Lugd. Bat. 2.—[v] Desunt *cæs. exerc.* L. LC.—[w] *Saporem regem Persarum* V.—[x] Deest *prosp.* G.—[y] *Sigaram* Lugd. Bat. 1. *Singarum* 2. 3. 5. G. B. HM.—[z] *Dubium* Lugd. Bat. 3. 5.—[a] *Privignum* Lugd. Bat. 2.—[b] *Post* Lugd. Bat. 3.—[c] *Constantius* Lugd. Bat. 2.—[d] *Maxentio* V.—[e] *Vetramione* G. V. *Veteranione*

NOTÆ

Vide apud Victorem p. 225.

[d] *Cui Helenæ nomen est*] Retinet nomen, nam ab Hispanis *Elna* dicitur.

[e] *Anno imperii decimo septimo*] Immo XVI. tredecim Augustus, triennio Cæsar.

[f] *Ætatis trigesimo*] Immo XXIX. Natus enim post Ch. 321. occisus post Ch. nat. 350.

[g] *Rebus tamen plurimis strenue in militia gestis*] 'Exterarum gentium compressis motibus.' Victor.

[h] *A Persis enim multa et gravia perpessus*] 'Constantius in Persas vario ac magis difficili pugnavit eventu. Præter leves excubantium in limite congressiones, majori Marte novies decertatum est; per duces suos septies; ipse præsens bis affuit. Verum Sisavena, Singavena, præsente Constantio, ac Sagarena, Constantiniensi quoque, et cum Amida capta est; grave sub eo Principe Respublica vulnus accepit.' Sextus Rufus.

[i] *Nisi quod apud Singaram*] Totam hanc rem belle explicat Sextus Rufus: 'Nocturna vero in agro Elliensi prope Singaram pugna,' inquit, 'ubi præsens Constantius affuit, omnium expeditionum compensatus fuisset eventus, si locis et nocte adversantibus, percitos ferocia militum ab intempestivo pugnandi tempore Imperator ipse eos alloquendo revocare potuisset; qui tamen invicti viribus, improvisis adversum sitim aquarum subsidiis, incumbente jam vespere castra Persarum aggressi, ruptis munitionibus occuparunt; fugatoque rege, cum a prælio respirantes patentibus luminibus repertæ aquæ inhiarent, nimbo sagittarum obruti sunt, cum stolide ad dirigendos certius in se ictus, lumina ipsi per noctem accensa præberent.'

Singaram] Ad Tigrim fluvium.

[k] *Vetranione*] Alii *Veteranione*:

quem grandævum jam, et[f] cunctis amabilem diuturnitate et felicitate militiæ, ad tuendum Illyricum,[l] principem creaverunt:[g] virum probum,[m] et morum veterum,[n] ac jucundæ[h] civilitatis; sed omnium liberalium artium[i] expertem;[k o] adeo ut[l] ne[m] elementa quidem prima[n] literarum, nisi grandævus et[e] jam imperator,[p] acceperit.[f]

11. Sed a Constantio,[g] qui ad ultionem[r] fraternæ necis[q] bellum civile commoverat, abrogatum est Vetranioni[t] imperium: qui[t] novo inusitatoque more,[r] consensu militum, deponere insigne[s] compulsus est. Romæ quoque tumultus fuit;[u] Nepotiano, Constantini sororis filio,[t] per gladiatoriam[w] manum imperium invadente:[x] qui sævis exordiis dignum exitum nactus[y] est. Vigesimo enim atque octavo

Lugd. Bat. 1. et Edd. Vett. *Betranione* LC. S. B.—[f] *In cunctis* F.—[g] *Creaverant* Lugd. Bat. 3.—[h] *Jocundæ* Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[i] Delent *artium* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[k] *Expartem* Lugd. Bat. 2.—[l] *Ubi* Lugd. Bat. 3.—[m] *Nec* Lugd. Bat. 2.—[n] *Primarum* G. B. N. M. L. V. HM. Lugd. Bat. 2. 3. 5. *privatarum* 1.—[e] *Etiam* Lugd. Bat. 2. 3.—[p] *Accepit* Lugd. Bat. 3.—[q] *Constantino* V.—[r] *Adulationem* Lugd. Bat. 3.—[s] *Veteranioni* Lugd. Bat. 1.—[t] Delent *qui* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—[u] *Imperium comp.* LC. *ins. compulsu est* Lugd. Bat. 1. *est* delent 2. 3. 5.—[v] Deest *fuit* Lugd. Bat. 5.—[w] *Gladiatorium* Lugd. Bat. 3.—[x] *Vindicante* LC. S. N. M. G. B. L. F. P. V. Lugd. Bat. 1. *vendicante* 3. 5. *vendicante quis ejus* 2.—[y] *Nanctus est* Lugd. Bat. 1. *nactus esset* 2.—[z] *Anno die*

NOTÆ

sed malim *Vetranione*. Ita enim uterque Victor et Zosim. Βετρανιῶνα.

[l] *Ad tuendum Illyricum*] 'Per Illyrios peditum magisterio milites curabat.' Victor. Pannoniorum exercituum ducem vocat Zosim.

[m] *Virum probum, &c.*] Eum tamen ingenio stolidiorem, idcircoque agresti vecordia pessimum dicit Victor.

[n] *Morum veterum*] Magna laus cum quis antiquos mores obtinere diceretur, ita enim quasi aurei sæculi reliquiæ quædam extollebatur. Sic apud Terent. Andr. IV. 6. 'Optime hospes pol, Crito, antiquum obtines.'

[o] *Sed omnium liberalium artium expertem*] 'Literarum prorsus expers.' Victor.

[p] *Et jam Imperator*] Id est, paulo ante quam Imperator fieret; falsum enim si aliter intelligas.

[q] *Qui ad ultionem fraternæ necis*] Necis Constantis, qui a Magnentio occisus.

[r] *Novo inusitatoque more*] Novum hunc et inusitatum morem (id est modum) vocat, quod amice insignia imperii deposuerit, cum vi et armis retinere posset: vel potius, quod militum suorum consensu. Vide apud Victorem, p. 180.

[s] *Deponere insigne*] Adderem *Imperii*. Pater meus.

[t] *Nepotiano, Constantini sororis filio*] 'His diebus Romæ Nepotianus, Eutropiæ Constantini sororis filius, hor-

[u]die a Magnentianis[a] ducibus oppressus, pœnas[b] dedit: caputque ejus pilo[c] per urbem circumlatum est: gravissimæque[d] proscriptiones et nobilium cædes[v] fuerunt.

12. Non multo post Magnentius apud Mursam[w] profligatus acie est, ac pæne captus: ingentes Romani imperii vires[x] ea dimicatione consumtæ sunt, ad quælibet bella externa[y] idoneæ, quæ multum triumphorum[y] possent[z] securitatisque conferre. Orienti mox a Constantio[a] Cæsar est datus, patrui filius Gallus:[b] Magnentiusque,[c] diversis prœliis victus, vim vitæ suæ[c] apud Lugdunum[d] attulit, imperii anno tertio, mense septimo:[i] frater quoque ejus[d] Senonis,[e] quem ad tuendas Gallias Cæsarem miserat.

Lugd. Bat. 3.—[a] *Maxentianis* V. *Magnentiani* Lugd. Bat. 1.—[b] *Panam* Lugd. Bat. 3. 5.—[c] Deest *pilo* LC. F. *per urb. pil.* Lugd. Bat. 5.—[d] Al. *gravissimæ proscript.*—[e] *Nupsa* Lugd. Bat. 1. *Ursam* 2. *Marsam* 3.—[f] Delet *extern.* Lugd. Bat. 5.—[g] *Maxentiusque* V.—[h] *Luddamum* Lugd. Bat. 3.—[i] Desunt *mens. sep-*

NOTÆ

tantibus perditis, Augusti nomen rapit.' Victor in Epitom. Alter Victor *Potentianum* eum vocat.

[u] *Vigesimo enim atque octavo die*] 'Tricesimo die triduo minus.' Victor.

[v] *Gravissimæque proscriptiones et nobilium cædes*] Ab ipso Nepotiano scilicet et Magnentii ducibus perpetratæ. Victor. 'Ejus stolidum ingenium adeo plebi Romanæ patribusque exitio fuit, uti passim domus, fora, viæ, templaque cruore ac cadaveribus opplerentur, bustorum modo. Neque per eum tantum, verum etiam advolantibus Magnentianis.'

[w] *Apud Mursam*] 'Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans vicit.' Victor. Mursam vocat Zosim. Supra Dravum fluvium sita est in Illyrico.

[x] *Ingentes Romani imperii vires*] 'In quo bello pæne nunquam amplius Romanæ consumtæ sunt vires, totiusque imperii fortunæ pessumdatæ.' Victor.

[y] *Quæ multum triumphorum*] Scribe, *et quæ multum*. Pater meus. Sed nihil necesse: 'idoneæ quæ,' id est, 'Ita idonea ut,' &c. Loquendi modus temporibus illis familiaris.

[z] *Possent*] Pro potuissent.

[a] *Orienti mox a Constantio*] Hoc jam factum ante Nepotiani cædem. Vide apud utrumque Victorem.

[b] *Patrui filius Gallus*] Constantii filius, et Juliani, qui mox imperavit, frater.

[c] *Vim vitæ suæ*] 'Nec multo post apud Lugdunum coangustatus, gladio occulte proviso, ictum pulsu parietis juvans, transfosso latere, ut erat vasti corporis, vulnere naribusque et ore cruorem effundens, mense imperii quadragesimo secundo, ætatis anno prope quinquagesimo, expiravit.' Victor in Epitome.

[d] *Frater quoque ejus*] Decentius, quem Cæsarem creatum Galliis præfecerat: is, Magnentii morte audita, laqueo fasciæ ad collum posito vitam

13. Per hæc tempora etiam a Constantio,[k] multis incivilibus gestis, Gallus Cæsar occisus est:[f] vir natura ferus, et ad tyrannidem pronior, si suo jure imperare licuisset. Silvanus quoque[g] in Gallia[l] res novas molitus, ante diem trigesimum[m] extinctus est.

14. [n]Solusque [o]imperio Romano eo tempore Constantius[p] princeps et Augustus fuit. Mox Julianum[h] Cæsarem ad Gallias misit, patruelem suum, Galli fratrem: tradita ei[q] in matrimonium sorore;[i] cum multa oppida barbari[j] expugnassent, alia obsiderent, ubique[r] fœda vastitas esset,[s] Romanumque imperium non[t] dubia jam calamitate nutaret: a quo modicis copiis[u] apud Argentoratum,[l] Galliæ urbem, ingentes Alamannorum copiæ extinctæ sunt, rex nobilissimus[m] captus: Galliæ restitutæ. Multa postea per eundem Julianum egregia adversum barbaros gesta sunt: submotique ultra Rhenum Germani, et[v] finibus suis Romanum imperium[n] restitutum."

15. Neque multo post, cum Germaniciani[x] exercitus a[y]

---

tim. LC.—[k] *Constantino* V.—[l] *Galliis* Lugd. Bat. 1. *Galliam* S.—[m] XXXIII. Lugd. Bat. 5.—[n] Hæc usque ad *mox Jul.* absunt a Sc. et Mer.—[o] *In imperio* Lugd. Bat. 5.—[p] *Constantinus* V.—[q] Delet *ei* Lugd. Bat. 2.—[r] *Ubi* Lugd. Bat. 2.—[s] *Fœdæ vastitates essent* LC.—[t] Deest *non* Sc. V.—[u] *Corpus* Lugd. Bat. 2.—[v] Deest *et* Lugd. Bat. 1.—[w] *Restitutum est* Lugd. Bat. 5.—[x] Sic S. N. M.

NOTÆ

finivit.

[e] *Senonis*] In Gallia Lugdunensi puto.

[f] *Gallus Cæsar occisus est*] 'Neque multo post ob sævitiam atque animum trucem Gallus Augusti jussu interiit.' Victor. Unde patet verba illa, *multis incivilibus gestis*, non de Constantio, sed de Gallo ipso intelligenda.

[g] *Silvanus quoque*] 'Sylvanus Imperator effectus, die imperii vicesimo octavo, perimitur.' Victor in Epitome.

[h] *Julianum*] Constantii filium.

[i] *Tradita ei in matrimonium sorore*] Helena.

[j] *Barbari*] Germani. Victor: 'Germanis pleraque earum partium populantibus.'

[l] *A quo modicis copiis apud Argentoratum*] 'Iste [Julianus] in campis Argentoratensibus apud Gallias cum paucis militibus infinitas hostium copias delevit.' Victor in Epitome.

Argentoratum] *Strasbourg.*

[m] *Rex nobilissimus*] Chonodomarius.

[n] *Et finibus suis Romanum imperium restitutum*] 'Redditus limes Romanæ possessionis.' Victor in Epitom.

Galliarum præsidio tollerentur,[o] consensu militum Julianus factus Augustus est:[r] interjectoque anno ad Illyricum obtinendum profectus, Constantio Parthicis bellis[a] occupato: qui[b] rebus cognitis ad bellum civile[p] conversus, in itinere obiit inter Ciliciam Cappadociamque,[q] anno imperii octavo[r] et trigesimo,[c] ætatis quinto et quadragesimo;[d][s] meruitque inter Divos referri. Vir egregiæ tranquillitatis, placidus,[t] nimium amicis et familiaribus credens;[v] mox etiam uxoribus [u]deditior:[f] qui tamen primis imperii annis ingenti se modestia egerit;[g] familiarium etiam locupletator; neque inhonoros[h] sinens, quorum laboriosa expertus fuisset officia: ad severitatem tamen[i] propensior, si suspicio imperii[k] moveretur;[v] mitis alias,[l] et cujus in civilibus magis,[m] quam in externis bellis, sit laudanda fortuna.

B. L. et Lugd. Bat. 1. 3. 5. (*Germanicani* 2.) et F. approbatque in Notis Vinetus. Sæpe etiam Suetonius hac nominis forma usus est, et noster supra in Othone. Non est ergo dubitandum, quin hoc in loco vulgatum *Germanici jam* sit in *Germaniciani* vertendum.—[a] *In* Lugd. Bat. 3.—[b] In quibusd. *est* desideratur.—[a] *Præliis* B. N. Lugd. Bat. 1. 2. 5.—[b] *Queis* F. *Quibus* Vulg. —[c] *Imperii vicesimo* LC.—[d] *Quinto et sexagesimo* HM.—[e] *Placidus animo, amicis et familiaribus deditior* L. LC.—[f] *Deditor* Lugd. Bat. 3. et mox *se* delet.—[g] *Gessit* Lugd. Bat. 2.—[h] Sylb. ex F. præfert *inhonores*, idque ex conformitate compositorum ex *color* confirmatum it. Plinius vero pro nobis est V. 33. ubi: *inhonoræ civitates.* Lugd. Bat. 1. *sine honore.*—[i] *Tum* F. et Lugd. Bat. 1. 2. 5. quod quidem ferri potest propter sequentem conditionalem *si.*—[k] *In*

NOTÆ

[o] *Cum Germaniciani exercitus a Galliarum præsidio tollerentur*] Constantius, cum in Persas expeditionem pararet, Germanicos exercitus, qui Galliam tutabantur, evocabat; sed milites, qui inviti e Galliis in Orientem traducebantur, seditionem movent, et Julianum Imperatorem proclamant. Ann. U. 1112. post Ch. 360. Hoc intelligit Eutropius.

[p] *Ad bellum civile*] Cum patruele Juliano.

[q] *Inter Ciliciam Cappadociamque*] Bene. In radicibus montis Tauri apud Mopsocrenem mortuus. Adi Victorem p. 227.

[r] *Anno imperii octavo, &c.*] 'Imperii nono atque trigesimo.' Victor. Eum tamen imperasse comperies annos 36. menses fere sex.

[s] *Ætatis quinto et quadragesimo*] 'Anno ævi quarto et quadragesimo.' Victor. Natus enim anno U. 1069. post Ch. 317. Mortuus vero ann. U. 1113. post Ch. 361. Sed tunc, puto, annum quadragesimum quintum ingressus erat.

[t] *Placidus*] 'Placidus clemensque pro negotio.' Victor.

[u] *Mox etiam uxoribus deditior*] 'Aulicorum amori deditus et uxorum.' Victor.

[v] *Si suspicio imperii moveretur*] Id est, si aliquem imperium affectare

16. Hinc[m] Julianus[x] rerum potitus est, ingentique apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni[y] ego quoque interfui.[n] Aliquot oppida et castella Persarum in deditionem accepit, vel[o] vi[p] oppugnavit. Assyriamque populatus, castra apud Ctesiphontem stativa[q] aliquamdiu[r] habuit: remeansque victor,[s] dum se inconsultius[t] prœliis inserit, hostili manu interfectus est,[u] VI.[v] Kalend. Julias,[x] imperii anno septimo,[y] ætatis altero et trigesimo;[z] atque inter Divos relatus est.[a] Vir egregius, et remp. insigniter moderaturus,[b] si per fata[c] licuisset: liberalibus disciplinis apprime[d] eruditus:[b] Græcis doctior, atque adeo, ut[b] Latina eruditio nequaquam[c] cum Græca scientia conveniret: facundia ingenti et promta: memoriæ[d] tenacissimæ; in quibusdam philosopho [c]propior:[c] in amicos liberalis: sed minus diligens, quam tantum[f] principem [g]decuit:[g] fuerunt enim nonnulli, qui vul-

Imperio Lugd. Bat. 5.—[l] *Alia* Lugd. Bat. 1. et c. 17.—[m] *Hic* Lugd. Bat. 1. 3. —[n] Deest *interf.* Lugd. Bat. 5. At. 3. *interfui aliqn.*—[o] *Aut* Lugd. Bat. 3.—[p] *Cui* Lugd. Bat. 1.—[q] *Statuta* Lugd. Bat. 2.—[r] Deest *aliquam.* F.—[s] *Romæ absque victoria* Lugd. Bat. 3. *rediensque* 5.—[t] *In consulatu* Lugd. Bat. 3. *inconsultus* 5.—[u] VII. HM. X. F. L. LC. VI. *milia* Lugd. Bat. 2. *ad sexto Kal.* 3. *ad* VI. *Kal. Julianas* 5.—[v] *Secundo* G.—[w] Desunt hæ voces, *ætat. alter. et triges.* L. LC. F. *trigesimo* excidit e Lugd. Bat. 3.—[x] Deest *est* Lugd. Bat. 3.—[y] *Insignitu moderationis* Lugd. Bat. 3.—[z] *Perfecta* Lugd. Bat. 3.—[a] *Ad primum* Lugd. Bat. 5.—[b] *Tam Lat...quam cum Gr.* Lugd. Bat. 2.—[c] *Tanquam* Lugd. Bat. 3.—[d] *Facundia ingenti, promptæ memoriæ et tenacissimæ* L. LC. Nos secuti sumus S. N. M. G. B. HM. P. V. et Mer. *tenacissimæ atque amplissimæ* Lugd. Bat. 2. 3.—[e] *Prior* Lugd. Bat. 1.—[f] P. V. Mer. HM. et Lugd. Bat. 5. abjiciunt *tantum.* Ut autem cum Vineto, Sylb. et Cellario retineremus (præter codd. nostros Mss.) movit tum res ipsa, quod pro vulgari Imperatorum more *indiligens* Julianus non fuit; tum Gruteri auctoritas: qui in Notis ad HM. f. 74. scribit, in Palatino codice (prout et in Lugd. Bat. 1. 2.) esse *quantum*, quod ipse putat corruptum esse ex *quam tantum.*—[g] *Docuit* Lugd. Bat. 1.—

NOTÆ

suspicaretur. Nam et ideo Gallum interfici curavit. Zosim.

[w] *Et cujus in civilibus magis*] Hinc alter Victor in Epitom. 'Felix bellis civilibus, externis lacrymabilis.'

[x] *Hinc Julianus*] Anno U. 1113. post Ch. 361.

[y] *Cui expeditioni*] Hinc Eutropii ætas facile appareat. Sed de hoc jam satis.

[z] *Hostili manu interfectus est*] 'Ab uno ex hostibus, et quidem fugiente, conto percutitur.' Victor in Epitome.

[a] VI. *Kalend. Julias*] Id est, die 26. Junii, quod verum est ex Ammiano.

[b] *Liberalibus disciplinis apprime eruditus*] 'Fuerat in eo literarum ac negotiorum ingens scientia.' Victor in Epitom.

[c] *In quibusdam philosopho propior*] 'Æquaverat Philosophos et Græcorum sapientissimos.' Idem.

nera gloriæ ejus inferrent. In provinciales[a] justissimus: et tributorum, quatenus fieri[b] posset, repressor.[k] Civilis in cunctos: mediocrem habens ærarii curam: gloriæ avidus,[c] ac per eam animi plerumque immodici. [d]Religionis Christianæ insectator;[f] perinde[m] tamen, ut cruore abstineret. Marco[n] Antonino[o] non absimilis:[p] quem etiam æmulari studebat.

17. [q]Post hunc Jovianus,[r] qui[s] tunc domesticus[t] militabat,[g] ad obtinendum imperium consensu[u] exercitus lectus[v] est;[h] commendatione patris,[i] quam sua, militibus[w] notior: qui jam turbatis rebus, exercitu quoque inopia laborante, uno a Persis atque altero[x] prælio victus, pacem cum[y] Sa-

---

Provincialibus Lugd. Bat. 1. 5.—[a] Al. *ferri*.—[b] Al. *oppressor*.—[j] *Nimis* Lugd. Bat. 2. sed 5. *nimius* servat, *minus religionis Xpianæ* 3.—[m] *Perinde* (*Antonino non absimilis: quem etiam æmulari studebat*) *tamen*, &c. Lugd. Bat. 2.—[n] Quatuor voces *Marc. Anton. non absim.* delet Lugd. Bat. 3. sed 2. *Lucio Antonio non absimilis, quem æmulari studebat, Jovianus genitus est patre*, &c. quæ mere interpolata.—[o] *Antonio* N. G.—[p] *Obsimilis* Lugd. Bat. 1. ut supra.—[q] *Jovianus ad obtinendum imperium cons. milit. lectus est, commodatione patris militibus quod sua notior*. Lugd. Bat. 2. ceteris deletis. *post hunc* non agnoscit etiam 5.—[r] *Jovinianus* Lugd. Bat. 5.—[s] Desunt hæc *qui tunc domest. milit.* N. et Lugd. Bat. 2. 3. 5.—[t] *Modestius* Lugd. Bat. 1. et Glar.—[u] *Consulto* LC. *adsensu* Lugd. Bat. 5.—[v] Ita Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5. Vulg. *electus*. 3. etiam *est* delet.—[w] *Mil. quam sua* Lugd. Bat. 1. *militi* 3. 5.—[x] *Alio* deleto *prælio* Lugd. Bat. 3.—[y] Delet

NOTÆ

[d] *Sed minus diligens quam tantum Principem decuit*] Hæc interpretatus alter Victor in Epitom. 'Hæc minuebat,' inquit, 'quarundam rerum neglectus modus.'

[e] *Gloriæ avidus*] 'Cupido laudis immodicæ.' Et: 'Ita illum cupido gloriæ flagrantior pervicerat, ut neque terræ motu, neque plerisque præsagiis, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori, ac noctu quidem visus ingens globus cœlo labi die belli cautum præstitit.' Victor in Epitom.

[f] *Religionis Christianæ insectator*] Ita ut labarum Constantini, id est, vexillum cum cruce, removerit.

[g] *Qui tunc domesticus militabat*] Credibile est, fuisse illum domesticorum ducem aliquem, vel fortasse *magnum domesticatum* tunc gerebat, erat autem prima dignitas illis temporibus. De domesticis, quos interdum *Protectores* vocabant, cum scilicet in acie latus Principis protegebant, apud Victorem dictum est. Vide tamen Hotomannum et Cujacium: præter ceteros autem Joannem Meursium in Lexico Græco-Barbaro. Huc opinor traducendus locus est Satyrici Poëtæ 'domestica castra,' de quo haud scio an Interpretes monuerint. *Pater meus.*

[h] *Lectus est*] Ann. U. 1115. post Ch. 363. die 27. Junii.

[i] *Patris*] Varroniani.

pore, necessariam quidem, sed ignobilem fecit:[j] mulctatus[s] finibus, ac nonnulla imperii Romani[a] parte tradita: quod ante eum[b] annis mille centum et duobus de [k]viginti[c] fere, ex quo Romanum imperium conditum erat, nunquam accidit. Quin etiam legiones nostræ, ita et apud Caudium,[l] per[d] Pontium Telesinum, et in Hispania[e] apud Numantiam,[m] et in Numidia[n] sub jugum missæ sunt, ut nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, si fœderis necessitatem, [f]cum integrum fuit, mutare[g] voluisset, sicut a Romanis omnibus his bellis,[o] quæ[h] commemoravi, factum est.[i] Nam et[k] Samnitibus et Numantinis et Numidis confestim bella[l] illata sunt: neque[m] pax rata fuit. Sed dum æmulum[p] imperii veretur,[n] intra[o] Orientem residens, gloriæ[p] parum[q] consuluit. Itaque[r] iter ingres-

---

cum L. Bat. 1. *Saporem* legit 2.—[s] *Multatus* Codd. nostri F. Vi. Sylb. et Palatinus Miscellæ codex, quem citat Gruterus: alii vel *multatis*, ut Mer. vel *mutatis*, ut P. *mulctatis* Lugd. Bat. 2. *mulctatus* 5.—[a] *Imperii parte traditâ* S. N. B. L. LC. Sc.—[b] *Cum* Lugd. Bat. 2.—[c] *Annis* CCC. *et* XXII. Al. *Annis mille cum* CCC. *et duobus de viginti fere* S. B. *Annis mille cum* CCC. *et viginti duobus fere* P. V. Mer. XII. *fere* Lugd. Bat. 1. *annis* CCC. *et duobus, &c.* 2. et 5. *annis mille et duob. de vig.* 3.—[d] *Nostræ et Italiæ apud Claudium Pontium Telesinum, et Hispaniæ* S. B. In L. *Telesinum* est omissum, cetera ut in vulgg.—[e] *Et Hispaniam* Lugd. Bat. 2. *Et Hispania* 3.—[f] *Tunc, cum* Lugd. Bat. 1. *tum cum* 3. 5.—[g] *Multa revol.* Lugd. Bat. 3.—[h] *Quæcumque memoravi* Lugd. Bat. 2. 3. qui *memoravit. quantumcumque mem.* 5.—[i] *Factus* deleto *est* Lugd. Bat. 5.—[k] *Et a Samn.* Lugd. Bat. 3.—[l] *Bellata* Lugd. Bat. 3.—[m] *Nec* Lugd. Bat. 3.—[n] *Vereretur* N.—[o] *Inter* Lugd. Bat. 2.—[p] *Gloriæ suæ* Lugd. Bat. 5.—[q] *Parumper* Lugd. Bat. 2.—[r] *Isque* Lugd. Bat. 1. 2. 3. 5.—

NOTÆ

[j] *Sed ignobilem fecit*] 'Conditionibus, quod nunquam ante accidit, dispendiosis Romanæ Reipublicæ impositis, ut Nisibis et pars Mesopotamiæ traderetur.' Sextus Rufus.

[k] *Annis mille centum et duobus de viginti*] Demendi sunt anni tres: tunc enim annus fuit ab U. C. 1115.

[l] *Apud Caudium*] Veturio Postumioque Coss. Flor. lib. I. cap. 16.

[m] *Et in Hispania apud Numantiam*] Pompeio et Mancino Coss. Vide lib. IV. cap. 15. et Flor. lib. II. cap. 18.

[n] *Et in Numidia*] Primum Consule Calpurnio, et iterum Consule Albino. Vide lib. IV. cap. 24. et Flor. lib. III. cap. 1.

[o] *Sicut a Romanis omnibus his bellis*] Verum est, omnibus his bellis, pacem a Consulibus factam a Senatu reprobatam esse. Sed tunc Consules ipsi ejusdem pacis auctores hostibus tradebantur. Hic autem deerat similis prætextus. Ab Imperatore enim ipso facta pax, &c.

[p] *Sed dum æmulum*] Verebatur, si in Oriente diutius resideret, ne alter imperium occuparet. Idem fere Sextus Rufus: 'Quibus [conditionibus], cupidior regni quam gloriæ, Jovia-

sus,[r] atque Illyricum petens,[q] in Galatiæ[r] finibus[s] repentina morte obiit: vir alias[u] neque iners, neque imprudens.

18. Multi exanimatum opinantur nimia[v] cruditate,[w s] inter[r] cœnandum enim epulis indulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio[w t] caleis grave quiescentibus erat; quidam nimietate prunarum,[x] quas gravi frigore adoleri multas jusserat. Decessit imperii mense septimo,[u] quartodecimo[v] Kalend. Martias:[v] ætatis, ut qui plurimum ac minimum[t] tradunt,[w] tertio et trigesimo[c] anno, ac[d] benignitate principum,[e] qui ei successerunt, inter Divos relatus est: nam et civilitati propior,[f] et natura admodum liberalis fuit. Is status erat Romanæ rei, Joviano[g] eodem et Varroniano[h] coss. anno urbis conditæ millesimo[i] centesimo[x] et nonodo-

[r] *Aggressus* Lugd. Bat. 5.—[q] *Gallicia* V.—[u] *Alia* Lugd. Bat. 1. ut c. 15.—[v] Duas voces *opin. nim.* delet Lugd. Bat. 3.—[w] *Crudelitate* Lugd. Bat. 1. 3.—[x] Delet *inter* Lugd. Bat. 1. *nimium* pro *enim* 3. 5.—[y] *Testoria* Lugd. Bat. 3.—[z] *Primarum* Lugd. Bat. 2. at e 3. exciderat *nimietate.*—[a] XIII. N. L. Sc. HM. XVII. S. B. XII. Lugd. Bat. 1. *quarto* 3.—[b] *Plurimi animum* Lugd. Bat. 1. *plurimum vel min.* 2. 5. *plur. aut nim.* 3.—[c] *Trig. et tert.* Lugd. Bat. 1.—[d] *Hac* Lugd. Bat. 3.—[e] *Principantum* Lugd. Bat. 3.—[f] *Pronior* Lugd. Bat. 2.—[g] *Jobianti* Lugd. Bat. 3. qui et *eodem* delet. *Jovinano* legit 5.—[h] *Varriano*

NOTÆ

nus, imperio rudis, acquievit.'

[q] *Atque Illyricum petens*] Constantinopolim accelerabat, ut inde in Illyricum.

[r] *In Galatiæ finibus*] In urbe Dadastana inter Galatiam et Bithyniam.

[s] *Nimia cruditate*] 'Hic a Perside, hyeme aspera mediaque, Constantinopolim accelerans, cruditate stomachi, vel tectorio novi operis gravatus, repente interiit.' Victor in Epitom.

[t] *Tectorio*] Tectorium, Cataplasma quo parietes induuntur.

[u] *Decessit imperii mense septimo*] Mense septimo et die vigesimo secundo. Electus enim XXVI. die Junii. Mortuus die XVII. Februarii anni sequentis, nempe ann. U. 1116. post Ch. 364.

[v] *Quartodecimo Kalend. Martias*] Id est, die XVI. Februarii. Alii decimotertio Kal. nempe die Februarii XVII.

[w] *Ut qui plurimum ac minimum tradunt, &c.*] Sic initio lib. 1. 'post Trojæ excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt,' &c. Id est, Ut eos præteream qui, &c. Sunt enim, qui plures annos Joviano tribuant. Velut ipse Victor in Epitome: 'Interiit,' inquit, 'annos gerens proxime quadraginta.' Sunt etiam, qui pauciores: mediam inter utrosque viam insistit Eutropius.

[x] *Anno Urbis conditæ millesimo centesimo, &c.*] Eundem numerum sequitur quem supra posuit. Vere tamen hic annus fuit Urbis conditæ M. C. XVI.

cimo.[k] Quia[l] autem ad inclytos principes[y] venerandosque perventum est, interim operi modum dabimus. Nam reliqua stylo majore[m] dicenda sunt:[z] quæ[n] nunc non[o] tam prætermittimus, quam ad majorem scribendi[a] diligentiam[p] reservamus.

G.—[i] *Millesimo et* Lugd. Bat. 1.—[k] CXVIII. L. B. N. M. G. L. *centesimo* XVIII. Lugd. Bat. 2. 5. *octavo decimo* 3. XVI. 1.—[l] *Qui* Lugd. Bat. 1. pro *autem* in 2. *nunc.*—[m] *Majora* Lugd. Bat. 3.—[n] *Quod* Lugd. Bat. 2.—[o] Pro *nunc non* in Cod. Leid. 3. est *nec.*—[p] *Licentiam* Lugd. Bat. 1.

NOTÆ

[y] *Quia autem ad inclytos Principes*] Intelligit Valentem et Valentinianum, qui tunc imperitabant.

[z] *Nam reliqua stylo majore dicenda sunt*] Eodem modo Sextus Rufus post Jovianum operi modum faciens, sic Diocletianum alloquitur: 'Quam magno deinceps ore, tua, Princeps invicte, facta sunt personanda.'

[a] *Quam ad majorem scribendi, &c.*] Quod tamen non præstitit Eutropius, vel morte præventus, vel quolibet casu impeditus.

FINIS EUTROPII BREVIARII.

NOTÆ VARIORUM

IN

EUTROPII

BREVIARIUM HISTORIÆ ROMANÆ.

EX EDITIONE HENRICI VERHEYK,

LUGD. BAT. 1793.

NOTÆ VARIORUM

IN

EUTROPII

BREVIARIUM HISTORIÆ ROMANÆ.

In hoc authore non externa, sed Romana duntaxat continetur historia: id quod vel ex ejus Præfatione ad Valentem Imperatorem clare patet. Et quemadmodum Præfatio brevis est, ita et libri sunt brevissimi: ut sit velut Epitome, sive compendium Romanæ historiæ, ex qua quidem brevitate novitiis multum utilitatis nasci potest. Cum enim hæc succincta apprehenderint, patet facilis accessus ad quemvis alium Romanum historicum legendum. Tantum boni habet simplex traditio.

Porro ut omnibus gentibus mos est a longinquo aliquo principio suam narrare originem, ita et Romani a Trojanis se natos ortosque arbitrantur. Capta enim Troja, Æneas Anchisæ filius, cum filio suo Ascanio, qui et Julus, eamque aliquot civibus, Asia relicta, in Italiam venisse dicitur. Quo quidem tempore Latium regebat Latinus rex, Fauni filius, Pici nepos, Saturni pronepos, Jani abnepos. Quo mortuo, Æneas primus, Lavinia Latini filia in uxorem ducta, imperium Latinorum suscepit. Post Æneam autem Ascanius, qui, relicto Lavinio novercæ Laviniæ, Albam longam sibi ædificavit. Unde postea Albanorum reges XIII. fuere usque ad Amulium; qui fratrem suum Numitorem cum eo regnaturum dejecit, filiumque ejus Lausum occidit, ac filiam virginem Vestalem fecit. Verum compressa ab nescio quo filia, ac ex ea genitis duobus gemellis, ab iisdem Amulius creditur, Numitorque avus a nepotibus in regem restituitur. Relicto igitur Albanorum regno Numitori avo, nepotes Romulus et Remus, propriam condiderunt urbem, quam Romulus, a suo nomine, occiso fratre Remo, nominavit. Unde est illud Lucani lib. I. 'Fraterno primi maduerunt sanguine muri.' *Glareanus.*

CHRONICA.

A Troja capta ad Lavinium conditum duo sunt anni. A condito Lavinio ad Albam longam conditam, anni XXX. Ab eadem ad urbem Romam conditam anni CCCC. Ergo a Troja capta ad U. C. anni sunt CCCCXXXII. authore Dionysio Halicarnasseo. Post conditam autem urbem VII. reges annis CCXLIIII. regnarunt: quibus ejectis Coss. ac alii magistratus urbem liberam rexerunt annos CCCCLX. ad Julium usque Cæsarem, qui primus, Rep. eversa, solus singulare obtinuit imperium. A Troja igitur capta, usque ad coss. fuere anni DCLXXVI. a primis autem coss. usque ad Valentem, anni DCCCXXIIII. *Glar.*

IN PRÆFATIONEM.

Vide quanta brevitate, quanto compendio Eutropius ad Cæsarem Præfationem struxit, pleno laudum epistolio, ac Imperatoris jussum officiariique ultro offerentis obsequium continente. Nihil hic adulationis, assentationis, ut nostra ætate omnia blanditiis strepunt. *Glar.*

Domino Valenti Gothico Maximo Perpetuo Augusto] Ita e Gaudavensi Codice Schonhovius, e Burdegalensi Vinetus, et Merula e Cod. Leid. pr. ediderunt, quos secuti dein ceteri. Quia vero Laudi, Bailliolensis, Lincolniensis, Seldeni, Fuldensis Codices, neque ulla Vetustiorum Editt. GOTHICO agnoscit, illud hic legi, quam in ipsa Inscriptione malui. Certe Sylburgius in priore Ed. Schonhovium sequutus, in altera uncis inclusit, quod a Fuldensi Codice non agnitum, suspectum habuit, quod, ubi reliqui Schonhovianam lectionem servant, melius etiam Cl. van Hoven observavit. Vetustiores autem ante Schonhovium omnes, etiam Parisienses apud S. Colinæum simpliciter legunt: EUTROPIUS VALENTI MAXIMO PERPETUO AUGUSTO. Unde Jure GOTHICO ejiciendum censeo; propterea quod nusquam alibi hoc titulo neque in numis, neque Inscriptionibus gavisus est Valens, uti ad oram sui exemplaris observarat Oudendorpius ὁ μακαρίτης. Nam levis sane momenti est, quod Vinetus ait, Valentem inde *Gothici* cognomen accepisse, quod a Gothis acie victus et in tuguriolo latens combustus sit. Hoc enim si verum, qui ergo ei vivo hoc cognomen ab Eutropio adscribi potuit? quum hic opus suum condidisse videtur ante, quam Gothos devicerat Valens, unde, quod majoris est momenti, si vel post victoriam de iis reportatam, ut Glareanus opinatur, hoc cognomen accepisset, illud a Festo, qui post eum scripsit, non omissum esset, qui tamen, uti in aliis, sic Nostrum hic sequutus est. *Verheyk.*

D. Valenti] Hic venit in imperium, anno Christi 368. post Julianum et Jovinianum. *Glar.* Sic in libris est; nisi forte, quod inscriptiones illorum temporum ferunt, legendum *D. N.* hoc est *Domino nostro.* Cell.

Gothico] Quia septentrionales Balthici maris populos vicisset. *Glar.* Cum Gothis bellum gessisse Valentem tribus annis, composuisse feliciter, auctor est Ammianus lib. XXVII. Tandem occubuit in bello contra eosdem Gothos lib. XXXI. *Cell.*

Maximo] Id cognomen olim fuit Fabiorum ac Valeriorum: deinde et aliorum, quinetiam Imperatorum tandem factum. *Glar.*

Perpetuo] Adulatorium hoc. *Glar.* Augustæ dignitatis vocabulum illo seculo. Gruter. inscript. p. 285. n. 8. D. N. VALENTINIANO PERPETUO AC FELICI SEMPER AUGUSTO. et ibidem p. 279. n. 4. ÆTERNO IMPERATORI NOSTRO MAXIMO OPTIMOQUE PRINCIPI AURELIO VALERIO DIOCLETIANO. *Cell.*

Augusto] Ab secundo imperatore. *Glar.*

Res Romanas] Historiam Romanam. *Glar.*

Ab urbe condita] A primo Romuli anno. *Glar.*

Ad nostram] Quæ est ab U. C. 1118. *Glar.*

Vitis] Alias *vita*. Glar. Vulgatam tueri Nepot. Præf. ' in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum,' recte hic observat Cl. Grunerus laudans ibi Bosii Observationes, et Cl. van Staveren, cujus in rem Literariam merita, necessitas, quæ cum illo mihi est, debita laude efferre non sinit. *Verheyk.*

Ut Tranquillitatis tuæ possit mens d.] Περιφραστικῶς, pro tu. Quasi dicat: Alii ex historica fide didicerunt, quid facto opus esset; tu prius fecisti magna quam legeres aliorum facta, quæ sequereris. *Glar.*

Quam cognosceret lectione] Quomodocunque Eutropius assentari Valenti Imperatori voluerit, profecto non poterat pulchrius talem significare, qualem descripsit Ammianus aliquot locis: ut lib. XXIX. quando Valentem subrusticum hominem vocat, ejusque verba horridula et rudia: alibi subrustici ingenii hominem: et libro denique XXXI. nec bellis nec liberalibus studiis eruditum. Illa autem, *Gothicus, Sarmaticus, Parthicus, Maximus*, in Lampridii Antonino Geta, et apud alios scio invenies cognoscesque ex Ammiani, Hieronymi, et aliorum historiis, Valentem Augustum a Gothis acie tandem victum, et in tugurio latentem combustum fuisse, ex quibus cognomen habuerat Gothici. *Vinetus.*

Quam cognosceret lectione] Rudis enim literarum Valens fuit, et, quod Ammianus de ipso XXXI. 41. prodidit, ' subagrestis ingenii, nec liberalibus studiis eruditus.' *Cell.*

Ceterum suspectam potest hanc epistolam reddere, quod Metaphrastes eam posthabuit: deinde antiquissima editio Romana, quam Nicolaus Maillard, Rothomagensis, suo tempore (scripsit autem MDXIII.) quadragenariam vocat, hoc pariter neglexit proloquium. Est hic Maillardus, qui Eutropium Pauli Diaconi additamentis interpolatum CIↃ. IↃ. XIII. Lutetiæ Parisiorum edidit, cui itidem se parum probat hæc ad Valentem epistola.

Pro αὐθεντίᾳ hujus epistolii adferri potest, præter auctoritatem Mstorum codicum, etiam stili conformitas, qui parum vel nihil ab Eutropii aut sæculi Eutropiani indole abhorret. Vide προσφωνήσεως *mansuetudinis tuæ, tranquillitatis tuæ*, et confer cum nostro I. 12. et aliis ejusdem ætatis scriptoribus, v. g. Vegetio, qui lib. II. prolog. dixit etiam ' tranquillitas tua, imperator invicte,' et II. 18. ' perennitas tua.' *Cell.*

LIBER I.

CAP. 1 *Romanum Imperium*] Romanum imperium, ut portentose ortum, ita portentose administratum, DEUS opt. maximusque ita magnum crescere voluit, propter Filii sui unigeniti adventum, quippe ita prædictum fuit ab Esaia cap. II. Cicero etiam *de Divinatione*, plurimum miratur, cur suo tempore oraculum Delphicum obticuerit, nec rationem ejus explicare potest: sed scilicet CHRISTUS dæmonem silere jussit, dum ipse illus-

turus orbem esset non fucatis verbis, sed pura veritate, cum summa ipse esset veritas. *Glar.* Tanus.

Minus] Humilius. *Glar.*

Neque incrementis] Postquam maximum factum est. Alexander quidem intra duodecim annos latius imperium habuit, quam Romani septingentis annis: sed non fortius. *Glar.*

Amplius] Majus. *Glar.*

A Romulo exordium habet] Romulus ac Remus, Reæ filii, recens nati cum expositi essent, mox a pastore regio Faustulo ad Tiberim inventi, ac Laurentiæ uxori suæ traditi sunt, quæ ob quondam prostitutam pudicitiam Lupa dicta, fabulæ locum fecit, eos a lupa nutritos, ut super primum Æneidos narrat Servius. Sed cum adolevissent, incidit eis contentio acris cum Numitoris pastoribus: ita ut Remus caperetur, ac Numitori puniendus traderetur: Faustulus Romulo omnem aperit rei seriem, quam et Numitor resciyit: ii omnes, consilio cum pastorum multitudine inito, regiam Amulii invadunt, ac Amulium ipsum obtruncant: Numitori redditum imperium est. *Glar.* De Romulo diverse sentientes vide, quos laudat Doctiss. Grunerus. In plerisque Codd. Mss. et Vetustissimis Edd. a Jano, Saturno, &c. Romæ primordia deducuntur: quod solitæ Auctoris brevitati omnino adversatur, et a manu Paulli Diaconi esse stilus indicat. Simili modo historiam suam exorditur Florus: 'Primus ille et Urbis et imperii conditor Romulus,' &c. *Verheyk.*

Qui Vestalis virginis] Ita Vinetus: reliqui præmittunt: *qui Rheæ Silviæ, &c.* Etiam Livius lib. 1. cap. 4. sic vocat, et Dionys. Halic. l. 1. ἱέρειαν Ἑστίας. Antiqua religio, ejusque exemplum a Trojanis petitum, nec Numa primus instituit Vestæ sacra, sed Romæ templum Deæ dedicavit: adde Lipsium de Vesta. *Cellarius.*

Rheæ Sylviæ] Numitoris filiæ. *Glar.*

Vestalis] Vestæ Deæ sacratæ. *Glar.*

Reæ Silviæ] Miror, a plerisque Viris D. hujus Virginis nomen omissum, quod in Metaphrasi Gr. et Codice non uno Hearnei, omnibus Lugdunensibus, et Vetustioribus Edd. constanter invenitur, ceterisque, quotquot hanc historiam condiderunt, auctoribus, additur; quamquam, ut nomina ipsa, ita et scribendi ratio apud scriptores variat: Dionys. Halic. p. 62. eam a quibusdam *Ilian* (et ita Poëtis, certe Ovidio, ubique vocatur) ab aliis *Ream* et Plutarchus p. 19. aut *Ilian* aut *Ream* vel etiam *Silvian* nominatam tradunt; ac si e tribus uno tantum nomine gavisa fuisset: de quibus, consule præter alios imprimis Rykii et Perizonii epistolas, ad Ælianum l. VII. qui, ut Kuhnius ibi observat c. 16. perperam Ἱερβίαν vocat. *Rheam Sylviam* alii præferunt: sed sine adspiratione, quia eam Latini auferre solent, ex Antiquis dedit Schottus ad Auct. de V. I. c. 1. eamque scripturam a Pighio ad Val. Max. *fragm.* de Nom. Rat. Init. comprobari monet Cl. Arntzen. qui eandem scribendi rationem in Cod. Ms. Orosii reperit: et sic ubique passim. Vide hic Var. Lect. et ad *Liv.* l. 1. c. 3. *Verheyk.*

Quantum putatus est] Livius ingenue: 'quia Deus auctor culpæ honestior erat, Martem incertæ stirpis patrem nuncupat.' *Cell.*

Is cum inter pastores] Numitor, recuperato paterno regno, nepotes adjuvit, ut novam conderent urbem, nempe Romam, datis ad hoc multis Albanis, aut qui ab Amulio steterant, aut de quibus suspicio erat, rerum novandarum esse cupidos. Mire autem obticet fratricidium Romuli. Nam, cum contentio incidisset de nomine urbi novæ dando, et Remus prior sex vultures, Romulus postea duodecim vidissent, ille tempore, hic numero contenderet, tumultu Remus cæsus est, causante Romulo, fratrem transiliisse muros contra jussum ip-

sius. *Glar.*

Octodecim annos natus] Alias decimo octavo anno nativitatis suæ. *Glar.* Minus latine Merula: 'decimo octavo anno nativitatis suæ:' etiam contra ceterorum librorum consensum. *Cellarius* tamen Lugd. Bat. I. et Mer. et Schonh. 40.

Urbem exiguam] Plut. in Rom. p. 22. E. Ῥωμύλος τὴν καλουμένην Ῥώμην κουαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον, ἔκτισε et plura vide, quæ ad Ennii fragmenta collegit Hessel.

Constituit] Non indocte Cl. Grunerus ex ipsis Veteribus Romam Romulo antiquiorem facit, cui lubens adsentior; et *condere* apud Latinos, et κτίζειν apud Græcos aliquando denotare, *in meliorem formam redigere, exædificare, renovare;* iisque, quæ adfert, testimonia plura addere possem: sed ipse Eutropius testis sit, seq. cap. 'Leges [Numa] Romanis moresque constituit.' C. ult. 'Camillus Patriæ conditor.' 'Juris conditor.' VIII. 23. In his vero sequitur communem opinionem, a qua iidem Veteres non abhorrent. Dionys. Halic. pag. 78. primum urbis Conditorem Romulum' gnoscit. Quin caussam, cur potissimum sibi in animum inducat Plutarchus (pag. 22.) Romulo et Remo consilium fuisse urbis condendæ, in quo educati erant, loco, subdit: quia Albæ habitare nolebant vivo et regnante avo. 'Romulum Remumque cupido cepit...urbis condendæ.' Liv. I. I. c. 6. ejusque Epitome: 'Urbs a Romulo condita.' 'Romam urbem condidit Romulus.' Vellei. Pat. l. I. c. 8. Et hæc non de exædificatione agere liquet e Floro l. I. c. 8. 'Imaginem urbis magis quam urbem fecerat.' Quum vero ipsi Veteres testantur, historiam hanc fabulis ita repletam esse, ut quid verum sit, dijudicari vix possit, neutri calculum adjicimus, sed potius cum Clariss. Arntzen. ad Vict. V. I. I. ex Servio ad Virgil. Æn. VII. vs. 678. dicimus: 'Si igitur tantæ civitatis certa ratio non adparet....nec Historicos, nec Commentatores varia dicentes imperitiæ condemnare debemus: nam antiquitas ipsa creavit errorem.' Satis sit monstrasse, Eutropium a vulgari via non aberrasse. *Verheyk.*

In Palatino monte] Inter septem uno: tot enim urbis Romæ colles traduntur: Palatinus, qui Romuli erat, quem muniit, in eo educatus: Capitolinus, qui et Tarpeius et Saturninus, quem Sabini occuparunt sub Romulo, ac obtinuerunt: Cælius, quem adjecit urbi Tullus Hostilius, Albanis receptis: Aventinus, quem Ancus Martius concessit Latinis devictis: Quirinalis, Viminalis, et Esquilinus, qui tres a Ser. Tul. urbi sunt additi. *Glar.*

XI. *Kal. Maii*] XXI. Aprilis. *Glar.* Perperam Pæanius: Πρώτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς. Plutarchum falsi arguit Schegk. ad Vell. I. 8. quod *pridie Pariliorum*, hoc est, XII. Kal. Mai. urbis natalem ponat. At locum lectione adsequi non potui: certe in Romulo pag. 23. diserte ait. Ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ ἕνδεκα πρὸ καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι. Eamque diem Urbis natalem fuisse constat inter alios ex eodem Velleio, 'Romulus....Romam urbem Parilibus condidit,' et Cicerone ibi a Schegk. laudato: vide Heins. ad Ovid. l. IV. Fast. v. 721. Broukhus. ad Prop. l. IV. El. IV. vs. 71. idque accuratius literis mandasse videntur Veteres, quod eadem die Numa Pompilius natus sit, ut notant Dio Fragm. Peiresc. et Plutarch. in vita. *Verheyk.*

Olympiadis sextæ anno tertio] Sic Cicero et Pomponius Atticus apud Solinum c. 1. ubi de aliorum etiam dissensione videas. *Cellar.* Nostrum Varronis calculum, cui Plutarchus et Velleius aliique consentiunt, rectius secutum docent Viri Docti ad Vellei. I. 8. Consule Comm. ad Solin. l. I. Sigon. Onuphr. Pamvin. Pigh. in Fast. Scalig. de Emend. Temp. Petavium,

Simson. aliosque. *Verheyk.*

Anno tertio] Hoc suspectum. *Clar.*

Post Trojæ excidium, &c. trecentesimo nonagesimo quarto] Rectius Doctissima Femina [Anna Fabri] ex Solino, qui Catonis calculum sequitur, restituit A. ccccxxxiii. Adi et Diod. Sicul. xiv. 2. vel potius Annum hic statuamus e Varrone, cujus computationem Noster ubique servat, ccccxxxi. Medius est Dionys. Halic. qui ccccxxxii. ponit, ut hic Glareanus ostendit, et Schottus ad Aur. Vict. V. I. c. 1. plerique etiam Codd. Mss. ut vides, *Annum quadringentesimum* superant. *Verheyk.*

Ut qui plurimum minimumque tradunt] Non habent hæc verba Paris. et Ven. Sed expressit Græcus, et noster infra x. 18. repetit. *Cell.*

Nonagesimo quarto] Quadringentesimo tricesimo secundo, ait Dionysius tribus locis, differentia 48. anni. In alio Eutropii codice legitur ccccxix. differentia xiii. annorum. *Glar.*

Cap. 2. *Quam ex nomine suo Romam*] A Roma Romulo nomen inditum magis placet Doctiss. Grunero: quæ nostra quoque opinio est, sive Roma a Rumon, ut Vir D. mavult, veteri Tyberis fluvio, sive, quod nobis magis adridet, a ῥώμη nomen acceperit: Servius enim hic dubius est, quem Vir D. laudat ad Æn. viii. vs. 63. et 90. nam a Rumon *ficum ruminalem* deducit, et ab aliis a Romulo *ruminalem* quasi *Romularem*, ab aliis a lacte infantibus dato, dictam addit, quia pars gutturis *Ruma* dicebatur. Ad Eclogam autem i. vs. 20. Servius et Philargyrius ex Mariano Lupercaliorum poëta Romam ante Romulum, qui inde nomen sortitus, exstitisse aiunt; sed urbis nomen aliunde non derivant. Melius Auctor de origine G. R. c. 21. Romulum a magnitudine adpellatum dicit, quia Græci virtutem ῥώμην vocant: quod ita concipiendum, Romam potius inde, et ab ea Romulum vocatum fuisse. Noster vero communem ut in *Urbe condita* opinionem sequitur, quod ipse Vir D. fatetur: qui enim secus e Veteribus statuunt, sui non ubique similes sunt. Idem enim Aurel. seq. cap. subdit: Romulum Urbem voluisse *Romam* vocare, Remum *Remuriam*, et sic Ennius, quem ibi laudat Schott. 'certabant Urbem Romam Remuramve vocarent:' ubi vide Hessel. de V. I. c. 1. 'Quam ... Romulus victor Romam vocavit;' et ibi Comm. et, ut passim, Livium hic ob oculos habet Auctor. i. 4. 'Condita urbs conditoris nomine adpellata.' *Verheyk.*

Multitudinem finitimorum] Romulus, ut multitudine abundaret, asylum aperuit, id est, locum intemeratum lege consecrationis, in quem fugitivi latrones, sicarii, fures, ac omne genus nocentum confugiebat, ita ut brevi multum populum colligeret. Sed cum viri duntaxat essent, nullæ mulieres, missi sunt legati, qui a vicinis societatem, connubiumque novo populo peterent: nusquam benigne legatio audita est, neque enim quisquam suos apud latrones vivere optabat: unde ad vim conversus Romulus, cum ad Neptuni ludos omnes vicinos vocasset, illique frequentes cum filiabus ac uxoribus venissent, signo dato, ad rapiendas virgines ac uxores vicinorum concursum est. Unde satyrice Juvenalis, Sat. viii. 'Et tamen ut longe repetas, longeque reducas Nomen, ab infami gentem deducis asylo: Majorum primus quisquis fuit ille tuorum, Aut pastor fuit, aut aliud, quod dicere nolo.' Et initio quidem deductionis coloniæ, peditum fuere tria millia, equitum vero plane ccc. At post mortem Romuli, peditum xlvi. millia, equitum propemodum mille, authore Dionysio Halicarn. *Glar.*

Centum ex senioribus elegit] Ex patriciis, inquit Dionysius. Livius i. 8. Centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli C.

erant, qui creari patres possent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum appellati. *Glar.*

Ex senioribus] Patriciis, inquit Dionysius. *Glar.*

Elegit ex senioribus] Ita Vin. Reliqui, *legit*, &c. Cell.

Centum ex senioribus elegit] Vide hic Comment. et Grun. qui *elegit* non probat. Vinetus tamen, non dubito, quin e Vetusto Cod. prætulerit. Auctior Pulmanni Cod. ad Aur. V. I. c. 2. ' centumque ex senioribus *elegit*.' Vellei. Pat. I. 8. ' Hic centum homines *electos*, adpellatosque patres instar habuit consilii publici.' *Verheyk.*

Tunc cum uxores] Abjecimus *Tunc* cum Fuld. *Cell.* *Tunc* cum Cellario etiam alii ejecerunt; frustra, ut ostendit Doct. Grun. vide infra II. 14. et alibi sæpius. Consule Cel. Drakenb. ad Liv. XLI. 10. *Verheyk.*

Tunc cum uxores ipse et populus non haberent] Ipse Romulus. Liv. ' Jam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset. Sed penuria mulierum, hominis ætatem duratura magnitudo erat: quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent.' *Glar.* L. B. hic addit *suus*. Non possum probare, neque enim periculum est, ut alterius Regis populus intelligatur. *Hav.*

Et populus suus] *Tò suus* ex sua editione etiam Grunerus ejecit, et miror, Cl. Havercampum uni Codici adscribere, quod ceteri omnes constanter servant, qua de re in textum recipere non dubitavimus, propterea quod Nostro aliisque nihil frequentius. Infra c. 4. ' Fulmine ictus cum domo *sua* arsit.' c. 7. ' Occisus est .... scelere generi *sui* Tarquinii filii regis, cui ipse successerat, et filiæ *suæ*.' c. 8. ' cum uxore et liberis *suis* fugit. Ergo accepto omni patrimonio suo ex urbe migravit.' c. 9. III. 16. ' Scipio.... per se et per fratrem *suum* L. Scipionem LXX. civitates recepit. L. Cornelio Scipione, C. Lælio Coss. Scipio Africanus fratri *suo* L. Cornelio Scipioni Legatus contra Antiochum profectus est.' IV. 4. et sexcenties alibi. Vid. II. 22. III. 4. 18. IV. 2. 3. 8. 27. VI. 12. 13. 20. VII. 9. 12. 13. 23. VIII. 1. 6. 7. 10. 13. &c. Cel. Oudend. ad Suet. Aug. c. 2. Tib. 2. &c. Frontin. IV. 10. Cl. Drakenb. ad Liv. III. 8. *Verheyk.*

Ad spectaculum] Ad Consualia. *Glar.*

Ludorum] Livius I. 9. ' Ludos ex industria parat [Romulus] Neptuno equestri solemnes: Consualia vocat.' De Conso, unde nomen ludorum, Tertullianus de Spectacul. c. 5. consulatur. Adde Hieronymum vita Hilarionis. *Cell.*

Urbis] Circa urbem. *Glar.*

Urbis Romæ] Vinetus addit illud *Romæ*. Cell. Neque scio cur addiderit, quum utique jam Urbis nomen in initio capitis sit expressum. Delevimus itaque ex auctoritate optimi Ms. Lugd. Bat. (licet 2. et 3. agnoscat) neque Eutropii concinna brevitas patitur. *Hav.*

Atque earum virgines rapuit] Dionysius l. II. ait, numerum fuisse sexcentarum octoginta trium: ea acta anno 4. Romuli. Cæterum cum quatuor essent populi, ad quos hæc pertineret injuria, ira nimia commotæ tres civitates, non simul, sed ut sors tulit, Romanos aggressæ, victæ sunt. Sabini autem egregie se sunt ulti. *Glar.*

Raptorum injuriam] Ita restitui ex opt. Lugd. Bat. pro vulgato *raptarum*. Est enim hoc loco *injuria* non modo illa, quam raptæ sunt passæ, sed et illa, quam raptores raptis virginibus, parentibus illarum, patriæque intulerant. Sic ' injuria Thesei,' est, quam filio Hippolito Theseus intulit. Ovid. VI. Fastor. 737. ' Notus amor Phædræ, nota est injuria Thesei: Devovit natum credulus ille suum.' Apud eundem ' injuria Fortunæ,' Deæ iniqua

'jus injustum vocatur. Epist. ad Liv. 51. et 54. 'Nempe per hos etiam Fortunæ injuria mores Regnat.' Sequitur enim mox: 'Sævit, et injustum jus sibi ubique facit.' Unde apud Lucanum similiter 'injuria Fati,' pro, Injuria a Fato illata. VIII. 763. 'Injuria fati Hoc fas esse jubet.' et lib. IX. 143. 'Quæcunque injuria Fati Abstulit hos artus.' Apud Valer. Maxim. v. 1. p. 412. 'Tot Punicis injuriis veniam datam:' et plura apud plures. *Hav.* Injuriam tam illorum dici, qui patiuntur, quam qui faciunt, docet A. Gellius IX. 12. idque quam plurimis inlustrat Cel. Oudendorp. ad Cæs. l. I. B. G. c. 30. sed priori sensu hic capiendam esse vocem, liquet e Livio (I. 13.) quem, ut sæpius vidimus, imitatur Eutropius: 'tum Sabinæ mulieres, quarum ex *injuria* bellum ortum erat,' &c. ad quem locum, quæ Clar. Drakenb. adnotavit, huc transferre lubet. 'Huno locum,' inquit, 'imitatus esse Eutrop. videtur I. 2.' commotis bellis propter raptarum injuriam Cæninenses vicit: 'ubi vir Clariss. qui proxime scriptorem hunc in lucem emisit, ex Cod. Lugd. *raptorum* in contextum recepit, et intelligit injuriam, quam raptores intulere. Ita sæpe active *injuria* sumi, adscripta ab eo auctorum loca ostendunt, idque non negamus: uni tamen Cod. contra aliorum consensum palmam ibidem tribuendam non esse vel Livii locus, quem Eutrop. imitatus est, evincere potest.' Certe Havercampo et Gronero, qui eum secutus, obstant omnes reliqui Codd. Lugd. Bat. et Edd. tam vetustiores, quam recentiores: quin activa significatione nunquam usus est Auctor; sed semper passiva. Infra c. 9. 'cum gener Tarquinii ad injuriam soceri vindicandam, ingentem collegisset exercitum.' IV. 14. 'propter injuriam Legatorum Romanorum:' id est, quam ab Ægyptiis passi fuerant, ut ipse explicat Auctor v. 5. 'bellum se ei propter injurias, quas passus fuerat, inlaturum.' I. IV. c. 17. 'ut injuriam soluti fœderis... vindicarent.' Eodem modo Vellei. I. 8. 'Romulus Martis filius, ultus injurias avi,' &c. unde Orosii error patet, qui (II. 4.) a Romulo avum Numitorem interfectum scribit. *Verheyk.*

Cæninenses] Hi primum victi. *Glar.* Livius I. 10. 'Cæninenses, Crustuminique, et Antemnates erant, ad quos injuriæ pars pertinebat.' Ceterum Cæninæ, Antemnæ, Crustumium (seu Crustumerium) Fidenæ, fuerunt Latii antiqui oppida. Plin. III. 5. Veii autem Etruriæ. *Cell.*

Cæninenses, Antémnates, Crustumini] Hi populi bellum inter se communiter paraverunt, quia Tatius et Sabini lentius agere videbantur: postea *Sabini* Romanis bellum intulerunt, deinde *Fidenates*, post etiam *Veientes*. Sabini autem victores potius, quam victi fuerunt: nam precibus Sabinarum, patres et maritos orantium, Romanis se dediderunt. *Liv.* I. c. 13. Vid. et ad Aur. Vict. V. I. II. Flor I. 1. *Crustumini* timentes, ne simili clade adficerentur, sine certamine se dediderunt. Vid. *Liv.* ibidem: ubi et apud alios eamdem scribendi variationem in nominibus reperies. *Verheyk.*

Antemnates, Crustuminos] Hi duo secundo victi. *Glar.*

Sabinos] Hi non magis sunt victi, quam vicerunt. *Glar.*

Fidenates] Hi in Latio, ut Veientes in Hetruria, postea sunt domiti. *Glar.*

Veientes] Antiquus librarius ubique *Vezentes* scribebat: sic in Aquitania nostra sunt, qui i consonantem, ut z, proferunt. *Vinetus.*

Et cum orta subito tempestate] Ad Capreæ paludem, concione habita, discerptus fertur a patribus: quod est verisimile; quia in tyrannidem jam declinasset, inquit Dionysius, et adstipulatur Valerius v. 3. de Ingra-

tis. Inventus tamen est palpo Julius Proculus, qui stolido populo persuaderet, in Deorum numerum raptum. Cæterum multa Dionysius habet de latis a Romulo legibus lib. II. de quibus ne unum quidem verbum Livius. *Glar.*

Anno regni XXXVII.] Ætatis autem suæ 55. *Glar.* Variant in numero libri. Vinetum sequimur, ejusque lectionem ex Dionysio Halicarnasseo stabilimus, qui lib. II. ἔστε μὲν ἔτη καὶ τριάκοντα regnasse Romulum tradit. Consentit Metaphrastes noster. *Cell.*

Ad Deos transisse] In cœlum abiisse. *Glar.* Vulgo addunt: *et consecratus est*, quod additamentum suspectum est Sylburgio; etiam nobis. *Cell.* Nec minus nobis, ostendit enim Mss. varietas, primo scholum aliquem illud *transire ad Deos* per verbum sui temporis *consecratus* fuisse interpretatum; alium dein adjecisse, 'Quirini nomine.' *Hav.*

Creditus est, et consecratus] Sic e cod. Lugd. Bat. 1. edidit Merula, quem secutus est Cl. Gruner. tam ob alias rationes, quam quia Eutropii brevitati non adversatur. VII. 13. VIII. 8. eoque magis inducor, ut eadem vestigia sequar; quod omnes nostri Codd. Mss. et Vetustiores Edd. ad unam concinunt. Adi Aur. Vict. V. I. 2. Flor. I. 1. aliosque. *Verheyk.*

Deinde] Post Romuli mortem. *A. F.*

Senatores imperaverunt] Livius I. 17. 'Decem,' inquit, 'imperitabant; unus cum insignibus imperii et lictoribus erat. Quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat.' *Cellar.*

Per quinos dies] Interregnum id fuit: quod est temporis spacium, quando Respub. absque rege fuit, a morte unius regis ad lectionem alterius. Idque postea etiam observatum est in Coss. duorum annis. Livius centum Senatores imperasse ait, in decem decurias divisos: Dionysius autem, ducentos. *Glar.*

Annus unus completus] Inter Romulum ac Numam Pompilium. *Glar.*

CAP. 3. *Postea Numa Pompilius*] Cum Romæ inter veteres Romanos ac novos Quirites, neutris alteris cedentibus, minime conveniret, ut ex ipsorum corpore rex eligeretur, Numa Pompilius justitia et religione inclytus, ea tempestate Curib. Sabinis asciscitus, secundus Romanorum rex eligitur. Is ut primum augurate susceptus, imperium assumpsit, ac cum Ægeria nympha commercium sibi esse simulabat, ut eo commento leges ab ipso latæ majoris auctoritatis apud rudem et simplicem populum essent. Cui etiam hoc utilissimum esse putavit, deorum metum injiciendum. *Glar.*

Creatus est] Posterius Non agnoscit L. B. pr. nec forsan temere, quoniam jam modo bis *est* præcesserit. *Hav.*

Bellum nullum] Suavior auribus transpositio Lugd. Bat. pr. *bellum quidem nullum gessit.* Hav. Non tantum Cod. 1. sed reliqui omnes, unde mutare non dubitavimus. *Verh.*

Jam latrones et semibarbari] Hic enim rex Numa urbem turbulentam, utpote ex latronibus et sceleratissimis hominibus collectam, placidé composuit: duabus eam rebus potissimum exornans, religione et justitia: homines enim ad sacra destinatos publica, octo constituens genera, discrevit. Primum genus Curiones erant, 30. numero. Secundum, Flamines, singulorum deorum sacerdotes. Tertium, Celeres, ad regum custodiam selecti. Quartum Augures, inclytum collegium. Quintum, Vestales virgines. Sextum, Salii sacerdotes, omnes patricii, XII. numero. Septimum, Fœciales, qui bella indicebant. Octavum, Pontifices, sacrorum omnium et scriptorum et non scriptorum domini. Quod autem ad justitiam attinet, duas res nobilissimas excogitavit, unam agrorum tum privatorum tum publicorum terminos: alteram, quæ inesset privatis contractibus, Fidem:

eam colendam, ut Deam, ædificato ad hoc templo, proposuit. *Glar.*

Descripsit in decem menses] Sic omnes libri: ut videatur Eutropius Numæ attribuere, quod alii Romulo: ut Macrobius libro I. Saturnalium. *Vinet.* Omnes alii aiunt, Romulum divisisse annum in decem menses, sed Numam adjecisse duos: vide Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 1. Eutropius, quod Romulo dandum erat, tribuit Numæ. *Gl.* Hæc omnia usque ad *confusum*, ab aliena manu adjecta puto, ideoque deleri velim. Nam nec Græcus Interpres ea habet, et oratio, iis demtis, fluit facilius. *Heumannus.* Non temere ego ejecerim, quod Mss. omnes Auctori vindicant. Neque sola sufficit Græci Metaphrastæ auctoritas, ut unum de tribus Numæ præcipuis tollatur. Imo homines consuetudine præliorum semibarbari Eutropio dicuntur; et ita satis concinne annectitur annus hactenus propter eandem barbariem confusus. *Hav.*

In decem menses] Immo in *duodecim.* Vide Livium I. 19. Ante Numam, quod Ovidius dixit Fast. XII. 121. 'Annus erat, decimum cum luna repleverat orbem:' et quod addit vs. 152. 'Pompilius menses sensit abesse duos.' Quos addidit Numa, ac Jano et Februo Diis dicavit. Macrob. Saturnal. I. 13. *Cellar.* Non capio quid hic sibi velit Cl. Havercamp. cum ceteri Scriptores Cellarii aliorumque emendationi favent: neque vero simile est, Eutropium id, quod Auctores, quos ubique consulit, uno ore testantur, ignoravisse, unde omnem scrupulum a Clar. Arntzen. ad Aur. Vict. V. I. c. 3. (quocum Grunerus facit) sublatum opinor, qui hac distinctione huic loco medetur: *Et annum descripsit, in decem menses prius sine aliqua computatione confusum*: ubi antea *et annum descripsit in decem, &c.* De verbo *describere* hoc sensu consule eundem Arntzen. ibid. ex variis autem Codd. Mss. lectionibus, in voce *computatione* quæ potior sit, dubito. *Verheyk.*

Disputatione] Discretione, supputatione. Alius codex habet, *computatione.* Glar.

Computatione] Ita Vin. Sylburg. &c. Et ne de latinitate vocis dubites, etiam Plinius IX. 35. 'computationem' dixit. At Fuld. Paris. et Ven. *supputatione.* Cell.

Morbo] Sic etiam Aur. Vict. V. I. c. 3. Sed Plut. in V. eum senio et lenta ægritudine confectum ait: excesserat enim octoginta annos, eodem et Dionys. Halic. testibus. *Verheyk.*

CAP. 4. *Hic bella reparavit*] Quæ sub Romulo fuerant. Hic non solum (inquit Livius) proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam quam Romulus fuit. Tum ætas viresque, tum avita quoque gloria animum stimulabat. Senescere igitur civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quærebat. Hic primum populum egenum sibi obnoxium fecit, dividendo eis agrum regium, et adjiciendo urbi Cœlium montem, in quo et ipse habitabat, et alios ad habitandum ibidem invitavit. Curiam Hostiliam, cujus multa apud historicos Romanos mentio est, ædificavit. *Glar.*

Albanos vicit] Alba metropolis erat Romæ, inde enim deducta erat colonia. Eam Hostilius diruit, et cives Romam duxit. Plin. Bello Albano, quum cives cum civibus inire prælium nollent, placuit rem paucorum certamine finire. Erant apud Romanos trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiatii. Quibus fœdere icto concurrentibus, statim duo Romanorum ceciderunt: tres Albanorum vulnerati sunt. Unus Horatius, quamvis integer, quia tribus impar erat, fugam simulavit, et singulos per intervalla, ut vulnerum erat dolor, interfecit. *Glar.*

Albanos vicit] Negat justitiam hujus belli Augustinus C. D. III. 14. Adde Virg. Æn. VI. 814. *Cellar.*

XII. *milliario*] Itinere trium hora-

rum. *Glar.*

Alii] Fidenæ. *Glar.*

Sexto milliario] Septimo alias, hoc est, sexqui horæ itinere. Et sic infra etiam ipse Eutropius, cum de anno CCCXV. ab U. C. agit. Dionys. in 2. ait, quatuor stadiis a Roma Fidenas distare: id est, quinque milliaribus. *Glar.*

Sunt] Ita Lugd. Bat. omnes, pro *abeunt*, quod mox repetitur; sed hic modo jam dixerat *ab urbe*, &c. Inclusa verba cum Cell. et Hearne tolli siverim. *Hav.*

Alii octavo decimo] Veii, spacio itineris quatuor horarum et semis. *Glareanus.*

Fulmine ictus] Dionys. Halic. l. III. *καταπρησθῆναι τὴν οἰκίαν οἱ μὲν ὑπὸ κεραυνοῦ λέγουσιν οἱ δὲ πλείους ἐξ ἀνθρωπίνης φασὶν ἐπιβουλῆς τὸ πάθος γενέσθαι.* hoc est, Vel fulmine deletum; vel humanis insidiis exstinctum. Liv. I. 31. 'Tradunt fulmine ictum cum domo conflagrasse.' Augustinus d. l. c. 15. 'cum tota sua domo fulmine crematus est.' *Cell.*

CAP. 5. *Post hunc Ancus Martius*] Quartus Romanorum rex Ancus Martius, omnia sacra Numæ avi vel neglecta, vel prave culta restituit. Latinos rebellantes vicit, multis in urbem ductis. Et quemadmodum Sabinis Capitolium et arx cessit sub Romulo, ipse Palatinum possidebat, Cælius mons Albanis sub Tullo Hostilio: ita his Aventinus datus. Hic Janiculum muniit, ac Sublicium pontem tum primum per Tiberim factum adjecit. Quiritum quoque fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus est. Carcer ad terrorem increscentis audaciæ medio foro factus. Hostia urbs ad Tyberis ostia condita, salinæ juxta factæ. *Glar.*

Numæ ex filia nepos] Vellem addidissent Plutarchi locum. *A. F.* et *Hearne.* Nos lectione eum adsequi non potuimus: contrarium evincunt duo loca in Numa p. 62. ubi vocatur *Μάρκιος τοῦ Νουμᾶ θυγατριδοῦς*, et in Coriolano, ut ubi Interpretes et Sigon. ad Liv. I. 32. emendarunt *Γαῖος ὁ Νουμᾶ θυγατριδοῦς* pro *ὄνομα* quod olim legebatur. Sed *Γαῖος* pro *Ἄγκος* ut Sigon. restituit, frustra adhuc servatur. *Verheyk.*

Aventinum] Ut Tullus Cœlium. *Glar.*

Janiculum] Arcem ultra Tyberim in Tusco litore. *Glar.*

Apud Hostiam] Ostiam sine *h*, si ab ostio seu ore Tiberis nomen habet, ut significant Livius l. I. et Dionysius Halicarnasseus l. III. Sunt autem impressi quidam libri, qui *Apud* hic non habent: quod tamen quia in scripto etiam inveni, delere nolim. *Ostium* autem pro *Ostiam*, aut certe *Ostia* plurali numero legendum fortasse: ut sit sensus, ad ostium Tiberis conditam fuisse eam urbem. *Vinet.*

Hostiam] Oppidum, ubi Tyberis in mare exoneratur. *Glar.*

Apud Ostium] Ita in notis Vinetus correxit. Suadente *apud* particula. Vulgo *apud Ostiam.* Rectius Vineti liber neglecta particula *Ostiam:* hoc enim coloniæ nomen fuit, quod cum *apud* non cohæret. *Apud ostium*, intellige, Tiberis. Unde colonia *Ostia* dicta. Geminum vero Tiberis ostium: ad dextrum est urbs *Portus*, quæ portum habet: ad sinistrum *Ostia* colonia. Procop. Goth. I. 26. *Cell.*

Apud Ostium] Hic locus viros D. exercet. Vineti tamen et Cellarii conjectura verisimillor: apud Ostium nempe Tiberis sive Ostia, quod Vineto magis placet; sed id non opus, nam ad Aur. V. I. I. 5. quem A. Fabri citat, *in ostio* legunt quinque Codd. Mss. et ita in quibusdam Edd. esse monet Sylburg. Livius I. 33. confirmat, 'in ore Tiberis Ostia urbs condita.' Quare miror, quod Cl. Gruner. se ignorasse dicat, unde illud *Tiberis* sit. Pæanius *πολίχνην*

ἔκλιναν ἀπὸ τῆς θαλάσσης πρὸς ταῖς τοῦ Θύμβριδος ἐκβολαῖς. Festus in v. Quiritium, 'Quiritium fossæ dicuntur, quibus Ancus Marcius circumdedit urbem, quam secundum *Ostium Tiberis* posuit, ex quo etiam Ostiam.' Et ita in Edd. Eutropii vetustioribus aliquot: ut *Tiberis* forte Librarii incuria exciderit, aut cum Mérula legendum, *Atque Ostiam civ. &c.* Verheyk.

Sexto decimo milliario] Itinere quatuor horarum expedito. Cæterum præpositio *Apud* ante *Hostiam*, alibi non habetur. *Glar.*

CAP. 6. *Priscus Tarquinius*] Sic Regem hunc appellarunt etiam alii scriptores. Sed *Prisci* cognomen ei non, nisi postquam L. Tarquinius Superbus florere cœperit, inditum fuisse, rectius monet Sigon. ad Liv. I. 34. neque hoc tempore Romanos tribus nominibus gaviscs esse, sed dein accepisse, ut ab aliis distinguerentur, qui secuti sunt, diserte ostendit Cleb. J. Perizon. Epist. de Rea Sylvia Æliani l. VIII. præmissa. Adi etiam Dionys. Halic. IV. 41. Plut. Rom. p. 27. *Verheyk.*

Deinde regnum Priscus Tarquinius] Plinius de Viris illustribus ita de hoc rege ait: 'L. Tarquinius Priscus, V. Romanorum rex, Græci Demarati (qui Corinthi tyrannidem fugiens Tarquinios in Hetruria commigraverat) filius, Lucumo dictus, mox et ipse urbe Tarquinii profugus, Romam petiit. Advenienti aquila pileum sustulit, et cum alis subvolasset, reposuit. Tanaquil conjunx ejus, augariorum perita, regnum ei portendi intellexit.' Hæc ille. Porro Livius hunc ait primum et petiisse ambitiose regnum, et habuisse oratione ad conciliandos plebis animos compositam. Dionysius autem ait, illum justis comitiis electum regem. Cæterum Demarati genealogiam vide in Annotationibus super Livium.



Glar.

Hic numerum] Livius: 'Centum in patres legit, qui deinde Minorum gentium sunt appellati: factio haud dubie regis, cujus beneficio in curiam venerant.' *Glar.*

Numerum Senatorum duplicavit]. Id est *auxit*. Centum enim, quos minorum gentium patres appellavit, ceteris numero ducentis addidit Tarquinius. Sic quod supra c. 4. dixit, 'Urbem ampliavit.' Livio I. 30. 'Duplicatur civium numerus:' et hæc de re Flor. I. 5. 'Hic et Senatus majestatem ampliavit.' Sallust. in Fragm.

Hist. l. VI. ' Et Marius victus duplicaverat bellum.' Virg. Ecl. II. 67. ' Et sol crescentes decedens duplicat umbras:' ubi Servius, '*duplicat*, auget.' Tacit. Hist. IV. 84. vid. Fab. in Thes. Et sic Epit. Livii l. 2. explicat: ' Centum additis, Patrum numerum auxit.' *Verheyk.*

Romæ ædificavit] Livius: ' Tum primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est. Loca divisa Patribus Equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent: Fori appellati.' *Glar.*

Circum] Quem Maximum postea dixere. Liv. I. 35. *Cell.*

Ludos Romanos instituit] Livius: ' Ludos opulentius instructiusque quam priores reges, fecit:' et paulo post: ' Solemnes deinde annui mansere ludi. Romani Magnique varie appellati.' *Glar.* Livius I. 35. ' Romani Magnique varie appellati.' Et Asconius Pedianus in proœm. Verrin. ' Romani ludi,' inquit, ' sub regibus instituti sunt, Magnique appellati, quod magnis impensis dati sunt.' *Cell.*

Vicit idem etiam Sabinos] Latinos et Hetruscos. Nam hic rex (ut Dionysius ait lib. III.) tria gessit bella, cum tribus etiam populis, Sabinis, Latinis, ac Hetruscis: quos omnes vicit, ac ter de illis triumphavit. Regis opera, forum ornatum, mœnia nova, cloacæ sumptuosæ, circus maximus, templum cœptum. Ab Anci liberis per dolum cæsus. *Glar.*

Adjunxit] *Junxit* Codd. Lægd. Bat. ' Antiocho Annibal se junxerat.' IV. 2. ' Gallorum copiæ se...Tuscis junxerunt.' II. 10. 12. et alibi; sed promiscue usurpat. Infra c. 7. ' Montes tres...urbi adjunxit.' *Verheyk.*

Muros fecit] Nempe λίθοις ἀμαξιαίοις, *ei quæ junguntur trium ulnarum, saxis prægrandibus, et ad normam factis.* Priores enim fuerant τείχη ἀδρογχέα, *tumultuarium opus.* Dion. Halic. III. *f.* 200. *Cell.*

Cloacas] Halicarnasseus c. 1. scribit τάφρους fuisse, δι' ὧν ἄπ' τὸν Τίβεριν ὀχεύεται τῶν τὸ συρρέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ. Et Livius I. 38. ' interjectas collibus convallea, quia ex planis locis haud facile evehebant aquas, cloacis e fastigio in Tiberim ductis, siccat.' Plinius XXXVI. 15. cloacas vocat ' opus omnium dictu maximum, suffossis montibus,' &c. Et Cassiodori adhuc ætate miratu dignæ erant. Vide lib. III. epist. 30. *Cell.*

XVIII. *anno imperii*] XXXVIII. *anno* legendum. *Glar.*

CAP. 7. *Post hunc Servius Tullius*] Ser. Tullius, Tullii Corniculani et Ocrisiæ captivæ filius, cum in domo Tarquinii Prisci educaretur, flammæ species caput ejus amplexa est. Hoc viso, Tanaquil ei summam dignitatem portendi intellexit. Conjugi suasit, ut ita eum, ut liberos suos, educaret. Qui cum adolevisset, gener a Tarquinio assumptus est, et cum rex occisus esset, Tanaquil ex altiore loco ad populum despiciens ait: Priscum Tarquinium gravi quidem, sed non letali vulnere accepto, petere, ut interim, dum convalesceret, Ser. Tullio audientes essent. Servius Tullius quasi precario regnare cœpit, sed recte imperium administravit. *Glar.*

Captiva tamen] Ocrisia a Prisco capta. *Glar.*

Ancillæ] Serva facta. *Glar.*

Sabinos subegit] Livius, Dionysius, ac Plinius uno ore aiunt Hetruscos. *Glar.* Bellum cum Sabinis apud alios frustra quæsiveris. Cum ' Veientibus aliisque Etruscis' hoc gestum referunt Liv. I. 42. Dionys. IV. 14. et Victor V. I. c. 7. De censu consule quæ ad Livium lib. collegit Glarean. *Verheyk.*

Censum] Id est, omnium bonorum possessionem. Census enim dicebatur, æstimatio rerum et bonorum facta: secundum quam tributa solvebantur. Numquam enim apud ve-

teres census pro reditu annuo accipitur, sed pro patrimonii bonis ac sorte. Cæterum census hujus rationem ex subjecta Tabella facile cognosces.

Class.	Census	Peditum centuriæ	Equitum centuriæ	Arma omnia ex ære:
VI.	100000 Æris.	LXXX.	XVIII.	Galea, clypeus, ocreæ, lorica.
I.	10000 Drach.		Fabrorum cent. II.	Tela
	1000 Coron.			Hasta et gladius.
	100 Minæ.		Has duas fabrorum centurias	
	75000 Æris.			Arma
II.	7500 Drach.	XX.	Dionysius adjicit secundæ classi, Livius primæ.	Galea et scutum, ocreæ.
	750 Coron.			Tela
	75 Minæ.			Hasta et gladius.
	50000 Æris.			Arma
III.	5000 Drach.	XX.		Galea et scutum.
	500 Coron.			Telæ
	50 Minæ.			Hasta et gladius.
	25000 Æris.			Arma
IIII.	2500 Drach.	XX.	Tibicinum &c. II.	Scutum ait Dionysius.
	250 Coron.			
	25 Minæ.			
	11000 Æris.			Tela
V.	1100 Drach.	XXX.		Hasta et verutum, quanquam in Dionys. pilum legitur.
	110 Coron.		Duas facit Dionys. Livius 19. tres. Et hic quintæ, ille quartæ adjecit classi.	
	11 Minæ.			Tela
VI.	Capite censorum.	I.		Funda ac lapides missiles.

Prima classis cum equitibus habebat centurias XCVIII. cum reliquæ classes XCV. secundum Dionysium: aut XCVI. secundum Livium. Fabrorum enim duæ centuriæ, quas Livius primæ classi, sed Dionysius secundæ adjicit. Cornicinum, Tubicinumque etiam duæ, cum LXX. Centuriis 4. classium implebant numerum XCIV. Sexta autem classis una centuria, utroque authore, quanquam Livius etiam Accensorum centuriam facit, ut sint XCVI. *Glar.*

Capitum LXXXIV. *millia*] Sic impressi libri; scriptus, *capita* LXXIII. *millia*. Apud Livium vero quia LXXX. millia tantum legimus, fortasse illa IIII. et IV. adjecta, facta primum fuerunt ab indocto librario ex litera, aut syllaba *mi*, quæ significaret *millia*: deinde additum etiam *millia*, cum non posset aliud esse. Lege Dionysium Halicarnasseum lib. IV. *Vinet.* LXXX. millia Liv. LXXXV. millia Dionys. habet, minus 300. *Glar.* LXXXIII. *millia*. Metaphrastes. Sed Latini fere omnes LXXXIV. Livius I. 44. LXXX. Nolumus in numeris scrupulosi esse. *Cell.*

Occisus est 45. *imp.*] 44. Liv. ac Dionysius. *Glar.* XLIV. præter Liv. I. 48. et Dionys. IV. 40. etiam Diod. Sicul. in Exc. p. 241. Ovid. VI. Fast. 588. &c. *Verheyk.*

Superbi] Alius codex non habet. *Glar.*

Filii ejus] Nepotis, Dionys. *Glar.*

Filiæ] Minoris Tulliæ. *Glar.* Pronomen est ex editione Vineti. *Cell.*

Suæ] Hoc loco *suæ* ex Vineto additum servavit Cl. Haverc. qui infra c. 2. ubi vide, contra omnium Codd. fidem ejecit, uti hic Grun. facit, sed majori jure. *Verheyk.*

CAP. 8. *L. Tarquinius Superbus*] Liv. l. 1. 'Cui Superbo cognomen facta indiderunt.' *Glar.*

L. Tarquinius Superbus] Superbi cognomen huic Regi e moribus inditum ait Aur. Vict. V. I. c. 8. et Flor. 1. 7. Sed ex ipso epitheto, quod Regibus, qui impotenti dominatione in suos sæviunt, datum fuisse monet Cl. Arntzen. ad Vict. ibid. liquet, id Tarquinium non vivum habuisse, aut quod Livius, qui 1. 49. 'cui Superbo cognomen facta indiderunt,' &c. seq. c. dicit, eum ita clam quidem a mussitantibus, vulgo tamen adpellatum fuisse. *Verheyk.*

Septimus atque ultimus] Tarquinius Superbus cognomen moribus meruit, quia socerum gener sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans. Primores patrum, quos Servii rebus favisse credebat, interfecit, totum priorum regum morem in tyrannidem vertit: Latinorum gentem sibi conciliavit per Octavium Mamilium Tusculanum, data in matrimonium filia; Turnum Herdonium, probum virum, sed non satis cautum, mira dolosaque arte misere perdidit. Eadem mentis impietate Gabios per filii simulationem cepit. In Suessa Pometia, vi expugnata, tantum auri argentique repertum est, ut quinæ argenti minæ (40. tal. 24000. cor.) obvenirent singulis militibus, sacratæ vero decimæ explerent quadringentorum argenti talentorum numerum. Plebem trium potissimum operum labore mire afflixit: Circi maximi, cloacarum, ac Capitolii, quod ita nominatum a capite humano, cum ejus jaceret fundamenta, illic invento, tradit Dionysius. Hujus tyranni tempore mulier quædam externa (ut ait idem) Sibyllinos postea dictos libros attulit, de quibus Gellius 1. 19. et Servius l. VI. Æneid. ad illud Virgilii: 'Hic ego namque tuas sorteis:' et Lactantius l. 1. Institutionum c. 6. qui ait, eam mulierem postulasse pro novem libris ccc. philippæos. Singuli philippæi tridrachmi fuisse videntur: ergo centenis quinquagenis sestertiis valebant. Nam aureus Romanus didrachmus c. valebat sestertiis. Ergo, nostra moneta, sex aureos valebat philippæus, trecenti igitur philippæi, 1800. valebant nostræ monetæ aureos Rhenenses in moneta. Qui faciunt 1125. coronatos solareis. *Glar.*

Volscos] Vetus liber ubique *Vulscos* scribit, qui sunt apud eundem Dionysium Οὐολούσκοι. *Vinet.* Dionysius in l. IV. ait, primum eum Suessam Pometiam oppugnasse, deinde Sabinos vicisse duplici clade. *Glar.*

Volscos] *Vulscos* hic et ubique in quibusdam Codd. nostris, quæ scribendi ratio etiam apud alios scriptores in Mss. occurrit. Vid. ad Liv. II. 32. ubi Cl. Drakenborch. ex Fragm. Triumph. *Volscos* rectius scribi docet: et ita est in Inscr. apud Gruterum. *Verheyk.*

Non longe ab urbe] In Latio, versus Campaniam. *Glar.*

Gabios] Via Prænestina ad centesimum a Roma stadium, milliariis duodecim ¼ iter trium hor. et ⅛ horæ. *Glar.*

Suessam] Non longe a Liri amne. *Glar.*

Suessam Pometiam] Hanc Volscarum urbium matrem fuisse memorat Strabo l. v. Hinc minus accurate *Gabios* huic Urbi et ipsis *Volscis* inseruit Auctor, nam Gabii Latinorum civitas fuit. Vid. Cluver. l. III. Geog. Ant. Male in quibusdam Codd. Mss.

hic et apud alios *Suessam Pometiamque*, ac si diversæ essent urbes. Vid. Cel. Drakenb. ad Liv. I. 53. Artzen. ad Aur. Vict. V. I. 8. Gruter. ad Flor. I. 7. *Verheyk.*

Cum Tuscis] Fœdus cum Etruscis renovavit, ait Livius. Dionysius nihil de Tuscis habet. *Glar.*

Cum Tuscis pacem fecit] Liv. I. 55. 'Gabiis receptis, Tarquinius pacem cum Æquorum gente fecit; fœdus cum Tuscis renovavit.'

Templum Jovi in Capitolio ædificavit] *Jovis*, ut est in Cod. Opt. edidit Cl. Grun. eamque lectionem aliunde satis probat: quia tamen perinde est, secundo an tertio casu utaris, nullus Cod. auctoritate mutare non sustineo. 'Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis ædes.' Liv. II. 8. 'Templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumptum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est.' Epit. XCVIII. Sed loco, quem Noster respexisse videtur, Ep. l. I. de eodem hoc Tarquinio, 'Templum Jovi in Capitolio fecit.' Laudavit præterea Vir Cl. Eruditæ Fœminæ interpretationem verbi *ædificare*: et confirmant Livii verba I. 55. 'Quorum erat primum, ut Jovis Templum in monte Tarpeio monumentum regni sui nominisque relinqueret: Tarquinios reges ambos, patrem vovisse, filium perfecisse.' *Verheyk.*

Ardeam] Rutulorum oppidum, Livio et Dionysio. CLX. stad. ab urbe. *Gl.* et *A. Fabri.*

In octavo decimo] Itinere quatuor et semis horarum. *Glar.*

Civitatem] Opulentissimam: Dionysius. *Glar.*

Filius ejus] Sextus, maximus natu. *Glar.*

Tarquinius junior] Quia patris hæres. *Glar.*

Et ipse Tarquinius junior] Hoc est, qui etiam nomen Tarquinii gerebat. Ergo *junior* delendum: quod adjunxit, qui sensum hujus loci non capiebat. *Heumann.* Ad Viri Cl. sententiam accederem, si per Codd. Mss. liceret, cum vero nullus eorum deest, abstineo, propterea, quod eadem locutio infra occurrat IV. 12. 'Scipio nomen, quod avus ejus acceperat, meruit, scilicet ut propter virtutem etiam ipse Africanus *Junior* vocaretur.' Ubi etiam Codd. non variant. *Verheyk.*

Eandemque pudicissimam] Desunt hæc Veneto et Parisiensi: expressit autem Græcus. *Cell.*

'*Collatini*] Cognati sui uxorem Lucretiam. *Glar.*

Marito] Collatino. *Glar.*

Patri] Sp. Lucretio. *Glar.*

Amicis] Ut Bruto ac Valerio. *Glar.*

Stuprasset ... occidit] Dubitat Cl. Grun. an non melius legi posset: *stuprasset; ea, quum de injuria marito ... questa, &c.* Sed nihil muto, dum proxime præcedit *cum filius, &c.* et ita V. 4. 'Nam cum Sylla consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam et Achaiam occupaverat, mitteretur; *isque* exercitum in Campania paulisper teneret,' &c. *Verh.*

Et ipse Tarquinius] L. Collatinus alias, maritus scilicet: et melius. *Glar.*

In omnium conspectu] Jam dictorum præsentia. *Glar.*

Brutus, parens et ipse Tarquinii] Hic sunt tres: L. Junius Brutus, Spurius Lucretius Tricipitinus pater Lucretiæ, et Lucius Tarquinius Collatinus, maritus ejusdem, ex regia Tarquiniorum familia ortus. T. Livius. *Vinet.* Ita cum Sylburgio restituimus, repudiata vulgari lectione, *Brutus, parens, et ipse Tarquinius*, quasi tres concitatores fuerint, cum verbum *concitavit* non nisi unum admittat. Depravatio sine dubio orta est ex non vulgari, non autem Eutropiano seculo insueta significatione vocis *parentis*. Cell.

Parens] I. e. cognatus, sanguine junctus, atque ita posterioris ævi scriptores frequenter dixerunt. Ca-

pitolinus in M. Philos. c. 5. ' omnibus,' inquit, ' parentibus suis [erat autem pridem exstinctus, qui genuerat] reverentiam exhibuit.' Et Lampridius in Alex. c. 67. ' amicos et parentes puuivit,' &c. Adde Trebell. Pollionem in XXX. Tyrann. c. 10. et in singulos hos auctores Commentarium Casauboni. Videtur et Curtius ita quoque usus esse VI. 10. 30. *Cell.* et *Hear.*

Brutus parens et ipse Tarquinii] Hæc ex variis lectionibus certe optima est, significatque: Brutus, qui etiam Tarquinii consanguineus erat, (sic Dioni in Exc. Peiresc. Συγγενὴς vocatur) ut sæpius *ipse* apud Nostrum explicationi inservit. Hic enim de Bruto uno mentio fit, quia is potissimus hujus rei vindictæ auctor exstitit: ut Livius aliique testantur; mox c. 6. ' Qui [Brutus] maxime egerat, ut Tarquinius pelleretur.' Pæanio. Ἐνταῦθα δὲ Βροῦτος, γένει προσήκων (quæ verba *parentis* significationem hoc loco satis indicant) τῷ Ταρκυνίῳ, &c. vid. hic Gruner. Si autem *Brutus, parens, et ipse Tarquinius*, ut alii distinguunt, legeretur, verbum *concitavit* obstaret, ut Cell. monet. unde in Vetust. Edd. aliquot inveni *concitarunt et.. ademerunt:* contra omnium Cod. Mss. fidem. *Verheyk.*

Mox exercitus quoque] Dionysius l. IV. sub finem ait, Tarquinium, ut tumultum Romæ rescierit, re nemini communicata, illico Romam ivisse, sed eam clausam invenisse. At Consules aliis itineribus nuncios in castra misisse, qui literas Coss. ac urbis consensum militibus indicarent: regressum ab urbe ad castra Tarquinium, etiam ibi exclusum, Gabios ad Sextum rediisse. *Glar.*

Eum] Tarquinium Superbum. *Glar.*

Ardeam] Rutulorum urbem. *Glar.*

Cum ipso rege] Tarquinio. *Glar.*

Annos viginti quinque] Totidem annos legimus apud Livium. Vetus vero liber habet quatnor et viginti tantum. *Vinet.* Etiam Halicarnasseus extremo l. IV. τέτταρα καὶ εἴκοσι. At Metaphrastes et Fuldensis *quatuor et viginti.* Male Vinet. et Paris. *triginta quinque.* Cell.

Liberis suis] Tribus filiis, Sexto, Tito, et Arunte. *Glar.* ' Exactique inde liberi regis, duo patrem secuti sunt, qui exulatum Cære in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios, tanquam in suum regnum profectus ... est interfectus.' Liv. I. 60. *Verh.*

Ita Romæ regnatum] Regnatum est Romæ per septem reges, annis 243. et uno sub interregibus, sive interregno: qui faciant annos CCXLIV. ut apud Livium ac Dionysium habentur. Annos inquam ab U. C. usque ad primos Coss.

Romulus	37	annos regnarunt.
Interregnum	1	
Numa Pompil.	43	
Tullus Hostil.	32	
Ancus Martius	24	
Tarquinius Prisc.	38	
Ser. Tullius	44	
Turq. Superbus	25	
Summa	CCXLIV.	

Glar.

Annis CCXLIII.] Sic libri nostri omnes. At Livius unum et hic annum adjicit, et Dionysius Halicarnasseus in extremo libro quarto. *Vinet.* Et uno interregni anno. In superioribus ita habent numeri: sed errore codicum haud dubio hic *tribus* legitur pro *quatuor.* Glar. Consule V. D. ad Liv. I. 60. Dionys. I. 75. IV. c. ult. Præfat. Flori. et ad Oros. II. 4. *Verh.*

Vix usque ad quintum] Iter trium fere horarum. *Glar.*

CAP. 9. *Hinc Consules cæpere*] Eadem scribit Dionysius sub finem libri IV. Cæterum Livius initio libri secundi ab U. C. non dubitat, Brutum pessimo publico facturum fuisse, si libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset.

Nam priores reges ita regnarunt, ut haud immerito 'deinceps omnes conditores partium urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctæ multitudini addiderunt, numerarentur. *Glar.* Non spernenda videtur lectio Lugd. Bat. pr. quæ ita distinguit: *Hinc Consules cæpere prò uno rege duo. Hac causa creati, ut si unus malus esse voluisset, alter, habens, &c.* ubi erasum erat *eum*, pro *creari* legebatur *creati*, et punctum post *duo* ponebatur. Mallem tamen ita distinguere: *Hinc Consules cæpere. Pro uno rege duo hac causa creati, &c.* Hav.

Potestatem similem] Æqualem. *Glar.*

Quam annum unum haberent] Ex impressis alii *annuum*, alii *annum* scribunt. Noster antiquus *annum unum* habet. *Vinet.* *Annuum* magis placeret. ex quo *annum unum* Glossator fecerit: ut observat Cl. Grun. quem vide: et favet Metaphrasis: Δυὸ δὲ (ὕπατοι) ἦσαν οὗτοι, καὶ ἐτήσιοι. *Annum* tamen e tribus Codd. restituimus. *Verheyk.*

Civiles] Modesti. *Glar.*

Privatos] In nullo magistratu. *Glar.*

Fuerunt igitur anno primo, expulsis regibus, Consules] Consules a consulendo dicti videntur, quod consulerent populum ac Senatum. Plutarchus ac Dionysius Græce *συμβούλους* vocatos aut *προβούλους* putant, quod Romani consilia vocent, quæ Græci *προβούλας*: ad quam appellationem videtur allusisse Cicero, in Pisonem, cum inquit: 'Animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus, omni officio.' *Glar.*

Anno primo] Ab U. C. 245. *Glar.*

Junius Brutus] Ex Tarquinia Superbi sorore genitus, ut Livius: ut Dionysius, a Prisci filia. *Glar.*

Egerat] In causa fuerat. *Glar.*

L. Tarquinius] Egerii filius, ut Livius: Egerii nepos, ut Dionysius. *Glar.*

Sed Tarquinio Collatino] Bruti collegæ. Dionysius refert causam, quod sororis filios duos Aquilios conatus sit defendere contra Brutum, qui propriis liberis non pepercerat. Atque hæc videtur probabilior causa, quam hæc Eutropii, quam ex Livio habuit: quid enim nomen nocuisse poterat? *Glar.*

Placuerat enim] Hæc est Livii, sed frivola causa; meliorem tradit Dionysius. *Glar.*

Qui Tarquinius vocaretur] Ex ipsa Bruti oratione (Liv. II. 2.) liquet, non tantum Tarquinium propter nomen consulatu se abdicare debuisse, sed etiam ob genus regium; unde suspicio nata, ne aliquando regem propter necessitudinem in regnum restituere cogeretur. Adi Comm. ad Flor. I. 7. 9. E Dionysio tamen l. v. p. 284. et Plut. in Poplic. p. 100. observat Henric. Valesius ad Liv. d. l. Collatinum offendisse, et ob nominis odium, et quod Aquilios, sororis filios, dedere ad pœnam recusasset. Vide etiam hic Grun. qui in eamdem observationem incidit. *Verh.*

Placuerat enim, ne quisquam] Ita etiam Livius II. 2. at Dionys. Hal. v. alium subfuisse causam scribit, nempe, quod sororis filios, conjurationis reos, defenderit. *Cell.*

Qui accepto omni] Brutus curavit, ut populus Romanus Collatino ex ærario daret 20. talenta: id est, 12000. coronat. et ipse addidit de suo v. talenta: id est, 3000. coron. Abstulit igitur secum dono 15000. coronatorum. *Glar.*

Qui] Alias, *Ergo*. Glar.

Ex urbe migravit] Lavinium, veterum Latinorum primam metropolim, ubi consenuit. Dionysius. *Glar.*

P. Valerius Publicola] Cos. P. Valerius, ab uno Sabinorum, qui cum Tatio Romam venerant, oriundus, vir prudens et industrius, ut inquit Dio-

mysius in 4. qui etiam juverat ejicere reges. *Glar.* In Codd. aliquot Mss. hic et in Epit. Liv. II. et Vict. V. I. 15. prænomen *Lucius* est. Sed *Publius* recte emendant ibi V. D. *Poplicola* autem legendum liquet ex Inscript. Gruteri a Schotto ad Aur. ibid. laudata, et sic Fragm. Capitol. Vide Comm. ad Flor. I. 9. *Verheyk.*

Et collectis multis gentibus] Maxime Hetruscis, Tarquiniis, Veientibus, et voluntariis Latinorum. Primum enim tentavit Latinos, sed illi renuebant publice mittere: habuit tamen multos voluntarios, qui Mamilium Tusculanum ducem, Tarquinii generum, sequuti sunt. Porro Tarquinienses ac Veientes commovit, qui pro eo pugnantes venerunt, in ea pugna perierunt Brutus ac Aruns, singulari congressi certamine. *Glar.*

CAP. 10. *Brutus consul*] Vineti liber nomen *consulis* appositum habet. *Cell.*

Aruns] Tres filii fuerunt Tarquinii Superbi, Titus, Sextus (Lucretiæ stuprator) et Aruns: dux hic equestris militiæ. *Cell.* *Arruns* quoque est in Codd. Mss. Livii II. 5. et Orosii II. 5. De historia consule præter Liv. etiam Plut. in Poplic. *Verh.*

Romani tamen ex ea pugna] Vox e sylva audita refertur, jubens Romanos bono animo esse, quia victores, uno enim plus Hetruscorum cecidisse in acie: Valerium sequenti die hostium cepisse castra, ac Romam triumphantem redisse. *Glar.*

Victores] Quia uno superiores, et quia castra hostium cepere. *Glar.*

Pudicitiæ] Quæ proprie est conjugii. *Glar.*

Per annum luxerunt] Hoc anno funebres orationes initium cepere, de quibus multa disputat Dionysius. Eæ primum dicebantur de iis solis qui bello cecidissent: sed postea etiam aliis datæ sunt. *Glar.*

Valerius Publicola] Valerius post mortem Bruti, quod non continuo collegam subrogaverat, et quod in Velia loco alto ædificabat, in suspicionem affectati regni pervenit: quæ res cum eum male haberet, convocato populo, oratione invidiam discussit. Facto etiam purgavit se: nam secures fascibus dempsit, ac domum infra Veliam deferri jussit, loco colli subjecto. *Glar.*

Lucretium Tricipitinum collegam sibi fecit] Livius primo urbis liberæ anno tribuit Capitolii quoque dedicationem, quam Dionysius tertio anno, et post Porsenæ abitum factam scribit; quod est verisimilius. Idem Livius, Porsenam secundo liberatæ urbis anno Romam oppugnatum venisse, ait, cum Dionysius anno tertio hoc factum asserat. Secundo anno ait censum actum, ac tributorum ordinationem, ex Tullii regis instituto a Superbo omissam. Censa civium CXXX M. Loca munita adversus Latinos ac Hernicos. Hic vero author sequutus est Livium. *Glar.*

Morbo mortuo] Et senio. Ait enim Livius: 'Magno natu, non sufficientibus viribus,' &c. *Glar.*

Quinque consules] Brutum, Collatinum, P. Valerium, Sp. Lucretium, Horatium Pulvillum.

Coss. I. An. { Brutus, Collatinus, P. Valerius, Sp. Lucretius, M. Horatius.

Coss. II. An. { P. Valerius Publicola II. T. Lucretius Tricipitinus.

Coss. III. An. { P. Valerius Publicola III. M. Horatius Pulvillus II.

Glar.

Cum Turquinius] Collatinus. *Glar.*

Propter nomen] Secundum Livium. *Glar.*

CAP. 11. *Iterum Tarquinius*] Superbus, rex. *Glar.*

Auxilium ei ferente] Interponant

vulgo *ei*, quod eleganter Ven. et Paris. omittunt. *Cell.* Addit *ei* tamen Merula. Sed Cellarium secutus est Grun. Omittere non sustineo, quia plures Mss. concinunt. De vocis autem *Porsenæ* scribendæ ratione consule Vir. D. ad Liv. II. 9. Flor. I. 10. Recte etiam Pæanio Πορσήνας. uti et Plutarcho, aliisque; nisi quod Πορσίνας Polyæno VIII. 6. 31. ut monet Cel. Duker. ad Flor. d. l. *Verheyk.*

Porsena Tusciæ] *Porsenna*, per duo *ss* habet vetus liber: atque ita scribi volunt, quando secundam syllabam producunt poëtæ, ut Virgilius Æn. VIII. Nam unico *s Porsena* dictus fuit, authore Servio. Hinc penultimam illam Silius, Martialis, et alii corripiunt. *Vinet.*

Tusciæ] Clusinorum rege. *Glar.* Etruriæ: nam *Tusciam* demum dici cœpisse a scriptoribus, qui longe post Plinium vixerunt, ostendunt V. D. ad Flor. I. 5. *Verh.*

Et Romam pene cepit] Quæ cis Tiberim Etruriam spectabant, omnia ceperat Porsena: Transtiberina parte prohibitus Coclitis et Scævolæ virtute. *Cell.*

Verum tum quoque victus est] Hoc minime liquet ex Livii II. 15. Plut. p. 106. et Dionys. *Verh.*

Tertio anno] Quo Dionysius refert factam obsidionem. Livius pro M. Horatio iterum ponit P. Lucretium suspectum nomen. Et Coss. Ann. 4. Sp. Largium, T. Herminium omittit: injuria, ut puto, temporum. Hoc tertio demum anno Porsenam Romam oppugnatum venisse, Dionysius scribit, ac primo impetu cepisse Janiculum. Deinde Romanos pro ponte subilicio stantes invasisse, ac in urbem compulisse: in ponte vero consertos, mireque afflictos, ut ea die pene urbs caperetur: tres viri in ultimo agmine Reipub. conservarunt, Sp. Largius, T. Herminius e senioribus, P. Horatius Cocles e junioribus. Hic ita appellatus, quasi Cyclops (unum enim oculum amiserat): rem ausus est plus famæ habituram ad posteros, quam fidei, ut inquit Livius. Cum enim cum Largio et Herminio cives defenderet, ut incolumes urbem per pontem ingrederentur, jussis duobus in tutum cedere, ac pontem rescindere, unus ingenti gradu hostes arcet: increpans eos, servitia regum superborum, suæ libertatis immemores alienam oppugnatum venire. Sed cum pudor universos teneret, conjectis in unum telis, fragor pontis rupti effecit, ut ille Tiberim insiliret: ac vulneratus, incolumis tamen ad suos tranavit. Fuit item alter in hac obsidione insignis vir C. Mucius, qui cum in maxima annonæ angustia videret aut urbem dedendam Porsenæ, aut moriendum, venia ante a Senatu petita, in Porsenæ castra concessit, linguam Tuscam a nutrice edoctus. Verum cum nec scribam insigni veste pro tribunali sedentem cognosceret, ratus regem esse, nec *inquirere* auderet, ne proderetur, scribam pro rege obtruncat. Porro rex territus tam audaci facinore, cum rogasset eum quis esset, quid sibi hac cæde voluerit, ingenue professus, et se Romanum esse, et voluisse regem occidere, nec deprecari mortem, sed contumelias. Quod si a rege, fide data, acceperit, se indicaturum ei promisit, quod ad salutem ejus in primis pertineat. Hoc vaframento eum regem audiendi cupidum fecisset, fide data, CCC. inquit, juventutis Romanæ patricii juravimus, ut in te hac via grassaremur: mea prima sors fuit. Cæteri, utcunque ceciderit, primi, quo te opportuna fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt. Rex inito cum amicis consilio, ex filii potissimum motus sententia, obsidionem solvit, cum Romanis fœdus icit: et liberalitate prosecutus, Tarquiniis jussis alibi quærere subsidium, re-

gressus est domum. *Glar.*

Ei Porsena] *Ei* sine ulla ratione hic addit Cellar. qui modo omiserat. Nunc quia proxime præcedit, repetere non opus est, præterea quod Opt. Cod. Lugd. cum duobus aliis, et Merula respuunt. De re ipsa vid. Liv. II. 15. *Verh.*

Tusculum] Mamilii generi sedem. Idem dicit Livius. Sed ibi mansit usque ad pugnam ad Regillum lacum. Inde se, ait, Cumas contulit, atque ibidem mortuus est post annum. *Glar.*

Civitas] Oppidum potius. *Glar.*

Per quatuordecim annos] Usque ad pugnam ad Regillum lacum, quæ fuit anno quatuordecimo ab liberata urbe. *Glar.* Livius scribit, Tarquinium anno exilii decimo quarto Cumis mortuum, quo se ad Aristodemum Tyrannum contulerat. Nec aliter Dionys. Hal. Quod vero ad transpositionem Metaphrastæ attinet, quam in variis lectionibus notavi, pro Sylburgii sententia Historiæ convenientior esset hæc lectio: ὡς εἶδεν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς βασιλείας οὐ φερούντα κατὰ νοῦν (ἤδη γὰρ καὶ Πορσήνας σπονδὰς ἐποιήσατο πρὸς Ῥωμαίους, καταλαγεὶς τὸν Μούκιον, ἐπιβάλλοντα τῇ φλογὶ τὴν δεξιὰν εἰκόνα τε γενόμενον ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας τῶν Ῥωμαίων) ἐν Τουσκέλῳ, πολιχνίῳ τῆς Ῥώμης οὐ πόρρω, μεταστὰς οὗν τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς φιλτάτοις, τέσσαρες καὶ δέκα διετέλεσεν ἐνιαυτοὺς, ἐκεί τε κατεγήρασε. *Hearne.*

Cum uxore] Minore Tullia. *Glar.*

Consenuit] Paulo post mortuus Cumis. *Glar.*

Quarto anno post reges] Hoc quarto anno Livius omittit Consules, sed fuere Sp. Largius, T. Herminius: quo anno Romani prorsus quievere, inquit Dionysius. Hoc loco clarum evadit, tempore Eutropii, Livii exemplar, quod quarti anni Coss. Sp. Largium ac T. Herminium omittit, corruptum fuisse. Nam bellum Sabinum fuit quinto anno urbis liberatæ. Quo anno M. Valerius Sabinos vicit. Deinde biennio victi, quarto demum anno domiti sunt. *Glar.*

Quinto anno, Valerius] Septimo, secundum Dionysium. Deceptus est autem hoc loco librarius, quod putaret, annos fore continuos, ut hactenus: cum mox sequatur annus nonus. Cæterum Livius, anno sexto urbis liberæ, ait eum mortuum: sed deest ei annus quartus, per injuriam temporum. Est enim septimo anno mortuus, non quinto urbis liberæ, ut hic errat author. *Glar.* Error hic ex seqq. IV. Consul. patet. Poplicola enim anno VII. fuit IV. consul, non quinto. vid. Fast. *Verh.*

IV. *Coss.*] Qui sexto urbis liberæ anno quartum Consul fuit. *Glar.*

Fataliter] Dionys. Hal. V. 314. νοσήσας ἐτελεύτα, *morbo periit.* Gellius enim XIII. 1. ex Cic. Phil. I. 4. Virgil. Æn. IV. 696. opponit *fatum* morti violentæ et inopinatæ. *Cell.* Optime hæc interpretatur Pæanius: τὸ κοινὸν ἐπέρασε τέλος· quod Noster infra VII. 8. 'Obiit morte communi.' *Fatum* pro *morte* simpliciter Ovid. ad Liviam V. 357. 'Fata manent omnes.' 'Fato fungi' pro *mori* Quinctil. III. 7. Decl. 'Fato concedere,' Plin. in Paneg. *Fataliter* igitur naturali morte. Græcis θάνατος· unde Vellei. Paterc. hanc mortem violentæ neci opponit, II. 4. 'Seu fatalem, ut plures, seu conflatam insidiis, ut aliqui prodidere memoriæ, mortem obiit.' Ubi vide Comm. et plura in indice. *Verheyk.*

Collatis a populo] De publico elatus est, inquit Livius. *Glar.*

Ut collatis a populo nummis] Glareani melior interpretatio, quam Fabri, qui (in Ed. Minori) ex hoc veteri exemplo, si tale quidquam, quod sæpius accidit, in historia occurrat, non inopia, sed honoris caussa factum fuisse censet, ut viri magni sepelirentur: dum certe hoc loco contrarii evincunt, quæ præcedunt, *adeo pauper.* Verh.

Sumptum habuerit sepulturæ] Copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset. *Glar.*

Luxerunt] Deposito auro ac purpura. *Glar.*

CAP. 12. *Nono anno post reges*] Ab urbe liberata. Nono quidem anno gliscebat Latinum bellum. Decimo Fidenæ obsessæ, et proditio in urbe tentata ab Tarquinio: sed oppressa feliciter. Undecimo duravit adhuc Fidenarum obsidio. Duodecimo captæ Fidenæ, et omne Latium in Romanos conjuravit. Et Dictator primus creatus T. Largius. Cæterum Eutropius sequitur Livium, qui nono anno U. liberæ ait Dictatorem primum creatum, quem Dionysius anno XII. urbis lib. creatum asserit. *Glar.*

Gener Tarquinii] Manilius. *Glar.*

Nova Romæ dignitas] Cum anno primo liberatæ urbis P. Valerius Publicola de regni affectatione in suspicionem venisset, legem de provocatione a Coss. ad populum tulit. Porro cum anno XII. ab eadem liberata urbe gliscens bellum a Latinis immineret, ac delectus haberetur, paupere ac ære alieno oppressi, quorum magnus erat numerus, nomina dare abnuebant, quos cogere non poterant: Senatus novam dignitatem excogitavit, a qua non esset provocatio, Dictaturam nomine, revera tyrannidem temporariam, sed occultam. Qui dictator erat, potestatem habebat vitæ ac necis in omneis civeis. Illi omnes magistratus subjecti erant. Ea potestas durabat ad sex menses: qua deposita, cogebatur qui eam gessisset, rationem omnium actorum dare populo. Et veteres quidem Romani raro ultra aliquot menses, imo sæpe in aliquot dies tenuerunt; nec unquam ea abusi sunt; usque ad Cornelii Syllæ tempora, qui eum honorem invidiosum fecit, nec id absque causa: nam is honor paulo post sub Julio Cæsare, qui perpetuum se dictatorem fecerat, Romanum evertit imperium, post cujus mortem Dictatura in perpetuum abrogata reliquit veram imperatorum tyrannidem. *Glar.*

Dictatura appellatur, major quam consularis] Dion. Hal. v. 336. Dictator dicitur μόναρχος πολέμου τε καὶ εἰρήνης, καὶ πάντων ἄλλου πράγματος αὐτοκράτωρ. Ipsa vero potestas usque ad Syllam erat ἑξάμηνος, *semestri spatio conclusa*: et insignia XXIV. fasces sive secures cum totidem lictoribus. *Cell.*

Consulatus] Pro vulg. *consularis* edidit Merula, quem, quia plures Codd. Mss. præeunt, secuti sumus. *Verheyk.*

Eodem anno] Nono, secundum Liv. sed XII. juxta Dionys. *Glar.* Num nono post reges exactos, an duodecimo anno hoc factum sit, incertum est. Hæc Dionysii Hal. v. 76. illa Livii II. 18. sententia est. Vid. ibi V. D. et Sigon. in Fast. Si autem accurate loquemur, non tantum *eodem anno*, sed *eodem tempore* Magistrum Eq. creatum fuisse, dicendum: nam simul Dictator a consule nocte silentio dictus erat, statim is Magistrum Eq. dicebat; quemadmodum varia huc facientia in Dissert. de Dictatore P. R. quam huic Auctori forsan adjungemus, ostensuri sumus. *Verh.*

Magister Equitum factus est] Romæ nunquam factus est Dictator absque Magistro equitum, inquit Dionysius ad quinti libri finem. Quanquam in Livii codicibus aliquando hoc est neglectum. *Glar.*

Magister equitum] Dionys. fin. 5. οὐδεὶς διετάτωρ χωρὶς ἱππάρχου τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν: *nullus dictator imperium absque magistro equitum gessit.* Cell.

Obsequeretur] Audiens esset. *Glar.* Illustre exemplum habes infra II. 4. Semel, et extra ordinem, æquata potestas M. Minucio in 2. Punico bello, sed infeliciter. Vid. Livium XXII. 26. seqq. de quo et vetus inscriptio exstat apud Grut. p. 406. n. 7. Q. FAB. MAX. DICTATOR....MAGISTRO EQUITUM MINUCIO, QUOIUS POPULUS IMPERIUM

CUM DICTATORIS IMPERIO AEQUAVERAT. *Cell.*

Tranquillitas vestra] Imperio Romano tres simul hi præfuerunt, Valentinianus et Valens fratres, et filius Valentiniani Gratianus. *Vinet.* et *Cell.* Forte *nostra* legendum, vel *vestra*, hoc est, Valentiniani et Valentis Imperatorum. *Glar.* Plurali numero propterea usurpatum videtur Vineto, quia tres simul eo tempore præfuerunt Romano imperio, Valentinianus, &c. quomodo intelligi etiam potest, quod Rufus dicit, *in ortum perennitatis vestræ.* Sed sciendum forma illius temporis scriptores in Imperatoriæ majestatis compellatione haud infrequenter plurali numero esse usos: ut cum ex aliis manifestum est, tum ex Julio Capitolino, qui Veri Imperatoris vitam Diocletiano inscriptam sic claudit: 'Cum adhuc post Marcum, præter vestram Clementiam, Diocletiane Auguste, Imperatorem talem nec adulatio videatur potuisse confingere.' *Sylb.*

Maxime cum Augustus quoque] Gratianus fuit quidam ex Pannonia, ut inquit Sextus Aurelius, Funerius dictus, quod venalitium funem portanti, quinque milites nequirent extorquere: eo merito ascitus in militiam, usque ad præturæ prætorianæ potentiam conscendit. Hic Gratianus duos habuit filios, Valentinianum et Valentem. Valentiniano patris gratia conciliavit Imperium. Sed mox fratrem Valentem accepit in imperium socium, ac anno inde tertio filium Gratianum in Augustum, cum vix in Cæsarem creare debuisset. Hoc nunc Eutropius subobscure innuit: erat enim olim Imperator, ac Cæsar, ut hodie apud Germanos, der Roemisch Ketzer und der Roemisch Kunig. *Glar.*

Octavianus] Octavius. *Glar.*

Augustus Octavianus] Deprecatus est dictaturæ honorem a populo oblatum, Suet. 52. utpote quem post C. Julii Cæsaris necem M. Antonius lege lata funditus e repub. sustulerat. Cic. Philipp. I. 1. Appian. 3. Civil. Et quanquam Antonii acta rescinderat ipsa, tamen oblatam *τὴν δικτατωρίαν οὐ προσήγετο, non admisit, ὀρθῶς τό τε ἐπίφθονον καὶ τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως ἐφυλάξατο, nominis invidiam prudenter declinans.* Dio Cass. lib. LIV. ineunte. Noster autem videtur hausisse ex Flori l. IV. extremo. *Cell.*

Postea] In Cæsarum ordine. *Glar.*

Cæsar] Julius. *Glar.*

Sub dictaturæ nomine] Summam potestatis prætextu, cum essent veri oppressores Reipublicæ. *Glar.*

Primus fuit Largius Magister equitum] T. Largius dictator creatus ob timorem belli Latini, non tamen gessit bellum. Nam cum ipse anno 12. ab Urbe libera creatus esset, decimotertio induciæ fuere. At decimoquarto congressi Latini cum Romanis, ducibus duobus Tarquiniis 'Sexto ac Tito, ac Octavio Mamilio' Romani A. Posthumium dictatorem novum crearunt, qui ad Regillum lacum cum Latinis conflixit. In qua pugna periere Sex. Tarquinius et Octavius Mamilius: vulneratus et Titus. A Romanorum parte, T. Ebutius Magister equitum vulneratus: occisi tres Valerii, Marcus et duo Publicolæ filii: item T. Herminius. *Glar.*

Largius] *Lartius* legendum. vid. Vir. D. ad Liv. II. 10.

CAP. 13. *Sexto decimo anno post*] Dionys. lib. VI. hunc annum facit ab U. C. 260. Anno decimo urbis liberæ cœperat seditio, sed oppressa erat fœliciter per Servium Sulpitium Camerinum. XII. rursus prorumpebat, suspensa autem debitorum judicia continuerunt plebem. Decimoquarto anno fuit pugna ad Regillum lacum contra Latinos, postquam proximo anno nexi commoverunt urbem. *Glar.*

Seditionem populus Romæ fecit] Scribendum potius erat, *plebs Romæ fecit*,

contra Patricios videlicet. Cæterum lege XII. Tabularum et ante eas Romæ latas jus erat, qui creditori non esset solvendo, ut ejus corpus in temporaneam creditori servitutem addiceretur. Sed cum usuræ tam magnæ essent, ut nemo si semel caperetur, illis se extricare posset, ac multi necterentur, tum qui nexi essent indigna liberis hominibus paterentur, res in rabiem vertit. Nam anno XV. ab lib. urbe, magno natu quidam cum omnium majorum insignibus se in forum projecit, ac post multum plebeiorum colloquium, quo omnibus modis patriciis ac senatoribus invidiam movit, ita ut tota urbe discurreretur, nexi se undique in publicum proripiunt, implorantque Quiritium fidem. Commota itaque plebe, ut vix consulum majestas arceret iras hominum, frequenti Senatu, apud quos tum non modo inter Patres, sed ne inter Consules quidem ipsos satis conveniebat, tandem ad placandam plebem missus est Servilius Cos. qui eam mitigavit hoc edicto: Ne quis civem Romanum vinctum aut clausum teneret: neu quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet, liberos nepotesve moraretur. Hoc proposito edicto, nexi nomina dabant; magna ea manus fuit: neque aliorum magis in Volsco bello virtus atque opera enituit. Cum tribus Popilis, paucis admodum diebus, Cos. Servilius conflixit, Volscis, Sabinis ac Aurunci. Hæc acta sunt anno 15. ab urbe libera. Porro 16. maturavit seditio, cum plebs fœnore solvi vellet, Senatus autem tergiversaretur, bellum Sabinum instabat, ac Æqui novi hostes: urbs ipsa secum dissidebat. Senatus varios quærens modos, tandem dictatorem Appii consilio creavit L. Valerium, cujus promissionem secuta plebs egregiam bello navavit operam. Verum bello perfecto, cum Senatus promissa non præstaret, et Valerius oratione ad populum habita, luculenter ostendisset, per eum non stare, maturata est seditio, cum Coss. rursus educerent exercitum, rati milites vetere juramento detineri: at illi a Sicinio quodam Bellute persuasi, sublatis signis in montem Sacrum secesserunt: ibi legationibus hinc inde missis, et Agrippa Menenio Æsopico apologo plebem reducente, eo ventum est, ut Senatus concederet plebi suos magistratus sacrosanctos, qui Tribuni vocarentur, ac plebi adversus Senatum auxilio adessent. Primi quidem V. fuerunt, L. Junius Brutus, C. Sicinius, C. ac P. Licinii, et C. Icilius Ruga. De nexis S. C. factum: qui solvendo non essent, iis æs alienum omne remissum, corpora omnia libera facta. Tempus secessionis, post æquinoctium autumnale cœptum, duravit usque ad Idus fere Decembris, trium mensium spatio. *Glar.*

Tum et ipse sibi Tribunos] In multis urbibus hodie est ista potestas: Basileæ, Coss. novus et vetus; et duo Tribuni novus et vetus. Coloniæ autem Agrippinæ, fere magistratus hodie sunt, ut Romæ olim. *Glar.*

Tribunos plebis] Duos, quos Anna F. memorat, sibi tres collegas adsumsisse, Livius testis est, II. 32. sed vide ibi Cl. Duker. At Dionys. et Plut. quinque ab initio factos dicunt. Vid. Sigon. ad Ann. CCLX. in Fast. De *judicibus* an *vindicibus* nimis anxie disserentes V. D. vid. Cl. Arntzen. de Civit. Paulli. et ad Aur. Vict. V. I. 18. Havercamp. in Præfat. et hic Gruner. *Verheyk.*

CAP. 14. *Sequenti anno*] XVII. urbis liberatæ, nempe Coss. Cassio et Posthu. sedata est et composita inter plebem ac Senatum dissensio. Eo quoque anno magna Romanorum victoria de Volscis fuit: et Coriolis oppugnatis, magnam ex eo bello gloriam tulit Cn. Martius, Coriolanus inde dictus. Eodem anno etiam Agrippa Menenius est mortuus, adeo pauper, ut sumptus funeri deferendo non es-

set. Extulit eum plebs, sextantibus in capita collatis, inquit Livius. *Glar.*

Volsci bellum] Addunt vulgo *contra Romanos*. Quæ verba omisimus cum Mernia, qui Schonovium secutus est. Consentit Metaphrastes. *Cell.*

Victi et capti] A Posthumo Cos. Al. *et victi acie, etiam Cor.* Glar.

Coriolos] Quasi caput Volscorum. *Glar.*

Coriolos] Vide Plutarch. in Coriol. p. 216. Dionys. VI. 92. Liv. II. 33. Vict. V. I. 19. *Verheyk.*

CAP. 15. *Octavo decimo anno*] Cuspinianus notat, errorem hic esse codicis; ac pro XVIII. scribendum esse XIX. quam supputationem sequitur etiam Sigonius de *Cos. a.* CCLXVI. *Sylb.*

Expulsus ex urbe Cn. Martius] Cum anno XVII. a libera urbe sedata esset gravis illa seditio, quam secessionem nominabant, ac Patricii coacti essent plebi suos permittere magistratus, eo adhuc anno strenue pugnatum est in Volscos, et capti Corioli, præcipue Cn. Martii viri patricii opera, unde et Coriolani nomen ei datum. Proximo inde anno, nempe decimo octavo, magna fames invasit urbem, quod sementis priore anno neglecta erat secessione illa, quæ toto autumno duraverat, quando potissimum fit satio. Missi frumentatores in diversas nationes, male accepti a vicinis; tandem anno decimonono ex Sicilia multum frumenti allatum est. Ibi Patricii, et in primis Coriolanus, hostis Tribunitiæ potestatis, venisse tempus putabant premendæ plebis, recuperandique jura, quæ extorta secessione ac vi patribus essent. Ipse Coriolanus oratione in Senatu habita, de premenda plebe, tribunis occasionem dedit accusandi eum tyrannidis, quasi depeculatorem publicorum bonorum. Dies igitur ei dicta est a Tribunis, ut se apud populum excusaret, aut in exilium iret. Die dicta, cum non adesset, damnatus in Volscos exulatum profectus est, minitans patriæ, hostilesque jam tum spiritus gerens: ut inquit Livius. Cæterum Eutropius in annis cum Livii codice errat. Decimooctavo enim anno cœpit seditio cum Coriolano: decimonono solum vertit: deinde biennio post ipse bellum cœpit adversus patriam. Denique vicesimo secundo anno ab urbe liberata, finitum est cum eo bellum: quo anno et ipsum perisse perhibent. Postremo, ut depravate hoc loco Q. *Martius* legebatur, ita et in Græco Dionys. codice *Cajus* pro *Cnejus* male legitur: quidam tamen Martiorum prænomen C. non Cn. esse contendunt. *Glar.* Marcii prænomen *Quintus* in libro de Viris Illustr. et apud Jornandum est *Cnæus*. Apud Plutarch. vero *Cajus*; quem sequitur Sigonius *de Cos. a.* CCLX. et *a.* CCLXII. *Sylb.*

Quintus Marcius] Γάϊος Μάρκιος. Plutarcho. *Glar.*

Quintus Marcius] De nomine *Quinti* vide quos laudat Cl. Arntz. ad Vict. V. I. 19. *Caji* præferendum docet Sigon. ad Ep. Liv. l. II. et Drak. ad c. 33. et sic præter Liv. etiam Plut. et Dionys. *Marcius* autem per *c* potius quam *t* scribi, ibidem disces, et sic Codd. aliquot nostri, sed non optimæ notæ. *Verheyk.*

Qui Coriolos ceperat] Quum Corioli obsiderentur, Marcius potissimum auctor fuit, ut ea urbs caperetur, et hinc virtute sua non parum Consulis famæ detraxit. Liv. II. 33. *Verheyk.*

Iratus] Patriæ Romæ irascens. *Glar.*

Romanosque vicit] Romanorum oppida cepit, sed nunquam cum eis conflixit. *Glar.*

Romanosque sæpe vicit] Recte Glareanus negat, a Marcio Romanos sæpe victos, sed auctor respicit ea, quæ melius Liv. II. 39. 'Circejos profectus, primum colonos inde Romanos expulit, liberamque eam urbem Volscis tradidit: inde in Lati-

nam viam transversis tramitibus transgressus, Satricum, Longulam, Polusciam, Coriolos, novella hæc Romanis oppida ademit. Inde Lavinium recepit: tunc deinceps Corbionem, Vitelliam, Trebiam, Lavicos, Pedum cepit,' &c. quæ Anna persequitur: unde vides Vict. c. 19. V. I. ut eadem D. femina ibi observat, errasse, qui hoc ad *quartum lapidem* factum prodat. *Verheyk.*

Oppugnaturus] Metaphrastes, pro more suo, a mente auctoris, atque adeo cæterorum historicorum, discessit; quam ob causam Sylb. (ut in Var. lect. ad Græcum Textum notatum est) hoc loco pro ἔφη reposuit ἤμελλε. Et tum omnia constant. Aptior tamen esset hæc versio: καὶ πολιορκῆσαι τὴν πατρίδα μέλλων, τοὺς εἰρήνην ἀναγγέλλοντας, πρέσβεις ἀπωσάμενος, εἰ μὴ ἥ τε μήτηρ αὐτοῦ Οὐετουρία καὶ ἡ γαμετὴ Οὐολουμνία πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως ἦλθον. *Hearn.*

Legatis] Minutio misso U. C. 265. deinde et sacerdotum turba. *Glar.*

Mater Veturia et uxor Volumnia] Sic est apud Liv. II. 40. Vict. V. I. 19. aliosque. Sed Plutarch. inverso ordine matrem *Volumniam*, uxorem *Veturiam* vocasse ad Vict. observat Schottus. *Verheyk.*

CAP. 16. *Cæsone Fabio et Tito Virginio*] Sic hi appellantur consules apud Livium et Dionysium. Libri vero nostri omnes habent, *Cajo Fabio* (nisi vetus *Grajo Favio*) *et Lucio Vergilio Coss.* Porro his quidem consulibus, a Fabiis (unus ex iis erat prior consulum) susceptum bellum, sed accepta clades tertio post anno, C. Horatio, T. Menenio Coss. Trecentos autem hic Fabios posuit pro trecentis et sex, quod habent Livius, Dionysius et alii. *Vinet.* Forsan natus error e commutatis prænominum notis compendiariis, C. pro K. qua de re vide Sigon. p. 345. 42. *Sylb.* Hic majores annorum saltus facit author, ac majores adhuc in sequentibus multa omittens. Cæterum anno 28. liberatæ urbis, qui proximus fuit post Coriolani mortem, Hernici victi sunt: ac Volsci proximo deinde anno, qui erat ab urbe condita 268. Lex agraria a Sp. Cassio ter Cos. lata est in plebis gratiam. Ager enim publicus sanguine omnium civium acquisitus, possidebatur a privatis hominibus, maxime a patriciis, per injuriam plebis. Lex nunquam deinde usque ad Augusti tempora sine maximis rerum motibus agitata. Cui maxima vi restiterunt omnes senatores ac patricii, ut Cassium in crimen affectatæ tyrannidis productum interficerent. Hæc lex Romanum evertit imperium, quando Gracchi eam perferre, ac post eos Marius conati, civile bellum induxerunt. *Glar.*

Cæsone Fabio et Tito Virginio] Sic, vel etiam *Kæsone*, &c. recte scribi Consulum horum nomina ostendunt V. D. ad Liv. II. 14. ubi eadem Codd. quæ hic exhibetur, varietas occurrit. *Verheyk.*

Trecenti nobiles homines] Dionys. lib. IX. ait, 4000. omnino fuisse, connumeratis clientibus, necessariis ac amicis. Sed ipsorum Fabiorum 306. Simile de Leonida Lacedæmoniorum rege refert Herodotus lib. VII. *Glar.*

Trecenti nobiles] Ita etiam in Floro I. 6. olim legebatur, sed a Freinshemio mutatum. Rotundum quoque numerum habet Seneca de Benef. IV. 30. cum proprie (ut fabula sonat) CCCVI. fuerint. Liv. II. c. 49. et Ovid. Fast. II. 169. Ficta hæc esse, jam docuit Dionys. Halic. l. IX. p. 581. Vid. Cl. Peris. Anim. Hist. c. 5. adi et Drak. ad Liv. d. l. *Familiam* hic pro *gente* poni, ut Doct. Femina observat, ex aliis satis liquet, et ipso Livio, qui eodem c. 49. nunc *gentem*, nunc *familiam* usurpavit. Vide hic Grun. *Verh.*

Ex Fabia Familia] Anno ab urbe condita 271. ortum est Vejens. bellum, quod deinde ad 90. propemodum duravit annum, interjectis nonnumquam indutiis. Cum autem an-

no ab urbe condita 277. cum multis populis bellum esset populo Romano, cum Vejentibus autem neque pax neque bellum, res proxime in formam latrocinii venerat. Legionibus Romanis cedebant in urbem; ubi abductas senserunt legiones, agros incursabant, bellum quiete, quietem bello eludentes: ita neque omitti tota res, neque perfici poterat. Tum Fabia gens Senatum adiit, Vejens. bellum deposcens: quod privato sumptu gerendum sumpserunt. *Glar.*

Vejentes] Quorum urbem 18. milliario a Roma, id est, itinere quatuor horarum et ½ distare, supra in Hostilio dictum est. *Glar.*

Omnes nobiles] Fabii. *Glar.*

Et qui singuli] Hic locus a Viris D. ad Liv. II. 49. expenditur, quo adi. Totam hanc historiam falsam esse, quam Auctor persequitur, *unus omnino*, &c. docent Dionys. d. l. Viri D. ad Liv. d. l. et Cl. Periz. *Verheyk.*

In prælio conciderunt] Fabii cum per duos annos rem strenue gessissent, tandem insidiis Vejentum periere, XV. Kalendas Sextiles, id est, XVIII. Julii, quo die ad Alliam flumen Romani aliquanto post cæsi a Gallis sunt: unde diem illum Alliensem vocarunt, insignem rei nulli publice privatimque agendæ: ut initio libri VI. ab urbe condita narrat Livius. *Glar.*

Unus omnino superfuit] Vide hunc authorem in stolida opinione fuisse, a trecentis illis viris, præter unum, nullam prolem fuisse Romæ relictam: in quo errore sequitur cæcum Livium. Quis enim credere possit CCCVI. viros, divites et nobiles, nullas post se reliquisse proles, saltem impuberes? Eleganter refellit hanc Livii rationem Dionysius lib. IX. *Glar.*

Post hæc census] Anno XVIII. post cæsos Fabios, ab urbe cond. 296. Meminit Livius in lib. III. qui ait civium censa capita 132. millia, et CCCXIX. *Glar.*

Civium capita CXIX. *millia*] In hoc lustro Livius [l. III.] asserit censa fuisse CXXXI. CC. CCCXIX. Ad cujus supputationem Eutropium emendandum esse, nullus dubito. Reperiuntur enim codices, in quibus tam in libro III. quam in ejus Epitome numeri nihil inter se discrepant, ut de illorum fide dubitandum non sit. Vide Pighii Annales Rom. Tom. I. p. 127. *Hearn.*

Civium capita CXIX. *millia*] Miror, ita a Viris D. etsi secus monentibus semper editum. Pæanio Ἀνδρῶν ἑκατὸν καὶ ἕττα χιλιάδες καὶ ΤΡΙΑΚΟΣΙΟΙ καὶ ΔΕΚΑ καὶ ΕΝΝΕΑ. Unde Hoviana Editio addit *trecenti decem et novem*. At ex diversis Livii Codd. Mss. III. 24. nostris adsentientibus, mavult legere ibi et hic Cl. Drakenb. *capitum* CXVII. *millia* CCCIX. Sed CXIX. *millia* nobis magis placet; quia bene plures Codd. exhibent, et Pæanius in numero passim errat. *Verheyk.*

CAP. 17. *Sequenti anno*] Scil. post censum factum, nempe anno ab urbe cond. 296. *Glar.* Recte Viri D. monent, Cincinnatum Dictatorem fuisse creatum A. U. CCXCIV. sub consulibus, quos A. Fabri memorat. vid. Comm. ad Liv. d. l. *Verheyk.*

In Algido] In Jordanis exemplaribus Mss. *Alsium*. Ptolemæo, νεὸν κάστρον, πύργοι Ἄλσιοι. Stephano Ἀλγίδος, quod *Algidum*. Sed aliud *Alsium*. Hearn. Algidus mons et Algidum oppidum Latinorum fuit. Opportunum situm ad claustra agri Latini inter varios montium tractus, describit Holstenius ad Cluver. Ital. p. 158. *Cellar.*

Ab urbe duodecimo] Itinere trium horarum, post Tusculum. *Glar.* Holstenius d. l. legendum censet *duodevicesimo*. Sed vetus error vel auctoris vel describentis, quia metaphrastes etiam *duodecimo* legit. *Cell.*

Obsideretur] Sub L. Minutio Cos. *Glar.*

Romanus obsideretur exercitus] Recte, quamquam pro *Romanus* in Cod.

Lugd. 1. *magnus* datur. Forte librarius loco præcedentis cap. ‘ Qui singuli magnorum exercituum duces,’ &c. vel Livii de eodem hoc bello *magni duo exercitus* deceptus fuit. *Romanum* quod Livio frequens, differentiæ caussa. ‘ Eo forte tempore Camillus cum exercitu *Romano* intervenit.’ Liv. VI. 3. ‘ Legati ab Roma questum venerunt injurias .... eos Æquorum Imperator, quæ mandata habeant ab senatu *Romano*, ad quercum jubet dicere.’ L. III. c. 25. Sic ‘ Dictator Romanus’ Livio II. 29. 24. ‘ Consul Romanus’ c. 30. &c. Pæanio ὁ Ῥωμαϊκὸς στρατὸς συνεκλείσθη. *Verheyk.*

L. Quintius Cincinnatus] L. Quintius Cincinnatus nobili familia filium habuit Cæsonem, in exilium actum, ob nimiam (ut Livius inquit) libertatem: ut Plinius de Viris illustribus, ob nimiam arrogantiam: idque cum patris voluntate. Sed Livius id negat. Utcunque sit, certe pater pro decem vadibus coactus est solvere triginta millia æris, id est, 300. coronatos: unde eo redactus est, ut divenditis omnibus bonis, aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus, devio quodam in tugurio viveret. Deinde Cos. factus anno ab U. C. 294. P. Valerio in Capitolio Herdonii tumultu cæso suffectus, ex agro vocatus, cum lachrymis proloquutus: Ergo (inquit) hoc anno agellus mihi non seretur, et de victu periclitabimur. Cæterum cum post consulatum bene administrata republica in agrum rediisset, ac anno ab U. C. 296. ab Æquis L. Minutius Cos. cum exercitu Romano obsideretur, et opus esset dictatore, rursus ad eum itum est. Ibi tum quoque questus, ut antea: Periit, inquit, hujus quoque anni fructus, propter meas occupationes. Porro Dionysius lib. XII. mira de hujus viri continentia prædicat. Cum Senatus ei ex præda parta multa offerret, ut suam levaret paupertatem: tantum eorum voluntate laudata, nihil eorum recipere voluit, sed in suum se recepit tuguriolum, operariamque vitam regiæ prætulit: magis sibi paupertate placens, quam alii omnes divitiis. *Glar.*

L. Quintius Cincinnatus] Κόιντιος etiam Pæanio, non *Quintus*. Vid. V. D. et de *Cincinnati* nomine ad Liv. III. 12.

Qui agrum] Quæ prata Quintia sunt dicta. *Glar.*

In opere] Agricultura. Sic etiam Florus I. 11. 13. Justin. III. 3. 6. Ovid. Metam. VII. 540. Et de Scipione Africano Seneca Epist. 86. ‘ exercebat,’ inquit, ‘ operose, terramque, ut mos fuit priscis, ipse subigebat.’ *Cell.*

Arans] Seu fossam fodiens bipalio innixus, seu cum araret: operi certe, id quod constat, agresti intentus, inquit Livius. *Glar.*

Sudore] Et pulvere. *Glar.*

CAP. 18. *Anno trecentesimo et altero*] Ita libri nostri. Apud Livium eadem locutio, sed sine *et*. Vinet.

Anno CCC. *et altero ab urbe condita*] Dionysius Halicarnasseus l. X. ab initio scribit, Romanos ad annum usque 293. absque scriptis vixisse legibus: sub regibus enim lites regum arbitrio dirimebantur. Porro ad Coss. idem juris reddendi munus devenerat. Vulgus negociatorum ac agricolarum, talium rerum imperitum prorsus erat. Hoc igitur anno C. Terentillus Arsa, ut Livius nominat in 3. legem tulit, ut Quinque viri crearentur legibus de imperio consulari creandis: quod populus in se jus dederit, eo Coss. usuros, non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. Hæc contentio duravit ad nonum annum, nempe 301. ab urbe condita, quando missi sunt Athenas nuncii legibus Solonis conscribendis. Ii redierunt anno 302. quo anno Decemviri creati sunt legibus scribendis, quibus populus Romanus in posterum nteretur: tum omnibus aliis magistratibus abro-

gatis, facta potestas sine provocatione, magno Romanorum malo, ut postea patuit. Sane trecentesimo altero anno finito, desiit consulare imperium. At anno trecentesimo tertio, cœpit Decemvirale imperium. *Glar.* Livius quoque III. 33. hunc annum vocat 'trecentesimum alterum.' Conf. Dionys. Hal. lib. X. et Sigonii Fast. Consul. p. 58. *Cell.*

Et altero] Secundo finito. *Glar.*

CCC. *et altero*] I. e. CCC. et secundo. Livius quoque III. 33. hunc annum vocat 'trecentesimum alterum.' Adde Sigonii Fast. Consul. p. 58. Metaphrastes quidem heic et infra. VII. 9. 11. vertit εἷς, *unus;* sed *alterum* in his formulis *secundum* esse, ex Dialogo de Oratoribus liquet c. 34. extr. ubi distinguuntur *uno et vicesimo* et *altero et vicesimo*. vide Gifanii Observ. L. p. L. 17. *Cellar.* Non convenit inter viros Doctos, *alter* in quibusdam locis scriptorum veterum *primus* sit, an *secundus:* ut observat Cl. Duker. ad Livii Ep. XLIX. solidisque argumentis ostendit, nunc pro *primo*, nunc pro *secundo* probatis scriptoribus in usu esse, quem ibi et Cel. Drakenb. consule, uti et ad lib. III. c. 33. ubi eadem locutione usus est Livius. Sed pro *primo* ibi, atque etiam hic, non sumi posse, evincunt Doctorum observationes. Nullius enim momenti hic Metaphrasis est, cui passim *alter* εἷς est, vel locis ubi contrarium lucide adparet: et dubito, an *alter* unquam Nostro sit *primus.* infra l. IV. c. 10. 'Sexcentesimo et altero,' ubi etiam ἐπὶ Pæanius. Sed pro *secundo* accipiendum ostendemus, et ad l. VII. c. 5. 'obiit [Nero] trigesimo et altero ætatis anno:' quod Suetonius c. ult. in V. 'obiit secundo et tricesimo,' &c. *Verk.*

Consulare] Quod bini Consules habuerant. *Glar.*

Pro duobus] Anno 302. ad finem ejus anni. *Glar.*

Haberent] Scilicet anno sequenti 303. Sed hi ad leges populo Rom. condendas præcipue sunt electi. *Glar.*

Decemviri nominati] Anno 302. creati Decemviri, anno 303. magistratum inierunt ac primo bene se gesserunt, editis in publicum X. tabulis in æs incisis. Sed cum plusculum juris deesset, in alterum annum rursus X. creati, ut duas adderent tabulas, sed ii finito eo anno conspirarunt, ut perpetuo essent Domini imperii Romani. Tertio igitur anno, non secundo, et Decemviri C. Sicinium Dentatum occiderunt, et Appius Claudius ingenuam virginem stuprare conatus est, subornato M. Claudio cliente suo, ut L. Virginii, qui tum pedes ordinem in Algido ducebat, filiam Virginiam in servitutem assereret. Id cum sedulo factum esset, ac ante judicem Appium notam fabulam ageret M. Claudius, per summam injuriam adjudicata est ei puella. Porro pater virginis cum videret puellam ad stuprum duci, impetravit ut cum ea verbum unum loqui posset: et cultro ab lanio arrepto, puellam transfigit: Hoc uno (inquiens) modo quo possum, filia, in libertatem te vindico, ac sic ad exercitum fugit, ubi auxilium invenit. *Glar.*

Bene egissent] Decem editis tabulis. *Glar.* Decem tabulas legum proponendo, quibus duæ postmodo fuerunt adjectæ, ut fierent XII. illæ Legum Tabulæ, fons omnis juris Romani. Livius III. 34. *Cell.*

Secundo anno] Secundo additæ duæ tabulæ, tertio in tyrannidem declinarunt: unus enim ex iis Ap. Claudius, &c. *Glar.*

Virginii] Lucii, plebeii quidem, sed probi viri. *Glar.*

Sustineret] Pati cogeretur. *Glar.*

Damnati sunt] Quidam in carcere sibi mortem consciverunt. *Glar.*

CAP. 19. *Anno trecentesimo decimo quinto*] Alias CCCVII. Vide Livium lib. IV. ab U. C. Exactis Decemviris, omnes veteres magistratus restituti

sunt, Coss. Ædiles ac Tribuni plebis, cœpitque plebs bis jam vim experta suam, audacius quam unquam antea, contra Senatum insurgere. Itaque anno 310. Canulejus Tribunus plebis legem novam promulgavit, de promiscuo connubio patrum ac plebis, quod diremerant in XII. Tabulis Decemviri: alii vero tribuni plebis alteram ferre conabantur legem, de altero Cos. ex plebe creando. Cum autem Canulejus vicisset, et Tribuni suam quoque perferre volebant, eoque tandem acerrima contentione ventum est, ut tres Tribuni consulari potestate crearentur promiscue, ex plebe et patribus, de Coss. creandis nihil mutaretur. Anno igitur sequenti, magistratum inierunt tres patricii Tribuni Cos. potestate: at tertio mense abiere magistratu, jussu augurum, qui eos vitio declararunt creatos. In quorum locum creati sunt II. Coss. L. Papirius, L. Sempronius: qui proximo inde anno, nempe 312. primi censores Romæ fuerunt. Qui magistratus per quinque annos morum disciplinæque regimen habuit. Penes eum erat Senatus equitumque decoris dedecorisque discrimen, publicorum jus, privatorumque locorum, vectigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio. *Glar.*

Auxilium præstabant] Fidenæ colonia Rom. ad Tolumnium Vejentum regem defecit, cæsis Romanorum legatis. Bellum adversus utrosque gessit Mamercus Æmilius, ac pugna egregia vicit. Cæsus Tolumnius, Fidenæ captæ post biennium. Mamercus censor censuræ spacium, v. annorum, in annum ac dimidium contraxit; post eum annum varie tum et Cos. et Tribuni Cos. potestate creati sunt. *Glar.*

Fidenæ sexto, Vejentes XVIII.] Antiquus liber pro VII. habet VI. Impressi, pro *Vejentes, Vejentum.* Legendum *Veji* fortasse: est enim id oppido nomen; unde *Vejens*, et *Vejentanus populus.* Vinet. Supra in Tullo Hostilio sexto milliario abesse dixerat. *Glar.* Vineti liber antiq. habet VI. uti et sup. quoque legitur. Rectius, opinor. Nam et Dionys. Halic. Fidenas Roma dissitas tradit stadiis quadraginta: id est, quinque passuum millibus, seu quinque milliariis: siquidem octo stadia unum conficiunt milliare; teste Plutarcho. *Vejentes* autem pro *Vejis* (id enim oppido ipsi nomen fuit) usurpatur etiam supra cap. 4. *Sylb.*

Vejentes] Recte Vinetus pro *Vejentes* legendum suspicatur *Veji:* cujusmodi vestigia servant duo Codd. Mss. Leid. *Vel. Vejentes* populus erat, *Veji* urbs: ut Vinetus notat, et Sylburgius, qui tamen male *Vejentes* pro *Vejis* a Nostro supra etiam cap. 4. usurpatum addit: ibi enim de populo, non de urbe agit. 'Hic [Hostilius] bella reparavit: Albanos vicit, qui ab urbe Roma XII. milliario sunt: *Vejentes* et *Fidenates*, quorum alii sexto milliario absunt... alii octavodecimo [*duodecimo* aliis placet: vide quos laudat Cel. Drakenb. ad Liv. v. 5.] bello superavit:' ut mirer, Eutropium pæne eadem verba in eadem re hic repetiise: quamquam hic urbes, earumque cives confundit; 'Fidenates... Vejentes... quæ ambæ civitates,' &c. mox, 'Fidenæ, Veji... conjunxerunt se his et Volsci:' unde, si per Codd. liceret, legere mallem *Fidenates et Vejentes.* Φιδηνᾶται καὶ Βέιοι Pæanio. Sic. c. seq. 'cepit et Faliscos, non minus nobilem civitatem.' L. II. c. ult. 'Bellum Faliscis intulerunt, quæ civitas,' &c. cum tamen urbs *Falerii*, Populus *Falisci:* (ut ibi A. F. monet, et ex Livio v. 27. discis:) ut videas familiarem Nostro locutionem. adde l. IV. c. 14. '*Corinthiis* quoque bellum indictum est, nobilissimæ Græciæ *civitati.*' Ibid. c. 17. 'Pompeius deinde consul a *Numantinis*, quæ Hispaniæ *civitas* fuit opulentissima, superatus,' &c. Ne-

pot. Milit. c. 8. ‘ Præter *Platenses*, ea [civitas] mille misit militum.’ *Verh.*

Veloci] Pæanio etiam Βολοῦσκοι: et sic omnes, quotquot vidi, Codd. tum manu tum typis exarati: ut pateat, Eutropii errorem esse, quem a Doctorum nemine visum miror: quum in ceteris scriptoribus de hoc tempore agentibus nulla *Volscorum* mentio fiat, sed ubique *Falisci* commemorentur. Liv. IV. 17. ‘ Nec ante in campos digressi sunt, quam legiones auxilio *Faliscorum* venerant:’ c. 32. M. Æmilius concione advocata se eundem Dictatorem esse ait, ‘ qui ante Vejentium Fidenatiumque adjunctis *Faliscis* ad Nomentum exercitus fuderit.’ Infra c. ult. ‘ Post eam cepit et Faliscos.’ Adde Flor. I. 12. *Verh.*

Regem perdiderunt] A. Cornelius Cossus, tribunus militum, Tolumnium regem prœlio interfecit. Livius IV. 19. *Cell.*

Fidenæ captæ, et excisæ] Hoc accidit A. U. CCCXXVIII. quum Fidenates iterum rebellassent Liv. IV. 28. &c. Vid. hic Gruner. At annus, quo Mamercus Æmilius Dictator, Fidenis a Quint. Servilio captis (Liv. ibid.), adversus eos creatus erat, fuit CCCXIX. ut accurate hæc observat Sigon. in Fast. *Verh.*

CAP. 20. *Post* XX. *inde annos Vejentani*] Bellum Fidenatium cœperat, ut paulo ante hic autor dixit, anno ab U. C. trecentesimo decimo quinto. At bellum Vejens cœpit anno CCCL. Hic ergo legendum, post XXXV. annos, non XX. annos. Cæterum Veji obsideri cœpti anno ab U. C. 350. cum præcedente anno primum Romæ datum ex publico stipendium. Obsidio ejus urbis in decimum duravit annum. Et tertio ejus anno M. Furius Camillus in magistratum venit. Quo anno primum hybernacula facere, ac sub pellibus durare milites assuevere, magna Tribunorum ira. Sed Appii Claudii ratione egregie discussa, multa Romani passi in ea obsidione, cladibus sæpe illatis, sæpe acceptis; decimo tandem anno Camillus dictator factus eam urbem cepit cuniculo. Urbs misere direpta, libera corpora in servitutem abducta, Camillus de ea triumphavit. Contentio mox incidit de Vejos migrandi consilio, cui magnates summe restiterunt. Vide Liv. lib. V. *Glar.* Vulgare *inde* cum Fuldensi expungo. *Cell.* Frustra hic Viri D. Eutropium errasse existimant: ‘ Vejentibus annorum viginti induciæ datæ sunt,’ Tribunis Militaribus Cons. pot. A. Sempronio Atratino, L. Quinctio Cincinnato, L. Furio Medullino, L. Horatio Barbato, h. e. A. U. CCCXXIX. Liv. IV. c. 35. et Fast. Cons. Almel. sed Sigonio CCCXXVIII. Anno autem CCCXLVIII. Liv. 58. P. et Cn. Corneliis Cossis, Numerio Fabio Ambusto, L. Valerio Potito, *Vejens bellum motum*. Si igitur induciæ CCCXXIX. datæ sunt, recte *post* XX. *deinde annos* Vejentani rebellasse dicuntur, h. e. post Fidenas excisas, quod factum ostendimus A. CCCXXVIII. Nostro etiam suum tribuunt Anna et Hearne, et bene de tempore, quo Camillus Dictator creatus est, monent. Sic Livii Epit. lib. V. ‘ Furius Camillus Dictator decem annos obsessos Vejos cepit.’ Male post Cellarium etiam Havercampus illud *inde*, vel *deinde* (quod a Librariis sæpe confundi, observat Cel. Drakenb. ad Liv. XXXVI. 24. qui hanc particulam historiæ passim inserit. Vid. ad l. II. c. 16.), delevit: *inde* præfert Merula, aliique. Nos Cod. Lugd. 1. secuti sumus, quod et Grunerus fecit. *Verheyk.*

Dis obsidens] Per decennium, nam 359. ab U. C. anno demum Veji sunt capti. *Glar.*

Post cepit et Faliscos] Valerii Thusciæ oppidum, sicut Veji, bello Vejenti vicinis adfuerunt auxilio contra Romanos. Igitur Camillus eos obsi-

debat: ibi ludimagister, consueto ante obsidionem more, cum pueris ante urbem obambulans (credat, qui velit), sermonibus variis fallens eos, tandem in Romana castra perduxit: prodens ita civitatem, quantum in ipso erat: ibi cum oratione facta pueros Camillo obtulisset, non magnifice acceptus, sed denudatus, ac manibus post tergum illigatis, reducendus Valerios datus est pueris, cum virgis, quibus proditorem agerent in urbem. Ad quod spectaculum commota civitas, Romanis ultro se dedidit. Hæc facta anno ab U. C. 361. Camillus invidia Tribunorum plebis propter prædam Vejentanam pulsus in exilium Ardeam est, magno paulo post plebis ac urbis desiderio. *Glar.*

Postea] Biennio proxime post Vejos captos. *Glar.*

Faliscos] Valerios, urbem Vejentibus vicinam. *Glar.* De *Faleriis*, ut hic notat D. Femina, vide quæ diximus c. præc. et de Urbe Cluver. It. Ant. L. II. p. 537. Notior autem hæc historia, quam ut eam urbem a Camillo captam credamus; quum diserte Livius l. v. c. 27. tradit, Faliscos permissu Camilli Legatos ad Senatum Romam misisse, qui Falerios dederent, quod Romanam fidem et Imperatoris justitiam experti essent, qui Ludi magistrum Patriæ proditorem reduci jussisset: ut modo observavit Glarean. *Verh.*

Ei] Camillo. *Glar.*

Quasi prædam] Qui decimam partem Apollini dari voluit, quod plebs valde ægre tulit. *Glar.*

Expulsus] Anno 364. Ardeam relegatus est in exilium. *Glar.*

Statim] Proximo mox anno, nempe 365. *Glar.*

Statim Galli Senones] Livius lib. v. ducentis annis ante quam Galli urbem ceperint, eos in Italiam transisse ait, temporibus Tarquinii Prisci. D. Ægidius Scudus longe antea, quod est verisimilius. Sub Prisco bini Celtarum fœtus emissi in alias terras dicantur: alter in Italiam, qui brevi regionem omnem inter Padum et Alpes occuparunt, Mediolanum, Comum, Brixiam, Tridentum, ac alia multa oppida condiderunt, paulo post etiam Tuscos ultra Padum habitantes pepulere. Qui Tusci, duce Rhæto, necessitate coacti, Alpium juga summa occuparunt, a quo duce *Rhætiæ* nomen descendit. Alter fœtus Celtarum in Hercinios saltus venit: Tectosages, ut Cæsar lib. VI. ait: unde hodie nomen comitatui a *Teck* in ducatu Vuirtenbergensi. Cæterum Galli, qui regionem inter Padum ac Alpes occuparunt, in tantum creverunt, ut omnibus gentibus, maxime vero Romanis, horror fuerint: subinde enim a transalpina Gallia nova plebs submittebatur: iidem ergo, nova adventante manu Senonum, Romam invaserunt, ac combusserunt. Sequentibus inde seculis sæpius cum Romanis conflixerunt: de quibus Polybius lib. II. ait, apud Romanos nihil tetrius, nihil horribilius fuisse: quibuscum bellantes, sæpius ita exercuerunt sese, ut contra omneis alios populos insurgere ausi fuerint. *Glar.*

A Roma] Vin. *ab urbe Romæ.* Cell.

Apud flumen Allium] In Sabinis est. Livius v. 37. 'Ægre ad undecimum lapidem occursum est, qua flumen Allia Crustuminis montibus prærupto defluens alveo haud multo infra viam Tiberino amni miscetur.' *Cell.*

Defendi] Ab incendio. *Glar.*

Capitolium] Arx urbis. *Glar.*

Dies obsedissent] Menses aliquot. Nam Serv. in VIII. Æneid. octo menses, Florus lib. v. sex, Plutarch. in Camillo septem menses durasse hanc obsidionem, scribunt. *Glar.*

Vicina civitate] Ardea. Nec Romæ, sed Ardeæ Camillus primum invasit vagabundos Gallos: postea dictator creatus etiam Romæ, cum aurum discessionis mercedem extorquerent, aggressus est. Livius v. 48. seqq.

Mox in Gabina via, octavo ab urbe lapide, delevit, ibidem c. 49. *Cell.*

Superventum est] Galli invasi sunt a Camillo, non Romæ, sed Ardeæ: meminit Liv. *Glar.*

Secutus eos Camillus] Jam Dictator factus. *Glar.*

Ut et aurum] Mille pondo sive libras auri. *Glar.*

Ut et aurum, quod his datum fuerat] Certum est, Gallos per dolum cæsos, ac in auri pensione deceptos, ac perfide omnia Romanos egisse. Proximo hercle anno post Vejos captos, non erat tantum auri in publico, ut octo talenta expedirentur. Hic vero, si diis placet, Capitolio inclusi mille pondo auri expediunt tam cito. Justinus lib. XLIII. ait Massilienses contribuisse ad hoc pondus, ut expediretur Gallis: Livius, nihil ea de re, sed ereptum Gallis ait: Suetonius in Tiberio, Drusum quendam multis ætatibus postea ex Gallia Romam hoc aurum retulisse scribit. Adeo nihil certi est in Romana historia. Et hic author plane vacillat, primum enim ait Gallos obsedisse Capitolium: deinde a Camillo Gallis superventum, gravissimeque victos. Postea tamen, accepto etiam auro, ne Capitolium obsiderent, recessisse, ac demum a Camillo occidione occisos. Sed non est necesse omnia hæc persequi, quæ aliquo modo excusari possunt. *Glar.*

Datum fuerat] Pro redemptione. *Glar.*

Signa] Unde Virgil. Æneid. lib. VI. 'Et referentem signa Camillum.' *Glar.*

Tertio triumphans] Quia primo de Vejis, iterum de Faliscis, ac tertio de Gallis. De Faliscis tamen dubito, et obscure innuit Livius. *Glar.* Hunc locum librariorum errore vitiatum esse suspicatur Pighius, Annal. Tom. I. p. 226. quod tamen nec ex codd. Mss. nec Metaphraste constat. *Hearn.*

Appellatus] A militibus, pater patriæ, conditorque alter urbis dictus. *Glar.*

Secundus Romulus] Inter militares jocos in triumpho ita vocatus. Liv. V. 49. Nec inter jocos modo, sed serio etiam 'dignus habitus, quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent.' Idem Livius VII. 1. *Cellar.*

LIBER II.

CAP. 1. *Anno* CCCLXV.] Tribuni militares Cos. potestate ideo facti erant, (ut dictum est,) quia plebs alterum Cos. ex plebe habere voluit: id ne fieret, patricii passi sunt promiscue creari Tribunos milit. Cos. potestate, qui tamen raro ex plebeiis fiebant. Tandem fessi plebeii, rursus redierunt ad rogationem illam, ut alter Cos. ex plebe fieret: quæ contentio duravit ad 389. annum, quando primum Cos. ex plebe creatus est L. Sextius. Cæterum hic in annis vehementer erratur: creati enim sunt primi Tribuni anno 311. ut dictum est: at secundi, anno ab U. C. 317. tertii 322. et deinde alternis annis jam Coss. jam tribuni mil. Cos. potestate; sæpius tamen Tribuni quam Coss. usque ad annum ab U. C. 389. quando primus Cos. L. Sextus (ut diximus) ex plebe creatus est. *Glar.*

Imo 366. ab U. C. Vide Liv. l. VI. non longe ab initio. *Glar.* Fallitur Eutropius, nec tum primum mutatæ dignitates. Livius IV. 7. 'Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat, primum Tribuni militum pro Consulibus magistratum ineunt.' Adde infra ad num. 5. et Sigonii Fastos Ann. CCCLXV. *Cellar.* Qui enim e Dionysio annum statuunt CCCXI. non animadvertunt, Livium ad initium horum Magistratuum, Dionysium ad exitum respexisse, ut accurate observat Cel. Drakenb. Sigonius in Fastis, quem Grunerus sequitur, ex Chronologia marmorum Capitolinorum Λ. edit CCCIX. sed in Chron. Liviano sui similis non est. vid. ib. Cl. Drakenb. Ceterum Suidas, ut Pighius ad hunc annum refert, ab his discrepat in V. Χιλίαρχος, annum statuens CCCXV. Errat præterea Eutropius: 'Post captam autem primo,' &c. ut Anna observat. Sed annus, quo Roma a Gallis Senonibus capta, fuit CCCLXIV. ut notat Henr. Valesius ad Liv. V. 40. *Verheyk.*

Dignitates mutatæ] Id 49. annis antea factum est. *Glar.*

Camillus eo anno Volscorum civitatem] Primum bellum Volscis motum fuit sub Tarquinio Superbo, in ducentos amplius post suam ætatem annos, ut ipse Livius ait in I. postea urbe libera, anno XV. At ab U. C. 259. rursus illis bellum motum, ubi plures C. sunt anni in utroque numero. Ex ipso igitur Livio error hujus numeri convincitur. Eutropius sequitur Livium, etiam in erroribus. *Glar.*

Volscorum civitatem] Gentem, societatem, ut apud Cæsarem sæpe. Nam in castris oppugnati, victi: nulla tum capta urbs memoratur. Livius VI. 2. *Cellar.*

Volscorum, Æquorum] Uterque populus in Latio fuit. Urbium nomen neque Livius expressit. *Cell.*

Quæ per septuaginta annos bellum gesserat] Camillus 'ad deditionem Volscos septuagesimo demum anno subegit.' Liv. VI. 2. quem erroris arguit quoque Glareanus, nec dubitat Cl. Drakenb. quin locus sit corruptus, quamquam alii eumdem numerum servant, ut præter Nostrum etiam Orosius III. 3. quos laudat. *Verh.*

Æquorum urbem] Livio, quem A. Fabri laudat, consentit Plut. in Camill. p. 147. Nostrum de more sequitur Orosius III. 3. Sed falsa hæc esse, ex Diodoro Siculo monet Drakenb. ad Liv. VI. 2. quem consule: et de Sutrinis hic A. F. et Hearn. *Verh.*

Et Sutrinorum] Hi socii fuerant Romanorum: ab Etruscis autem oppido ejecti, a Romanis, capto Sutrio Etruriæ urbe, restituti. Liv. VI. 2. *Cell.*

Sutrinorum] In Hetruria. *Glar.*

Tres simul triumphos egit] I. e. de tribus populis simul triumphavit. Vid. Pig. Annal. Tom. I. p. 230. *Hearn.* Recte Livius VI. 4. 'Camillus in urbem triumphans rediit, trium simul bellorum victor.' Pæanius etiam male: Τρεῖς ἐπὶ τοῖς τρισὶν ἔθνεσιν ἐπετέλεσε θριάμβους. *Verheyk.*

CAP. 2. *T. etiam Quintius*] Decem annis post priora. Bellum hoc magnifice describit Livius l. VI. Notandum autem, quod anno 370. ab U. C. nova Romæ seditio fuit, hac de causa. Nam ante quinquennium cum Galli Capitolium obsiderent, nocte sublustri tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. Anseres non fefellere, quorum strepitu excitus M. Manlius, strenue eos deturbavit, cui pro præmio universi selibras farris et quartarios vini contulerant, rem dictu parvam, sed in tanta omnium rerum inopia ingens charitatis argumentum. Hic invidia in Camillum motus, cum apud Senatum nihil adversus Camillum posset,

plebeiis adhæsit, alliciens malis artibus cives, largiendo, promittendo, æs alienum solvendo, ut de affectatione regni jam suspectus in carcerem conjiceretur, e quo dimissus spe emendationis, cum pejor fieret, dies ei dicta ad populum est. Ibi damnatus, de saxo Tarpeio dejectus est, ann. U. C. 371. sed mox magnum ejus desiderium ortum, cum nullum ab eo periculum esset. *Glar.*

Cum bello venerant] Ita lego fide omnium Codd. Lugd. Bat. Sic infra III. 14. Cod. Lugd. I. ' *Cum* ingenti gloria Romam regressus est.' c. 18. ubi Codd. nihil variant, ' Is *cum* ingenti gloria venit.' IV. 18. ' *cum* ingenti pompa rediit.' *Verh.*

Prænestinos] Civitatem in Latio. *Glar.*

Ad flumen Alliam] Ubi prius Romani a Gallis fuerant victi. *Glar.*

Et civitates] Octo oppida Prænestinorum, et Velitras coloniam. *Glar.* Octo fuerunt sub ditione Prænestinorum. Livius VI. 29. *Cell.*

Et civitates] Hanc lectionem rejecimus, et fide omnium Codd. tum Hearnei, tum Lugdun. (si primum exceperis) Auctori suum tribuimus: propterea quod Livius, quem Eutropium ubique imitari sæpius ostendimus, VI. 29. numerum expressit. ' *Octo* præterea oppida erant sub ditione Prænestinorum, ad ea circulatum bellum.' Si non *novem* fuerint. Vid. Cel. Drakenb. d. l. ibi enim quod hic, accidere potuit, ut per scribendi rationem VIII. additum vel detractum sit I. ut clarum est in Pæanio, qui numerum per ἔπτα expressit, uti contra c. 5. ὀκτὼ quod Eutropio *septem*. Verheyk.

Ipsum Prænestæ] Sic neutro genere hic noster antiquus: quemadmodum et infra in bello cum Pyrrho. alii, *ipsum Prænestem*: nam *Prænestæ* et *Prænestis* dicitur, vel Servio auctore, in Virgilii Æneida. *Vinet.* Ita Vin. et Sylb. Nam etiam Horatius III. Od. 4. ' frigidum Prænestæ' vocat: adde infra nostrum II. 7. 1. alii hic habent *ipsam Prænesten*. Cell. Fœminino genere Sch. habet *ipsam Prænesten*. Sed Vinetus et hic et infra in bello Pyrrhi, cum Ms. *Prænestæ* neutro genere maluit. Virg. quoque Æn. VII. neutro genere dicit ' altum Prænestæ :' at Æn. VIII. fœm. gen. ' Prænestæ sub ipsa.' Græci Πραίνεστον vocant. *Sylb.* Hoc accidit anno ab Urbe cond. CCCLXXXV. Decennio quippe fere semper (inquit Scal. ad Eusebium num. MDCXL.) minus annos urbis putat Eutropius. *Hearn.*

Ipsum] Ut natura et arte munitum. Strabo l. v. f. 165. ἐρυμνοτέρα Πραίνεστος. Unde Livius in hac ipsa historia Prænestæ vocat ' caput belli,' l. VI. c. 29. *Cell.*

In deditionem accepit] Hæc locutio quum etiam l. VI. c. 14. occurrit, ibi ait Vener. Heumannus: Lege, ut Latini loquuntur, *in ditionem:* et ad c. 3. *In deditionem redegit.* Hæc addit: Cicero Orat. pro Balbo c. 10. et Orat. de Provincialibus c. 3. dicit ' in ditionem redigere.' Et suspicor, ita et scripsisse Eutropium. Huc usque ille. Equidem sic locutos sæpius scriptores inficias non ibimus, et *ditionem* ac *deditionem* haud raro confundi, sexcenta Livii loca docebunt, et Nostri loco superius dicto patebit: nec tamen concedimus, ubique ita scripsisse Veteres, et ne Eutropium quidem. Infra l. III. c. 14. ' XL. civitates in *deditionem accepit.*' L. IV. c. 14. ' Tum multas Hispaniæ civitates in *deditionem accepit.*' C. 20. ' Fame [Aristonicum] ad *deditionem compulit.*' L. V. c. 7. ' Ad Scipionem se convertit, et ante prœlium totum ejus exercitum sine sanguine ad *deditionem accepit.*' L. VI. c. 14. ' Artacen vicit acie, et in *deditionem accepit.*' L. X. c. 16. ' Aliquot oppida et castella Persarum in *deditionem accepit.*' Et sic Hirtius B. Afr. 95. ubi consule Cel. Oudendorp. et ad Cæs. II. 34.

B. Gal. &c. Flor. III. 10. Cortium ad Sall. Jug. XXIX. 5. et plura si desideres, innumera dabunt Dukerus et Drakenb. ad Liv. XXVI. 21. ubi vide, quos laudat Vir Cl. De locutione in *deditionem accipere, venire, compellere, cogere*, æque ac *redigere*, adi omnino Cel. Oudend. ad Sueton. (cui frequens locutio in *deditionem redigere*) Cæs. c. 24. solita adhiberi de urbibus obsessis: ut hæc erat; Auctor enim respicit Livii locum VI. 29. 'Id Prænestе non vi, sed per deditionem receptum est:' ac si voluisset, Prænestinos obsessos ultimum experiri noluisse, sed ante quam vi uteretur Cincinnatus, ei se dedisse: quo sensu recte cepit Pæanius: *καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς Πραινεστίνους παραδόντας ἑαυτοὺς ἐκτήσατο. Verheyk.*

CAP. 3. *Verum dignitas Tribunorum*] Anno 379. ab U. C. incidit acris inter Tribunos pl. ac Senatum contentio ex levi admodum causa. M. Fabius Ambustus duas Fabias filias habuit: Majorem Servio Sulpitio patricio de suo genere locavit, qui tunc Tribunus mil. Cos. potestate erat: Minorem C. Licinio Stoloni, illustri quidem viro, tamen plebeio. Forte ita incidit, ut minor Fabia apud majorem in Sulpitii domo esset: et lictor Sulpitii, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est, virga percuteret: minor, ut ejus rei insueta, expavesceret, a majore Fabia irrisa est. At minor ad Patrem Fabium cum tristis venisset, ac pater causam tristitiæ tandem expiscatus esset, consolatus eam bono animo esse jubet, eosdem propediem domi visuram honores. Inde inito cum genero ac L. Sextio consilio, novandarum rerum occasionem quærebant. Tandem æs alienum, quo mire plebs oppressa erat, visum est huic rei opportunum. Nam plebs spe levandi fœnoris, quidvis factura videbatur. Itaque C. Licinium ac L. Sextium Tribunos pleb. crearunt, qui leges tres promulgarunt, omnes adversus opes patriciorum, et pro commodis plebis: unam, de ære alieno minuendo: alteram, de modo agrorum: tertiam, ut Coss. utique alter ex plebe fieret. Cuncta ingentia, et quæ sine certamine maximo obtineri non possent: atque ita contentio exarsit, ut in quinquennium Resp. curulibus caruerit magistratibus. Duravit autem in decimum annum usque, donec victores Tribuni pl. pervicere, ut alter Cos. utique ex plebe sumeretur. Creatus primus ex plebe Cos. L. Sextius, anno, ut dictum est, 389. Et duravit hic modus ad Julium usque Cæsarem. *Glar.*

Non diu perseveravit] Ab anno 311. usque ad 389. id est, per annos 78. promiscui fuere tribuni et Coss. *Glar.* Henr. Glareanus in h. l. 'Hic in annis,' inquit, 'vehementer erratur: creati sunt primi Tribuni anno 311. at secundi anno ab U. C. 387. tertii 322. et deinde alternis annis jam Coss. jam Tribuni Cos. potestate, sæpius tamen Tribuni quam Coss. usque ad annum ab U. C. 389. quando primus Cos. L. Sextius ex plebe creatus est.' *Cell.* Non ipsa Glar. verba, sed sensus. *Havere.*

Et quadriennium ita] Curulium magistratuum solitudinem per quinquennium urbem tenuisse, ait Livius VI. 35. *Glar.* Quinquennium habet Livius VI. 35. *Cellar.* Ubi vide, quæ Viri D. disseruerunt.

Majores] Curules, inquit Livius. *Glar.*

Præsumpserant] Fuld. Paris. et Ven. ita scribunt, alii *resumserunt*, minus accurate, quia *re* præpositionem, adjectum *iterum* satis exprimit. *Cell.* Omnino scribendum *resumserunt*; quod ait *resumserunt iterum*, notissimo fit pleonasmo, quo et dicimus *rursus reverti*, et similia. *Heusin.* Recte, quamvis L. Bat. I. 2. 3. habeant *præsumpserunt*. Hav. Sic et 4. 5. nisi quod 4. *præsumpserunt*.

Et triennio perseveraverunt] *Quinquennio* legendum. *Glar.*

Rursus consules facti] Perpetuo, nempe anno 389. usque ad Jul. Cæsarem. *Glar.*

CAP. 4. *L. Genucio*] Anno 390. proximo anno post primum Cos. ex plebe creatum. *Glar.* Quo anno hi fuerunt Coss. incertum esse testatur Pigh. ad A. CCCLXXXVIII. Orosius tamen III. 4. male in A. CCCLXXXIV. confert. *Verheyk.*

Mortuus est Camillus] Camillus bis dictator fuit, propter tumultum Gallicum: semel cum urbs a Gallis esset capta; iterum, anno 388. Alioqui etiam ter propter alias causas. *Glar.*

Honor ei secundus] Ut pater patriæ, conditorque alter nominaretur. *Glar.* Vide quæ ad finem libri superioris ex Livio VII. 1. adscripsimus. *Cell.*

CAP. 5. *T. Quintius dictator*] Anno 394. cœpit tumultus Gallicus, quem ita nominabant Romani, quod quando Gallos adventare fama erat, quicquid arma ferre poterat, excitabatur in expeditionem. His autem annis vehementer Romani a Gallis vexati sunt, ita ut identidem Dictatores creare cogerentur. Ut hic T. Quintius Pœnus, cum Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem castra haberent, inquit Livius in VII. obviam ivit ingenti exercitu. Ibi in vacuum pontem progressus Gallus, provocavit Romanum aliquem in singulare certamen: ibi permissu imperatoris T. Manlius, L. filius, progressus in medium, Gallum vicit: et a torque, quem Gallo victo detraxit, Torquatus dictus est. *Glar.*

Adversus Gallos] Bellum, virtute Manlii Torquati profligatum, scripsit Livius. *Cell.*

Ad Italiam] Ita restitui ex Lugd. Bat. 1. 2. 3. sicuti idem inferius c. XIV. de Pyrrho: 'ad Siciliam profectus est:' ubi, prouti hic, vulgati quoque habent in: et tamen *ad Africam* agnoscunt c. 22. et 25. *Hav.* Nihil Eutropio familiarius: 'Ad Africam profecti' infra c. 22. 25. III. 8. bis. 14. 15. 22. IV. 20. V. 1. 2. 4. 5. 8. 9. VI. 1. 2. 3. 4. 14. IX. 3. &c. *Verh.*

Quarto milliario] Tertio Livius. *Glar.*

Trans Anienem] Sic impressi omnes libri, ab eo quod est Anio, aut Anien potius: noster vero vetus habet *Anienum*, u pro *e* in ultima syllaba, a recto *Anienus:* quem legimus in carmine Statii, quod inscribitur Tiburtinum Manlii Vopisci. *Vinet.*

De senatoribus] Vin. At Paris. et Ven. *e senatoribus.* Cell.

E senatoribus] Tribunis militum. *Glar.*

E senatoribus T. Manlius] Livius l. VII. non longe ab initio, quinquies vocat juvenem, et semel adolescentem: eo anno tamen ait Tribunum mil. ad legiones factum, et secundum in sex locis tenuisse, nullis domi militiæque ad conciliandam gratiam meritis: ut qui rure, et procul cœtu hominum juventam egisset: ergo hic non fuit Senator. Valerius etiam V. 4. bis juvenem, semel adolescentem nominat. *Glar.*

T. Manlius] T. Manlius, L. filius, ob ingenii et linguæ tarditatem a patre rus relegatur, cum audisset patri diem dictam a Pomponio Tribuno plebis nocte urbem petiit, secretum colloquium a Tribuno impetravit: et gladio stricto, dimittere eum accusationem terrore multo compulit. Plin. de V. Illustr. *Glar.*

Nobilissimus de senatoribus juvenis] Vocem *juvenis* e Codd. Mss. recte addidit Gruner. qui ita legisse etiam Jos. Wasse ad Sallust. Fragm. Hist. p. 242. et Pæanium monet. Qua de re nos quoque in textum recepimus: quamquam ex variis Mstorum lectionibus plenior locus legendus esse videtur. *L. juvenis* Lugd. Bat. 1. et tres alii. Unde suspicor: *nobilissimus de senatoribus Lucii filius Juvenis T. Manlius. Mallius* autem est in quibusdam Codd. uti sæpius diversa hæc gens etiam apud alios confunditur. *Verh.*

Provocantem Gallum] Hic de nullo interprete facit mentionem Livius, sed paulo post de Corvino. *Glar.*

Gallum] De hoc vide Celeb. Peris. in Animad. Hist. p. 264. et Duker. ad Flor. I. 13. *Verheyk.*

Congressus occidit] Ita alii, noster, *progressus occidit:* fortasse non male: nam de Corvino mox dicet, ' Et cum processit armatus.' *Glar.*

Progressus] Hoc etiam præferunt omnes Mss. Lugd. Bat. et adstipulatur Livius: qui ubi hanc historiam narrat, bis verbum *procedere* (quo et mox noster utitur) habet, VII. 9. ' Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit: et quantum maxima voce potuit: Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam.' *Hav.*

Torquati] *Torquatus* Lugd. Bat. 2. et sic Fuldens. Cod. Modii apud Liv. VII. 11. et Gell. (quem ibi laudat Gebhard) IX. 13. Nihil tamen mutat Drakenb. Vid. hic Grun. *Verh.*

Sibi et posteris] Vocem *sibi* non agnoscit Lugd. Bat. opt. licet reliqui habeant, neque forte voluit Eutropius, quum etiam sine illa validior sit sensus, dicatque etiam posteris cognomen illud Torquati adhæsisse. *Et* enim hic idem est quod apud Livium *etiam* XII. 10. ' Inter carminum propemodum incondita quædam militariter joculantes, Torquati cognomen auditum: celebratum deinde posteris etiam, familiæque honori fuit.' *Hav.*

Mox per C. Sulpitium] Hic dictator quintus est, qui creatus est propter Gallicum tumultum. Camillus enim bis, T. Quintus Pœnus an. 394. Q. Servilius Ahala an. 395. et nunc C. Sulpitius. Cæterum magna fuit huic cum Gallis pugna, qui et eis aurum eripuit, inquit Livius l. VII. Et hic fuit annus U. C. 397. *Glar.*

Non multo post] An. 399. *Glar.*

A C. Martio] Dictatore novo, quia primo ex plebe. *Glar.*

VII. *millia captivorum*] Sic antiquus liber. ex impressis quidam, *novem millia* habent. Habet præterea l. VIII. antiquus *Ducti* genere masculino: ubi impressi quidam *deducta*, alii *adducta* habent. *Vinet.* In altero Eutropii codice leguntur novem millia, in Livii autem codice mire variatur idem numerus. Badii codex habet IV. millia: alii VIII. millia, ut Frob. et Ald. *Glar.*

VIII. *Millia*] Græcum secuti sumus. Vin. VII. Paris. et Ven. IX. *Cell.*

Ducti] Burdegal. et Sylb. ut Syntaxis ad intellectum referatur. Fuld. *ducta.* Cell.

CAP. 6. *Census iterum*] An. 406. Nihil vero est in Livio de censu, sed de delectu habito. *Glar.* De Censu perperam Glareanus negat. Liv. VII. 22. diserte ' Censum agi placuit.' sed anno deceptus est. Is erat, quum Census haberetur, CDII. ut ex Nostro et Mariano Scoto mavult Pighius, Censoribus, ut ex eodem et Livio d. l. patet, C. Marcio Rutilo et Cn. Manlio: propterea quod Livius addit: ' Hic annus habuit Dictatorem M. Fabium:' quod accidit anno, quem e Pighio diximus. *Verheyk.*

Et cum Latini] Cum Tiburtinis ac Prænestinis bellatum est, ante sexennium, sed non cum aliis Latinis. *Glar.*

Milites præstare nollent] Romani abutebantur Latinorum opera: emolumentum enim ad Romanos ibat, labor ad Latinos: quod Latini amplius pati nolebant, et petentibus Romanis milites responderunt, absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent: Latinos pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio laturos arma. *Glar.*

Ex Romanis tantum] Errat hic Eutropius. Undique enim, et non ex urbana tantum, sed etiam agresti juventute, X. legiones scriptæ sunt. *Glar.*

Qui modus sexaginta, vel amplius, armatorum] Livius l. VII. ' Decem legiones scriptæ dicuntur, quaternum

millium et ducentum peditum, equitumque trecentorum.' Ex his Livii verbis satis evidenter convincitur, legendum esse, *quadraginta vel amplius armatorum millia*, non *sexaginta*. Scriptorem fefellerunt numeri duo vicini XL. et LX. Quod etiam in Præfatione quartæ Decados apud Livium accidit, ut annotationibus nostris indicavimus. *Glar.* Ex nostro eundem numerum servat Oros. III. 6. frustra; ut hic Glarean. ostendit. Grunerus, quia Codd. Mss. nec Pæanius variant, suspicatur Eutropium hic Legionis numerum, qui sua ætate fuit, sequi. *Verheyk.*

Vel amplius] Quia 200. amplius. *Glar.*

Parvis rebus] Exiguis facultatibus. *Glar.*

Tanta tamen] Erant enim omnes ad occidionem dati. *Glar.*

Profectæ essent] VIII. cum eo; sed duæ domi mansere. *Glar.*

Adversus Gallos] Qui post Torquati victoriam in Campaniam secesserunt: indeque Tiburtibus, quos Romani propter Gallorum societatem affligebant, auxilio redeuntes aliquot prœliis cum Romanis decertarunt: tandem singulari pugnæ fortunam belli committentes. Liv. VII. *Cell.*

Duce L. Furio Camillo] Pro *Furio* in altero exemplari erat *Fusco*. Sed ex Livio omnia sunt satis clara. *Glar.*

Provocavit] Per interpretem, hoc loco inquit Livius; sed in T. Manlio nulla fit interpretis mentio. *Glar.*

M. Valerius] Anno ab U. C. 412. cœpit bellum Samniticum, acerrimum et cruentissimum, quod ultra 70. annos duravit. Id extrinsecus venit, non inter ipsos ortum. Duæ Campaniæ urbes inter se ac Samnitibus vicinæ erant, Sidicinum ac Capua. Sidicinis injusta arma, quod plus poterant, intulerant Samnites. Itaque ad Campanos confugerant. Campani magnum nomen, cæterum in re admodum nihil, cum Sidicinis opem ferrent, bis pugna victi, coacti sunt Romanorum implorare auxilium. Sed cum Romani nollent auxilium ferre, quod Samnites in fœdere cum Romanis essent, deditio facta est omnium rerum ad Romanos. Ibi Romani coacti sunt dedititios suos defendere. Coss. erant M. Valerius Corvinus ac Aur. Cornelius Cossus. Prior Valerius ingenti pugna in ipso Samnio ad Gaurum montem ipsos devicit. Cornelius vero cum ad Satricolam exercitum in saltum ab hostibus insessum incaute duxisset, mira virtute P. Decii Muris Tribuni mil. servatus est; qui author consuli fuit invadendi hosteis secunda pugna, qua cæsa sunt 3000 Samnitum. Tertia pugna ad Suessulam, rursus a Valerio facta ingens, non minori hostium numero cæso. Harum rerum fama commoti Carthaginienses auream coronam donum Jovi Capitolino miserunt: fuit ea pondo XXV. Porro milites in præsidium Campanis missi, consilium adimendæ Capuæ inierunt, ac magnam seditionem moverunt. Sed ea per C. Martium ac M. Valerium sopita est. *Glar.*

Supra dextrum brachium] In galea, inquit Livius. *Glar.*

Corvus ei supra dextrum brachium] Unde hæc hauserit Eutropius, nescius sum. Præter eos enim, quos Viri D. hic laudant, reliqui omnes, qui hujus historiæ mentionem faciunt, testantur, corvum in galea consedisse. Vide hic Grunerum, qui inter alios Voss. de Idolol. Orig. laudat: cujus opinio est, Valerium galeam gestasse, cum signo corvi: nec displicet. Moris enim fuisse, ut galeæ imponerentur quorumvis animalium pelles, aut imagines, docent V. D. ad Sil. Ital. v. 132. &c. 'Ære atque æquorei tergo flavente juvenci Cassis erat munita viro.' *Verheyk.*

Alis] Rostro. *Glar.*

Verberavit] Appetit, Livius. *Glar.*

Ita a tribuno] Al. *ita ut, &c. dederit.* Sed non placet. *Glar.*

Nam postea idem Corvinus] In quibusd. Mss. L. Flori *Corvinius* perperam. A Livio VII. 26. *Corvus* rectius appellatur, et sic in Fastis Capitolinis. *Hearn.* Recte eos Viros D. sequitur A. Fabri et Hearne; qui Valerium *Corvum* dictum, ejus vero posteros *Corvinos* putant: at ex Fast. Capit. Sigon. in Fast. et ad Liv. VII. 26. Pigh. ad A. CDIV. Duker. ad Flor. I. 13. Vales. ad Gell. IX. 11. Grævius ad Cic. de Sen. 17. Torren. ad Val. Max. III. 2. 6. Qui autem secus statuunt, eorum catalogum vide apud C. Arntzen. (qui posteriorem quoque sententiam fovet, ut hic Gruner.) ad Viet. V. I. c. 29. ubi Vir Clar. Nostrum laudans nullam Mss. varietatis mentionem hic fieri monet, incuria Havercampi, qui nihil hic adnotaverat: quum diserte a manu prima *Corvus* in Lugd. Bat. 1. et 2. legatur: unde in textum recipere non dubitavimus: propterea, quod argumenta, quibus ita legendum convincit Cel. Drakenb. ad Liv. l. d. nobis certissima videntur. *Verheyk.*

Cos. est factus] A T. Manlio dictatore, æmulus decoris illius. *Glar.*

CAP. 7. *Latini, qui noluerunt milites dare*] Biennio post tres insignes clades, Samnites pacem a Romanis impetrarunt. Ipsi, ut antea, in Sidicinos moverunt arma. Sidicini cum a Romanis non susciperentur, ad Latinos properant; ac eis se dediderunt. Latini contra Samnites moverunt arma. Romani fœderatos Samnites vix ausi defendere, Latinos tum ad se vocarunt; verum audax responsum ab eis accepere: Si eos socios habere velint, alterum Cos. ex Latio, item dimidium Senatus ex Latinis habeant, urbs Roma tamen caput maneret. Erat tunc Cos. T. Manlius Torquatus, cum P. Decio Mure: qui adeo non continuit iram, ut, si P. C. ab Setino homine leges acciperent, quemcunque Latinum in Senatu vidisset, se sua manu interempturum minatus sit. Cos. exercitum ad Veserim amnem ducunt, ibique pugnatum summis viribus. Ibi P. Decius pro legionibus Romanis se devovit. T. Manlius, cæso etiam filio, quod contra consulare jussum extra ordinem pugnasset, ita Romanam aciem direxit, ut ingenti pugna Latinos vinceret. Biennio post, totum Latium domitum est: et pro merito cujusque vel statutum præmium, vel pœna inflicta. *Glar.*

Ut unus consul] Annius Latinorum alter Prætor Patres conscriptos adlocutos inter alia hæc peroravit: 'Consulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportet: Senatus partem æquam ex utraque gente esse: unum populum, unam rempublicam fieri: et, ut imperii eadem sedes sit, idemque omnibus nomen, quoniam ab alterutra parte concedi necesse est, quod utrisque bene vertat, sit hæc sane patria potior, et Romani omnes vocemur.' Liv. VIII. 4. &c. *Verheyk.*

Ingenti pugna] Ad Veserim fl. Cic. Off. III. 31. sive, haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat. Livius VIII. 8. *Glar.* et *Cell.*

Perdomitis] Biennio postea. *Glar.*

Statuæ] Mirum est, hujus rei nullam fieri mentionem apud Liv. Factum id an. 415. *Glar.* Perperam hic dubii sunt Viri D. Vide hic Gruner. Ecquid clarius, quam quæ Livius VIII. 13? 'Placuit inde, jam majore conatu animoque ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum, nec quievere ante, quam, expugnando aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere... additus triumpho honos, at *Statuæ Equestres* eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur.' *Verheyk.*

Eo anno] An. 416. In al. exemplari hæc omittuntur. *Glar.*

Etiam Alexandriæ] Diodorus, anno v. Alexandri refert Alexandriam

conditam: et Curtius lib. v. si recte legeris ejus librorum divisionem, quæ in vulgatis exemplaribus corrupta est. *Glar.* Hæc, etsi suspecta videntur V. D. et a Diacono superaddita, quia Codd. Mss. et Metaphr. agnoscunt, ejicere non sustinui: quamquam magis inducor, ut ab Eutropii manu non esse credam, quod certe hoc eodem anno Alexandria non sit condita. Vid. Viros D. ad Liv. VIII. 24. qui etiam errat. *Verheyk.*

Alexandria] Ægypti urbs. *Glar.*

CAP. 8. *Jam Romani*] Quasi hic cœpisset primum bellum Samniticum, hæc refert. *Glar.*

In centesimo] Itinere 32. horarum, &c. *Glar.*

Samnitas] Ita fide Codd. Mss. B. N. M. G. et Lugdunensium hic et ubique reposui. *Verheyk.*

Picenum, Campaniam] 'Picenum regio ad Anconem est,' inquit Strabo libro v. Picentini autem, sive Picentes, ad Silarim fluvium pertinent, qui ab hoc agro veterem separat Campaniam. Author hic accipit Picenum pro Picentibus. *Glar.*

L. Papirius Cursor] Vide hanc historiam copiose descriptam apud Livium, lib. VIII. ab U. C. In Samnio L. Papirius Dictator a pullario monitus, ut auspicia Romæ repeteret, Q. Fabio magistro equitum denunciavit, ut suse loco teneret, nec absente se cum hoste manum conferret. At Fabius cum per exploratores post Dictatoris profectionem comperisset, perinde omnia soluta apud hostes esse, ac si nemo Romanus in Samnitio esset, cum hostibus congressus XX. millia cecidit, literasque Romam ad Senatum misit de victoria. Quam ob rem Papirius iratus, dimisso Senatu, ad exercitum rediit: citatoque magistro equitum, lictores expedire virgas atque secures jussit. Ibi parum abfuit, quin res ad seditionem pervenisset: nox certamen diremit. Ea nocte Fabius ab exercitu Romam profectus est, secuto mox dictatore Papirio: ibi cum uterque concione advocata disseruisset, et Papirius jure vinceret, populus Romanus, una cum Trib. pleb. Senatu, omnique magistratu, ad Dictatoris genua provolutus, Papirii iram placavit: ille amplissima pronunciatione Fabium populo donavit, unde magnam adeptus est laudem. *Glar.*

Ad id bellum] Samniticum. Hæc autem refert, quasi Papirius primus cum Samnitibus conflixerit: cum annis 18. antea primum hoc bellum sit cœptum. *Glar.*

Profectus est] Lugd. Bat. pro *est* legit *erat*. Quod non videtur esse contemnendum. *Hav.*

Cum Romam redisset] Ad repetenda auspicia. *Glar.*

Fabio] Qui postea et Maximus primus ex Fabia familia dictus est, cum antea Fabius Rutilianus diceretur. *Glar.*

Maximus] Nondum erat Maximus. *Glar.*

Reliquit] In Samnio. *Glar.*

Ille, occasione] Duæ causæ, quare Fabius pugnaverit, apud Livium: seu ferox adolescens, indignitate accensus, quod omnia in Dictatore viderentur reposita esse: seu occasione bene gerendæ rei inductus. *Glar.*

Felicissime dimicavit] Livius VIII. 30. 'Viginti millia hostium,' inquit, 'eo die cæsa traduntur.' *Cell.*

Ingenti favore] Imo deprecante patre, Tribunis plebis, et universo populo. *Glar.*

Seditione] Militum. *Glar.*

Ut pene ipse interficeretur] Hoc non dicit Livius: imo contrarium ait, Dictatoris edictum pro numine semper habitum. *Glar.* Recte Glareanus. Livius enim VIII. 35. 'Quum [Dictator] se nihil morari magistrum equitum pronuntiasset, digressum cum templo lætus senatus, lætior populus, circumfusi, ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc Dictatori, pro-

secuti sunt.' Infensi tamen erant milites, quod Magistro equitum inplacabilis fuisset, ' et, quod suis precibus negasset, ejus populo Romano veniam dedisset.' *Verheyk.*

Ipse] Dictator. *Glar.*

CAP. 9. *Postea*] Anno 433. Caudina pax fuit facta, a Caudinis furculis dicta, quæ ipsæ a Caudio oppido in Samnitio nomen habent. Locus est a duobus saltibus, ac post saltus altissimis montibus septus, ingressum in campum herbidum et aquosum, ac egressus angustissimos habens. Romani Luceriam accelerantes, non exploratis itineribus, cum Samnites occulte saltus insedissent, eos ingressi. Samnitium securi, ubi altera parte exire vellent, locum conclusum, regressi ad primum ingressum, etiam obseptum invenerunt: unde necessitate coacti se dedidere, sub jugum missi inermes; fœdere ad Samnitium arbitrium facto, abire permissi. Populus Rom. quia injussu suo factum fœdus fuit, irritum habuit. Coss. Tribuni plebis, Tribuni militum ac exercitus capita hostibus dediti, sed non accepti: de novo bellum cum Samnitibus cœptum. Duo novi Coss. Philo in Samnio, L. Papirius in Apulia, duabus magnis cladibus eos affecere. De Papirii pugna refert hic author, omisso Philone; quia Papirius de gente patricia, Philo de plebe fuit. *Glar.*

Apud Furculas Caudinas angustiis locorum conclusos] Hæc, etsi in prioribus Edd. non inveniuntur, in textum recipere haud dubitavimus: quia in vetustioribus et Codd. Mss. Hearni et quinque Lugd. Bat. servantur, et, (quod sæpius vidimus) Auctor Livium imitans iisdem fere verbis nonnunquam uti solet. Sic apud eum invenies IX. 2. ' Is, ubi accepit, ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos,' &c. Orosius, qui Nostrum ubique describit, III. 15. ' Circumspectiore cura Samnites ac magis instructo adparatu apud *caudinas furculas* consederunt, ubi cum Veturium et Postumium Coss. omnesque copias Romanorum *angustiis locorum* armisque clausissent.' *Verheyk.*

Ingenti dedecore vicerunt] Ad furculas Caudinas locorum angustiis interceptos sub jugum miserunt. Livius IX. 2. *Cell.*

Sub jugum miserunt] Vinetus interserit post *vicerunt* hæcce: *sub jugum miserunt.* Glossema autem videtur, cum nec interpolata Veneta agnoscat, nec Parisiensis, neque Schonovii imitator, Merula. *Cell.* In nonnullis tamen Edd. vetustis et Codd. Mss. Nostris servantur illa verba. Nec mirum, si e Livio hæc hauserit Eutropius. (IX. 6.) ' Primi consules prope seminudi sub jugum missi: tum, ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus: tum deinceps singulæ legiones.' Quin verosimile est, ab ipso Eutropio profecta esse, quia respicit ad Papirii Consulis factum, qui par pari referens devictos Samnitas eodem anno etiam sub jugum misit. ' Septem millia eorum sub jugum missa,' &c. ut subdit Auctor. *Verheyk.*

Pax tamen] Cum Samnitibus. *Glar.* Quæ inde pax Caudina dicta. Liv. IX. 12. *Cell.*

Soluta est] Non est accepta. *Glar.*

Cum ipsis] Legionibus. *Glar.*

Propter necessitatem] Quia commeatus defuit. *Glar.*

Facta fuerat] Injussu populi. *Glar.*

Samnites victi] Ad Luceriam, Samnitium oppidum, an. 434. Liv. lib. IX. *Glar.*

Appius Claudius] Libro II. de Origine Juris, dicitur Centummanus appellatus, Appiamque viam stravisse, et aquam Claudiam induxisse. Centummanus tamen, sive Centumalus, apud alios, non Claudiorum, sed Fulviorum cognomen est: ut ibi cum ex aliis, tum ex Eutropio adnotat Cujacius. *Sylb.*

Aquam Claudiam] App. Claudii cen-

sura nobilis, insita pertinacia ejus familiæ (solus enim censuram gessit) invidiosam Senatus lectionem fecit. Eodem authore, Poticia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, servos publicos, ministerii delegandi causa, solemnia ejus sacra docuerat. Unde tota Poticiorum gens XII. familiæ intra annum extincta cum stirpe, et Appius Cæcus, memori Deum ira, inquit Livius. Hæc hactenus ex lib. IX. Livii. Ex X. nullum verbum huc posuit Eutropius: proinde quæ sequuntur, secunda Livii Decade sunt tractata. *Glar.* Aquæ ductum XI. milliarium condidit, quo aqua in urbem derivaretur. Et hic primus fuit ex mirandis Romæ aquæ ductibus. Lipsius de Magnit. Rom. III. 11. Aquam *Appiam* Frontinus vocat principio libri de Aquæ ductibus, et ab alia Claudia distinguit. *Cellar.* Præter Nostrum etiam Pomponium JCtum l. II. §. 36. ff. de Orig. Jur. aquam, quam Ap. Claudius in urbem induxit, *Claudiam* vocasse monet Drakenb. ad Liv. Epit. IX. quum potius *Appia* vocabatur, ut distingueretur ab aqua Claudia, quam Caius Cæsar, qui Tiberio successit, inchoavit, et Claudius Imperator absolvit: unde libenter ex Frontino de Aquæd. I. 5, &c. *Appiam* legeret Schottus ad Vict. V. I. 34. pro *Anienem.* Verheyk.

Viam Appiam] Quæ Roma Capuam ducebat. Stupendum viæ decus descripsit Procopius Goth. I. 14. *Cellar.*

Samnites, reparato bello] Hæc facta sunt decimo octavo post Appii censuram: interea autem tria memorabilia bella fuere, Hetruscum, Samniticum, et Gallicum: in quorum ultimo filius Decius devovit se pro Romanis legionibus, non minus stultus quam pater. *Glar.*

Q. *Fabium Maximum*] Gurgitem, Rutiliani filium. An. 461. *Glar.*

Cum pater ei Fabius Maximus legatus fuisset] Ex Cod. Lugd. Bat. I. *datus* recte addidit Grunerus. Consentiunt tres alii Codd. Lugd. Bat. et Metaph. *Verheyk.*

Postea cum pater] Meminit hujus historiæ Valerius Maximus, v. 7. de parentum amore ac indulgentia. *Glar.*

Pater ejus] Rutilianus. Al. *ei.* Glar.

Pater ei legatus fuisset] Emendatio hæc est ex Fuldensi: ceteri addunt *datus.* Cell.

Legatus] Florus ait, Senatum cogitasse de removendo filio ab exercitu, ac patrem se obtulisse legatum iturum: atque ita tum confirmatum esse, et vicisse. *Glar.*

Samnites vicit] Capto eorum Imperatore, quem et securi percussit. *Glar.*

Deinde] An. 463. *Glar.*

Manius] Male in quibusdam Codd. Mss. et Pæanio *Marcus* ubique vocatur. Vide quæ diximus ad IV. 3. Adi interim V. D. ad Victor. V. I. 33. Eadem varietas occurrit supra c. 14. *Verheyk.*

P. Cornelius Rufinus]. De hoc Cornelio Rufino vide Valerium II. 4. de Censoria nota: et de Curio IV. 3. apud eundem. *Glar.*

Ambo Consules] Curium Dentatum solum memorat Livius Ep. XI. qui de Samnitibus triumphaverit. Consentitque Vict. V. I. 33. et Oros. III. 22. ac Fast. Triumph. *Verheyk.*

Tum bellum cum Samnitibus per annos] Hæc male miscet hic author. Livius enim lib. X. ab U. C. hæc verba habet: 'Anno 458. cum bellum Samniticum cœpisset 412.' Sed quæ de Fabiis patre ac filiis jam narrata sunt, triennio post facta sunt, ut ex numeris patet. Rebellarunt enim rursus Samnites, ac sæpius fœderibus ictis statim reciderunt usque ad primum bellum Punicum, annis circiter 78. Tamdiu restiterunt. *Glar.*

Bellum actum] Insolentior φράσις, non autem veteribus prorsus ignota. Corn. Nepos in Annib. c. 8. 'si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus,' &c. i. e. Bœclero inter-

prete, *in administrando*. Ad quem locum vide, quæ ex Ovidio et Gratio Cynegetico adnotavimus: adde Nostrum infra 6. 7. 1. *Cellar.*

Per annos novem et XL.] Ita placet Robortello a Cel. Drakenb. laudato ad Liv. X. 13. quem vide. Annorum tamen numerus in aliis multum differt. Consule Cel. Wesseling. ad Diod. Sicul. XX. 101. Comm. ad Flor. I. 16. ubi Orosius, qui de more Nostrum secutus est, hoc nomine notatur. Ceterum si per Codd. Mss. liceret, mallem *tractum:* quamquam frustra Cellario insolentior locutio videtur *bellum actum;* dum nihil scriptoribus, etiam Nostro familiarius. (Vide Gronov. Observ. II. 3. qui plura exempla dabit) infra c. 20. 'Bellum contra Afros *agebatur*.' L. VI. 8. 'Hæc [bella] duo Luculli *agebant*.' Verheyk.

Magis fatigaverit] Quam Samnites. *Glar.*

CAP. 10. *Iterum se Gallorum copiæ*] Non semel Gallorum acies contra Romanos erant, sed sæpiuscule, usque ad initium secundi belli Punici: sed ne tum quidem quieti, ut patet ex primo lib. III. Decados: et maxime tertio libro, quando Boii Cos. Posthumium occiderunt, anno 539. *Glar.*

A Cn. Cornelio Dolabella Cos.] Hunc Cassiodorus Publium pro Cn. vocat, eodem scilicet prænomine cum Ciceronis genero. Vinet. *Pub.* Alii *Cn.* Glar. Frustra hic Eutropium tuentur V. D. Melius *P.* edidit Merula. *Publius* enim, ut Cassiodoro, quem Vinetus citat, vocatur. Vid. Excerpt. Dionys. 711. et Pigh. ad CDLXV. male etiam Pæanio Γνάιος. *Verheyk.*

Delatæ sunt] Anno 740. apud Vadimonis lacum, inquit in sua Epitome Florus. Is vero lacus in Tuscia est, in agro Viterbiensi. *Glar.*

CAP. 11. *Tarentinis*] In extremo Italiæ angulo, Lacedæmoniorum opus, aptissimo portu. *Glar.*

Jam] Id est, *etiam nunc, adhuc.* Tarentinorum enim sedes mutata non fuit, sed in locum coloniæ Laconum, quæ initio fuit, tandem post Annibalis bellum successit colonia Romana. Strabo l. VI. fol. 193. seq. edit. Casaub. *Cell.*

Legatis Romanorum injuriam fecissent] Ex theatro enim, quod mari imminet, viderant Romanas naves: atque hostem rati, eas deripiunt, duce eorum occiso. Romanos inde legatos de injuria conquestos pulsarunt, ob id bellum iis indictum, sed mox Samnites atque Lucani ac Brutii ad Tarentinos defecerunt. *Glar.*

Injuriam fecissent] Pro obscœnam, turpemque dictu contumeliam! inquit Florus. *Glar.*

Hi Pyrrhum] De Pyrrho Epirotarum rege, qui de genere Æacidarum se ferebat, multa Justinus: de ejus nativitate lib. XVII. Quomodo cum Romanis primum prospere pugnaverit, lib. XVIII. Deinde ut Siciliam amiserit, ac Italia expulsus fuerit, lib. XXIII. idem refert. Denique in libro XXV. ut Macedonia potitus, amisso apud Spartam filio, ipse Argis ictu tegulæ aut saxi perierit, copiose descripsit. Florus in sua Epitome ita ait: Bellum Tarentinum, unum quidem titulo et nomine, sed victoria multiplex fuit. Hoc enim Campanos, Appulos, atque Lucanos, et caput belli Tarentinos, idem totam Italiam, et cum istis omnibus Pyrrhum clarissimum Græciæ regem, una veluti ruina pariter involvit. *Glar.*

Auxilio] Al. *auxilium.* Glar.

Auxilium poposcerunt] Pro vulgato *auxilio* fide Cod. Lugd. Bat. I. sic mutandum censui: quod olim fecerat Anna Fabri, sed reliqui neglexerunt. Liv. I. 24. 'Sagmina te rex posco;' et XXXV. 32. 'Quum id ipsum decretum posceret Quinctius:' ubi vid. Cel. Drakenb. Virgil. Georg. III. vs. 456. 'Meliora Deos sedet omnia poscens.' Lugdun. Bat. 2. legit *Pyrrhi*,

Epiri regis, auxilium poposcerunt: uti Phædro L. IV. Fab. 3. Aper ‘ auxilium petiit hominis.’ De historia consule Plut. in V. Justin. XVIII. 1. Pausan. I. 12. Cicer. II. de Divin. 56. Vict. V. I. 35. Oros. IV. 1. *Verheyk.*

Cum transmarino hoste] Græcis, Thessalis, Epirotis, Macedonibus. *Glar.*

Missus est] An. 473. *Glar.*

P. Valerius Levinus] *Lævinus* per æ scribendum docent Sigonius et Drakenb. ad Liv. Ep. XIII. Pigh. ad A. CDLXXII. Fast. Capitol. et Fabric. ad Oros. IV. c. 1. male Pæanio Λευίνος pro Λαυβίνος ut Græci scribunt. Vid. quos laudat Duker. ad Flor. I. 18. *Verheyk.*

Qui cum exploratores Pyrrhi cepisset] Exemplum est nimis magnæ confidentiæ et jactantiæ merito punitæ. Fecere tamen idem alias magni viri etiam Romani. *Glar.*

Quæcunque a Romanis] Vinetus ita habet: alii, *quæ cum Romanis.* Cell.

Cum Romanis] Apud Romanos: Al. *quæcunque a Rom.* Glar.

Commissa mox pugna] Ad Heracleam, circa Lyrim fl. *Glar.*

Cum jam Pyrrhus fugeret] Ab equitatu Romano victus. Florus in sua Epitome lib. I. ita ait: Apud Heracleam et Campaniæ flum. Lyrim, Levino Cos. prima pugna: quæ tam atrox fuit; ut Ferentanæ turmæ præfectus invectus in regem, turbaverit, coëgeritque projectis insignibus prælio excedere. Factum erat, nisi elephanti converso in spectacula bello procurrissent, quorum tum magnitudine, tum deformitate, ac novo colore simul ac odore consternati equi, cum incognitas sibi belluas amplius quam erant suspicarentur, fugam stragemque late dederunt. Justinus libro XVII. ait hac pugna Pyrrhum vulneratum. *Glar.*

Elephantorum auxilio] *Auxilium* est in Cod. optimæ notæ ac si volnisset librarius, auxilium elephantorum Pyrrho victoriam dedisse, quam ab ocilis, quorum auxilia sero venerant, exspectaverat. De Pyrrhi autem elephantis vide Cuperum, quem Gruner. laudat. Exerc. II. de Eleph. c. 1. in Thes. Sallengr. T. III. p. 101. &c. *Verheyk.*

Mille octingentos] Justinus l. XVIII. ait, CC. fuisse a Pyrrho captos. *Glar.* Errat Glareanus. nam Justinus XVIII. 1. non dicit, cc. a Pyrrho captos, sed hujus pugnæ eventum multas civitates secutas se ei tradidisse, et ex ea præda Pyrrhum cc. captivos milites Romam gratis remisisse, ‘ ut cognita virtute ejus, Romani cognoscerent etiam liberalitatem.’ De captorum atque occisorum numero discrepantes inter se scriptores vide Plut. p. 394. Epitom. Liv. XIV. ibique Comment. Oros. IV. cap. 1. Zonar. VIII. cap. 2. *Verh.*

Summo honore] Flor. I. c. 2. ‘ Seque ad dolos [rex] contulit. Nam interemptos cremavit: captivosque indulgenter habuit, et sine pretio restituit.’ Hinc liquet *sepelire* idem Nostro esse, quod Floro *cremare:* quo sensu etiam infra occurrit l. VII. ç. 8. vide hic et l. VII. Gruner. qui Veterum testimoniis quam plurimis hæc loca illustrat. *Verheyk.*

Occisos sepelivit] Interemptos cremavit, inquit Florus. *Glar.*

Quos cum adverso vulnere] Florus in sua Epitome, de iis viris qui ab elephantis primo prælio oppressi erant, sic ait: ‘ Omnium vulnera in pectore, quidam hostibus immortui, omnium in manibus enses, et relictæ in vultibus minæ, et in ipsa morte ira vivebat; quod adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret, O quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis!’ *Glar.*

Cum adverso vulnere] Flor. I. c. 17. 18. ‘ omnium vulnera in pectore.’ Liv. Epit. 13. ‘ omnia [corpora] versa in hostem.’ Adde de *adverso vul-*

nere Curt. III. 11. 9. et IX. 5. 16. Justin. IX. 3. 10. Tacit. Hist. III. 84. 5. *Cell.*

Truci vultu] Omnia corpora versa in hostem, inquit Florus in altera Epit. *Glar.*

CAP. 12. *Romam perrexit*] In Livii Epit. Flor. Populabundusque ad urbem Romam pervenit. *Glar.*

Ad Prænestæ] Latii oppidum. *Glar.*

Octavodecimo] Vigesimo lapide, inquit Flor. *Glar.*

Qui cum consule] De quo Consule loquatur, incertum. *Glar.*

Cum consule] Forsan eodem Levino, cui imperium propter cladem, quamvis ipsius culpa acceptam, non abrogatum fuerat. Plutarch. in Pyrrho. *Cell.*

Legati ad Pyrrhum de redimendis] C. Fabricius missus ad Pyrrhum, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege tentatus est, inquit Florus in Livii epitome. De eodem hoc Pyrrho magnifice Cicero lib. I. Officiorum, ex Ennio his verbis: 'Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis, Nec cauponantes bellum sed belligerantes, Ferro non auro vitam cernamus utrique. Vosne velit, an me regnare Hera, quidve ferat sors, Virtute experiamur, et hoc simul accipe dictum: Quorum virtuti belli Fortuna pepercit, Eorundem me libertati parcere certum est. Dono, ducite, doque, volentibu' cum magnis Diis.—Regalis sane, ac digna Æacidarum gente sententia.' *Glar.*

De redimendis captivis] Vetus non habet *redimendis*. Vinet.

De redimendis captivis missi] Male *redimendis* in Cod. Burd. et Veteri Vinetî deest: uti et *missi* in Lugd. Bat. I. Epit. Livii XIII. 'C. Fabricius *missus* ad eum a Senatu, ut de *redimendis* captivis ageret.' Melius tamen *Legatos* Noster scripsit; nam Fabricio duo alii consulares viri additi sunt. Vid. Dionys. Exc. Peiresc. p. 711. sed de pace agenda a Pyrrho unus Cineas missus est ad Romanos. Vid. Liv. Ep. et Plut. in Pyrrho. *Verheyk.*

Unum ex legatis Romanorum Fabricium] C. Luscinum. De Fabricii paupertate multi meminere authores. Valer. l. IV. c. 3. de Abstinentia. Item Gellius l. I. c. 14. In eo tamen diversa Latinorum authorum est narratio: nam Valerius Curio ad focum sedenti ac ligneo catino cænanti (addit Plinius junior rapas torrenti) Samnites obtulisse magnum auri pondus, scribit: sed non recepisse. Gellius Fabricio Samnites detulisse grandem dono pecuniam scribit. Valer. exprimit summam plane suspectam, X. æris et V. pondo argenti, totidemque servos. Gellius ait X. servos. *Glar.*

Fabricium] C. Fabricium Luscinum, in quo similia abstinentiæ exempla notant Gellius. I. 14. Valer. Max. IV. 3. 6. *Cellar.*

Sollicitare] Ad se allicere. *Glar.* Ad se allicere donis et muneribus corrumpere. Conf. Nepos IV. 3. 6. Curt. III. 5. 15. Cæs. Gal. VI. 2. 1. *Cell.*

Qui pacem æquis conditionibus] Hanc pacem dissuasisse dicitur Ap. Claudius Cæcus. Extant duo Ennii versus apud Ciceronem in Catone majore, in prima causa, cur senectus misera videatur: 'Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, dementi sese flexere ruina?' Multa alia de hoc Appio, eodem loco Cato. *Glar.*

Cineam] Contra *Cineam* per i scribendum ex Plut. et Suida, qui uti hic Pæanius Κινέας scribunt, docet Sigon. et ex Cicerone ad Fam. l. IX. Ep. 25. et de Senect. 13. Dukerus ad Livii Ep. 13. *Verheyk.*

Quam jam armis] Hanc lectionem recte tuetur Gruner. quia Græc. Met. ἤδη. *In* legit Cod. Lugd. Bat. I. Sed scribendi ratio *im* pro *jam* decepit librarium. *Verheyk.*

CAP. 13. *Displicuit*] Populo Romano. *Glar.* Dissuadente Appio Cæco, cujus acrem orationem recitat Plutarchus in Pyrrho. conf. Flor. I. 18. 20. *Cell.*

Infames haberi] Hoc de his captivis non temere apud alios reperias authores. *Glar.* Male negat Vir D. apud alios de hoc edicto mentionem factam: neque solus Valer. Max. ut censet Gruner. ejus meminit lib. II. c. 7. 15. sed etiam Frontin. lib. IV. c. 1. 15. Ulpian. in ff. l. III. de Postul. Tit. I. leg. 1. §. 5. Zonar. l. VIII. c. 24. Τοῖς δὲ αἰχμαλώτοις ἀτιμίαν τινὰ ἐν ταῖς στρατείαις ἐπέθεσαν. vide quæ mox dicturi sumus: *nec ante ad veterem statum, &c.* Verh.

Qui se armis defendere potuissent] Sic vetus noster: ex impressis alii, *Quod armati capi potuissent:* alii, *Quod armati capti fuissent.* Vinet. *Quod armati*, hoc est, quod capi maluissent, quam strenue mori. Al. *qui se armis defendere potuissent.* Glar. Etiam hanc castigationem Burdegalensi debemus. Vulgo: *quod armati capti fuissent.* Cell.

Quod armati capi potuissent] Ita pro vulgato *qui se armis defendere potuissent* rescripsit Gruner. Recte, opinor; præeuntibus tot Codicibus Mss. vel *quod armati capti fuissent:* ut est in Cod. Lugd. I. quem secutus est Merula. Priorem tamen lectionem præfero, quia eadem locutio infra quoque occurrit l. III. c. 11. 'Qui, cum armati essent, capi potuissent:' ut solet Eutropius in simili casu iisdem pene verbis uti. Sic supra c. 11. dixerat: 'jussit eos per castra duci, ostendique omnem exercitum, tumque dimitti.' l. III. c. 22. 'circumduci per castra jussit, ostendique eis totum exercitum...tumque dimitti.' *Verheyk.*

Nec ante eos ad veterem statum reverti, quam si binorum hostium, &c.] Frustra de civium Romanorum statu hic agi censet Anna Fabri. non enim civili jure, sed ordine militari diminuti fuerunt. Valer. Max. l. II. c. 7. 15. 'Decreverunt, ut ex iis qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur. Neve quis eorum intra castra tenderet, neve locum extra adsignatum vallo aut fossa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet.' Frontin. Strat. l. IV. c. 1. 18. 'Appii Claudii sententia eos, qui a Pyrrho rege Epirotarum capti, et postea remissi erant, equites ad peditem redegit, pedites ad levem armaturam, omnibus extra vallum jussis tendere.' Ceterum magna tam Codd. manu quam typis exaratorum varietas hic occurrit: eo tamen induci non possum, ut cum viris doctis, quos etiam hic Grunerus sequitur, vulgata *sibi notorum* tuear: proxime ad veram lectionem accedunt Cod. Lugd. B. I. et Ed. Schonhovii *Sabinorum* (unde Merula *sibi biñorum*) quod librarius non intellexit, illud e *si binorum* refingens. Valer. Max. l. d. 'Recursum autem iis ad pristinum militiæ ordinem proposuerunt. Si quis *bina* spolia ex hostibus tulisset.' Frontin. d. l. 'Donec *bina* hostium spolia singuli referrent.' Pæanius quidem a vulgatis stat, sed eum in Codicem Eutropii non parum incidisse non uno loco patet. *Verheyk.*

Notorum] Mer. *binorum.* At quoque Græcis τῶν διεγνωσμένων. *Cell.*

A quo cum quæreret Pyrrhus] Cyneam Pyrrho respondisse, regum urbem sibi visam, inquit Justinus lib. XVIII. At Florus in sua Epitome ait, legatos Pyrrho respondisse, urbem templum sibi visum: Senatum, regum esse. *Glar.*

P. Sulpicius] Averrio. *Glar.*

Decius Mumius] *Pyrrhicus* pro *Mumius* legendum. An. 474. *Glar. Mumius*, vel *Mummius* (ut ante, etiam a Merula editum) male in Eutropio pro *Mus* legi monet Pighius ad A.

CDLXXIV. Qui de voce *Pyrrhicus*, ut malnit Glarean. etiam consuli potest. *Verheyk.*

Certamine] Secunda cum Pyrrho pugna. *Cell.*

Certamine commisso] Florus I. 18. 9. ‘ in Apulia apud Asculum.’ Orosius IV. 1. ‘ in Apuliæ finibus.’ Plutarchus, περὶ Ἄσκλον, *ad Asculum*. At Plinio III. 13. Asculum est non Apuliæ, sed ‘ colonia Piceni nobilissima.’ Consentit Strabo l. v. f. 166. τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνὸν, &c. Alterutrum ergo corrigendum est. Et ne consulum nomine in Floro movearis, sciendum, Ciceronem quoque testari 2. de Fin. c. 19. et 1. Tuscul. c. 37. cum Pyrrho Decium consulem pugnasse, et in prœlio cecidisse. *Glar.*

Pyrrhus vulneratus est] Florus in sua Epitome ad Asculum hanc pugnam factam scribit, Curio Fabricioque Coss. Cæterum hi duo nunquam simul Coss. fuere; sed Pyrrhi bello Fabricius cum Æmilio, Curius cum Cornelio fuere Coss. Idem Florus in Livii epitome lib. XIV. ait, Pyrrhum a Curio postremo victum, et Italia expulsum, quod de ultima pugna intelligitur. *Glar.*

Elephanti] Non dicit, quot. *Glar.*

Quinque millia] Numerus suspectus. *Glar.*

Tarentum] Ex impressis plerisque et Mss. Pæanio et Vict. V. I. 35. recte in textum recepit Gruner. quem eadem de caussa secuti sumus. Tota autem historia a variis varie narratur. *Verheyk.*

CAP. 14. *Interjecto anno*] An. 475. *Glar.*

Interjecto anno] Ab his verbis usque ad *Tunc Rex* Aurelio c. 35. V. I. inserta sunt, ubi consule V. D. *Verheyk.*

Sollicitari] Corrumpi. *Glar.*

Medicus Pyrrhi] Et hic variant scriptores. Vid. Plut. in Pyrrho. Gell. III. 8. Valer. Max. VI. 5. 1. Perizon. ad Æl. quem Grun. laudat. XII. 33. Flor. I. 18. *Verheyk.*

Ad eum] Fabricium. *Glar.*

Quem Fabricius vinctum reduci jussit] Florus in secunda Epitome ait, ad Curium venisse medicum. At Gellius III. 8. ad Fabricium ac Æmylium venisse dicit Timocharem regis Pyrrhi amicum, ex Valerio Antiæ. At Quadrigariùm scribere ait Gellius, Niciam fuisse, familiarem: nihil de medico memorans. Est ibidem Epistola Coss. Romanorum ad regem scripta, ut sibi caveat. *Glar.* Varie hoc a variis recensetur. Vide Ciceronem III. Off. c. 22. Florum I. 18. 21. et in Epitoma Livii XIII. Gellium III. 8. *Cell.* et *Heers.* ‘ Ambraciensem Timocharem, cujus filii pocula regi ministrarent.’ Noster cum Floro facit, qui *medicum* dixerat lib. II 18. 21. Et Hieronymus Epist. 101. ad Pammachium cap. 1. ‘ Pyrrhum, Epirotarum regem, cum in castris ex vulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabricius.’ *Cell.*

Ad dominum] Herum suum Pyrrhum. *Glar.*

Caput] Vita. *Glar.*

Tunc rex] Vide Justinum. lib. XXIII. *Glar.*

Tunc rex in Siciliam] Pyrrhus imploratus a Siculis in auxilium, cum multas civitates subegisset, rex Siciliæ, sicut rex Epiri appellabatur. Cum vero ab eo Itali socii auxilium contra Romanos peterent, ignarus quid potissimum faceret: relinqueret Siciliam, timebat instantes Carthaginenses: non succurreret Italis, omnia Romanorum fore in Italia verebatur: decrevit itaque, cum Carthaginensibus decernere omnibus viribus, et victis hostibus in Italiam trajicere. Fœlix pugna effecit, ut in Italiam traduceret exercitum: verum fugere visus, alienavit omnes Siculos, ut Siciliam tam cito amiserit, quam facile quæsierat. Nec in Italia fœliciore sorte usus, tertia ini-

ta cum Romanis pugna victus, turpi fuga coactus est Italiam relinquere Romanis. *Glar.*

Samnitibus] Qui ad Pyrrhum defecerant. *Glar.*

Samnitibus et Lucanis] Qui post primum Romanorum infelix prœlium Pyrrho accesserant. Plutarch. in Pyrrho, *Cell.*

Cos. deinde] A. 478. *Glar.*

Curius pugnavit] Scriptore Orosio IV. 2. 'apud Lucanium in Arusinis campis:' quod Florus confirmat I. 18. 11. *Cell.*

Exercitum ejus cecidit] Quidam ad Beneventum, sed Florus sub Arusinis, quos vocant, campis, hanc pugnam factam scribunt. *Glar.*

XXIII. *millia*] Orosius IV. 2. auget numerum. 'Ex his cæsa referuntur triginta tria millia:' nisi Nostro exciderit X. quod vix crediderim, quia Pæanius τῶν ποσόντων πολεμίων ἀριθμὸς εἶναι ἔφασαν χιλιάδες: unde suspicor, Orosium hic alium sequi, propterea quod addit, *mille trecentos* captos esse, de quibus silet Eutropius. Vid. Freinsh. ad Liv. XIV. 32. *Verheyk.*

Elephantos quatuor duxit] Plinius VIII. 6. ait, Italiam primum elephantos vidisse anno urbis 478. At Romam septem annis post, nempe triumpho M. Curii, qui Cos. fuit anno 475. sed proximo deinde anno triumphum duxisse videtur, de quo magnifice Florus in sua Epitome, ubi de bello Tarentino his verbis concludens: Sed nihil libentius, inquit, populus Rom. aspexit, quam illas, quas timuerat cum turribus suis belluas, quæ non sine sensu captivitatis, summissis cervicibus victores equos sequebantur. *Glar.*

Apud Argos, Græciæ civitatem, occisus est] Pyrrhus a Tarento statim regnum Macedoniæ invasit, Antigonum prælio victum Argis inclusit: sed cum oppidum expugnare nititur, saxo, ut Justinus inquit, vel tegula, ut Plutarchus, de muro jacta, occiditur. *Glar.* Peloponnesi urbem, in qua, cum Antigonum Gonatam, Macedoniæ regem, obsideret, saxi jactu de muris occisus est. Nepos 21. 2. Justin. XXV. 5. 1. unde est quod Livius XXXI. 7. 'Argos non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos dixit.' *Cell.*

CAP. 15. *C. Fabricio Luscino, C. Claudio Cinna*] Vetus habet, *Cajo Fabio* (Cajus Fabius et hic appellatur apud Cassiodorum) *Licinio, Cajo Claudio Cinnio Cos.* Vinet. Pro C. Fabricio Luscino et C. Claudio Cinna, Sigonius ad a. U. C. CCCCLXXX. habet C. Fabium Licinum et C. Claudium Caninam: itidemque Vin. lib. Vet. nisi quod pro *Licino et Canina* in eo scriptum *Licinio et Cannio:* perperam. Eandem lectionem e vetere l. Ms. probat Onufrius Panvinius Comment. in Fast. ann. CCCCLXXXI. Sicut in Græcis quoque Fastis est Λικίνιον καὶ Κανίνιον. *Sylb.* In Fastis Cap. hæc ad An. CCCCLXXX. referuntur; in quem annum tamen Cassiodorus consules edit, *C. Fabium et C. Claudium,* quos Velleius libro I. 'Fabium Dorsonem,' et 'Claudium Caninam' vocat. Fasti Græci et liber Cuspiniani *Luscinum et Caninam,* Eutropii vulgati codices *C. Fabricium Luscinium, C. Claudium Cinnam.* Is vero, qui apud Onuphrium Panvin. fuit antiquissimus in membranis manuscriptus, *Fabium Licinium et C. Claudium Caninam* edidit, quam lectionem codices etiam nostri confirmant. Hinc Onuphrius C. Fabium in magistratu mortuum fuisse primo existimavit, eique C. Fabricium suffectum. Nam a Cassiodoro ordinarii tantum consules digeruntur. Tandem autem vir doctissimus animadvertit, ipsum C. Fabium, qui a Paterculo *Fabius Dorso* dicitur, in vetustissimo dicto Eutropii codice, *Fabium Licinium* corrupte pro *Licino* dictum fuisse. Est enim et Licinus Fabiorum cognomen, ut ex Tabula Capito-

lina anno DVII. liquet, quem *Licinium* et Fasti Græci et liber Cuspiniani mendose vocant: ex qua re suspicatus est hunc quidem Fabium et *Dorsonem* appellatum fuisse, eumque primum *Licini* cognomen invenisse, cujus filium putavit M. Fabium C. F. M. N. Licinum consulem anno DVII. Quam ob rem neque necesse est eum in magistratu mortuum esse, neque illi C. Fabricium suffectum fuisse. Hinc sequitur Eutropium hoc modo corrigendum esse: *Cajo Fabio Luscino, C. Claudio Canina Coss. anno urbis conditæ* CCCCLXXX. *Hearn.*

C. Fabio Lucino] Sic legendum. et ita Pæanio Αἰκινος. cui lectioni proxime accedit Lugd. Bat. 1. *Licinio*. Vide Fast. Cons. *Verh.*

Anno urbis conditæ CCCCLXI.] Sic libri omnes nostri: adjiciendi tamen anni XX. aut minimum XIX. nisi fallunt nostrorum Chronologorum rationes. *Vinet.* Hic est error ut minimum XX. annorum. Nam de uno anno non est contentio. Meminit autem legationis III. hujus Florus in Livii epitome lib. XIV. Legendum itaque 480. *Glar.*

CCCCLXXX.] Sic Havercampus, Hearnius, et Grunerus male ediderunt. quia ut Vinetus et Glareanus notant, XX. anni deessent, si cum aliis legeretur CDLXI. quod non negamus. nam Fasti Cons. ad A. CDLXXXI. hos consules ponunt. Sed ab Eutropii manu non proficiscitur, qui (ut post alios edidit Cellarius) A. dedit CDLXI. nec ulterius processisse patet c. 18. unde, quamquam errat, auctori suum restituimus: quod ex Cod. Lugd. Bat. 1. non monuit Havercampus. *Verh.*

Ptolemæo] Philadelpho, qui primi Ptolemæi fuit filius, tertius post Alexandrum. *Glar.* Memorat hanc legationem etiam Livii Epitoma XIV. *Cell.*

CAP. 16. *Quintio Gulone*] Antiquus liber hunc Galinium pro Gulone vocat. *Vinet.* Rectius Q. *Ogulnio:* ut et Sigonius legit ad hunc annum, et Lud. Carrio Antiq. Lect. I. II. 8. Vineti liber Vetus habet Q. *Galinio*. Panvinii Codex Membranaceus Q. *Gulnio:* alii Q. *Oculnio* habere dicuntur. Unde etiam Vinetus cum Panvinio et Sigonio recte legendum censet Q. *Ogulnio*. In Græcis Fastis sunt tantum cognomina horum Consulum Γάλλου et Πίκτωρος. *Sylb.* In vetustissimo codice Eutropii penes Onuph. Panvin. literis fere majusculis in membranis scripto, ita expressum fuit: *Quincto Gulnio, C. Fabio Pictore Coss.* Quapropter, quum Q. Ogulnium aliquot annis post Dictatorem in Fastis Capitolinis animadverterit Onuphrius, ejusque cognomen esse Gallum, quod a Fastis Græcis, libro Cuspiniani, et Zonara refertur, non *L. Quinctium Gulonem* (Gulonis enim nullibi præterea mentio est) sed Q. *Ogulnium L. F. A. N.* in Fastis reponendum duxit, itemque *Fabio Pictori* pro *Quinto, Cajum* restituit, ut is frater natu grandior sit N. Fabii C. F. M. N. Pictoris in Tabulis Capitolinis descripti. Nam quod in Plinio dicitur libro XXXIII. 'Q. Fabio Cos. argentum signatum est annis quinque ante Punicum bellum primum,' pro Q. *Cajus* restituendum est, facili inter similes literas calami lapsu errore exorto. Hoc Cl. Harduinus in sua editione Plinii nitidissima animadvertit, et pro mente Onuphrii, emendavit. Hanc item sententiam amplectitur Sigon. in Com. ad Fast. ad an. CCLXXXIV. nec non Hub. Goltzius, in Gr. et Rom. Antiq. mon. e num. erut. Cæterum observandum est, sæpe in antiquissimis nummis pro G. litera C. scribi: ut in Ogulnii numero *OCUL. CAL.* pro *OGUL. GAL.* Legimus etiam *CULO, CALBA, CURGES, CLICIA, CLABRIO*, &c. pro *GULO, GALBA, GURGES, GLICIA, GLABRIO*. Ideoque in Eutropii Manu-

scripto exemplari (a Pighio laudato Tom. I. p. 450.) Monasterii S. Amandi in Belgica, quod vir eruditissimus Jo. Canchius Ultrajectensis contulit, scriptum fuit, *Quinto CULNEO, C. Fabio Coss.* pro *Quinto GULNEO*, &c. quod satis probat, in Eutropio reponendum esse *Q. Ogulnio, Q. Fabio Pict. Coss.* Hearn.

L. Quintio Gulone, C. Fabio Pictore Coss.] Gulonis et Pictoris meminit Plinius XXXIII. 3. ubi numeri exorbitant centenario in Plinii exemplaribus, ubi legitur 585. cum legendum sit 484. Tunc enim primum argento uti cœpit Roma. *Glar.*

Quinto Ogulnio] Mirum in modum hic variant Codd. Mss. et Edd. Sed Merula, Cellarius, et Anna Fabri ediderunt *Quintio Gulone*, quamquam Doctissima Femina fatetur in Fastis *Ogulnium* vocari. Pæanius Κύιντον Κυλλήνιον vocat. Sed consule Sigonium in Fastis et Carrionem Antiq. Lect. in Lampade Gruteri Tom. III. p. 33. *Verh.*

Picentes] Agri Piceni incolæ, quorum caput Asculum fuit. Flor. I. 19. 2. *Cell.*

P. Sempronio] De Sempronio duce meminit Flor. in sua Epitome lib. I. *Glar.*

Conditæ a Romanis civitates] Deductæ coloniæ. *Glar.*

Ariminum in Gallia] Illa scilicet, quæ veteribus Cisalpina dicta est. Vetus autem liber habet *Ariminus.* Vinet.

Ariminum in Gallia] Puta, Cisalpina, si terminus ponatur Rubico fluvius; aut in Piceno secundum Livii Epitomam 15. si cum aliis terminus statuatur Æsis fl. Vide de ambiguis his terminis Strabonem f. 157. *Cell.*

In Gallia] In Piceno. *Glar.*

Beneventum] Ad quod oppidum tertia cum Pyrrho pugna facta est. *Glar.* Plinius III. 11. vocat coloniam Hirpinorum. Hirpini enim et Samnites confusos fines habuere. Addit Plinius, dici Beneventum 'auspicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum:' scilicet a ventorum vehementia, quod Procopius observat Goth. I. 15. *Cell.*

CAP. 17. *M. Attilio Regulo*] Hic est, de quo omnes Romani uno ore scribunt, maxime vero Cicer. III. Offic. *Glar.*

L. Junio Libone] Vetus lib. *L. Junio Libone.* Chronologi L. Julium Libonem fere nominant. *Vinet.* Al. *Jul.* Annus hic est U. C. 486. *Glar.* Julium vocant Fasti. Recte, ut ostendit Pighius in Annal. Tom. I. p. 456. *Hearn.*

Sallentinis] Per duplex *l.* ex Cod. Lugd. Bat. pro vulgato *Salentinis* rescripsimus, et ita Pæanius: quomodo scribi debere docent Viri D. ad Liv. Ep. XV. *Verheyk.*

Salentinis bellum indictum est] Belli primi Punici causa, quando Carthago ac Roma fœdere continerentur, extrinsecus venit ex turpissima, ut fieri solet, occasione. Messana oppidum erat Siciliæ, quod Campani sub Agathocle Siculo tyranno militantes, per vim occuparant, cæsis antiquis civibus, ac eorum bonis cum uxoribus inter se divisis. Id sceleratum exemplum legio Romana, Rhegium in præsidium a Romanis missa, imitata est. At Romani ut primum præ negotiorum multitudine potuerunt, ulti suorum scelera, obsesso Rhegio, ex quatuor milibus soli CCC. post expugnationem superfuere, quos Romam ductos securi omnes percussere. Verum Mamertini (sic enim se capta Messana nuncupabant) eandem similis sceleris pœnam veriti, quidam se ac arcem Carthaginensibus dedunt: quidam ad Romanos legationes miserunt, se dedituros urbem. Romani primum turpe esse existimantes, qui suos eodem scelere obnoxios trucidassent, opem ferre alienis, ac cum viderent Carthaginenses omnia in Si-

cilia occupaturos, ni mature ipsi prævenissent, App. Claudium Cos. cum exercitu mittunt, Siculos ab Syracusis ac Carthaginensibus tunc confœderatis defensurum. Appius cum copia hostibus par non esset, de pace agere cœpit: qua spreta, primum cum Hierone Syracusanorum rege decernit: quo devicto, ac Syracusas compulso, Carthaginenses invadit, ac partim occidit, partim in munitiora oppida fugere cogit, deinde Syracusas obsidet. Hæc primo anno hujus belli acta sunt, authore Polybio libro primo. *Glar.*

Triumphatum est] In exemplari etiam vetusto Joannis Cauchii (teste Pighio in Annal. Tom. I. p. 457.) legebatur *iterum triumphatum est*. Non male. Nam L. Æmilius Barbula Procos. anno CCCCLXXII. de Sallentinis antea triumphaverat, ut testantur columnæ Capitolinæ. *Hearn.*

CAP. 18. *Anno* CCCCLXXVII.] Etsi ita habent libri omnes, quia tamen eo anno hauddum ex Italia Pyrrhus recesserat (recessisse volunt Chronologi anno ab U. C. CCCCLXXVIII.) et primum contra Carthaginenses bellum susceptum fuisse traditur anno ab U. C. CCCCLXXXIX. desiderantur et hic anni aliquot. *Vinet.* Decem annorum error. Nam duo anni Dionysii supputatione condonari possunt, X. non possunt. Annus igitur hic fuit ab U. C. 489. *Glar.*

CCCCLXXII.] Sic in Havercampi editione vitio typothetarum editum est: dum Codd. Mss. et Editi CCCCLXXVII. servant: licet erret Auctor, uti et Oros. IV. 6. annum statuens CDXXXIII. variant quoque Codd. Livii XXX. 1. Fasti habent A. CDLXXXIX. *Verheyk.*

Census est habitus] Florus in Livii epitome lib. XVI. lustrum Romæ conditum ait, sed post datam Hieroni pacem: quod factum fuit secundo hujus belli anno. Censa sunt civium capita CCCLXXII. millia, CCXXIV. qui numeri distant plus 80. millibus.

372224 Florus
292334 Eutropius
80890 Differentia. *Glar.*

Civium capita CCXCII. *millia* CCCXXXIV.] In Epitomes Livianæ libro quartodecimo minor est numerus, CCLXXI. millia, CCXXIV. *Glar.* Ad Epitomen illam Livii numerus hic expenditur a Sigonio et Drakenb. quibus verior quam Epitomæ numerus videtur. Ceterum hic Annam Fabri errasse monet ibi Vir Cl. quem consule. *Verh.*

Nunquam bella cessassent] L. B. opt. *nunquam bello cessassent:* quasi vellet *a bello*. Hav.

Contra Afros] Carthaginenses. *Glar.*

Ap. Claudio] Pulchro Caudice. *Glar.*

Q. Fulvio] Flacco. *Glar.* Orosius perperam appellat *Fabium*. Hearn. Eundem errorem committit Pæanius. Κόιντον Φάβιον hic et III. 2. neque Q. sed *Marcus Fulvius Flaccus* vocabatur. Adi Pigh. ad A. *Verheyk.*

Contra eos] Afros ac Syracusanos Sicul. *Glar.*

De Afris et Hierone] Romani Mamertinis auxilio venientes prælio ad Messanam vicerunt Hieronem et tertio post die eodem in loco Carthaginienses. Polyb. I. f. 5. Gr. *Cell.*

CAP. 19 *Insequenti anno, M. Valerio Max. et M. Octa.*] Hi Cos. cum duobus consularibus exercitibus missi sunt in Siciliam, binis legionibus civium, totidem auxiliaribus quaternum millium trecenum equitum. Horum adventu pleræque civitates Siculorum ad Romanos defecerunt. Hiero id videns, et ipse cum Romanis pacem fecit his conditionibus, ut captivos omnes sine precio restitueret, talenta C. penderet. Sic Polyb. lib. I. anno hujus belli secundo, quæ Eutropius tertio anno facta refert. *Glar.*

Insequenti anno] Secundo hujus belli, ab U. C. 490. *Glar.*

M. Valer. Maximo] Secundum Cos.

Al. *Marco* legitur, sed male. *Glar.* Nam *Manius Valerius* vocabatur. vid. Pigh.

M. Otacilio] Crasso Messala. *Glar.*

In Sicilia] Apud Messanam. *Glar.*

Tauromenitani] Taurominium et Catana, urbes ad fretum, in orientali latere. *Glar.*

Catanenses] Vetus lib. *Catinenses:* sed Catanam et Catinam, Hermolaus puto in Plinium monuit, eandem urbem esse Siciliæ. *Vinet.* Vin. Mss. *Catinenses.* Sed rectius *Catanenses;* rectius etiam *Tauromenitani.* Græce namque Κατάνη et Ταυρομένιον dicuntur istæ civitates. *Sylb.*

Quinquaginta civitates] Polyb. I. f. 6. ἀπό τε τῶν Καρχηδονίων αἱ πλείους ἀφιστάμεναι πόλεις προσετίθεντο τοῖς Ῥωμαίοις ἀπό τε τῶν Συρακουσίων. *Cell.* Polybio consentiunt Diod. Sicul. et Plin. VIII. 60. Ceterum *in fide* legit Cod. L. B. 1. et sic 2. semper: quod ex scribendi ratione *fidē* ortum videtur: quamquam a Latinitate non abhorret. 'Quinam Cinædus ille in conspectu meo audet venire?' Phædr. I. v. F. 1. ubi plura dabunt Scheff. et Burmann. *Verh.*

Tertio anno] U. C. 491. Polybius lib. I. ait, hoc tertio anno Romanos per quinque menses obsedisse Agrigentum, ac varia fortuna luctatos, fame, peste, ac postremo pugna inter Agrigentum ac Heracleam facta, in qua superiores Agrigento potiti eam urbem diripuerunt. *Glar.*

Paratum] Al. *præparatum:* forte *patratum.* Glar.

Bellum patratum] Pro vulgato *paratum* recte conjecit Glareanus, et J. Wasse (quem etiam Gruner. laudat, cui tamen nihil mutandum videtur) ad Sall. Jug. 24. hoc nomine a Cl. Dukero laudati ad Flor. II. 15. 'Quadriennio [bellum] patratum est.' familiari locutione Livio, Sallustio, Velleio, Suetonio, aliisque, ut Vir Doctiss. ibi ostendit. Aliud enim quid *parare bellum;* h. e. quibusvis se ad bellum necessariis rebus instruere, aliud *patrare,* quod fere idem est ac *conficere:* unde *patratum* et *inceptum* opponit Tacit. II. Ann. 66. 'Bomilcar simul cupidus incepta patrandi,' &c. Sallust. Jugurth. LXX. 5. et hoc sensu hic capiendum esse liquet e seqq. 'Is cum omni nobilitate Syrac. pacem a Romanis impetravit.' *Verheyk.*

Talenta ducenta] C. est in Polybio. Faciunt autem 200. talenta, 120000. coronatorum. *Glar.*

Afri in Sicilia victi] Anno quarto Romani etiam mari dominari volebant, sicut Carthaginenses, ad quam rem ædificarunt classem CXX. navium, c. quinqueremes, reliquas triremes. Polybius in primo. *Glar.*

Afri] Carthaginenses. *Glar.*

Victi sunt] Inter Agrigentum ac Heracleam. *Glar.* Prœlio inter Agrigentum et Heracleam commisso. Polyb. lib. I. f. 8. Gr. *Cell.*

CAP. 20. *Quinto anno*] U. C. 493. Romani cum marinarum rerum imperiti essent, invenerunt tamen modum, quo etiam mari dominarentur, machinis navibus inædificatis, corvos appellabant, quibus hostium naves celeritate Romanos illudentes implicarentur ac colligarentur: ita tum Romani manu magis quam remis strenui, in hostium naves insiliebant, ac eos occidebant. Ter ita cum Hannibale Carthaginensium tum duce pugnatum est. Primum non longe a Sicilia, Italico tamen littore: iterum ad Liparas, Æoliarum insularum (ubi alter Cos. Cn. Corn. Asina paulo ante captus erat) caput: ubi L. amisit naves Hannibal memorabili pugna sub C. Duillio Cos. idem paulo post refecta classe in Sardiniam missus, sed in quodam portu conclusus, classem fere omnem amisit: elapsus tamen, cum Carthaginem venisset, crucifixus est. *Glar.*

Agebatur] Sic pro vulg. *gerebatur* restituï auctoritate Cod. Lugd. Bat. 1. Vide quæ diximus supra c. 9. *Verh.*

C. Duillio] Vetus liber *Duellio* scribit. Epitome Liviana Cneum pro Cajo habet, libro XVII. Julius Frontinus utroque modo appellat. *Vinet.*

Asina Coss.] Legit *Asina* etiam Florus. in Nazariano autem Flori cod. *Asina Cornelius* appellatur; in utroque vero Palatino, et vetustis Jordanis libris *Sagina Cornelius*. Sed verum hujus Consulis cognomen *Asina*. Hearn.

Liburnas] Longas. ita Liv. lib. I. de secundo bell. Pun. *Glar.* Appianus Alexandrinus *principio Illyr.* de Liburnis, Illyriorum gente, tradit, quod mare Ionium infestarint ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις, ὅθεν ἔτι νῦν τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβουρνίδας προσαγορεύουσι. *Cell.* Has naves non *Liburnas* fuisse vocatas, docent Viri D. ad Flor. II. c. 6. sed, ut ex Appiano a Cellario hic laudato patet, *veloces* et *leves*, quæque antea dicebantur *triremes, quadriremes, quinqueremes, &c.* ut ex Scheffero de Mil. Navali II. 2. monet Cel. Dukerus ad Flor. III. 9. et l. d. confirmat Polyb. c. 30. dicens c. fuisse *quinqueremes* et XX. *triremes*. *Rostratæ* vocabantur a rostris æreis. 'Labitur uncta trabes, remèis *rostrata* per altum,' Ennii Fragm. l. VIII. unde etiam *æratæ* eidem l. VII. 'Ut conferre queat ratem *æratam*:' ubi et de Duillii victoria consule Hessel. *Verheyk.*

Cons. Cornelius fraude deceptus est] Polybius lib. I. de Asinæ captivitate ait, eum Liparas insulam navigasse: sed noctu supervenisse Carthaginenses, ac in portu Romanas naves nactos, Cornelium ad deditionem coëgisse. Valerius Max. VI. 11. ait, eum rursus Cos. factum, nempe anno 499. sexennio post. *Glar.* In portu Lipares insulæ noctu a Carthaginensibus, qui prope Panormum classem habebant, circumventus et ad deditionem coactus. Polyb. I. *Cell.*

Duillius, commisso prælio] In Columna Rostrata a Petro Ciaconio supplete BILIOS scribitur: quo modo etiam in Tabulis Capitolinis olim scriptum fuisse pro DUILIUS, quod hodie appareret, vix dubito. Nam longe aliam scribendi rationem fuisse Romanis Duillii ætate, quam ea, qua marmora Capitolina incisa sunt, ex Cicerone, Varrone, Festo, Quinctiliano, et dicta Inscriptione manifestum est. Cicero in Oratore diserte: 'Quid vero liceatius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam ut duellum bellum, et duis bis, sic Duellium, eum, qui Pœnos classe devicit, Bellium nominaverunt, cum superiores appellati essent semper Duellii.' Et Quinctil. I. 4. 'Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrhus et Bruges, et Balæna. Necnon eadem fecit ex duello bellum, unde Duellios quidam dicere Bellios ausi.' Corrupte tamen utrique: nam legendum *Duilios* et *Bilios* ex pluribus aliis locis in iisdem libris demonstrari potest, ut taceam exemplaria duo Mss. Quinctiliani, in quibus hoc ipso loco *Duilius* est, aut *Vilius*, *V.* pro *B.* quæ a Ciaconio memorata non observavit Cl. noster Gibsonus in sua Quinctiliani editione. *Hearn.*

Carthaginiensium ducem] Hannibalem. XXX. *Glar.* Annibalem nomine, cujus septiremis, Pyrrhi regis quondam prætoria, capta fuit, et dux in scapham insiliens vix effugere potuit. Vicerunt autem Romani ope machinarum, quas κόρακας, *corvos*, vocabant, quibus navale prælium παραπλήσιον πεζομαχίας, *pedestri simile*, reddebatur. Polyb. I. *Cell.*

XXXI. *naves cepit*] Hoc Polybius dicit in secunda pugna. *Glar.* Columna rostrata XXX. QUE. NAVEIS. CEPET. CUM. SOCIEIS. SEPTEMRESMOSQUE. DUCIS. QUINRESMOSQUE. TRIRESMOSQUE. NAVEIS. XX. DEPRESSET. Ita edidit Ciaconius Polybium secutus, qui omnes naves, quas hoc prælio Carthaginienses amiserunt quinqua-

ginta fuisse, atque ex ipsis XXX. captas cum navalibus sociis; et præterea septiremem ipsius ducis in Duillii potestatem venisse tradit. Verba ejus sunt: Διὸ καὶ τριάκοντα μὲν τὰς πρώτας συμβαλλούσας ναῦς αὐτάνδρους ἀπέβαλον, σὺν αἷς ἐγένετο αἰχμάλωτον καὶ τὸ τοῦ στρατηγοῦ πλοῖον. Et post pauca: Τέλος ἐγκλίναντες ἔφυγον οἱ Καρχηδόνιοι πεντήκοντα ναῦς ἀποβαλόντες. Orosius XXXI. naves captas fuisse dicit, et XIII. mersas; sed Ciaconius Polybium potius sequitur, suspicaturque tam apud Eutropium quam Orosium pro XIII. sive XIV. scriptum fuisse XIX. *Hearn.*

III.] Intellige *millia*, quam vocem elegantius Vinetus abjecit, quam alii assumunt. *Cell.*

III. *millia occidit*] Male hic Viri D. Vinetum secuti *millia* abjecerunt. E Cod. Lugd. Bat. 1. recte addidit Merula. Et sic 2. Pæanius etiam agnoscit. Ἑπτὰ δὲ χιλιάδας αἰχμαλώτων ...τρεῖς δὲ διέφθειρε χιλιάδας. et quamquam elegantius abesse posset, ejicere non ausim contra Mss. optimæ notæ, propterea quod ab ejusmodi pleonasmis minime abhorret Eutropius. *Verheyk.*

Jam etiam] Post Duillii victoriam. *Glar.*

C. Aquilio Floro, L. Scipione Coss.] An. 494. Polybius lib. I. refert, Anno 7. pugnatum acriter mari apud Tyndaritanos. Cos. Rom. An. Attilius, decem navibus male multatis, vix evasit. Sed deinde Carthaginenses decem amiserunt captas, octo submersas: multa etiam terra ab eo acta referuntur, maxime vero quod M. Calpurnii tribuni mil. virtute evaserit. *Glar.*

Corsicam et Sardiniam] Polybius lib. I. ait. Hoc anno nihil dignum memoria in Sicilia gestum. At Florus et Valerius: ille lib. XVII. in Livii Epitome, hic lib. V. cap. 1. manifeste fatentur, in Sardinia pugnasse Scipionem cum Pœnis, ac ante Olbiam Hannonem occidisse. *Glar.*

CAP. 21. *Manlio Volsone*] *Vulsone* antiquus liber, *u* pro *o* in prima syllaba. Pro Manlio tamen hoc, invenies apud Cassiodorum et alios Chronologos, Cn. Cornelium Blæsum hoc anno: et annis post septem, illum Manlium Vulsonem, cum alio, ut volunt, Attilio Regulo. *Vinet.*

L. Manlio] Cn. Cornel. Blæso. An. 496. *Glar.*

L. Manlio Volsone, M. Attilio Regulo] *Mallio* in quibusdam Mss. hic et ubique passim: uti et apud alios, quamquam diversa gens est, sæpe confundi solet. *Vulsone* et *Vulscone* in aliis. quemadmodum *Vulscone* dixere veteres. *Vulsculs perdidit Anxur.* Enn. Fragm. p. 147. vide supra I. 8. *Verheyk.*

Attilio Regulo] Iterum Cos. Cum M. Attilio Regulo iterum Cos. non L. Manlius Volso, sed C. Cornelius Blæsus Cos. fuit, anno 498. At cum C. Attilio Regulo, anno 503. Cos. fuit Volso. Sed sexennio ante perierat M. Attilius. Fuere et alii in hoc errore, fortassis et Eutropius: quanquam ego malim codicum errorem esse, non authoris. Fieri etiam potest, prorogato imperio, ipsi Regulo, hæc acta ann. 9. hujus belli, quo L. Manlius Regulus Cos. fuit, non L. Manlius Volso. plures certe Attilii et Manlii errorem intulere, non distinguentibus diligenter Cos. nomina Romanis scriptoribus. *Glar.*

Contra Hamilcarem] Et Hannonem, inquit Polyb. *Glar.*

In mari] Ad Lilybæum Siciliæ promont. *Glar.*

In mari pugnatum] Inter Siciliam et Africam, cum Pœni Romanos tranfretatione prohiberent. Polyb. *Cell.*

LXIV.] Ita etiam Polyb. *Glar.*

Transissent] Romani. *Glar.*

Clypeam] Clypejam vetus liber: et ad Carthaginem; sive illo usque.

Vinet. Opp. ad extimum angulum, e regione Siciliæ. *Glar.* Polybius et Dio Cassius I. 48. extr. Græc. ἀσπίδα vocant. Plinius. v. 4. 'Clupeam in promontorio Mercurii sitam.' *Cell.*

Multisque vastatis] Trecenta amplius castella, inquit Flor. XXVII. supra XXI. Polyb. *Glar.*

Multisque vastatis] *Oppidis* fide Codd. Mss. LC. et Lugd. Bat. 1. 4. 5. G. N. B. F. delevi; præter enim oppida, vicos, et castella, etiam Africam ac Carthaginiensium ditionem longe lateque vastarunt. Pæanius recte. Πᾶν δὲ ὃ δεῆλθον ἐκτολιορκήσαντες ἐχωρίσθησαν. *Verheyk.*

Contra tres] Hasdrubalem, Bostarum, et Hamilcarem, inquit Polyb. libro I. Facta autem est hæc pugna ad Adim opp. ut ait Polyb. *Glar.* et *Cell.*

Cum XVIII. *elephantis*] Aliter hunc locum ex suo Eutropio adfert Fabricius ad Oros. IV. 8. (qui septemdecim millia cæsa tradit) 'X. et IX. millia hostium cecidit.' Nullus tamen Cod. e Nostris neque Hearnei numerum, quem hic invenimus, superat: quemadmodum etiam Pæanio: ὀκτὼ καὶ δέκα. Sed de his Polybius et Florus nullam mentionem faciunt, nisi quod posterior magnam vim juventutis, ducesque ipsos aut captos, aut in vincula conjectos, tradat. *Decem et octo* habet Cod. L. B. 3. hic et mox: *decem et octo elephantis;* uti et Orosius d. l. Et ita scribendum esse, non *octodecim*, post alios docet Cl. Dukerus ad Florum II. 6. ubi vide, quos laudat. Sic 'decem et novem' Livio XL. 40. Aurelius autem cæsorum numerum ad 'ducenta millia' auxit, V. I. c. 40. ubi vide Comment. De Elephantis iterum consule Gisb. Cuperum Dissert. superius laudata. *Verheyk.*

LXXIV. *civitates*] Orosius IV. 8. dicit LXXXII. At Aur. Vict. V. I. c. 40. numerum ad *ducenta* auget: sed vide ibi Comm. Cellarius in utraque Editione sua, uti et Fabri filius LXXIII. quum tamen et Metaph. 'Εβδομήκοντα καὶ τέσσαρας. *Verheyk.*

Tum victi] Post pugnam ad Adim. *Glar.*

Quam cum Regulus nollet nisi durissimis conditionibus] De M. Attilio Regulo longe aliter author Græcus Polybius quam Latini authores. Quanquam locum de conditionibus inter Regulum ac Carthaginenses primum tractatis, in Polybio male versum puto. In hoc tamen discrepat cum Latinis, quod Regulum dicat parum memorem fuisse humanarum calamitatum ac fortunarum, *nimis* duras conditiones Carthaginensibus obtulisse, nec a pertinaci proposito flecti potuisse. Unde coactos Carthaginenses circumspicere alia auxilia. Redierunt autem iis diebus Carthaginem milites Græci, et in iis Xantippus quidam Lacedæmonius, rei militaris peritissimus, qui plane asseveravit, ducum ignavia Carthaginensibus cladem hanc contigisse: qua voce audita, Carthaginenses rogare virum, ut trepidis rebus succurreret: quod ille intrepide fecit, insignique pugna Romanum exercitum vicit. Cum D. equitibus fugiens Regulus, cum antea misereri nollet, ipse in miseriam venit. Polyb. *Glar.*

Et duce Xanthippo] Non solo, sed quem στρατιῶται πλεῖστοι, *mercenarii multi*, in Græcia conduxti, sequebantur. Polyb. I. 32. *Cell.*

Qui a Lacedæmoniis] Imo cum aliis militibus Græcia in Africam venerat. *Glar.*

A Lacedæmoniis] Hoc Polyb. non habet. *Glar.*

Nam duo millia] Hoc etiam Polyb. *Glar.*

Refugerunt] Clypeum, εἰς τὴν Ἀσπίδα. et quidem παραδόξως, *ægre et præter opinionem.* Polyb. I. *Cell.*

Quindecim millia] Polybius: πεντακόσιοι, οἱ μετὰ Μάρκου στρατηγοῦ φυγόντες, πάντες ἐζωγρήθησαν: *quingenti, cum*

Marco imperatore fugientes capti sunt. Ita pariter Metaphrastes. *Cell.* et *Hearn.*

Quindecim millia] Miror, unde post alios hæc Merula contra Cod. optimæ notæ, quem alias tam diligenter sequitur, ediderit, et post illum præter Grunerum omnes reliqui. Respuunt G. B. N. M. F. V. Gr. HM. Cod. Lugd. Bat. 1. et 3. qui constanter legunt *quingenti capti*. Confirmat præter Polybium hic a V. D. laudatum, etiam Orosius IV. 9. de more Nostrum describens: 'Regulus ille dux nobilis cum quingentis viris captus est, et in catenas conjectus.' *Verheyk.*

XXX. *millia*] Eumdem numerum habet Oros. IV. 9. Sed e triginta millibus, quibus Atilius dux præerat, paucos Aspidem ægre confugisse: reliquos omnes partim occisos partim captos tradit Appian. in Lyb. a Fabricio ad Oros. citatus. Ceterum perinde est, *occisi*, ut quidam, an *occisa*, ut alii Codd. præferunt, legatur. Sed per synthesin, ut Grammatici loquuntur, frequentius Nostro est. Vide hic Gruner. et innumera exempla apud alios. *Verheyk.*

CAP. 22. *M. Æmilio Paulo*] An. U. C. 498. Hic erat annus X. hujus primi belli Punici: fœlix rerum gestarum initium cum fœdo exitu. *Glar.*

Ad Africam] *Ad* pro *in*. Sic noster infra II. 23. 24. et Sueton. Claud. I. 'corpus ad Urbem devectum.' *Cell.* *Ad* pro *in* frequentius Nostro dici, supra ad c. 5. pluribus exemplis ostendimus. *Ad* tamen delet Lugd. Bat. 1. (hic et seq. cap.) et Ed. Annæ F. atque ita sæpius a nominibus regionum abesse præpositiones, pluribus demonstravit Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 6. 1. 2. 3. *Verheyk.*

Cum trecentarum] Et L. inquit Polyb. *Glar.* Vineto duce abjecimus superflua verba: 'Clypeam petunt, et contra Carthaginienses venerunt.' *Cell.*

Primum] Primo impetu, vix Africam ingressi, περὶ τὴν Ἑρμαίαν, *ad Mercurii promontorium*. Polyb. *Cell.*

Primum Afros] Obvios, non longe a Mercurii promontorio. *Glar.*

Quatuor naves] Quatuordecim, Polyb. *Glar.*

CIV.] Auget numerum Polybius, ἑκατὸν δεκατέσσαρας. *Cell.* Alii aliter. Vide Diod. Sicul. Ecl. XXIII. et Oros. IV. 9.

Triginta] Hoc non habet Polyb. *Cell.*

Nisi tanta fames] Et hanc causam obticet Polyb. *Cell.* Ex Cod. Ms. Lugd. 1. (cui alii consentiunt) Eutropium scripsisse *nisi quod* suspicatur Gruner. pro *quod si non*; nec displicet. Quæ vero Auctor hic scribit, apud alios frustra quæsivimus. *Verheyk.*

Nisi tanta fames fuisset] Hæc Merula. Alii: *nisi quod tanta fames erat.* Cell.

Expectare] Manere in Africa. *Glar.*

Consules cum victrici classe redeuntes] Florus in Livii Epitome lib. XVIII. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformavere naufragia classium. *Glar.*

Redeuntes] In Siciliam. *Glar.*

Circa Siciliam] Non procul a Camarina urbe. Polyb. *Glar.* Προσμίξαντες τῇ τῶν Καμαρινάιων χώρᾳ: *non procul a Camarina urbe.* Polyb. *Cell.*

Naufragium passi sunt] Polybius ait, non tam fortunæ culpa hoc naufragium accidisse, quam Coss. temeritate. Admoniti enim a nautis, ut illo tempore caverent Siciliæ orientale latus, illi elati victoria, et spe aliquot oppidorum capiendorum, nihil non suæ fœlicitati cessurum rati in maximas calamitates et se et suos involverunt. *Glar.*

Ex quadringentis] Hoc ita etiam Polyb. *Glar.* Polyb. I. 36. ait e navibus CCCLXIV. tantum LXXX. reman-

sisse; sed numerum minuit Oros. IV. 9. At Diod. Sicul. nimium quantum auget, e quo tamen scrupulus, ad quem offendunt Anna F. et Hearne, tollitur; dum ex eo colligere licet, naves, quas superius memoratas vidimus, longas fuisse, et his postea onerarias, aliaque navigia, ut Polybius addit, accessisse, quæ numerum ab Auctore prolatum effecerunt. *Verheyk.*

Naves reparaverunt] Undecimo anno Coss. Au. Attilio et Cn. Cornelio Scipione Asina, Panormus præcipua Carthaginensium urbs in Sicilia a Romanis capitur, paratis ad eam rem CCC. navibus, non ducentis XX. veteribus LXXX. adjunctis, cum Carthaginienses etiam CCXX. adornassent. *Glar.* Polybius tamen I. 38. refert CCXX. naves a Romanis ædificatas fuisse. *Verheyk.*

Infractus fuit] Locus Virgilii quem citant D. V. est Æn. IX. 499. adde v. 784. VII. 332. XII. 1. Quorum quædam citantur a Glareano ad Livium XI. 40. qui dubitat, quo sensu capiendum sit: sed simpliciter pro *fractus* sumi debere, quam plurimis exemplis comprobavit Cel. Drakenb. *Verheyk.*

CAP. 23. *Cn. Servilius Cæpio, et C. Sempronius Blæsus*] U. C. 500. Hic est annus XII. hujus belli. Quo anno Romani in Africam lati, nihil memoratu dignum gessere: sed bis afflicti mari, semel ad Lotophagorum insulam, quæ Myrmix dicitur, non longe a parva Syrte, ubi navibus elapsi adprehensa Sicilia, cum a Panormo in Italiam redire vellent, orta tempestate CL. naves amisere. Quare Ro. S. C. fecere, abstinendum esse mari. At LX. naves importandi frumenti gratia, ac ad Italiæ præsidium datæ sunt. Anno XIII. nihil actum refertur a Polybio. *Glar.*

Naufragium passi sunt] Navium afflictionem, ad Syrtim parvam: sed ultra Panormum, submersionem. *Glar.* Prope Syrtem Minorem in brevia inciderunt: inde ægre liberati, cum domum reverterentur, 'circa Palinurum Promontorium,' quod Paulus Diaconus adjicit, aut inter Siciliam et Italiam, ut Polybius habet, tanta oppressi sunt tempestate, ὥστε πλοῖα τῶν ἑκατὸν καὶ τεττάκοντα πλοίων ἀποβαλεῖν, ut CL. *naves amiserint.* Celt.

Calamitates] Clades in mari. *Glar.*

Ad præsidium] Et importandi frumenti gratia. *Glar.*

CAP. 24. *L. Cæcilio Metello*] Cæcilii Metelli inter ea sunt nomina, quæ res Romanas legentibus molestiam exhibere solent, cum passim occurrant, nec internoscere omnes facile possis. L. Cæcilius Metellus Consul ad annum urbis DII. qui primo Punico bello elephantos cepit, Pontifex Max. fuit, Dictator, magister equitum, quindecimvir agris dandis: cui populus Romanus tribuit, ut quoties in Senatum iret, curru veheretur ad Curiam, ob oculos incendio amissos, cum Palladium ex æde Vestæ ardente raperet (ut narravit Livius l. XIX.): filium habuit Q. Cæcilium Metellum, illum qui orationem habuit supremis laudibus patris sui Lucii Metelli: atque pater fuit (auctore Plinio l. VII.) Q. Cæcilii Metelli, illius felicissimi habiti, qui recepta Macedonia de Andrisco Pseudophilippo dicto triumphavit, ad annum Urbis DCVII. et Macedonicus est cognominatus. Porticus fecit Romæ, turmam equestrium statuarum in Capitolio posuit (hoc tradit Paterculus l. I.), Celtiberos gentem Hispanam debellavit (hoc Plinius, Nepos, et L. Annæus l. II.), parum abfuit, quin e saxo Tarpeio præcipitatus sit. Consul post multas repulsas vix fuit factus, anno urbis DCXI. Sex liberos reliquit, quorum quatuor Plutarcho de Fortuna Romanorum sic appellantur: Primus, Q. Cæcilius Metellus, qui a subactis Baleāribus insulis, Balearicus est dictus, ad annum Urbis DCXXXI. Secundas,

L. Cæcilius Metellus, Διαδῆμα in supra citato Plutarchi libro cognominatus: ubi quidam Διάδημα legisse videntur: qui, nescio an is sit, qui eidem Plutarcho in Coriolano Diadematus est appellatus: quem illum esse L. Metellum putant, qui Dalmaticus fuerit cognominatus, cum Dalmatas gentem subegisset Consul cum Q. Mutio Scævola, ad annum urbis DCXXXVII. autore Eutropio l. IV. Tertius, C. Cæcilius Metellus, Caprarius cognominatus, quo Consule cum Cneo Carbone ad Urbis annum DCXL. duos quosdam Metellos fratres eodem die triumphasse nescio quibus de populis, memoriæ prodidit Eutropius l. IV. Quartus, M. Cæcilius Metellus. Hæc sunt quatuor Metelli Macedonici filiorum prænomina apud Plutarchum. Asconius vero Pedianus, gravis autor, in orationem pro C. Cornelio, Metellum Creticum etiam Quintum vocat, eodem scilicet prænomine cum Metello Pio, quemadmodum in Salustii quoque Jugurt. et Livianæ Epitomes l. XCIX. scriptum invenimus: ut idem sit Balearici et Cretici prænomen Quintus, cum tamen non unus idemque fuerit Balearicus et Creticus, ut disces ex L. Annei l. III. historiæ Ro. sed tamen ambo fratres. Alii quidam Metellum Creticum vocant Lucium pro Quinto, ut Consulum etiam catalogus habet. Quoniam autem Metellus Creticus unus fuit ex quatuor Metelli Macedonici liberis, qui patrem rogo intulerunt, isque jam tum Creticus erat, autore Plinio in eodem l. VII. et Creta subacta triumphavit ad annum Urbis DCXC. ut putat Eutropius l. VI. profecto valde senex vixerit Macedonicus, inter cujus consulatum et Cretici triumphum intercesserint anni minimum octoginta. Quare vereor, ne quid nos fallant aut librarii, aut antiqui ipsi autores.. Q. Cæcilii Metelli Balearici, quem inter Metelli Macedonici filios primum memoravimus, filius fuit Q. Cæcilius Metellus Nepos, et sic nepos Metelli Macedonici: qui Metellus Nepos Consul fuit cum T. Didio ad annum urbis DCLVI. filiumque habuit Q. Cæcilium Metellum Nepotem, qui adolescens C. Curionem accusavit, accusatorem patris sui, autore Asconio in oratione pro Cornelio: quique Tribunus plebis Ciceronem consulatu abeuntem prohibuit concionari, de rebus quas in eo gesserat magistratu (hoc puto colliges ex iis quæ extant Asconii in orationes pro eodem Cornelio et in L. Pisonem) et fratrem habuit Q. Cæcilium Metellum Celerem (de hoc Celeris cognomento Plutarchus in Romulo et Coriolano) cum, ni fallor, qui cum L. Afranio Consul fuit anno urbis DCXCIV. cujus et Ciceronis lege literas primas libri quinti Familiarium. Q. Cæcilius Metellus, qui cum Q. Hortensio Consul fuit anno urbis DCLXXX. dubito an idem sit Q. Metellus Nepos, frater Quinti Metelli Celeris, sed cum tamen Hortensii collegam ex Ciceronis orationibus in Verrem, ac Asconii commentariis, certo scimus, fratres eos habuisse, L. Cæcilium Metellum, qui prætor in Sicilia Verri successit, et M. Cæcilium Metellum, prætorem Urbanum; quorum Lucius nescio an is sit L. Cæcilius Metellus, qui Tribunus plebis Cæsari rempublicam evertenti pro viribus restitit Romæ, ad annum urbis DCCV.: ut refert Plutarchus in Cæsare, Cæsar ipse l. I. Comment. belli Civilis. Dion l. XIV. et alii. L. Cæcilius Metellus longe alius fuit, quem Livius XXII. 27. et alibi memorat rempublicam deserere voluisse, et Italia excedere, Annibalis metu, post Cannensem cladem, ad annum urbis DXXXVIII. Q. Cæcilii Metelli Numidici pater est Lucius, in oratione Ciceronis pro Cornelio Balbo, quem L. Cæcilium Metellum esse scribunt eum, qui Dalmaticus dictus sit supra, secundus in filiis Metelli Macedonici:

sed ejus rei nullum ii citant autorem. Hic Q. Metellus Numidicus Consul fuit cum M. Junio Syllano, an. urbis (ut putant Chronologi) DCXLIII. quo anno Numidici cognomentum sibi peperit, multis prœliis fuso Jugurtha in Numidia Africæ regione (hoc narravit Livius l. LXV. Sallustius, Eutropius ac alii): Censor Quintium quendam se Tiberii Gracchi filium mentientem, in censum non recepit: in legem Apuleiam per vim latam jurare noluit: in exilium voluntarium Rhodum et Smyrnam abiit ad annum urbis DCLIV. (hoc Livius idem l. LXIX. Plinius, Nepos, et Plutarchus in Mario) Filium habuit Cæcilium Metellum ideo Pium cognominatum, quod patrem Metellum Numidicum assiduis lachrymis et precibus ab exilio revocarit. Hic Metellus Pius bello sociali Marsorum ducem cecidit: Hirtulejum et Sertorium in Hispania oppressit. (Plinius, et Frontinus lib. secundo Strateg.) Pontifex maximus fuit, (Asconius pro Cornelio) de cujus morte nihil mihi comperti: sed quem tamen qui putat se interfecisse apud Livium l. LXXXX. tam fallitur (quod cognosces si sequentes Livii libros legeris) quam temere quidam eum esse Metellum Pontificem Max. pronunciavit, qui Plinio et Valerio annos centum vixisse traditus sit: quasi nullus alius Metellus Pontifex fuerit. Q. Cæcilius Metellus Scipio, qui bello civili Pompeii et Cæsaris se interfecit cum Catone in Africa, is in hanc familiam adoptatus fuerat: de cujus genere nos in librum sextum. In studiosorum gratiam obiter hæc, quæ nobis in mentem veniebant, de Metellorum genere: de quibus plura fortasse alias, et comperta magis, si quando plus otii et virium fuerit. *Vinet.* Hic est annus XIV. hujus belli, ab U. C. 502. plenus gloriæ Romanorum, ob Metelli victoriam. *Glar.*

Pacillo] Rectius pro *Placido*, quod ante legebatur, jam restituit Merula, quem eo lubentius secuti sumus, quod Pighius in Fast. ad A. DII. id ei nomen fuisse demonstret, uti et Fabric. ad Oros. IV. 9. qui Nostro adsentiens C. pro Cn. ut est apud Polyb. l. d. prænomen facit, quod præfert quoque Pighius. *Verheyk.*

Metellus in Sicilia] Hasdrubal Carthaginiensium dux, cum sciret a tempore adversæ pugnæ in Africa sub M. Attilio Regulo factæ, elephantos terrori esse Romanis, quippe ea pugna obtritis, et quod unus duntaxat Cos. Cæcilius Panormi substiterat, dimidia exercitus parte Panormitanum agrum ingressus, cuncta vastat. Metellus suos intra mœnia continet, donec totus Pœnorum exercitus, una cum elephantis flumen urbi proximum transiret: ubi id factum, Metellus velocissimum quemque militem super fossam constituit: eo consilio, ut quando a beluis vincerentur, fossam insilirent: inde missilibus cum ex fossa tum ex muro elephantos peterent, quod cum factum esset, elephanti irritati in suos ruunt: agmina perturbant, quæ Metellus alia urbis parte egressus, eductis una copiis, prorsus conficit, elephantisque omnibus potitur. Hæc victoria effecit, ut Romani in annum sequentem rursus classem adornarent, quæ res in tertium annum jam dilata erat. *Glar.*

Afrorum ducem] Hasdrubalem. *Glar.*

Venientem] Ad Panormi recuperationem. *Glar.*

Superavit] Ad mœnia urbis Panormi. Polyb. *Celh.*

Per Numidas] Opera Numidarum. *Glar.*

In auxilium] Conducto. *Glar.*

Cum CXXX.] CXX. Floro in Epit. *Glar.*

CXXX.] Discrepant inter se de numero scriptores, uti etiam mox XXVI. *elephantos cepit.* Adi Fabric. ad Oros. IV. 9. et quem hic laudat Grunerus, Gisb. Cuperum Diss. sæpius laudata

p. 115. *Verheyk.*

Post hæc mala] Hanc cladem ad Panormum. *Glar.*

Post hæc mala Carthaginienses Regulum] Hæc sunt contra Polybii opinionem l. I. Est etiam contra Livium, qui ait, Regulum ante Metelli victoriam missum Romam, ut vides l. XVIII. in Livii Epitome. *Glar.*

Regulum petierunt, ut, &c.] Insolens dictio pro a Regulo petierunt. Sed sic etiam Augustinus illo ævo locutus est de Civ. Dei III. 17. et IV. 23. *Heumann.* V. nos ad III. 22.

CAP. 25. *Ille Romam cum venisset*] Pro hac Reguli historia, quam certatim omnes Latini scriptores tractant, Polybius nobis arduam Lilybæi a Romanis legionibus obsidionem, acerrima tum ad portum tum ad opera recens excitata certamina, tandem etiam sævientis venti occasione prorsus incensa, describit; ac nihilominus durasse Lilybæi obsidionem: fuit autem hæc anno XV. hujus belli, quando classem repararunt contra decretum anno XII. factum. cc. autem naves a novo sunt paratæ. *Glar.*

Nihil quasi Romanus egit] Quasi Carthaginis potius quam Romæ civis fuisset. *A. F.*

Romanum esse desiisse] Capitis certe diminutionem passus erat, de qua et ejus speciebus vide præter cæteros Sigonium. *A. F.*

Et uxorem] Martiam. *Glar.*

Uxorem a complexu removit] Hoc graphice depingit Hor. l. III. Od. 5. 'Fertur pudicæ conjugis osculum, Parvosque natos, ut capitis minor, A se removisse,' &c. *A. F.*

Fractos tot casibus] Hic *fractos* est idem quod supra *infractus*, et sic Virgilius, 'Fracti bello,' &c. *A. F.* Virgilii locus est Æn. II. 13. Pro *casibus* Cel. Artzen. hic legi mavult *cladibus* ad Vict. V. I. 42. quemadmodum scripsit Oros. IV. 9. a Viro Cl. laudatus. Displicet Grunero, hoc nomine etiam Dukerum notanti, qui ad Flor. II. 18. locum Velleii II. 30. *casibus adficeri* eodem modo emendet, uti Curtius X. 6. *clade adficere* dixerat. Neque dubito, quin huic opinioni accedendum sit: præter enim quod contrarium argumenta a Grunero prolata non satis evincunt, dum locutionis *adficere aliquem casibus*, ut Velleio est, aliud exemplum merito desiderat Dukerus; vox *clades* proprie de tristi belli eventu adhiberi solet. Livio III. 71. 'Quum sæpe bello certassent, multis in vicem cladibus fessi,' &c. IV. 9. 'Nec ulla species, cladesque belli abest' et ejusmodi plura l. prius d. congessit Cl. Drakenb. Sed, quia omnes Codd. tum manu tum typis exarati constanter *casibus* servant, contra horum auctoritatem nihil mutare sustineo. *Verheyk.*

Se tanti non esse] Hanc lectionem non probat Grunerus. neque ignoro, illud sæpe pronomen elegantius abesse. Sueton. Cæs. LXX. 'ut ei milites esse confestim responderint.' quam lectionem pro *esse se* in Cod. Vindobon. Sec. Cort. præfert Cel. Oudendorp. a quo vide ibi laudatos Commentarios. verum hic alia ratio videtur: quum prius de Pœnis, nunc de se ipso agat Regulus. certe Cod. Optimi fide, quem et Merula secutus est, addere visum fuit. *Verh.*

Itaque obtinuit] *Itaque* duæ hic sunt dictiones, adverbium ac conjunctio: pro, *et ita:* Terent. 'Imo ita volo, itaque postulo ut fiat, Cræme:' in Andria, act. III. sc. 3. 'Tu nescis. So. Non ita me dii bene ament, mi Laches: itaque una inter nos agere ætatem liceat.' In Hecyra. Alioqui est una dictio illativa conjunctio, accentu in prima syllaba, qui hic est in secunda. *Glar.*

Nullus] Romanorum. *Glar.*

Ipse Carthaginem rediit] Videtur Regulus exemplum esse cupidi etiam mortem oppetere, ut gloriam acquirat. *Glar.*

Servierat] Servus esset factus. *Glar.*

Omnibus suppliciis extinctus est] Resectis palpebris soli expositus, et deinde angusta arca inclusus, clavis acutissimis undique introrsum actis, ut se in nullam ejus partem sine pœnis atrocissimis inclinaret, vigiliis et dolore perimitur. *A. F.* Vide Gellium VI. 4. Val. Max. IX. 2. ext. 1. *Cell.* Adde V. D. ad Diodor. Sicul. Tom. II. p. 566. et Palmer. in Exercit. Gr. p. 152. *Verh.*

CAP. 26. *Post Appio Pulchro, C. Junio Coss.*] Porro an. XVI. hujus belli, U. C. 504. Al. *P. Claud. Pulchro.* Ap. Claud. Pulcher, Cæci nepos, Lilybææ obsidioni præerat. Hic, ut missum Romæ erat X. millium militum supplementum, consilium iniit opprimendi Adherbalem Carth. ducem, qui Drepani erat. Igitur noctu hostibus nihil sentientibus, Drepanum navigat, ac prima luce hostes in conspectu habuit: qui longe consultius acie instructa, et rerum maritimarum periti, sub Adherbale pugnabant, quam Romani sub Appio: ac tandem victores evaserunt. Appius primus fugiens, cum triginta navibus evasit, amissis XCIII. navibus, inquit Polyb. *Glar.*

P. Claudio Pulcro, L. Junio Coss.] Ita absque copula, quam respuit Cod. Lugd. 1. legendum esse, pluribus docet Cel. Oudendorp. ad Sueton. Aug. c. 5. *L.* autem uti dedit Merula, pro *C.* ut etiam Orosio IV. 10. et Censorino de Die Nat. c. 17. vocatur, rectius in Fastis legi, ibidem monet Vir Cl. Vid. Pigh. ad A. DV. *Verheyk.*

L. Junio] Pullo. *Glar.*

Contra auspicia] Quod jussit immergi pullos, qui cibari nolebant. Epit. Livii XIX. Flor. II. 2. 29. *Cell.*

Victus est] Ad Drepanum Siciliæ prope portum. Polyb. *Glar.*

Nam ex ducentis] Sic legendum. Nam ex CCXX. navibus, cum XXX. fugit, XX. cum pugnatoribus captæ sunt, demersæ cæteræ: octo millia hominum cæsa, XX. millia capta. *Glar.*

Nonaginta cum pugnatoribus] Paris. et Ven. XX. pro XC. Nostram lectionem stabilit etiam Polybius I. f. 22. *Τῶν λοιπῶν σκαφῶν ὄντων ἐνενήκοντα καὶ τριῶν ἐκπίπτουσαν οἱ Καρχηδόνιοι.* Ceterum addunt vulgo, etiam Vinetus: XX. *millia capta.* Sed quod nihil hujusmodi Fuldensis habet, nec cum stili ratione cohæret, abjecimus cum aliis a Diacono, ut putamus, inepte assutis. *Cell.* 'Post hos Claudius consul cum classe centum et viginti navium ad Drepani portum contra hostem profectus, ibique mox exceptus classe Pœnorum superatus est. Et ipse quidem cum triginta navibus Lilybæum in castra confugit: reliquæ omnes, hoc est, nonaginta, aut captæ, aut demersæ fuerunt: octo millia militum cæsa, viginti millia capta referuntur.' Or. IV. 10. *Verh.*

Alius consul] I. e. alter consul. Sic Apuleius V. Metam. 'suscipit alia,' i. e. respondet altera soror. Fuit autem L. Junius, Claudii collega. Etiam Orosius III. 9. 'alius consul' pro *alter* habet. *Cell.* L. Junius. *Glar.*

Naufragio] Hæc copiose scribit Polybius. *Glar.* Inter Pachynum et Lilybæum *τόπων ὑπαρχόντων ἀλιμένων*, quo Romanos Punica classis compulerat; ipsa vero præsens tempestatis evaserat periculum. Polyb. I. 54. *Cell.*

CAP. 27. *C. Lutatio Catulo*] Anno 17. hujus belli nihil refert Polybius memoratu dignum. Sed cum Cos. Junius anno X. ante cepisset Erycen montem, cum Veneris templo in summo et urbe infra: Hamilcarem Barcam Hannibalis parentem, anno XVIII. Carthaginenses classi præficiunt: is Italiæ maritimam oram primum triennio vexavit: inde locum quendam ad Panormum occupat bello gerendo aptissimum: deinde cum recepta urbe Eryce per deditionem, biennio infestaret rursus totam Romanam ditionem, coacti sunt Romani classem rursus parare, ut sua tuerentur: idque

post quinquennium, quando jam annus erat XXIII. hujus belli. *Glar.*

Catulo bellum contra Afros commissum est] Hoc tempore duo Catuli fuere, C. et Q. Caius Carthaginenses vicit ad Ægateis insulam, anno 23. hujus belli: ab U. C. autem 511. Quintus autem sequente anno Cos. pacem eis dedit. Sed in Romana historia hæc duo prænomina sæpe corrupta, etiam apud Livium: hic autem bene habent. *Glar.*

Cum CCC. *navibus*] CC. habet Polybius. *Glar.*

CCC. *navibus*] Eandem numerum habet Oros. IV. 10. Sed adi Schott. ad Aur. Vict. V. I. 41. *Verh.*

CCCC.] Polybius non ponit Carthaginensium numerum. *Glar.*

Nunquam] Et hoc vere, siquidem hic numerus navium bene habet. *Glar.* Inclusa Vinetus non habet. Expressit autem Metaphrasta: scripsit etiam Merula: et in Fuldensi quoque invenit Sylburgius. *Cell.*

Lutatius Catulus] C. Lutatius Cos. cum CC. navibus, ut inquit Polybius, quas exhausto ærario publico cives pro suis quisque facultatibus contribuerunt, in Siciliam improvisus venit: memor autem, quantum momentum bello maritimæ res adferrent, remiges ac nautas assidue exercebat. Carthaginenses cognito Romanæ classis adventu, et ipsi classem commeatibus plenam ad Hamilcarem cum duce Hannone mittunt. Qui cum ad Hieronesum insulam venisset, eo consilio, ut clam hostibus ad Hamilcarem commeatum duceret, ac inde melioribus acceptis ab Hamilcare militibus, classem Romanam invaderet, id præsentiens Cos. Lutatius, statuit cum oneratis potius navib. quamvis turbido tum mari, ac adverso Romanis vento ante pugnare, quam evacuarentur, ac pluribus militibus munirentur. Quæ res bene cessit: vicit enim egregie hostium classem, L. navibus vel fractis vel demersis, LXX. plenis captis. Ea fortuna perculsi Carthaginenses, Hamilcari plenam permisere potestatem faciendi cum Romanis quod e Rep. Carthaginensium judicaret: qui ut vir prudens tempestati cessit, et pacem petiit, quam obtinuit. *Glar.*

Navem æger adscendit] Meminit hujus ægritudinis Valerius Max. II. 2. ab initio fere, oppido eleganter, Consulem ea pugna in lectica claudum jacuisse. At Polybius de ejus ægritudine non meminit. *Glar.*

Contra Lilybæum] Ad insulas Ægates, Flor. II. 2. 33. et Epit. Liv. XIX. πρὸς τὴν Λίγουσαν νῆσον, τὴν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένην. Polyb. I. 60. *Cell.*

LXXIII.] LXX. Polyb. *Glar.* Polybius I. 61. rotundo numero ἑβδομήκοντα ἑάλωσαν ἄνδρες, *septuaginta capta cum hominibus.* Cell. Polybio consentit Cod. Lugd. B. 1. vid. Comm. ad Diod. Sicul. Ecl. XXIV. qui numerum ad LXXX. auget, ut Oros. IV. 10. minuit ad LXIII. nisi illi X. exciderit. Pæanio tamen ἑξήκοντα. *Verh.*

CXXV. *demersæ*] Vetus liber habet solum XXV. *Vinet.* L. Polyb. Al. solum XXX. legitur. *Glar.*

XXII.] X. Polybius. At alibi XXXII. mil. hostium capta legitur. *Glar.* Mss. Vineti ex Fuld. solum 25. sine numero centenario: Polybius πεντήκοντα, quinquaginta. *Cell.* Variant scriptores in tota hac historia. Vide Polyb. I. 61. Oros. IV. 10. Diodor. Ecl. XXIV. *Verh.*

Infinitum] Immensum. *Glar.*

Prædæ] Al. *pondus.* Glar.

Sexto Idus] Antiquus liber, pro illo *idus*, habebat notam literæ Græcæ K persimilem. *Vinet.*

Tributaque est eis pax] Polybius l. I. ait, pacis conditiones hujusmodi fuisse, ut omni Sicilia cederent Carthaginenses: imo post adjectum, omnibus insulis inter Siciliam et Africam, ut Hieroni et Syracusanis nullum moverent bellum, captivos omnes sine pretio redderent: solverent talenta 3200. hoc est coronatorum 1920000.

Semel congressi sunt DCLXXX. navibus, ad Lilybæum. Romani toto bello amisere quinqueremes 700. præter eas, quæ diversis naufragiis perierunt. Carthaginenses vero circiter 500. *Glar.* Conditiones pacis habet Polybius I. 62. et 63. *Cell.*

Redditi sunt] Ex fœderis conditione. *Glar.*

A privatis] Civibus. *Glar.*

Ex fisco] Ex ærario. Loquitur auctor more ævi sui, cum *fiscus* cum Cæsarum imperio esse cœpit. Adde infra III. 9. 7. *Cell.*

CAP. 28. *Q. Lutatius, A. Manlius, Coss.*] U. C. 512. Hic fuit annus XXIV. primi belli Punici, prorsus finiti, pace data ac confirmata sub hisce consulibus. Meminit Polybius obiter hujus Falisci belli, et Florus in Livii Epitome l. XIX. ad finem. *Glar.*

Faliscis] Etruriæ mediterraneæ populo. Addit Epit. Liv. 19. 'cum rebellassent.' Urbs eorum fuerunt *Falerii*, qua in potestatem redacta, bellum finitum fuit. *Cell.* Vide ad Lib. c. 19. 20. de Phrasi Faliscis...civitas.

Italiæ] Hetruriæ. *Glar.*

Agro tamen ex medietate sublato] Cicero in lib. de Universitate ait: 'Vix enim audeo dicere *medietates*, quas Græci μεσότητας appellant.' *Glar.*

LIBER III.

CAP. 1. *Per* XXII. *annos*] Hic error facile ex paulo ante dictis convincitur, cum ait 'C. Lut. Catulo, A. Posthumio Albino Cos. anno belli Punici XXIII.' Ita ergo etiam hic scribendum. *per* XXIII. *annos, &c.* Glar. Delph. edit. XXIV. *annos:* et recte; nam alium calculum sequentes alia ratio impulit. Vid. Freinshem. ad Liv. XXX. 64. Fabr. ad Oros. IV. 11. Pæanius a vulgata stat, sed perperam pleræque Edd. vetustissimæ XXII. exhibent. *Verheyk.*

Factum] Al. *contractum.* Glar.

Tractum] Mora extractum. Noster infra V. 2. 6. et Liv. IV. 18. et IX. 23. ita pariter locuti sunt: sed Cicero et Nepos *ducere* bellum, ille 7. Fam. Epist. III. hic VII. 8. 1. *Cell.* Non spernendam lectionem dedit Codex L. B. 1. *factum.* 'Ne bellum faciam' Ennii Fragm. p. 109. ubi Hessel. Sallustii locum notat, 'Hiero Rex Syracusanorum bellum fecit:' phrasi Sallustio frequentissima. Vid. ad Cat. c. XXVI. 5. ubi plura ex aliis congessit Cortius. Nihil tamen mutandum: quum per tot annos bellum hoc productum velit Eutropius, quo sensu etiam Pæanius cepit, et infra in auctore sæpius occurrit, ut Cellar. observat. *Verheyk.*

Legatos ad Ptolemæum Ægypti regem] Cum tot in Ægypto fuerint reges Ptolemæi (idem de multis Antiochis dicendum) Romani scriptores raro dignantur cognomina addere, ut, de quo rege Ptolemæo aut Antiocho historia intelligatur, sciri possit. Post primum bellum Punicum in imperio fuit Ægypti Evergetes, tertius ejus nominis Ptolemæus post Alexandrum. Sed Antiochus Theos, qui primo hoc bello Asiam rexit, jam erat mortuus, et regnabat Seleucus Callinicus. Suspicor hanc legationem factam sub Ptolemæo Philopatore, qui cum Antiocho Magno conflixit ad Raphiam urbem, in confinio Judææ ac Ægypti, ut refert Polybius lib. V. *Glar.*

Ad Ptolemæum] Evergetem priorem, Philadelphi filium intelligit: tertius Alexandriæ rex post Alexandrum hic fuit. Sed nullus hoc tempore fuit Antiochus, post primi belli Punici finem, usque ad magnum Antiochum. *Glar.* Glareanus suspicatur, quodam quasi παραχρονισμῷ intelligendos Ptolemæum Philopatorem et Antiochum Magnum, quorum bellum descripsit Polybius lib. v. Nam finito I. Punico bello in imperio quidem Ægypti fuit Ptolemæus Euergetes: at nullus in Syria Antiochus, verum Seleucus Callinicus. Anna tamen Tanaquilli Fabri filia, Euergetem Ptolemæum intelligit. *Cell.*

Jam fuerat enim pugna transacta] Si de pugna ad Raphiam loqueretur, quæ XXXII. ut minimum annis fuit post primi belli Punici finem, intelligi hoc possit: alioqui non procedit. *Glar.*

Eodem tempore] IV. anno post finitum primum bellum Punicum. *Glar.*

Eodem tempore] E libris quindecimvirorum apud Censor. de D. N. c. 17. liquet, hoc demum accidisse A. DXVIII. P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coss. *Verheyk.*

Rex Siciliæ Hiero] Jam amicus P. R. antea hostis. Supra II. 10. 6. *Cellar.*

Ducenta millia] 200000. modium Rom. faciunt 33333½ mod. Friburgens. Habet autem modius Friburgensis bina quadrantalia, quadrantal autem ternos modios. *Glar.*

Spectandos] Hæc vox, ut a quibusdam Codd. exsulat, ita facile deleri posset: sed solet in ejusmodi locutionibus plenior esse Auctor. Supra II. 12. 'Legati ad Pyrrhum de *redimendis* captivis missi,' &c. *Verheyk.*

Dono exhibuit] Vulg. hactenus *dono dedit*. Sed Mss. Lugd. Bat. quatuor, unanimi consensu, legunt *dono exhibuit*, nisi quod primus ex illis *donum* malit, in quo vox *populo* quoque abest. Verbo *exhibere* de frumento advehendo utitur iterum Eutrop. inf. h. l. cap. 7. 'quia latrocinati navibus Romanorum fuerant, quæ frumenta exhibebant.' *Hav.*

CAP. 2. *L. Cornelio Lentulo*] Anno U. C. 516. quartus autem erat post datam Carthaginiensibus pacem. *Glar.*

L. Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco Coss. quibus, &c.] Quod sæpius vidimus, hic iterum accidit, ut ejusdem nominis Consules confundat Eutropius: ut in Scipionibus infra c. 7. Nam annus, de quo hic agit, erat DXVIII. ut e libris Quindecimvirorum ad præc. c. et Fastis Consul. liquet, P. Corn. Lentulo et C. Licinio Varo Coss. verum priori anno Coss. fuerunt L. Cornelius Lentulus et Quintus Fulvius Flaccus. *Verheyk.*

Etiam contra Ligures] Meminit Florus in utraque Epitomé. Ligures, populus erat Italiæ, maxime ad Genuam, inter Varum ac Macrum fluvios, implicitus dumis sylvestribus, quem major labor erat invenire quam vincere. Polybius hujus belli non meminit. *Glar.* Florus II. 3. attigit hoc bellum. *Cell.* Pighius ad A. DXVI. in Eutropii Codice, quo usus fuit, Sanctensi, se addita hæc invenisse tradit: *Hos consules primum legiones trans Padum duxisse, et cæsa in prœliis Ligurum et Insubrum* XXIV. *millia, capta* V. *millia, atque de his triumphatum fuisse.* Sed codicem illum Eutropii textum non purum exhibere, liquet e prodigiis, aliisque ineptiis, quas ex eodem ad seq. an. enarrat Pighius. Et quidquid hujus additamenti sit, quamquam Orosius etiam agnoscit, IV. 13. falsum esse, ad Livii Epit. XX. qua de bello hoc Ligustico agit, docet Freinshem. *Verheyk.*

Carthaginienses tamen bellum reparare] Vide finem lib. primi Polybii, ac invenies Romanos injurios in Carthaginenses. Cum enim Sardinia Carthaginensium esset, sed bello Afro cum Sardi sæpe obtulissent se Roma-

pis, ac repulsi essent, tandem transfugarum suasionibus pellecti Romani, navigare in insulam pergebant. Cumque id ægre ferrent Carthaginenses, ac suas copias ad insulam, ut suam, occupandam adornassent, Romani eis bellum indixere. Carth. cum se minime potentes viderent ad bellum cum Romanis gerendum, cedentes tempori, relicta insula, multati mille et cc. talentis (id est, 720000 coronatis) quievere usque ad secundum bellum Punicum. *Glar.*

Carthaginienses tum bellum, &c.] *Tũ tamen* et *tũ tum* ob ductuum adfinitatem sæpe a Librariis commutari, innumera Eutropii aliorumque Scriptorum loca evincunt. Vid. Cel. Drakenb. ad Liv. XXII. 17. ut, nisi e contextu sensus satis colligi possit, utrum rectius vix dijudicari queat. Verum alium scrupulum movet Doctiss. Gruner veram existimans lectionem Codicis L. B. 2. *certamen reparare tent.* et glossema *bellum* τοῦ *certamen* credit, unde *tamen*, dein *tum* ortum esset. Non inepte, quia ex Nostri aliorumque locis, quæ citat Vir D. clare patet, *certamen* sæpius pro *bello* sumi. Sed mihi potius videtur auctor velle, Carthaginienses occasionem hanc captasse, quum aliunde bello premerentur Romani: ut ad tempus respexerit. *Verheyk.*

Ex conditione pacis] Conditio una pacis erat, ut omnibus insulis Carthaginenses abstinerent, quæ essent inter Siciliam et Africam. At Sardinia non erat ita inclusa Carthaginensium opinione: verum Romani tandem ita interpretati sunt eum articulum per maliciam, ut alia pleraque. *Glar.* Quæ erat τῶν νήσων ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους ὅσαι μεταξὺ τῆς Ἰταλίας κεῖνται καὶ τῆς Σικελίας: *excedere insulis, quæ inter Siciliam atque Italiam mediæ.* (Polyb. 26.) quod per malitiam Romani etiam de Sardinia interpretati sunt. *Cell.*

CAP. 3. *T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo Coss.*] U. C. 318. Sextus erat hic annus post pacem Carthagini datam. Meminit horum Coss. Plutarchus in Numæ Pomp. vita: Manlii item Livius in Numa. *Glar.*

T. Manlio Torquato, Atilio Bulbo] Pro vulg. *Attilio Balbo*, restitui e Fastis Consul. præeunte Cod. L. B. 1. qui eleganter *Bulbo* exhibet: pro C. tamen male *Q. Bulbus* etiam est in Tab. Capitol. et ita legendum esse, jam Pighius ad A. DXIII. monet, quamquam frustra in Orosio (IV. 12.) *Bubulcum* legi ait. *Atilio Bulbo* quoque edidit Sylburgius: et sic per anum *t*, ut est in Orosio aliisque, scribi mavult Sigon. ad Liv. V. 2. uti supra II. 17. etiam dedimus: et sic Pæanius, nisi quod Βούκυλλον pro Βούλβου, ut est in Fast. Sicul. *Verheyk.*

De Sardis triumphatum] Epitoma Livii XX. 'Sardi et Corsi, cum rebellassent, subacti sunt.' *Cell.*

Nullum bellum habuerunt] Clausus idcirco fuit Janus. Vell. Paterc. II. 38. Flor. II. 2. 1. *Cell.*

Semel tantum] Scil. ante hoc tempus, quia nunc secundo, et sub Augusto tertio. *Glar.*

CAP. 4. *L. Posthumius Albinus* II.] An. U. C. 525. Bellum hoc et a Polybio initio libri secundi, et a Floro in sua Epitome lib. II. breviter describitur. Illyrii enim totum Hadriaticum mare populabantur in Græciam usque. Sed sub Theuca regina, etiam unum ex Rom. legatis trucidarunt. Theuca tributaria facta est, omni Illyrio extrusa, paucissimis locis exceptis; et ultra Lyssum navigare prohibita, nisi cum duobus lembis, atque iis inermibus. *Glar.*

L. Postumius Albinus, Cn. Fulvius Centumalus] Ita legendum. Male enim *Posthumius* per aspirationem (vid. Cl. Drakenb. ad Liv. II. 16.) quod Sylburg. aliique jam spreverant, edidit Havercampus: adversantibus Codd. L. B. omnibus. Nec minus errat Pæanius Ποστουμίου Ἀλβίνου καὶ Γνέου Φαβίου nomina refingens. *Verh.*

Illyrios] Flor. II. 5. Polyb. II. *Cell.*

Reges in deditionem] Tentam Reginam, quæ legatum Rom. securi percusserat. Hæc διατρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ποιεῖται συνθήκας: Polyb. II. f. 40. ubi et conditiones pacis perscriptæ. *Cell.*

Reges] Frustra Viri D. voce *reges* offenduntur. *Teuta* enim, cujus hic meminerunt, non sola intelligi debet, verum etiam Pinneus Agronis Illyriorum ex Triteuta filius (vid. Dionis excerpta ex L. XXXIV. 46.) cujus noverca erat, Triteuta ab Agrone repudiata: nam ei moriens regnum administrandum reliquerat Agron, una cum filii tutela. Vide omnino Valesium (ad d. Dionis l.) qui a Livio XXII. 33. Pinnei hujus mentionem fieri notat: 'Ad Pinneum quoque *Regem* in Illyrios Legati missi, ad stipendium, cujus dies exierat, poscendum.' Atque ita nihil hic scrupuli manet; cum non tantum *Reges* vocantur Rex et Regina: 'Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque *Reges* . . . Legati missi,' Liv. XVI. 4. ubi vide et ad I. 39. quæ plura exempla congessit Cel. Drakenb. verum etiam *Regis filii*; ut præter alia ex loco superius laudato, ubi Pinneus *Rex* a Livio vocatur, patet. Adde, ne pluribus te fatigem, ex Eodem II. 2. 'Quo adjutore *Reges* ejecerat [Brutus.]' Tarquinium scilicet Superbum, uxorem, ac liberos: ubi iterum vide quæ a Cl. Viro notantur. *Verheyk.*

De Illyriis] Libri Mss. Lugd. Bat. quatuor hic præferunt *ex Illyriis:* ut apud Plinium VII. 43. et alios. Apud nostrum tamen modo præcessit *de his*, quomodo et alibi passim loqui amat. *Hav.*

CAP. 5. *L. Æmilio*] Papo, vel Paulo, et C. Attilio Regulo, anno U. C. 529. Meminit hujus belli magnifice Polybius lib. II. ubi ejus hæc sunt verba: Apud Romanos nihil tetrius, nihil horribilius esse consueverat Gallorum nomine. Anno igitur ab U. C. 529. Gallorum peditum 50000. equitum autem et bigarum 20000. in Hetruriam venere: unde tantus horror Romanos cepit, ut tota Italia unanimiter pro Romanis consenserit. Delectu igitur habito, DCCC. millia hominum ad id bellum parata ait hic author. At Polybius ait DCC. millia peditum, equitum ad 70000. millia. Plinius autem III. 20. ita ait: Hæc est Italia, quæ L. Æmilio Paulo, C. Attilio Regulo Cos. nunciato Gallico tumultu, sola sine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc sine transpadanis, equitum LXXX. mil. peditum DCC. millia armavit. *Glar.*

Ingentes Gallorum copiæ] Epitome Livii XX. 'Galli Transalpini, qui in Italiam irruperant, cæsi sunt.' *Cell.*

Tota Italia] Epit. Liv. XX. 'Eo bello P. R. sui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur.' Quantus ergo numerus universæ Italiæ? Polybius II. f. 45. πεζῶν ἑβδομήκοντα μυριάδας, ἱππέων δὲ εἰς ὁκτὼ μυριάδας in armis fuisse, de singulis Italiæ regionibus separatim probat. Eadem Plinius III. 20. confirmat. *Cell.*

Fabio Historico] Fabio Pictore, cujus fragmentorum collectores fugit hoc Eutropii testimonium. Voss. de Hist. Lat. *Cellar.*

DCCC. *millia hominum*] Pæanio ὀκτὼ μυριάδας. Unde patet, quantum sæpe ab Eutropii mente recedat, aut in pravum ejus Codicem incidisse. Epitome Livii, quam D. Femina citat, Romanorum tantum et Latinorum numerum exhibet. Sed Polybius, qui propius ad Nostrum accedit, intelligit omnem, quam sibi Romani collegerunt, multitudinem. Vid. ad lib. II. c. 21. *Verheyk.*

Per Consulem tantum] Sic antiq. lib. Alii *tum* pro *tantum*. Hoc autem semel admonitum sit, antiquum librum *Millia hominum hostium*ve participio plurali masculino semper jungere: ut hic, 'XL. millia hostium

interfecti sunt.' *Vinet.* Quum passim in Mss. ut L. Bat. *tm* scribatur virgula superducta, alii inde *tum*, alii *tantum* fecerunt; *tantum* vero totidem literis legitur in L. Bat. pr. et videtur magis convenire, ut oppositum auxilio, quod Italiæ civitates sub suis ducibus parabant. *Hav.*

Per Cos.] Ita e Vetustioribus accuratiores omnes pro vulg. *Coss.* quod Havercamp. et Grun. ediderunt. Pæanius: Ἀλλ' οὐ δεηθεὶς τῶν συλλεγέντων ἐπικούρων Αἰμίλιος μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς κατεργάσατο τοὺς πολεμίους· Et de uno hic agi, liquet ex initio cap. 'L. Æmilio Cos.' et fin. 'triumphus Æmilio decretus.' Nam verum quidem est, ab utroque Consule a Gallis intercluso pugnatum fuisse, ut prolixius enarrat Gruner. qui ea de re pluralem numerum præfert, sed Atilio pugna cæso, Æmilius proprie hostes cecidit. *Verheyk.*

Triumphus Æmilio decretus] Quia alter Cos. C. Attilius fortissime, ut inquit Polybius, cæsus erat a Gallis. *Glar.*

Cap. 6. *Aliquot deinde annis*] Tribus continuis annis post L. Æmilii triumphum, cum Gallis pugnatum est. Primo anno Boii in populi Romani potestatem venere: altero Insubres victi, ad Abduam ingenti pugna, ita ut pacem peterent. Tertio deinde anno finitum bellum. *Glar.*

Gallos intra Italiam] Insubres, Cisalpinos. Viridomarus enim vocatur in Epit. Liv. xx. 'Insubrium Gallorum dux.' *Cell.*

Finito bello] Legend. *Finitumque est bellum, &c.* ut sit ordo: M. Claudio Marcello, Cn. Cornel. Scipione Coss. finitum est bellum. Cæterum cum Galli a Senatu Romano pacem peterent, M. Claudius Marcellus ac Cn. Cor. Scipio Coss. ne id a Senatu impetrarent, in provinciam festinant. Galli coacti exercitum comparare, conductisque 30000. Gessatarum, ad Clastidium cæsi sunt, et Mediolanum in potestatem populi Romani venit. Marcellus tertius post Romulum spolia opima, quæ dux duci detrahit, Jovi Feretrio suspendit. *Glar.*

Virdomarum nomine] Vetus Eutropius adjicit syllabam, habet enim *Viridomarum*; vetus vero L. Anneus Virodomarum vocat, *o* quarta litera, *d* quinta. Est in Cæsaris Comment. Viridomarus alius Gallus. Alium vidimus Olisiponi, in antiquo marmore inscriptum. *Vinet.* Qui vulgo *Fridmayr* lingua Gallica dicebatur, *mayr* syllaba in *marus* corrupta. Eadem ratio observanda etiam in his, Othmarus *Othmayr*, Volmarus *Volmayr*, Induciomarus *Hussmayr*, Civismarus *Zinssmayr*, Combolomarus *Cunvolmayr*, Britomarus *Bartmayr*. Glar.

Viridomarum manu sua] *Viridomaro*, an *Virdomaro*, ut hic in quibusdam Codd. est, vel *Virdumaro* vid. ad Epit. Livii xx. Oros. iv. 13. Aurel. Vict. V. I. c. 45. ubi vide, quos laudat Cel. Arntzen. Plutarchus tamen in Marcell. p. 302. et in Rom. 27. non *Briomartum* vel *Briomarum* sed *Britomartum* scripsit, confundens, ut Vir Cel. recte observat, duos duces, quos bene distinguit Flor. ii. 4. 3. 'Britomaro duce:' et 5. 'Viridomaro rege.' Hinc alii forsan quoque decepti, eum ducem, ut Livii Epit. et Victor: alii regem vocant, ut cum Nostro etiam Pæanius (cui Βουριδόμαρος dicitur) Orosius et Plutarchus. *Verheyk.*

Cum collega] Sustulimus pronomen *suo*, Fuldensem secuti. *Cell.*

Mediolanum] Insubrium caput: est autem *Meylandt* Gallicæ linguæ, quod Romani corrumpunt: sicut *Insuber* etiam, Gallice *Unsuber*, quemadmodum et *V vust*, familiæ nomen est. *Glar.*

Spolia] Opima. *Glar.* Opima spolia Viridomaro detracta. Epit. Liv. 20. *Cellar.*

Spolia Galli] Id est, regis Gallorum, quem interfecerat. Sic antiq. lib. rectius habet, quam alii *spolia Gallo-*

rum. Livius lib. XX. *Vinet.* Ita Vin. et Sylb. inepte alii *Gallorum*. Nam et Græcus habet λάφυρα τοῦ πεσόντος βασιλέως. *Cell.*

Marcellus spolia, &c.] Hac de re consule Plut. in Marcello Epit. Livii XX. Virgil. Æn. l. VI. vs. 856. Propert. El. IV. vs. 10. In Romulo autem p. 27. refert Plutarchus, tribus modo Romanis Imperatoribus contigisse, ut opima spolia Jovi Feretrio consecrarint, *Romulo*, Cæninensium rege interfecto : *Cornelio Cosso*, qui Volumnium Tuscorum ducem, *Claudio Marcello*, qui Gallorum regem Viridomarum interfecit, ea tamen differentia, ut posteriores curru vecti fuerint triumphantes, prior ovans pedibus urbem ingressus sit. *Verheyk.*

CAP. 7. *Histris bellum illatum*] Istri subacti sunt, inquit Florus lib. XX. in Livii epitome, in altera nihil etiam Polybius. *Glar.*

Quia latrocinati] Insolens locutio *latrocinati naves*. Unde rectius *latrocinati navibus Romanorum*, &c. Lugd. Bat. omnes exhibent ; quomodo jam mens Eutropii est, eosdem, navibus Romanorum frumentariis interceptis, piraticam iisdem contra Romanos exercuisse. *Hav. Naves* quotquot vidi Edd. etiam vetustissimas, omnes exhibent, nihilque variant Codd. Hearnei. Lugd. tamen B. constanter *navibus* legunt : quod inde præferendum censet Cl. Hav. quia Eutropii mens esset, Histros iisdem navibus, quas interceperant, ad mare infestandum usos fuisse. Hæc vero res, an sic se habuerit, nemo facile dijudicabit, quia ex ceteris scriptoribus de bello quidem hoc agentibus, sed causam unde ortum fuerit, silentio prætermittentibus, nihil lucis adfundi potest : et demus ita fuisse, simplicissimus tamen sensus est, Histris bellum fuisse inlatum, quod *naves* Romanorum ceperint ; unde etiam Pæanius ἐναίδη τὸν Ῥωμαῖον ἀληστεύοντα στόλον. (ut Grun. observat, qui hinc quoque *naves* reposuit ;) ut *latrocinari naves* pro *capere*, *intercipere*, non insolentior locutio videatur, quam *latrocinari navibus*, pro *piraticam facere*, ut Cic. pro R. in Sen. c. 5. utriusque enim alia exempla desidero. Nec quidquam definire sustineo : quamquam fidei Codd. Mss. Lugd. omnium adversari nolui. *Verheyk.*

Perdomitique sunt omnes] Al. 'Ac multo Romanorum sanguine fuso perdomiti sunt.' Et placet. *Glar.*

Eodem anno bellum Punicum] Sequitur jam III. Decas apud Livium, quæ secundum bellum Punicum continet, de quo Polybius ante Livium libro III. *Glar.*

Eodem anno] Urbis conditæ 535. triennio post Istros subactos. *Glar.*

Eodem anno] Glareano consentit Pighius, Bellum Punicum secundum inceptum fuisse A. U. C. DXXXV. Publio Cornelio Scipione et Tito Sempronio Coss. ubi annus, quo Minucius Rufus, et P. Corn. Scipio Coss. erant, fuerit DXXXII. Sed secundum Fastos Consul. DXXXIII. et DXXXVI. P. C. Scipione et Sempronio Longo Coss. *Verheyk.*

Bellum Punicum secundum] Quod Hannibalis bellum vocant Græci, inquit Polybius. Porro hujus belli tres causas numerat Polybius libro III. Primam : Hamilcarem Hannibalis parentem et ejus in Romanos indignationem. Secundam : Romanorum injuriam, qua eis Sardiniam ademerant. Tertiam : fortunam prosperam Carthaginensium in Hispania, qua erecti sperabant se ulciscì posse Romanorum injuriam. *Glar.*

Hannibalem] Sic ex Cod. L. Bat. I. qui uti et *Hasdrubalem* per aspirationem, quod Merula quoque secutus, semper exhibet, rescripsi. atque ita ex optimis Livii Mss. ubique præfert Drakenb. quem vide ad Liv. XXI. 1. *Verheyk.*

Qui Saguntum Hispaniæ civitatem]

Ultra Iberum, non longe a mari. Multæ feruntur causæ, quare Saguntum oppugnarit Hannibal: I. ut absciuderet Romanis spem gerendi belli in Hispania: II. ut cæteris civitatibus metum injiceret: suis, ut in fide manerent; aliis, ut sese ei dederent: III. ut tuto progredi deinde posset, nullo post se relicto hoste: IV. spe immensæ pecuniæ potiundæ: V. ut militum favorem sibi conciliaret, ob prædæ partitionem: VI. ut cives Carthagine sibi conciliaret muneribus, ex manubiis, quas sperabat. *Glar.* 'In caussam belli Saguntus delecta est, vetus Hispaniæ civitas et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem sed triste monumentum.' Flor. II. 6. Vide ibi Comment. *Verheyk.*

Annum agens ætatis vicesimum] Nepos in Vita c. 3. 'minor quinque et viginti annis natus, imperator factus,' &c. *Cell.* Hannibal, quum Imperator factus est, natus erat annos XXVI. Quum autem Saguntum oppugnavit, XXVIII. Frustra alii minorem, alii majorem natu faciunt. Vid. Bosium ad Nepot. c. 3. in Hann. Schott. ad Aur. Vict. V. I. c. 42. *Verheyk.*

Vicesimum ætatis annum] Corrige XXVI. ætatis annum. Hannibal enim IX. puer annorum, cum patre Hamilcare in Hispaniam venit. Pater ibidem IX. annis exercitui præfuit: cui successit in imperium gener Hasdrubal, VIII. annis imperio potitus; quo cæso, Hannibal XXVI. jam agens annum, imperator electus est. Ergo hic est error. *Glar.*

CL. *millium*] Hoc idem etiam Liv. habet. *Glar.*

CXL.] Hanc lectionem cum Doct. Grun. ab Eutropii manu esse puto, et ex codice Lugd. Bat. I. reposui: nam idem, quod de Doctissima Femina hic suspicatur Vir Doct. etiam Eutropio accidere potuit, ut in minus emendatum Livii codicem inciderit. Certe Pal. sec. teste Gebhardo eumdem numerum exhibet. *Peditum et* XX. *millium equitum* in textum olim recepta, hic potius legi malui; quia omnes Cod. Lugd. Bat. L. N. M. S. et Pæanius respuunt. Grunerus quamquam sibi suspecta retinuit tamen. Ceterum male Havercamp. in Var. Lect. voces CL. *millium*, ut ante legebatur, simul cum reliquis in omnibus Codd. L. B. desiderari notat. *Verheyk.*

Is legatis parere] *Legatos admittere*, inquit Livius: et alter etiam codex ita habet. Romani quidem legationibus terebant tempus: interea perierunt Saguntini, proditi a Romanis. Ita post aliquot annos etiam Ætolos deseruere. *Glar.*

Parere] Imo ne admittere quidem, Liv. XXI. 9. *Cell.*

Romani etiam] Ante Saguntum captum duo missi, P. Valerius Flaccus et Qu. Bœbius Pamphilus. *Glar.*

Miserunt] Secundo post captum Saguntum v. missi sunt legati, Q. Fabius, M. Livius, L. Æmilius, C. Licinius, Q. Bœbius. *Glar.*

Dura responsa] Proinde omittite Saguntì ac Iberi mentionem facere, ac quod diu parturit animus vester, aliquando pariat. *Glar.* Integram responsionem exhibet Livius XXI. 18. *Cell.*

Saguntini interea] A Romanis deserti. *Glar.*

Captique] Livius, de Sagunto libro XXI. ita inquit: 'Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille fere a mari: oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis. Cæterum in tantas brevi creverunt opes, seu maritimis seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt.' Hæc ille. Octavo mense capta est, cum egregie se defendisset. Captum oppidum cum ingenti præda. Quanquam pleraque a dominis de industria corrup-

ta erant. *Glar.*

Ultimis pœnis afficiuntur] Omnes puberes cædunt, inquit Livius in primo hujus belli. *Glar.*

CAP. 8. *Tum P. Cornelius Scipio*] Hoc anno Cos. erat hic, superioris Scipionis pater. Cæterum sex legiones civium hoc anno Romani in armis habuerunt, quaternum millium peditum, trecenum equitum: sociorum, XLIV. millium peditum, equitum quatuor millium. quinqueremes CCXX. celoces XX. *Glar.*

In Hispaniam] Codex Bat. I. iterum *in* delet. Vide quæ diximus ad II. 21.

Profectus] Al. *destinatus.* Glar.

Sempronius] Longus, et Cos. *Glar.* Recte: nam fine cap. male *Grachum* pro *Longo* vocat Auctor, uti et Pæanius ubique. Vide infra V. D. et ad Liv. XXI. 6. *Verh.*

Alpes, adhuc ea parte invias] Reprehendit Polyb. l. III. f. 18. illos scriptores, qui Annibalem Alpes transiisse dicunt, quas nemo unquam cum exercitu transierit; Gallos enim ait Rhodani accolas non semel has Alpes cum exercitu trajecisse populo R. bellum facturos. *Cell.* et *Hearn.* Eumdem errorem committit Nepos V. Hann. c. 3. 4. quem etiam Grun. citat. Adde Cl. Dukerum ad Liv. XXI. c. 27. et Comm. ad Aur. Vict. V. I. c. 47. Quatuor Codd. Mss. nostri legunt: *Alpes, adhuc tum, &c.* Sed potior primi lectio: *Alpes tum* deleto *adhuc:* quod ferri posset; quasi vellet Auctor, Hannibalem Alpes, quæ *tum* ea parte inviæ erant, sibi patefecisse, quum antea transiri potuissent. *Verh.*

Traditur ad Italiam LXXX. millia peditum] Livius ex Polybio: 'Hannibal XC. millia peditum, XII. millia equitum, Iberum traduxit.' *Glar.*

Traditur] A L. Cincio, inquit Liv. 80000. peditum: sed X. millia equitum. Alii autem longe majorem, quidam minorem. Polybius lib. III. ait, Hannibalem apud Rhodanum habuisse 38000. peditum. 8000. equitum, ei vix medietatem ejusmodi copiarum superfuisse. Idem Polybius ait, Hannibalem apud Lacinium erexisse columnam, in qua scriptum fuerit, eum Afrorum decem millia ac ducentos, ex Hispanis 8000. equitum 6000. habuisse, cum Insubres attigisset. *Glar.* Adi Liv. XXI. 38. et Polyb. III. 56. et 60. unde dubia facile conciliari possunt. *Verheyk.*

Interea multi Ligures] Polybius ait, expugnata Taurinorum quadam urbe, Hannibalem effecisse, ut Padi accolæ omnes ad eum defecissent, nisi consulis adventus eorum consilia oppressisset. *Glar.*

Junxerunt] In omnibus Codd. Mss. L. *conjunxerunt:* quemadmodum alibi sæpius *jungere* et *adjungere* in Mss. confunduntur. Vid. supra ad I. 6. Sic *jungere* et *conjungere* etiam promiscue usurpat Auctor. 'Gallorum copiæ se Tuscis... junxerunt.' II. 10. 'Pyrrhus junctis sibi Samnitibus,' c. 12. ubi tamen quatt. Codd. *conjunctis:* et sic Merula hic edidit. *Verheyk.*

Sempronius] Vocatus a Senatu Rom. *Glar.*

Graechus] Longus. *Glar.*

E Sicilia] Intra 40. dies a Lilybæo pedestri itinere hunc exercitum Ariminum esse traductum, ait Polybius l. III. *Glar.*

Ariminum] Oppidum ad Adriaticum mare, non longe a Ravenna. *Glar.* Per mare Superum navigando. Liv. XXI. 51. *Cell.*

CAP. 9. *Primus occurrit*] Prima cum Hannibale pugna ad Ticinum. *Glar.*

Commisso prælio] Hoc prælium potissimum fuit equitum, ad Ticinum amnem: ex qua pugna intellectum est, Hanpibalis equitatum meliorem esse Romano. *Glar.* Apud Ticinum Insubriæ fluvium. Liv. XXI. 45. *Cell.*

Ipse] Scipio. *Glar.*

Vulneratus] Sed pater a filio Scipione defensus erat. *Glar.* Periculum filii tum primum pubescentis (Africanus hic est) intercursu propulsatum. Livius XXI. 46. *Cell.*

Sempronius Gracchus et ipse confixit] Hæc secunda cum Hannibale pugna, ad Trebiam, vana Sempronii elatione accidit; qui ut ipse solus gloriam nancisceretur, altero Cos. vulnerato, et pugna victo. Itaque appropinquante comitiorum die, temere cum Hannibale certamen iniit, non explorato itinere, non curatis corporibus militum; cum Hannibal utrumque apud suos procurasset, insidiis medio itinere positis, et curatis corporibus, imo præbito per maniplos oleo, ut mollirent artus. *Glar.*

Apud Trebiam amnem] Sic vetus, nisi quod in Treviam habet u pro *b*, ut fere Favium pro Fabio. Narrat autem hanc Romanorum cladem Livius lib. XXII. *Vinet.* Fluvius est, *κατὰ Πλακεντίαν συμβάλλων τῷ Πάδῳ· apud Placentiam Pado incidens.* Strabo l. v. 150. *Glar.* et *Cell.*

Multi se dediderunt] Hoc etiam dicit Polybius. *Glar.*

Inde ad Tusciam veniens] Hoc itinere ex Gallia in Thusciam, Hannibal amisit oculum, et multos milites, maxime Gallos, dum festinat via venire insueta ac breviore, cum essent alia meliora, sed longiora. *Glar.*

Flaminio consuli occurrit]. Ad Thrasymenum lacum, qui est prope Cortonam. *Glar.* Apud Trasimenum Etruriæ lacum. *Cell.*

Ipsum Flaminium] Tertia cum Hannibale pugna. *Glar.*

XXV. *millia cæsa*] Sic vetus liber: at ex impressis quidam habent XV. duntaxat millia, quomodo et Livius in loco supra citato, et Valer. Max. I. 6. *Vinet.* Polybius et Livius 15000. Romanorum in acie cæsa referunt, 6000. elapsa: sed postea capta ab Maharbale: capta præterea 15000. ait Polybius. At Livius ait, 10000. per omnem Hetruriam sparsa, fuga Romam petiisse. *Glar.* Eutropii, Freculphi, (Tom. 1. l. 5. c. 7.) et Orosii (l. IV. c. 15.) idem narrantium errorem vide notatum a Cel. Drakenb. ad Liv. XXII. 7. et Comm. ad Flor. II. 6. *Verh.*

Missus adversus Hannibalem] Q. Fabius Max. Hannibalem fregit patientia ac cunctatione: quanquam et a populo Romano et a militibus ignavus diceretur: at ille, proposito consistens, immensam gloriam retulit. *Glar.*

Q. *Fabius*] Dictator, cum M. Minutio magistro equitum. *Glar.*

Quintus Fabius Maximus] Cunctator. *Cell.*

Maximus] Verrucosus, Ovicula. *Glar.*

Differendo] Cunctando. *Glar.*

Ab impetu] Vetus, *adambitu fregit*: et idem infra, *nobiles*, pro *nobiliores viri*. Vinet. Dura et insolita syntaxis, sed omnium excusorum librorum auctoritate stabilita. Nec aliter habet Miscella Historia Pauli Diaconi, quam Gruterus vulgavit. Manuscripti libri dicuntur *adambitu* vel *ab ambitu* habere, sed præter novitatem vocis, repuguat Metaphrastæ ὁρμῇ, qua sine ullo dubio vocabulum *impetus* voluit expressum. *Cell.* De verbo *frangere* hoc sensu consule Cl. Arntz. ad Vict. V. I. c. 42.

Fregit] Hannibalem. *Glar.*

Occasione] Ex M. Minutii occasione. *Glar.*

CAP. 10. *Quingentesimo et quadragesimo*] Par et apud Paulum Orosium numerus libro quarto: ubi si legeres *Duo de quadragesimo*, conveniret numerus cum Chronologorum nostrorum rationibus. *Vinet.* Nos 538. Sed Eutropius Polybium sequitur, qui duobus anticipat annis: sed id nihil refert. *Glar.* Pighius annum facit DXXXVII. Sed Vinetus et Glareanus sequuntur Fastos cons. qui DXXXVIII. anno ponunt c. (non *P.* ut cum Ea-

tropio Pæanius male) Terentium Varronem, et L. Æmilium Paullum: uti gemino *l* ex Inscript. et Nummis præferunt Viri D. a Cel. Dukero ad Flor. II. 6. 17. laudati. *Verh.*

L. Æmilius] De patriciis. *Glar.*

C. Terentius] De plebe. Al. *P. Terentius.* Glar.

P. Terentius Varro] Rectius C. Terentius Varro. Vid. Pigh. Annal. Tom. II. p. 168. *Hearn.*

Mittuntur] In Apuliam. *Glar.*

Fabioque succedunt] In annorum computatione errat Eutropius; nam Fabius, exacto semestri imperio, exercitus tradidit M. Attilio Regulo et Cn. Servilio Coss. A. U. C. DXXXVII. uti in Fastis est. His vero successerunt sequenti anno Æmilius Paullus et Terentius Varro. Adi Liv. XXII. 31. 32. *Verh.*

Qui [Fabius] ambos Coss.] Cum Fabius Dictator esset, ac sacrorum causa Romam isset, M. Minutius ejus magister equitum, nactus occasionem pugnandi cum Hannibale, eum vicit, ac 8000. hominum occidit. Quæ res Romanis spem fecit pugna posse Hannibalem vinci: et perosi Fabii cunctationem, magistri equitum imperium, quod fando inauditum erat, cum Dictatore æquarunt. Quæ res Romanum evertisset imperium, nisi bonitas Fabii ei subvenisset. Ejus rei memor Fabius, cum videret temerarium C. Terentium Varronem, ut qui talibus artibus in imperium venerat, admonuit L. Paulum Æmilium pulchra, quæ apud Livium est, oratione. In causa omnium malorum erat vulgi opinio falsa de patriciis, quod ipsi vocassent Hannibalem in Italiam, et producerent bellum, ut diu in imperio essent. Crearunt igitur Varronem, qui finiret bellum, ac confiteret Hannibalem: sed temeritate sua idem ille Varro propemodum evertit Romanum imperium. *Glar.*

Qui Fabius] Post alios etiam Cl. Havercampus *Fabius* uncis inclusit, improbante Grunero, quem videsis. Recte: nihil enim Nostro aliisque familiarius, quam ejusmodi repetitio nominum post pronomen relativum. Vide omnino Cel. Burm. ad Vellei. Paterc. a Gruner. quoque laudatum, I. 3. 2. ubi quam plurimis egregie hunc usum comprobat. *Verh.*

Ambos Coss.] Livius ait, cum solo L. Paulo locutum Fabium. *Glar.*

Callidum et impatientem] Astutum et morosum. *Glar.* Pro *callidum* Carolus Langius annot. ad Cic. Offic. I. 24. p. 87. edit. Grævii, rescribi jubet *calidum.* Ac sane etiam Cicero c. 4. de senect. scribit, Q. Fabium Annibalem 'juveniliter exultantem patientia sua mollivisse.' E contrario Livius VI. 23. 'frigere' ait 'ac torpere senum consilia.' *Heumann.* Ex tribus Mss. L. Bat. secundus quoque expresse *calidum* habet, et ita legendum esse, docet quod adjungitur *impatientem.* Sed nota calliditas Annibalis fecit, ut plures libros *callidum* occuparet. *Hav. Calidum* et *callidum* a Librariis sæpissime confundi quis ignorat? Adi Livium (l. XXXV. c. 32. et vide quos laudat Cel. Drakenb.) ubi *callida*, ut ante legebatur, etiam in *calida* consilia mutarunt Viri D. et per *temeraria* et *præcipitia* vel *audacia* (quod addit Livius, uti hic *impatientem* Eutropius) recte exponunt: quo sensu de Hannibale vix melius exprimi posset: quemadmodum 'ferox hostis' audit Livio Epit. l. XXII. Ita juventuti ceu proprium adscribit Virg. Georg. lib. III. vs. 119. 'Æque juvenemque magistri Exquirunt, calidumque animis et cursibus acrem.' Bene itaque, quod Cl. Haverc. et post eum Gruner. præcipientibus aliis V. D. quos laudat Vener. Heumann. ita ediderint: quamquam alter humani quid passus est, qui Cod. Lugd. 2. expresse *calidum* exhibere contendat, quum L. 2. 4. 5. *callidum* diserte legunt, unus, qui secus habet, tertius est. Ceteri Codd. quibus priores Editores usi fue-

runt, vulgata tueri videntur, quia quotquot vidi Editiones, constanter servant: unde, nisi certa ratione adductus essem, receptam nuper lectionem unice probam esse, et quia quotiescunque hæc verba occurrant, passim commutari solent, ut utrum ab Auctorum manu sit, nemo facile dijudicet, contra tot Mss. auctoritatem quidquam mutasse mihi non liberum duxissem. *Verk.*

Impatientem] Qui moram ferre non posset. *Cell.*

Varronis consilio] Hic Cos. Varro clamoribus apud vilissimum quemque tantum evicit, ut alternis diebus administrarent Coss. imperium. Cum igitur L. Paulus aliquandiu Fabiana prudentia continuerit tum suos, tum hostes: cæterum Hannibalis ad pugnam parata acies staret ad Cannas, et sors diei in Varronem incidisset, is signum pugnæ nihil consulto collega proposuit, ac Rempub. Rom. quantum nullus alius afflixit. *Glar.*

Varronis] Plebeli Cos. *Glar.*

Contradicente consule altero] Oratiunculas altercantium consulum habet Livius XXII. 45. *Cell.*

Consule altero] Patricio, id est, L. Æmilio Paulo. *Glar.*

Cannæ] Ad fl. Aufidum. *Glar.*

Pugnatum esset] Fuit hæc quarta cum Hannibale pugna. *Glar.*

In ea pugna tria millia] Sic suis omnibus literis nostri libri, ut apud Livium octo millia legimus. *Vinet.* Livius XXII. 52. habet 'octo millia,' sed *tria millia* plenis literis codex Eutropii Burdegalensis. Merulæ editio, *quatuor millia.* Cell. Ut Codd. Mss. et Editi, ita et ceteri Scriptores, sed majori differentia variant. Pæanius nihil hic lucis adfundit, qui a verbis *in ea pugna* usque ad *periit enim, &c.* nihil agnoscit. *Verk.*

* *Millia Afrorum perenut*] Polybius l. III. ad finem ait, de Hannibalis exercitu cecidisse Gallorum circiter 4000. Afrorum atque Hispanorum fere mille et quingentos, equites ducentos. At Livius ait, octo millia fuisse. *Glar.*

Nullo tamen Punico bello Romani gravius accepti] Livius l. II. hujus belli: 'Nunquam salva urbe tantum pavoris tumultusque intra mœnia Romana fuit. Itaque succumbam oneri, neque aggrediar narrare quæ diserendo minora vero facio.' *Glar.*

Nullo tamen Punico bello] Prælio, pugna, ut infra III. 13. Non insolens istis temporibus notio. Vide dicta ad Sext. Rufi c. 27. *Cell.* Consule, quem inter alios Doctiss. Gruner. laudat, Cl. Arntzen. ad Aur. Vict. V. I. 54. Sic, quod Nostro *bellum*, Livio Epit. XXII. *prælium* expresse dicitur. *Verk.*

Æmilius Paullus consul: consulares aut, &c.] Dissentit Livii Epit. XXII. '... cum Paullo consule et Senatoribus octoginta, consularibus atque prætoriis aut ædiliciis triginta.' Et sic ceteri scriptores inter se discrepant; quemadmodum eadem Epitome cæsa tradit hoc prælio Romanorum 'quadraginta quinque millia:' et ab ipso Livio (quod non semel accidit) differt c. 49. 'Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars, cæsi dicuntur,' &c. Polybius III. 117. et Dionysius l. II. p. 89. hunc numerum augent: quemadmodum horum uti et Plutarchi atque Orosii calculos a Viris D. ad d. Livii l. expensos vide. *Verk.*

Senatores capti aut occisi XXX.] Apud Livium LXXX. sunt senatores, pro his XXX. et duo millia septingenti equites, pro tribus millibus et quingentis. *Vinet.*

Militum XL. *millia; equitum* III. *millia*] Livius l. II. ait XL. millia peditum, duo millia septingenti equitum, et tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur. Atque apud eundem Livium postea in oratione M. Junii pro captivis, et oratione Tor-

quati adversus captivos, L. millia civium sociorumque cæsa dicuntur. Polybius ad finem l. III. ait 70000. in prælio esse occisa. De numero Senatorum, prætorum, quæstorumque, nihil hic cum Livo convenit. *Glar.*

Nemo tamen Romanorum] Id Livius etiam in Hannonis oratione, in Senatu Carthaginensi habita, fatetur. *Glar.* Lege Livium Libro XX. extremo. *Cell.*

Servi, quod nunquam ante] Livius eodem loco: 'Et aliam formam novi delectus, inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo millia juvenum validorum ex servitiis prius, sciscitantes singulos, vellentne militare, empta publice armaverunt. Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captivos copia fieret.' Columella refert l. III. Vinitoris optimi pretium 8000. as. hoc est ducentis coron. Et in Phormione Terentii ancilla XXX. minis amatori vilis videbatur: hoc est, 300. coronatis, nimirum igitur recte dixit, minore pretio redimendi captivos copiam factam, quam emerentur mancipia.

Servi] Octo millia, Liv. XXII. 57. *Cell.*

Quod nunquam ante] Scilicet auditum est. *Glar.*

CAP. 11. *Post eam pugnam*] Livius l. II. hujus belli, ad finem: 'Quanto autem major hæc clades superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est, quod qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare cœperunt, nulla profecto alia de re, quam quod desperaverunt de imperio.' Hæc ille. Cæterum Livius ac Polybius non eosdem populos enumerant, qui defecerint, et aliquando diversa, ut Polybius Neapolitanos defecisse enumerat, quos secus Livius: ita de Tarentinis, quos postea proditos ait, ut Metapontum ac Crotona: hic vero defecisse dicat. *Glar.*

Multæ civitates] Ut Brutii, Lucani, Tarentini. *Glar.* Polyb. III. 118. Plut. in Fabio. Diod. Sicul. Ecl. VIII. l. XXVI. Oros. IV. 16. *Verheyk.*

Hannibal Romanis obtulit] Liv. l. II. hujus belli, ubi de minoribus castris Romanis deditis scribit, ita ait: 'Pacti ut arma atque equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis, in equites quingenis, ut postea addit.' At Gellius VII. 18. pretium in captivos ait ab Hannibale constitutum, argenti pondo, libram et sellibram. Quæ summa nullum hominum discrimen facit, ac media prope inter tres Livii supremas summas incedit, prima enim summa est, 30. coron. Tertia, X. Gellii XV. At vero media est XX. coron. Romæ sæpe trecentis nummis quadrigatis, hoc est ternis minis emebantur. Certe Livius l. IV. Decad. 4. non multis foliis a fine, ait: 'Civium Romanorum centum talentis constitisse Achæis, cum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent.' Tractat hoc etiam Budæus l. II. de Asse. *Glar.*

Necessarios] Romanis. *Glar.*

Variis suppliciis interfecit] Hoc apertum mendacium est, si Polybio credimus: sed venditi sunt in Græciam maxima ex parte, ut et Livius testatur in 4. Decad. l. IV. non ita longe a fine. *Glar.*

Tres modios] Unum quadrantal, qui faciunt dimidium modii Friburgensis. *Glar.* Livius XXIII. 12. 'dimidium supra tres modios explesse, sunt quidam auctores.' Addit, 'propius vero esse, quod fama tenebat, haud plus fuisse modio.' *Cell.* Vide ibi notata a Viris Doctis, et hic Gruner. *Verheyk.*

Annulorum] Mago Livii XXII. 12. 'neminem,' ait, 'nisi equitum, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne.' Hinc a Principe 'annulo aureo donari' est 'in equestrem ordinem allegi,' Tacit. Hist. I. 13. 1. Sueton. Vitell. 12. Conf. Freinshem.

in Florum I. 5. 6. *Cell.*

Quos e maxibus equitum] Trium millium equitum annuli non implerent tres modios, opinor: sed unum modium fuisse, opinatur Livius. *Glar.*

In Hispania, ubi frater Hannibalis Hasdrubal] Multæ Romanorum in Hispania pugnæ fuere, hoc secundo Punico bello: ita sane variante fortuna vices, ut quoties in Italia res Romanæ male haberent, in Hispania fœlicissime administrarentur. Cn. Scipio prioris anni Cos. in Hispaniam missus a Pub. Scipione fratre, primum cum Hannone, citerioris Hispaniæ duce ab Hannibale illic constituto, pugnavit, post pugnam Trebianam: VI. millibus Pœnorum cæsis, duobus cum ipso duce captis: ac eodem tempore paulo post in Ausitanis XII. millibus Lacetanorum cæsis, auxilium Ausetanis ferentium. Porro post pugnam ad Trasimenum, idem Cn. Scipio navali pugna cum Hasdrubalis classe, non longe ab Iberi ostio certavit, quinque et XX. navibus ex XL. captis: ut vero frater P. advenit, ausus transgredi etiam Iberum, ac mira arte Ace ducis Hispani, omnes Hispanorum obsides nactus, omnem in se Hispanorum favorem derivat. Porro post Cannensem pugnam, Hasdrubalem a duobus ducibus victum, l. III. refert Livius, memorabili pugna, ita ut Hasdrubali non modo in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spes relicta esset. *Glar.*

A duobus Scipionibus] Cn. ac P. quos Reipub. muros Pœnis oppositos nominat Cicero. *Glar.*

A duobus Scipionibus] Publio et Cnæo, patre altero Africani, altero patruo. *Cell.*

XXXV. *Millia*] Eumdem numerum habet Oros. IV. 6. Livio tantum 'magna vis hominum occisa' dicitur. *Verheyk.*

Mittuntur ei a Carthaginiensibus] In antiq. lib. hæc longo aliter, sic: Mittuntur ei rursus XI. peditum millia, et XXX. elephanti. Idem Manlium, Mallium scribit. *Vinet.*

IV. *millia equitum*] 1500. Liv. *Glar.*

XX. *elephanti*] Et M. argenti talenta, id est 60000. coronati. *Glar.*

CAP. 12. *Anno quarto*] Tertio apud Livium, Marcellus Nolam defendit. An. U. C. 539. *Glar.*

M. Claudius Marcellus Cos.] Pugnam Marcelli ad Nolam adversus Hannibalem primum Romanis prosperam magnifice describit Livius l. III. hujus belli: sed ea facta est anno tertio, quo Marcellus adhuc prætor erat, ut est apud Livium. *Glar.* Recte: quamquam Livii et Eutropii loca conciliari possunt: nam Marcellus ad Nolam ter cum Hannibale pugnavit. Primum non multo post prælium Cannense (Liv. XXIV. 17.) quum esset Prætor. secundum sequenti anno (c. 44.) tertium hoc anno DXXXIX. (ibid.) Adi Flor. II. 6. 39. At nunc erat consul, sed vitio creatus, (ut observat Doctissima Femina) abdicatus est, eique successit T. Sempronius Gracchus. *Verheyk.*

Cos.] Prætor, inquit Livius. *Glar.* Liv. XXIII. 14. Prætorem vocat. *Cell.*

Bene pugnavit] Livius XXIII. 12. 'quidam auctores sunt, duo millia et CCC. hostium cæsos: non plus uno Romanos amisisse.' *Cell.*

Hannibal multas civitates Romanorum] Capua Campaniæ caput etiam defecit, de qua multa Livius l. III. hujus belli. Petilia in Brutiis expugnata, Consentia, Croto, Locri, ac post longum Tarentum etiam Hannibali proditum. *Glar.*

Occupavit] Vel vi, vel voluntate. *Glar.*

Rex Macedoniæ Philippus] XXXVII. Rex, hoc est penultimus. Polybius l. V. ait, Demetrium Pharium Illyrium hoc suasisse Philippo. Livius autem l. III. hujus belli, ait Xenophanem ejus legatum ad Hannibalem

missum, ac bis a Romanis captum, semel elusisse Valerium Prætorem: sed secundario una cum literis Hannibalis ac Punicis legatis captum. ac inde rescisse Romanos Philippi erga se animum. Recitatur fœderis forma apud Livium. *Glar.*

Contra Græcos] Ut Athenienses et Lacedæmonios. *Glar.*

Captis legatis] Xenophane legationis principe. *Glar.* Vide Livium XXXIII. 33. et 34. *Cell.*

M. Valerium] Prætorem. *Glar.*

Proconsulem] *Prætorem* vocat Livius XXIII. 40. sed ex ejusdem seqq. patet Manlium Mucii Prætoris morbo impliciti vices obeuntem *Propræterem* fuisse: quamquam, ut Viri D. ibi monent, *Proprætores* sæpissime *Prætores* a scriptoribus vocantur: quemadmodum Nostro, quod inferius nonnunquam liquebit, et in aliis frequens est, *Consul* pro *Proconsule* sæpius sumitur. Vide, quæ diximus ad c. 14. infra. *Verh.*

T. Manlium Torquatum] Hic Tit. Manlius strenue se in Sardinia gessit: semel cum Sardis congressus, ubi triginta millia hominum cæsa refert Livius: iterum cum Pœnis, qui Sardis auxilium ferebant, XIII. millia cæsa, capti Pœnorum duces, Hasdrubal Calvus, Mago, et Hanno. *Glar.*

CAP. 13. *Ita uno tempore*] Non tamen contra Philippum (ut cum Nostro Orosius IV. 16. refert) eodem hoc anno bellum gestum est: multo minus tum a Lævino victus est, (quod postea accidit;) ut subdit auctor fine cap. Sed tantum quæque ad bellum Macedonicum, *si moveretur*, necessaria parabantur, ut diserte Liv. narrat XXIII. 48. *Verh.*

Alterum Asdrubalem] Livius addit XXIII. 34. 'Cui Calvo cognomen erat.' *Cell.*

A T. Manlio] Liv. l. v. Dec. 3. *Glar.*

Mille quingenti] III. millia DCC. Livius. *Glar.*

Hasdrubal et Mago] Porro ad finem ejusdem æstatis, iidem Scipiones Hasdrubalem ac Magonem Hamilcaris, Bomilcarem Gisgonis, ad Illiturgum oppidum vicerunt, cæsis 16000. captis tribus millibus, mille prope equis, undesexaginta militaribus signis, ac elephantis V. mox altera pugna cum iisdem, ubi XIV. millia hostium cæsa, supraque tria capta, cum signis duobus et XL. et novem elephantis. Tum vero omnes prope Hispaniæ populi (inquit Livius ad finem libri III. hujus belli) ad Romanos defecerunt, multoque majores ea æstate in Hispania quam in Italia res gestæ. *Glar.*

CAP. 14. *Decimo anno postquam Hannibal*] Manifestus error: octavus enim erat tunc annus, postquam Hannibal in Italiam venit: sed decimus, quod factus est Imperator in Hispania, ac bellum machinatus. *Glar.* Pro *decimo anno postquam* legerim *decimo anno post, quam.* Certe hoc Latinius est. *Heuman.*

Hannibal usque ad quartum milliarium] Ad tria millia passuum inquit Livius. Capua a Romanis defecerat tertio hujus belli anno. Sed septimo ejusdem belli obsideri cœpta est. Octavo anno, cum Hannibal Romanos obsidentes frustra oppugnasset, et eos alia via ab Capua oppugnanda avertisset, præceps consilium tentandæ urbis cepit. Magnum terrorem intulit urbi, sed frustra: nam Qu. Fulvius procos. sequutus est eum, parato ad confligendum exercitu. Verum cum ante urbem confligerent, ingens imber bis eos separavit, inquit Liv. Relicta Capua urbs ab Hannibale, cum Vibium Subium XXVII. Senatores sequuti veneno sumto vitam finiissent, dedita Romanis est. Senatores omnes cæsi virgis, et securi percussi: cives venundati, urbs servata, ut esset aratorum sedes, ager omnis et tecta publica populi Romani facta. *Glar.* Sic et Florus II. 6. 'a tertio lapide.' *Cell.*

Equites ejus usque ad portas] Livius

l. VI. hujus belli ita inquit: 'Inter hæc Hannibal ad Anienem fluvium tria millia passuum castra ab urbe admòvit. Ibi stativis positis, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Colinam, usque ad Herculis templum est progressus: atque unde proxime poterat, mœnia situmque urbis obequitans, contemplabatur. Id eum tam licenter atque ociose facere, Flacco indignum visum est. Itaque immisit equites; summoverique atque in castra redigi hostium equitatum jussit.' Hæc Livius. Plinius l. XV. etiam fatetur, castra ad tertium lapidem posita, ipsum Hannibalem ad Colinam adequitasse portam. Sed Livius XXVI. 6. ait solum hostium intra urbis muros emisisse hastam. *Glar.* Ad portam Collinam. Ipsum in his Equitibus Annibalem fuisse, Livius c. l. tradit, et Plinius XV. 18. *Cell.* Hinc *portam* pro *portas* reposui, non tamen, nisi auctoritate codd. Mss. L. B. 1. 5. *Verheyk.*

Mox consulum metu exercitu venientium] Recte doctissima Femina ad Livium hic provocat, quem si cum Polybio (IX. 6. 7.) a Grunero laudato conferas, error in Eutropio facile detegitur: neque etiam statim Hannibal se in Campaniam recepit. Adi Liv. XXVI. 12. *Verh.*

In Hispania a fratre ejus Hasdrubale ambo Scipiones] Hæc Livius recitat ante urbis Romæ ab Hannibale oppugnationem, quæ anno octavo facta erat. Nihilominus octavo anno etiam Cn. cæsum, postquam in Hispanias venerat, ac undetricesimo die post fratris Publii cædem, idem Livius author est XXV. 36. Porro res perditas in Hispania, unus homo L. Martius, Septimii filius, eques Rom. restituit, collectis ex fuga militibus ultra 20000. hominum improviso aggressus occidit. *Glar.* Non simul, sed Cnæus undetrigesimo die post fratris Publii mortem. Livius XXV. 36. *Cell.*

Per multos annos] Non plane septem. *Glar.*

Exercitus tamen integer] Contra Livius XXV. 36. 'Pauci ab multis, perculsique a victoribus cædebantur; Magna pars tamen militum...in castra P. Scipionis perfugerunt.' *Verh.*

A consule Marcello] Quid illud a Consule? Consules erant, ni fallor, Q. Fulvius et Appius Claudius, quo anno Syracusæ captæ. Vide Livium l. XXV. *Vinet.* Dubitat Vinetus consulem fuisse. *Cell.* Vinetum quoque notat Gruner. qui recte observat *consulem* hic idem esse ac *proconsulem*, laudatque Arntzen. ad Aur. Vict. V. I. 63. et vide quæ Vir Clar. ibi adnotavit. Certe nihil frequentius scriptoribus, etiam nostro. Sic quoque seq. c. (quod ibi etiam monet D. F.) Cn. Fulvium *Consulem* vocat, qui erat *proconsul.* Liv. XXVII. 1. et Oros. IV. 18. vide Delrium ad Epit. ejus libri. Infra IV. 22. C. Cassium Longinum, et Sextum Domitium Calvum *Consules* facit, et tamen erant *proconsules* IV. 1. L. Domitium *Prætorem* nominat, quem quia cum *proconsulari* imperio erat, *proconsulem* Sallustius. Vid. Cel. Duker. ad Ep. Livii XC. ut c. 7. ejusdem libri Noster quoque Licinium Crassum *proconsulem* enuntiat, qui Prætor erat *proconsulari* potestate. Liv. Ep. XCVI. atque ita Marcellus, qui hic et a Frontino IV. 1. *Consul*, a Livio XXVI. 1. *proconsul* dicitur. 'Prorogatum et M. Marcello [imperium] ut pro proconsule in Sicilia reliqua belli perficeret.' Ipse Cicero (de Offic. III. 26.) Regulum, quum adjuvante Lacedæmoniorum duce Xantippo, ab Afris vincebatur, *Consulem* vocat: qui tum anno belli Punici decimo erat *Proconsul.* Vid. Epit. Liv. XVIII. et Flor. II. 2. Plura si desideres, dabunt Celeb. Perizon. in Animadv. Histor. c. 7. et Viri D. ad Liv. XXVI. 33. XXVIII. 39. XXXI. 49. &c. *Verheyk.*

Et nobilissimæ urbis Syracusanæ] Syracusarum fortunam Livius copiose describit: primo ejus defectionem a

Romanis, l. IV. anno quinto hujus belli: deinde ejus expugnationem, septimo anno: sed l. V. *Glar.*

Et nobilissima urbe Syracusana] Hanc lectionem, etsi post alios retinuit Doct. Grun. se tamen malle vel cum Codd. L. B. 1. et 4. legere profitetur, uti nos restituimus, vel cum 3. *Siciliæ magna pars capta est, quam tenere Afri coeperant, et nobilissima urbe Syracusana. Præda, &c.* cui lectioni Pæanius favet. quod etiam ferri posset, quia plures Hearnei Codd. fere idem præferunt. Sed potior optimæ notæ Codicis visa est, quam Merula quoque dedit. Havercampus de more parum accurate consuluit hic Codd. quorum tertius *urbs Syracusanam* exhibet, ac si voluisset Librarius *Syracusarum*. Quartus *et nobilissimæ urbis Syracusanæ præda ingens Romæ.* Verheyk.

Lævinus in Macedonia cum Philippo] Livius l. IV. hæc recitat: Regem Philippum ad Apolloniam castris exutum, tribus pene millibus amissis, captis aliquando pluribus, terra Macedoniam petiisse, magna ex parte inermi exercitu spoliatoque. De fœdere autem facto Livius l. VI. hujus belli anno nono refert, omnes ejus conditiones. Hæc autem Valerius ut Prætor egit, illa vero quæ in Sicilia ut Cos. anno 9. hujus belli, quemadmodum Livius l. VI. refert. Hic igitur legendum, *contra Philippum*: non, *cum Philippo*: et pro conjunctione *et* legendum *cum*. Glar.

Cum Philippo] Legendum, *contra Philippum, cum multis, &c.* Glar. Optima Glareani conjectura esset, et quam lubentissime amplecterer, si ullum vestigium in Codicibus exstaret: qui cum ad unum omnes et Pæanius obstant, ut Gruner. etiam observat, quocum post Annam F. Eutropium hic errare confiteri malim, quam proprio Marte locum distorquere: quod enim hic videmus, in scriptore, aliisque compendiorum conditoribus sæpissime accidit, ut in vasto historiarum oceano aberrantes, nonnunquam a cursu inscii deflectant. Consule præter scriptores a Viris D. laudatos, etiam Polyb. IX. p. 788. et Justin. XXIX. 4. *Verheyk.*

Rege Asiæ Attalo] Vetus liber pro *Asiæ* habet *Isauriæ*: quod animadversione haud indignum fuerit. *Vinet.* Inepte. *Cell.*

Eumque Romam] Livius ait, cum Epicide evasisse, l. VI. *Glar.* Hic iterum errat Auctor, eumque eo etiam Oros. IV. 18. ubi vide Fabric. Rectius Livius XXVI. 40. tradit Hannonem fugam capessivisse, perque aversam portam emissum, adsumto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenisse, nactumque opportune navigium, relicta hostibus Sicilia, in Africam trajecisse. Confer Polyb. IX. p. 779. *Verheyk.*

XL. *civitates in deditionem accepit*] Prodita brevi sunt XX. oppida, VI. vi capta, voluntaria deditione in fidem venerunt ad XL. Livius l. VI. hujus belli. *Glar.*

Macedonia fracta] Ubi Philippus regnabat. Ergo cum eo non fecit fœdus: ut facile hinc erratum superius appareat, ubi cum Philippo et multis Græciæ populis amicitiam factam erat scriptum, pro contra Philippum cum multis, &c. *Glar.*

Ingenti gloria] *Cum* e Codicibus aliquot (in quibus L. B. 1. ut lib. præc. c. 18. ubi vide). Mss. et typis exaratis in contextum recepi. Vide hic etiam Gruner. *Verheyk.*

Regressus] M. Valerius Levinus. *Glar.*

Hannibal in Italia Cn. Fulvium consulem] Livius l. V. hujus belli, Hannibalem cum Cn. Fulvio Flacco Prætore in Appulia pugnasse scribit, ac XVI. millia hominum occidisse, Cneum effugisse, ac die dicta in exilium abiisse: ut l. VI. deinde ait Livius. At initio l. VII. de altero Cn. Fulvio Centumalo proconsule, qui Cos. fu-

erat, anno 8. hujus belli scribit, quomodo ad Herdoneam memorabili pugna ceciderit cum 12. tribunis mil. Noster Eutropius, ut solent Romani racematores, confuse narrat. *Glar.*

Cum octo millibus] De Centumalo non asserit Livius numerum, quia variatur in historia, alibi XIII. millia, alibi 7000. *Glar.*

CAP. 15. *Duobus Scipionibus*] Cn. et P. fratribus. *Glar.*

Dux erat] Legitimus, sed a militibus electus. *Glar.*

P. Cornelius Scipio mittitur] De Scipionis in Hispaniam Imperatoris electione, Livius l. VI. hujus belli post captam Capuam, anno hujus belli VIII. graphice scribit. *Glar.*

Bellum gesserat] Et cæsus cum fratre Cneo erat. *Glar.*

Is Carthaginem] Scil. novam. Nono hujus belli anno, ut refert Liv. l. VI. ad finem, ubi inter cætera inquit Livius de spoliis: Pateræ aureæ fuerunt 276. librales fere omnes pondo. Argenti facti signatique 18300. pondo, vasorum argenteorum magnus numerus. Paulo ante sic ait: Captus et apparatus ingens belli, catapultæ maximæ formæ CXX. minores CCLXXXI. Balistæ majores XXIII. minores LII. Scorpionum majorum minorumque, et armorum telorumque ingens numerus, signa militaria LXXIV. Hæc autem acta sunt An. U. C. 544. *Glar.* Carthaginem novam, cujus situm describit Livius XXVI. 42. *Cell.*

Omne aurum et argentum, et belli, &c.] *Atque arg.* pro *et argentum* e Cod. L. B. 4. non displicet Grunero. Alii respuunt, quod elegantius videtur. Sed Pæanius retinet, et sic hujus copulæ usus pleonastice Nostro frequens. Supra II. 1. 'Vicit et Æquorum urbem et Sutrinorum, *atque* omnes deletis eorum exercitibus, occupavit, et tres simul,' &c. *Verheyk.*

Nobilissimos quoque obsides] Extra hanc multitudinem (intellige captorum Carthagine nova) Hispanorum obsides erant. Quorum perinde, ac si sociorum liberi essent, cura habita. Livius lib. ad finem fere. *Glar.*

Magonem etiam, Hannibalis fratrem] Non fuit hic Hannibalis frater, quippe qui septimo post Carthaginem novam captam anno, in agro Insubrium Gallorum prælio victus, cum Carthaginem accerseretur, itinere ex Liguria, cum vixdum superasset Sardiniam, ex vulnere moritur, inquit Livius l. II. hujus belli. Erat autem annus XVI. cum Carthago nova capta sit anno nono hujus belli. *Glar.* Glareano hic alius est Mago, quam frater Annibalis, qui extremo hoc bello in Insubria vulneratus, et prope Sardiniam in navi mortuus est. Liv. XXX. 18. et 19. *Cell.*

Magonem etiam fratrem Hannibalis] Hæc de more Orosius IV. 18. a Nostro mutuatus est. Perperam: nam recte hic Viri D. hunc Hannibalis fratrem fuisse negant, quem longe post Hannoni junctum adversus Romanos bellasse, scribit Livius XXVIII. 1. 2. neque alter Mago fuit, ut Glareano placet. Hunc enim ducem, quem innuit Eutropius, et ab aliis quoque Magonem vocatum tradit Livius XXVI. 49. rectius Arinem ex Antiate Valerio refert ibidem. *Verheyk.*

Scipio Hispanorum obsides] Obsides non statim reddidit, sed eos bonum animum habere jussit. Verum postea ad multas civitates misit, ut libro VII. postea dicit Livius. *Glar.*

Omnes fere Hispaniæ] Hæc est lectio IV. Mss. Lugd. Bat. Vulg. *omnes fere Hispani*. Priorem firmare videtur similis Eutropii locus l. VI. 1. 'Atque omnes prope Hispaniæ in ditionem Populi Romani redactæ sunt.' Quamvis enim et insequenti et tertio anno bellasse ibidem et res magnas gessisse in Hispania dicatur Scipio, æque tamen *omnes fere Hispaniæ*, i. e. populi ex Hispaniis Tarraconensi, Bætica, et Lusitania, quam *Hispani* dici possunt transiisse ad Scipionem;

quum ex singulis istis Hispaniarum partibus Carthagine Nova obsides fuisse affirmet Livius XXVI. 42. 'ibi totius Hispaniæ obsides erant.' Quorum inde numerus ad trecentos, imo et ultra septingentos, extenditur. lib. XXVI. 49. *Hav.* Recte: quamquam meminisse debuerat Vir cl. ita jam a Merula editum fuisse. *Verh.*

Post quæ Hasdrubalem fratrem] P. Scipio, P. filius, in Hispaniam venit anno VIII. hujus belli, nono expugnavit Carthaginem novam; decimo cum Hasdrubale Hamilcaris pugnavit et vicit, ut non amplius in Hispania manendum Hasdrubali esset. Scipio tamen post hanc pugnam non est insequutus eum, sed spacium Hasdrubali respirandi dedit, ut in Italiam veniret: quod Qu. Fabius Scipioni postea objecit in Senatu Romano. *Glar.*

CAP. 16. *Interea in Italia Cos. Q. Fabium*] Hic erat annus X. hujus belli, U. C. 545. Tarenti expugnationem scribit Livius VII. hujus belli. Plutarch. in Fabio ait, 3000. talentum relata in ærarium, quæ facerent 1800000. coron. Cæterum Hannibal Punicum præsidium et quosdam ex Bratiis intus habebat. XXX. millia servilium capitum dicuntur capta, signa tabulæque prope ut Syracusarum ornamenta æquarent. *Glar.*

Recepit] Havercampus in Var. Lect. ex Hearnio rescripsit, ita legere Codd. Mss. et plerosque libros impressos: sed, quamquam recepta lectio melior videtur, monere debuerat, in Codd. L. B. 1. et 3. uti et Merulæ ac Cellarii Edd. quoque *cepit* inveniri: et ita Vetustissimæ omnes legunt; nam quod Doctiss. Gruner. lectione Livianæ Epitomes hanc, quam dedit Havercampus, et nos retinuimus, tueatur, eam ab ipso Livio XXVII. 20. mutatam discimus: 'a Fabio Tarentum *captum* astu magis, quam virtute.' *Verh.*

Q. Fabius Maximus] Ita appellatur Livio l. XXVII. sed noster tamen vetus pro *Quinto*, *Publium* nominat. *Vinet.*

Ingentes copiæ Annibalis] Livius XXVII. 18. 'ingens argenti vis facti signatique: auri LXXXVII. pondo.' Neque enim *copiæ* semper *exercitum* sonant. Cic. pro Dejot. c. 5. 'exercitum Cn. Domitii suis tectis et copiis sustentavit.' *Cell.*

XXV. *millia captivorum*] XXX. ait Livius XXVII. 16.

Dispertivit] Et *dispartivit*, ut legunt L. B. III. 4. utrumque bene dici, et sæpe commutari in codd. Mss. quamplurimis comprobavit Cel. Drakenb. ad Liv. III. 10. ubi vide notata. *Verheyk.*

Ad fiscum] Pro more ævi sui loquitur Eutropius, *ærarium* significaturus. Plutarchus in Fabio f. 187. ἀνηνέχθη εἰς τὸ δημόσιον τρισχίλια τάλαντα. At δημόσιον Ærarium est, a quo *Fiscus* differt, ut res Principis a re publica. Plin. Paneg. c. 36. Tacit. VI. 2. 1. Eadem supra notanda erant ad II. 27. *Cell.*

Tum] Tarento capto. *Glar.*

Transierunt] Sunt qui addunt *prius*, quod cum Paris. sustulimus. *Cell.*

Dediderunt] Fuld. pro vulgari *reddiderunt*. Paris. *dederunt*. Cell.

Insequenti anno] XI. hujus belli, U. C. 546. *Glar.*

Scipio in Hispania] P. Scipio post Hasdrubalis ex Hispania discessum, trium Romanorum opera potissimum usus est: M. Syllani, C. Lælii, et L. Scipionis, nonnihil et L. Martii. Certe post Hasdrubalis fratris Hannibalis discessum magnum bellum excitaverat novus imperator Hanno, in locum Hasdrubalis missus, qui pugna victus a Scipione capitur, Romamque mittitur: eum Romam duxit L. Scipio. *Glar.*

Egregias res egit] Livius l. VIII. hujus belli: Hoc maxime, inquit, modo atque auspicio P. Scipionis pulsi Hispania Carthaginenses sunt, quartodecimo post bellum initum, quinto post-

quam ipse Scipio provinciam et exercitum accepit. *Glar.* 'Res in Hispania prospere gestæ a Silano Scipionis Legato, et ab L. Scipione fratre adversus Pœnos.' Epit. Livii XXVIII. *Verh.*

Nam Claudius Marcellus] M. Claudius Marcellus occisus est quinto ejus consulatu: anno autem XI. hujus belli, ut describit Livius l. VII. ubi duo duces Crispinus et Hannibal sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. Quæ sequuntur, male commixta sunt ab hoc autore, si credimus Livio. *Glar.*

Occisus est] Lancea transfixus. Liv. XXVII. 29. *Cell.*

CAP. 17. *Tertio anno*] Aut altero, ut Livius. *Glar.*

Anno tertio] Eodem, quo superiori. *Glar.* Neque Eutropius, neque Glareanus calculos recte ponit. uti in seqq. Auctor sæpius errabit. Diserte enim Livii Epitome XXVIII. hoc factum prodit *quinto post anno, quam ierat* Scipio. Vide ibi Cl. Duker. et hic Gruner. *Verh.*

Scipio] P. filius Scipio in Hispaniam est missus ad finem anni octavi, sed ab U. C. 543. Hæc autem acta sunt in Hispania an. 545. ut recitat Liv. Sed Indibilis captus est ab L. Lentulo, L. Acidino, Romanis ducibus, post discessum Scipionis. Multa igitur male miscet hic author. *Glar.*

Regem Hispaniarum] Indibilem. *Glar.* Indibilem hominem malæ fidei, qui in fidem acceptus, Liv. XXVII. 19. defecit, XXVIII. 31. Victus et iterum receptus c. 33. seq. denuo defecit, l. XXIX. c. 1. *Cell.* Recte hunc regem *Indibilem* fuisse existimant; (patet e Livio XXVIII. 34. a Viris D. quibus adde Grunerum, jam laudato;) non *Mandonium*, ut A. F. (vid. Delph. not.) dubitat, quæ tertium etiam pro quinto anno retinet. Mandonius erat Indibilis frater, quem ad Victorem Scipionem miserat veniam impetratum, ut ibidem apud Livium videre est. Eamdem historiam narrat Appianus Hisp. p. 462. qui male *legatos* ad Scipionem de pace missos ab Indibili tradit; nam contrarium e Livio liquet, narrante, Scipionem in Mandonium ad se missum præsentem, et in Indibilem absentem, multis invectum fuisse, quamquam cum Appiano addit, imperata pecunia eos in fidem accepisse. *Verh.*

CAP. 18. *Desperans Hannibal Hispanias*] Livius ait, Hasdrubalem a Senatu Carthaginensi jussum ire in Italiam: illum autem distulisse, donec coactus fuerit abire. *Glar.*

Desperans] Lectionem, quam a Cod. L. B. 1. dedit Havercampus, ferri posse ait Gruner. si distinguas, *Desperans Annibal Hispanias contra Scipionem ducem diutius posse retinere fratrem suum Asdrubalem, in Italiam, &c.* verum si ita scripserat Eutropius, inseruisset *eum in Italiam*, vel simile quidquam, ut solet, pronominibus, et inprimis repetitionibus, passim fertilior: neque *retinere*, ut, si Diis placet, in Codice illo reperit Havercampus, probo; illud enim, si ita se haberet, ex *se tenere* ortum suspicarer: sed ita, uti vere in Codice est, recte legi opinor; subintellecto *se*, quod omittere solent passim scriptores. Innumera ejusmodi loca vel in solo Livio congessit Cl. Drakenb. I. 23. Adde Cortio, quem ad Sallust. laudat Vir Cl. Voss. de Construct. c. 58. Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 3. Oudendorp. ad Suet. Cæs. LXX. Quum tamen Hasdrubal Hispanias tum tenebat, nisi Eutropio insolentius scirem, verba eo modo disponere cum Grunero fecissem. Ceterum recte Glareanus ad Livium provocat, qui l. XXVII. Polyb. X. 36. et Oros. IV. 18. verius, quam Noster et Appian. Hisp. p. 454. referant, Hasdrubalem, a Carthaginiensi senatu jussum fratri se jungere, per Gallias in Italiam venisse. *Verh.*

Appio Claudio Nerone] Sunt qui pro *Appio* hunc *Cajum* appellant. *Vinet.* Pighius ad A. DXLVI. et Delrius ad Livii Epit. XXVII. hoc nomine etiam notarunt Eutropium, ex Livio, Valer. Maximo, Verrio Flacco, Cassiodoro, aliisque pro *Appio Cajum* emendantes: uti quoque in Fastis est. *Verh.*

C. Claudio Nerone et M. Livio] An. XII. hujus belli, ab U. C. 547. nobile par Coss. fuerat, de patricia gente Nero, de plebe Livius: et qui opponerentur duobus fratribus, quorum alter ab ortu, alter ab occasu in urbis perniciem magnis exercitibus imminebant. Nero Hannibali in Bruttiis degenti obsisteret, ne inde exiret. Livius Hasdrubalem contineret, ne Galliam Cisalpinam, ne Hetruriam sollicitaret. Interim missæ ab Hasdrubale ad fratrem Hannibalem literæ, a Romanis intercipiuntur. Ibi Nero audax consilium capit, exercitus sui alteri committendi. Ipse 6000. peditum, mille equites, quod roboris in exercitu erat, simulans se ad vicinam urbem expugnandam ire, recta ad Livium alterum Cos. in Picenum abiit. Ibi ad Metaurum flumen, proxime Senam Gallicam, ambo Coss. acie instructa, totum Hasdrubalis exercitum cum ipso duce trucidarunt: cujus caput, cum cura servatum, sexto die quo rursus in sua stativa redierat Nero, projici ante hostium stationes jussit. LVI. millia hostium occisa, capta v. millia et ccc. redditaque æqua Cannensi clades vel ducis vel exercitus interitu videbatur. *Glar.*

Salinatore] Nondum id nomen hic habebat. *Glar.*

Apud Senam, Picени civitatem] Senam Gallicam, urbem inter Umbriam et Picenum mediam. Supra urbem autem, ad Metaurum fluvium, oppressus Asdrubal. Liv. XXVII. 50. *Cell.*

Apud Senam, Picени civitatem] De Codd. Mss. *L. B.* hic silet Havercampus, ac si nihil variarent: ubi quatuor, deletis *Senam Picени civitatem*, reponunt lectionem, quam exhibent quoque Hearneani. Unde suspicor legendum *Apud Metaurum fluvium et Senam Pic. civ. &c.* de flumine eo etiam Livius loquitur XXVII. 47. et cum civitate, ut hic Noster, conjungit Oros. IV. 18. Metaphrastes tamen non agnoscit, sed apud *Senam* pugnatum esse tradunt reliqui scriptores, quos Fabricius laudat ad Oros. d. l. quamquam distinguere velle videntur, qui utrumque locum designant, eum, quo Hasdrubalis exercitus fuit, ut Livio ibidem, et ubi Salinator stetit, ut c. 45. 'Ad Senam castra alterius consulis erant.' Ceterum vel hoc loco patet, frustra esse Viros D. qui supra I. 5. negant præpositionem *apud* Urbium nominibus adjungi posse. Hujusmodi usum hoc pacto post alios sæpius vindicavit Cl. Drakenb. ad Liviam, vide quæ notat ad IX. 23. &c. *Verh.*

Senam] Gallicam urbem ad superum mare. *Glar.*

In insidias compositas] Ex Liv. XXVII. 47. et 48. disces, Hannibalem non in insidias sibi structas incidisse: sed signo pugnæ proposito in aciem processisse. *Verh.*

Romanis ingens animus accessit] Statum quoque civitatis ea victoria movit, ut jam inde haud secus quam in pace res inter se contrahere vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditumque solvendo auderent. *Glar.*

Ingenti gloria] Sic Fuld. Ven. et Paris. Reliqui præmittunt *cum* præpositionem, qua noster etiam III. 1. 6. abstinuit. *Cell.* Male, ut illic vidimus.

CAP. 19. *Q. Cæcilio, L. Valerio Coss.*] An. 13. hujus belli, U. C. 548. De his Coss. ait Livius lib. VIII. Inde in Lucanos profecti. Ea sine certamine tota gens in ditionem populi Romani rediit. *Glar.* Cicero de clar. Orat. c. 14. extrem. et Livius XXVIII. 10. *L. Veturium* vocant, quibuscum et Fasti consentiunt. *Cell.* Recte erroris (quem etiam Pæanius commisit) Eutropium arguunt viri D. Nulli ta-

men Codd. Mss. neque Edd. variant. unde nihil mutare sustinui. *Verh.*

In Bruttiis] In Lucanis, inquit Liv. Sic etiam *L. Venturio* legend. pro *L. Valerio*. Livius: Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est: nam neque ipse se obtulit in tam recenti vulnere publico privatoque. Neque lacessierunt quietum Romani, tantam inesse vim, etsi omnia alia circa eum ruerent, in uno illo duce censebant. Hæc ille, ubi multa alia præclara de Hannibale: tandem post aliquot verba subnectit: Cedendoque in angulum Brutium, cætera Italia concessum. In Brutiis igitur mansit Hannibal per triennium. *Cell.* Auctor procul dubio falsus est loco Livii (XXVIII. 10.) male intellecto, ubi Bruttios ambobus Coss. L. Veturio et Q. Cæcilio provinciam decretam tradit, cum diserte (fine c. 11.) eos in Lucanos scribit profectos, eamque totam gentem sine certamine in ditionem Populi Romani rediisse: quod quoque Glareanus observat. *Verh.*

CAP. 20. *Anno* XIV.] U. C. 549. *Glar.*

Scipio, &c. in Africam missus] Scipio non est missus in Africam, sed decreta est ei Sicilia: permissumque, ut in Africam, si id e Republ. esse censeret, trajiceret. Eo igitur anno, quo Cos. fuit, in Sicilia mansit: sequenti vero anno, qui fuit hujus belli XV. in Africam profectus est. Cæterum de Scipionis moribus multa Livius lib. VI. hujus belli. Gellius VII. 1. Valerius item Maximus de morum ejus mutatione VI. 9. *Glar.*

Consul est factus] Orosius de more (IV. 18.) Nostrum etiam in errore sequitur. Contrarium liquet e Livio XXVIII. 38. 'Quarto decimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et P. Licinius Crassus, ut consulatum inierunt, nominatæ Consulibus Provinciæ sunt, Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia sacrorum cura Pontificem Maximum in Italia retinebat; Brutii Crasso,' &c. Verum novam Provinciam quoque ei extra sortem obtigisse fama ferebat, unde in Scipionem talia mollentem oratione invectus est Fabius Maximus, c. 10. Sed sequenti anno, postquam infamia, qua, quum in Sicilia esset, apud Romanos notaretur, purgatus esset, Proconsul in Africam trajecit. Epit. Liv. XXIX. *Verh.*

Cui viro divinum quiddam inesse] Appianus Punic. p. 8. de eodem. Δόξαν ἅπασιν ἐμβαλὼν, ὡς ἥκοι κατὰ θεὸν, καὶ δαιμονίῳ χρῷτο συμβούλῳ περὶ ἁπάντων. *Cell.*

Habere sermonem] In Capitolio. *Glar.*

Is in Africa contra Hannonem] Scipio, ut primum Africam attigit, magnum terrorem omni Africæ intulit. Carthaginenses D. equites cum juvene quodam Hannone ad mare, ut Romanos littoribus arceret, misere: ii in stationem Romanam illapsi, mox in fugam versi, ducem amiserunt. Carthaginenses Hannonem Hamilcaris novo equitatu congregato præficiunt. Sed et ille a Scipione expugnatur, cæso etiam duce Hannone Carchino. Atque hæc acta sunt anno 550. ab U. C. qui est an. XV. hujus belli. *Glar.* De Annone Amilcaris filio Eutropius intelligendus. Duo enim Annones fuerunt, quos plures auctores confundunt: vide Liv. XXIX. 34. *Hearn.*

Pugnavit...interfecit...capit] Ita priores Edd. pleræque. Sed Merulæ et Hearnei *pugnavit....interfecit.....capit.* Annæ Fabri *pugnat....interficit....capit.* Sed in eodem tempore manere malim. *Pugnat* legunt Codd. L. B. omnes: *interficit* 4. et 5. *capit* omnes: eamque lectionem, etsi Pæanius obstat, prætuli, quod in eodem hoc capite in præsenti maneat Eutropius. *Verh.*

Exercitum ejus] 4000. equitum, inquit Liv. *Glar.*

Secundo prælio] Sequenti anno facto. *Glar.*

Castra capit] Anno 551. hæc acta, qui erat annus XVI. hujus belli. Cas-

tra Syphacis ac Hasdrubalis incensa noctu, et cæsa aut hausta flammis ad XL. millia hominum, capti supra 6600. inquit Livius lib. X. hujus belli: mox reparatis copiis pugnatum denuo, ac rursus victi Carthaginenses. *Glar.*

Syphacem Numidiæ regem] Syphax a C. Lælio atque Masinissa in Numidia capitur, ad Cyrtham urbem, ut inquit Livius lib. X. At hic author temere hæc et miscet et separat. *Glar.* Plures erant Numidiæ reges. Masinissa cum Romanis: Syphax cum Pœnis faciebat. Regia Syphacis *Cyrtha* erat. Liv. XXX. 12. *Cell.*

Castra ejus invadit] *Incendit* pro *invadit*, e conjectura Tanaquilli Fabri in editis nonnullis receptum, se vidisse testatur Grunerus. Quibus usus fuerit Vir Doctiss. ignoro. Meæ, quascumque consului numero non pancas, constanter omnes *invadit* retinent: nisi quod *incendit* Hoviauæ margini additum invenio. Accedo tamen Viro Doctiss. locum nunc medica non indigere, exemplis e Livio, Polybio, et Metaphraste, quos laudat, confirmatum. *Verh.*

Omnis fere Italia Hannibalem deserit] Octo oppida ad Cn. Servilium Capionem defecisse, ac multos alios ignobiles populos senescere Punicum bellum cernentes, scribit Livius lib. X. hujus belli, paulo ante Hannibalis discessum. *Glar.*

CAP. 21. *Ita anno* XVII.] Liv. XVI. annos ait (et recte) Hannibalem in Italia fuisse: ergo XVI. adhuc, non XVII. scribendum. *Glar.* Epitome Livii XXX. 'Isque anno decimo sexto Italia decedens, in Africam trajecit.' *Verheyk.*

Quam flens dicitur reliquisse] Quidam claudunt hoc caput hisce verbis, *quam flens dicitur reliquisse.* Sed neque Græcus neque Fuld. neque Vineti prima editio hoc agnoscunt, quod forsan additum est a Paulo Diacono. *Cell.* Post Cellarium etiam Doctiss. Gruner. inclusa ejecit. Eadem Livius tradit XXX. 20. et iisdem pene verbis Orosius IV. 19. Magis tamen, quamquam uncis inclusa, retinui, quod Codd. Mss. L. B. 4. et 5. ea agnoscunt. *Verheyk.*

Flens] Vix lachrymis temperans. *Glar.*

Legati Carthaginiensium pacem a Scipione] Hæc quamquam eodem anno, tamen antequam Hannibal in Africam iret, facta sunt. Leges pacis (autore Livio) has dixit Sciplo: Captivos et profugos restituant, exercitus ex Italia et Gallia deducant, Hispania abstineant, insulis omnibus, quæ inter Italiam et Africam sunt, decedant: naves longas omnes, præter XX. tradant. Tritici quingenta, hordei CCC. millia modium. Pecuniæ summam quantam imperaverit, parum convenit. Alibi V. millia talentum, alibi V. millia pondo argenti, alibi duplex stipendium militibus imperatum invenio. Hæc Livius lib. X. hujus belli. Et post has dictas pacis conditiones, ivisse Romam legatos, sed pro speculatoribus dimissos. *Glar.*

Pacem a Scipione petierunt] Supra II. 14. scripserat auctor 'Carthaginienses Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut,' &c. insolentiori, ut Heumanno videtur, locutione, pro *a Regulo.* Sed vapulat hoc nomine a Doctiss. van Staveren (ad Fulgent. I. 27.) qui accusativi usum huic verbo juncti etiam apud alios vel probatissimos scriptores reperiri, quam plurimis demonstrat. Sed alia hic ratio est, nam quartus casus non eo modo, quo verbis rogandi adjungi solet, hic ponitur, sed per Antiptosin, quam vocant Grammatici, (et de qua post alios idem Vir Doctiss. consuli potest ad Hygin. F. XXXIV.) pro 'Carthaginienses petierunt, ut Regulus, quem ceperant, proficisceretur.' *Verheyk.*

XIV. *diebus*] Hæc Fuldensis scriptura concinnior, quam vulgaris, XLV. *dies bis*, &c. Paris. et Ven. utrumque

habent *diebus* et *bis*. Cell.

Diebus] Nihil de his Livius. *Glar.*

Data] A Scipione. *Glar.*

XXX. *millia pondo*] Id est, ter centena millia coronatorum. *Glar.* Si sana mens Metaphrastæ, hoc dono solus Scipio honoratus est, quod, an cum virtute ejus conveniat, videant alii. *Cell.* et *Hearn.* Cum simile a Nævio tribuno pl. objiceretur, defensionem ejus, 'nihil ex Africa præter cognomen retulisse,' senatus universus comprobavit. Valer. Max. III. 7. Gell. IV. 18. *Cell.*

Et triginta millia pondo argenti ab his accepta sunt] Alieniissima hoc loco sunt hæc verba, adeoque ejicienda. *Heumann.* Quod non tantum *Edd.* sed ad unum omnes etiam Codd. Mss. agnoscant, non temere ejecerim: neque dubito, quin ab ipso Eutropio profecta sint. Is enim, ut e sequentium contextu satis liquet, quæcunque gesta enarrat, soli Scipioni adscribit, et videtur velle, quod etiam Cellarius, quamquam in dubium vocat, tangit, hanc argenti vim dono Scipioni, ut pacem vel inducias concederet, soli datam fuisse, propterea quod statim addit, 'senatus ex *arbitrio Scipionis* pacem jussit,' &c. Hæc certe sensu cepit Pæanius: Καὶ τοῦδε αὐτῷ μισθὸς ἦν τριῶν μυριάδων ἀργυρίου σταθμός: nec mirum, si tam longo tempore post in suspicionem venerit scriptori cuidam Scipio, qui vel sua ætate eam evitare non potuit, ut ex Valerio Maximo et Gellio, quos testes vocat Cellarius, liquet. *Verheyk.*

His conditionibus dedit] Ante Hannibalis in Africam reditum. *Glar.*

Ne amplius quam triginta naves] Livius XXX. 16. 'viginti naves longas.' *Post* rebellionem tantum decem *triremes concessit*. XXX. 37. *Cell.* et *Hearn.* XXX. pro XX. ad Livium XXX. 16. ex Appiano in Punic. pag. 17. restituere conatur Sigonius. Hujus tamen et Eutropii fidem Livianæ postponit Cel. Drakenb. *Verheyk.*

XXX. *naves*] XX. Liv. *Glar.*

L. *millia pondo*] Paulo post *quinquaginta millia* dicet, hoc est 000000. coron. quod est verisimilius. *Glar.*

Quinquaginta millia pondo argenti] Variant Codd. Mss. quod non mirandum, si totidem literis scribitur *quinquaginta*, unde *quinquaginta*, vel contra. Librariorum enim incuria ubique obtis adparet, quod etiam Grunerus notat, qui hinc legendum suspicatur *quinque:* uti etiam seq. cap. sed ex *quingentis* quod ibi legitur, *quinque* refingere audacius esset. Fateri nullam Eutropium plus justo auxisse summam, quod non semel accidit; neque hic facile definita est, quanta fuerit, ut ex Livio Viri D. hic notant. *Verheyk.*

CAP. 22. *Interim Hannibale, &c.*] Ad finem hujus anni XVI. ut scribit Liv. *Glar.*

Veniente ad Africam] In veteri non est *veniente*. Vinet.

Pax turbata] A Carthaginensibus. *Glar.*

Multa hostilia ab Afris] Livius His. X. hujus belli, ait Carthaginenses inducíarum tempore onerarias Romanorum naves ad Ægimurum tempestate delatas, ac a nautis desertas, a puppibus Carthaginem traxisse. Et cum Scipio legatos Carthaginem misisset de injuria questuros, pene violatos, Hannibalem ad finem hujus XVI. anni in Africam rediisse. *Glar.*

Ex urbe venientes] Cum C. Lælio et Qu. Fulvio Gillone, venere ad Scipionem. *Glar.*

Jubente Scipione] Qui nolnit talionem reddere Carthaginensibus. *Glar.*

Hannibal quoque frequentibus prœliis] Liv. nullum bellum refert ante colloquium. Sed Valerium Antiatem ait dicere, Hannibalem, primo prælio victum, cum aliis X. legatis in castra ad Scipionem venisse. Hic vero erat XVII. an. hujus belli, U. C. 552. *Glar.*

Frequentibus prœliis] Valerius Antias apud Antium. *Glar.*

Iisdem conditionibus...quibus prius] Confundit procul dubio Auctor conloquium antea habitum, quod videre est apud Liv. XXX. 16. et alterum, de quo agit 31. Liquet ex conditionibus hic memoratis: quum nunc 'infecta pace ex conloquio ad suos quum se recepissent, frustra verba jactata renunciant:' quæ Livii verba sunt 31. cui consentit Polybius, ut contra Nostro Appianus. *Verhoyk.*

Argenti] Vetus habet, additis quingentis ponderibus argenti centum millibus lib. qui nec millia supra habet, sed solum, quingenta pondo argenti darent. Erit autem hic sensus; centum millibus librarum (pondo, libra, idem) additis ad quingenta millia pond. quæ ex primæ pacis conditionibus pendere debebant Carthaginenses. *Vinet.*

Addita D. *millibus*] Quid additum ante pugnam ultimam, non exprimit Scipio in colloquio apud Livium. Sed superius hic, non 500000. sed 50000. pondo erant argenti. in altero igitur loco error est. Et haud dubie in superiore: non enim solebant Romani parum petere. *Glar.*

Addita quingentis millibus] Quæ prius indicta erant. Vide autem, an hic libram distinguat a pondo.

Summa igitur prior erat
500000. pondo.
5000000. coron.
100000. libr.
1000000. coron.
Collectim
6000000. coronatorum.
10000. talentum.

Quibus si addantur
100000. lib. quæ efficiunt 1000000. coron.
fit summa 6000000.
hoc est 10000. talentum:

ut postea indicta refertur a Livio, post pugnam ultimam. *Glar.*

Propter novam perfidiam] Id est, propter inducias violatas et legatos læsos. *Glar.*

Et Masinissa, alio rege Numidarum] Livius lib. IX. hujus belli magnifice hujus Masinissæ fortunam describit. Est enim hic rex maxime celebris in Romana historia. Hic decimo hujus belli anno, ut Livius refert lib. V. ejusdem belli, Carthaginensium amicus erat: ac P. Scipio, hujus Scipionis pater, ejus potissimum opera in Hispania perfit. Adfuit etiam ei pugnæ, qua Hasdrubal Barchinus devictus est ad Betulam urbem, ut lib. VII. hujus belli refert Livius. Ibi beneficio Scipionis, qui cognatum ejus, eodem captum prælio, liberaliter donatum ac dimissum ei restituerat, subinde occasionem quæsivit, ut cum Romanis societatem, relictis Carthaginensibus, faceret: quod ei tandem contigit an. 13. hujus belli, ut Liv. lib. VIII. refert, post fugam ad Betulam alteram: ubi Hasdrubal Gisgonis, Mago, Barchinus, ac ipse Masinissa a Scipione devicti sunt. Ibi cum M. Syllano, absente Scipione, collocutus, ac paulo post cum ipso Scipione, antequam Hispania exiret, amicitiam inlit. Postea in Africa post consulatum Scipionis anno 15. ad ipsum Scipionem venit, et cum CC. equitibus, ut scribit Liv. lib. IX. hujus belli, ac ultimæ etiam pugnæ affuit, ubique egregie se gerens, et factis magnificus. *Glar.*

Numidarum] Masæsylorum. *Glar.*

Cum Scipione] In Hispania. *Glar.*

Annibal tres exploratores] Unde hæc hauserit Eutropius, tantum non erat perscrutari. Livium et Valerium Maximum testes probat Glareanus, quorum alter XXX. 29. 'Inde præmissi speculatores,' &c. Alter III. 7. de Fid. sui: 'Speculatores Annibalis in castris deprehensos...nec supplicio affecit,' &c. Eosque numero tres fuisse liquet Appiani verbis p. 33. Ὁ δὲ ἀνεζεύγνυε, τρεῖς τοῖς Ῥωμαίοις κατασκόπους ἐπιπέμψας, &c. eorumque meminerunt Polyb. XV. 5. Polyænus

VIII. 14. et Zonar. IX. 14. *Verheyk.*

Exploratores] Speculatores vocat Livius, et Valerius III. 7. de Fid. sui. *Glar.*

Mox etiam prandium] Hoc etiam Valerius scribit, sed non item Livius. *Glar.* Neque Appianus, qui eos tantum incolumes remissos scribit. At Valerius d. l. etiam 'prandio dato ipsis, jumentisque eorum, incolumes dimisit.' Polyæn. d. l. ὁ δὲ δοὺς ἄριστον αὐτοῖς. Sed Polyb. XV. 5. Δοὺς ἐφόδια καὶ παραπομπὴν ἐξαπέστειλεν. *Verheyk.*

CAP. 23. *Interea prælium ab utroque duce instructum est*] Livius ita ait: 'Ad hoc discrimen proceduut postero die duorum opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri.' *Glar.* Prope Zamam, vide Livium XXX. 33. et 34. et Nep. in Annib. c. 6. *Cell.*

Pene ipso Hannibale capto] Livius lib. X. ita: 'Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum profugit, omnia et in prælio et ante aciem, prius quam excederet pugna, expertus: et confessione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiæ illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse.' Paulo post idem Livius ait Carthaginem eum accitum, illis pacem suasisse. Rursus deinde inquit: 'Sunt qui Hannibalem ex acie ad mare pervenisse, inde præparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradant, postulantique ante omnia Scipioni, ut Hannibal sibi traderetur, responsum esse, Hannibalem in Africa non esse.' *Glar.*

Quatuor evasit] *Quarto* legit Gronov. de Pec. Vet. p. 421. Ed. Lugd. Bat. 1691. Scriptum nimirum fuit in Ms. IV. quod reddiderunt quatuor. *Hearn.*

Evasit] Adrumetum. Nepos XXIII. 6. 3. Livius XXX. 35. *Cell.* Cum paucis equitibus inter tumultum elapsum Hannibalem scribit Livius XXX. et ita Polyb. XV. 15. Plenior Orosius IV. 18. 'Cum paucis, hoc est, vix quatuor equitibus.' Sed Appianus p. 40. Μετ' ἐνὸς ἱππέως λαθὼν ἐξέφυγε. Pæanius hæc non agnoscit. Vid. hic Doct. Grun. *Verheyk.*

Pondo XX. millia, auri octingenta] Antiquus liber non habet millia, sed XXX. pro octingentis: pro quibus octingentis sunt etiam impressi, qui scribunt *octoginta*. Vinet.

Argenti pondo, &c.] 'Ingentem prædam' vocat Livius XXX. 36. Appianus p. 41. auri talenta decem, argenti talentorum MMD. ebur arte laboratum, præter divendita et pretium militibus divisum. *Verheyk.*

CC. *millia*] Al. XX. quod placet: faciunt autem 200000. argenti pondo 2000000. coron. *Glar.*

Auri octingenta] Pondo. Hic non intelligo millia, quia nimis magna fieret summa. 800. aur. pond. 80000. coronatorum, 800000. auri pondo 80000000. coronatorum. Quid si *octoginta millia* legas, 80000. aur. pond. 8000000. coron. Verum etiam illa nimis magna fieret. *Glar.*

Post annum XVII. quam ceperat] Hunc habet numerum Orosius libro quarto: at antiquus liber et quidam impressi habent *nonumdecimum*, pro hoc septimodecimo. Livius lib. trigesimo tradit, hoc secundum bellum Punicum fuisse initum P. Cornelio, T. Sempronio Coss. et finitum octavodecimo anno, Cn. Cornelio, Pub. Ælio Pæto, Coss. *Vinet.*

Post annum decimum] Livius XXX. 44. 'Finitum est septimo decimo anno.' Vide quæ ibi Sigonius. *Cell.* Recte et hinc annum XVII. edidit Merula: quem secuti sumus. *Decimo* enim *octavo* finitum est. Atque adeo *post decimum septimum*: ut observat Sigonius ad Livii d. l. laudatus. Lectionem, quam dederat post alios Havercampus, *decimum nonum* ita vindicari posse existimat Grunov. si statuamus, auctorem inuisse annum 533.

quo Hannibal Romanos lacessere cœpit, et annum 551. in quem finis belli Punici incidit, annumeremus: verum neque tum novemdecim annos habemus, ut putat vir Doct. Sed bellum initum fuit P. Cornelio, Tito Sempronio Consulibus, Liv. l. XXX. c. 44. hoc est secundum Fastos A. U. C. DXXXVI. Liv. XXI. 6. finitum (Livio iterum XXX. 44.) Cn. Cornelio, P. Ælio Pæto Coss. A. DLIII. atque ita post septemdecim annos. *Verh.*

LIBER IV.

CAP. 1. *Transacto Punico bello*] Ut tribus libris præcedentibus complexus est autor historiam, quæ est apud Livium in tribus primis Decadibus, hoc est libris XXX. ita hic liber IV. historiam continet ab A. U. C. 554. usque ad A. U. C. 649. hoc est, historiam annorum 95. *Glar.*

Secutum est Macedonicum contra Philippum] Anno 5. secundi belli Punici, Philippus penultimus Macedoniæ rex, cum Hannibale et Pœnis contra Romanos fœdus fecerat: quia vero male ei cessit hoc fœdus, iterum anno 15. ejusdem belli pacem fecit cum Romanis: sed eam mox violavit, misso Sopatre, uno ex purpuratis et propinquis regis, cum 4000. Macedonum, et pecunia, in Africam Hannibali, præterea quod infestasset in Græcia socios populi Romani. Antiquata fere erat rogatio, qua bellum ei indicebatur, ni Athenienses ursissent negotium, et Ser. Sulpitius Cos. pulchra oratione populum Romanum excitasset ad bellum inferendum Philippo. *Glar.*

CAP. 2. *Quingentesimo et quinquagesimo primo*] Chronologi nostri volunt DLIV. *Vinet.* Legend. *Quingentesimo quinquagesimo secundo anno.* Duobus enim annis differentia ubique est nobiscum. Annus hic fuit Urbis conditæ 554. *Glar.* Potius diceret, *Quingentesimo et quinquagesimo tertio.* Vide de hac re Pighium, Tom. II. Annal. pag. 241. Item Sigonium et Onuph. ad Fastos Capitolin. *Hearn.* De anno hoc minus inter Viros D. convenit. Pighius, Sigonius in Fast. Hearnius et Grunerus *tertio* legere malunt. *Quarto* Glareanus ad Liv. XXXI. 5. (ubi tantum DL.) et ad Epit. ejusdem libri. Contra *Secundo* ibidem præfert Dodwell. in Chron. Græc. Rom. quæ Dionys. Halic. subjungitur, ut monet Cel. Drakenb. eamque emendationem a Clerico et Crevierio probatam refert. Orosius ubi debuerat, IV. 2. anni non meminit, sed in Fastis esse DLII. notat Fabricius. Sed Capitolini et Siculi Glareano favent. *Verh.*

T. Quintius Flamininus adversus Philippum] Tertio anno post quam cum Philippo bellum cœptum, T. Quintius Cos. fuit, qui Philippum in angustiis Aoi amnis vicit, ac in Thessaliam ire compulit, ac inde in Macedoniam. Deinde reparantem bellum ad Cynoscephalas in Thessalia vicit, ac bello finem imposuit. *Glar.* Vulgo *Flaminius*, nec aliter Græcus. Sed Flamininum patricium, Flaminium plebeium nomen fuisse, ostendit Schottus ad cap. 51. de Viris Illustr. *Cell.* *Flaminius* in omnibus Codd. Mss. et Vetustioribus Edd. hic et ubi-

que exhibetur, et ita sæpissime hæc diversæ gentis nomina confundi solent. Vid. V. D. ad Liv. XXXI. 4. Duker. ad Flor. I. 7. Bongars. ad Just. XXX. 3. Comment. ad Aur. Vict. V. I. c. 51. Fabr. ad Oros. IV. 20. Pæanio etiam et Plutarcho, qui hoc nomine a Bongarsio notatur, Φλαμίνιος. *Verh.*

Adversus Philippum] *Adversum* est in Cod. L. B. 1. semper: uti in Livii Codd. sæpius. Vid. cel. Drakenb. ad Epit. XLVII. Ceterum variant mire Mss. et Edd. *Adversus Phil. Reg. mittitur, prospere gessit:* vel *Adv. Phil. reg. mitt. et prospere gessit;* deleto *rem:* vel *Adv. Phil. reg. prospere gessit,* omissis *mittitur, rem:* aut *Adv. Phil. et rem prospere gessit,* exulantibus *regem mittitur.* Unde suspicor, *Adversum Philippum rem prospere gessit.* Nam ex r̄m alii *regem,* alii *rem* rectius fecisse videntur: vel *Advers. Phil. missus, rem prospere gessit:* cui conjecturæ Pæanius favet: Πρὸς δὲ Τίτος Κόιντιος Φλαμίνιος ἐκπεμφθεὶς νικᾷ τε αὐτὸν καὶ τίθεται συνθάς. *Verh.*

Prospere rem gessit] Voculam *rem* Fuldensis addit. *Cell.* Primum ad flumen Aoum, (prope Apolloniam quæ ad mare Adriaticum est) et in vicinis locis, XXXII. 10. seqq. deinde debellatum est ad Cynos Cephalas (locus est ad Scotusam Thessaliæ) Livius XXXIII. 7. Strabo circa fin. l. IX. *Cell.*

Pax ei data est his legibus] Cum quarto anno hujus belli, hoc est, an. U. C. 557. victus esset Philippus ad Cynoscephalas, quinto anno pacem a Romanis impetravit. *Glar.*

Græciæ civitatibus] In Europa ac Asia. *Glar.*

Quas Romani, &c.] Livius ac Plutarchus scribunt, post datam Philippo pacem, T. Quintium cum X. legatis a Senatu Romano missis in Græciam, præconem cum tubicine in media arena Isthmiorum ludorum jussum proclamare: Senatum Romanorum ac T. Quintium imperatorem jubere liberos omnes Græcos ac immunes suis legibus vivere. Ibi tanto clamore ac tanto gaudio præconis vocem esse susceptam, ut nemo satis sermone explicare possit: Esse aliquam terris gentem, quæ sua impensa, suo labore ac periculo, bella gerat pro libertate aliorum, &c. *Glar.*

Quinquaginta solum naves] Livius ait, Naveis omnes tectas traderet, et regiam inhabilis prope magnitudinis, quam 16. versus remorum agebant. *Glar.* Ex iis, quæ Viri Docti ad Livii XXXIII. 30. adnotant, satis liquet, numerum hic justo majorem esse, et Philippo non nisi quinque scaphas relictas fuisse. *Verh.*

Per annos decem quaterna millia pondo argenti præstaret] Livius lib. III. Decad. 4. mille talentis tum mulctatum ait, id est 600000. coron. scribit tamen, Valerium Antiatem scribere eadem, quæ hic Eutropius commemorat. Cæterum 4000. argent. pondo, hoc est 40000. coron. per decem annos data, facerent 40000. argenti pond. id est, 400000 coron. præsens etiam 20000. argent. pond. facerent 200000. coron. ea addita ait Liv. *Glar.*

T. Quintius Flam.] An. 559. *Glar.* Addunt nonnulli: *Flamininus.* Sed rectius ea repetitione abstinent Vinetus et Sylburgius. II. 2. *metu,* abest a Mer. *Cell.*

Ducem eorum Nabidem vicit] Livius lib. IV. Decad. 4. bene longo sermone de hoc tyranno tractat: fuit enim insigni crudelitate, ac non parva potentia: a Philopœmene victus, tandem ab Alexamone Ætolo per insidias obtruncatus, ut Livius lib. V. narrat 4. Decad. *Glar.*

Ducem] Tyrannum. Livius passim. *Cell.*

Ingenti gloria duxit] Hoc etiam inquit Liv. lib. IV. Decad. 4. *Glar.*

CAP. 3. *Ante currum*] Puta triumphalem. Vide Metaphrasin. *Cell.*

Contra Antiochum regem] Antiochus Magnus, sextus Syriæ et Asiæ rex, cum Romanorum esset amicus, in Romanorum offensam incidit, ob multas causas, et quod Ptolemæo v. Ægypti, et Attalo Pergami, regibus infestus erat: item quod civitatibus Græcorum in Æolide, Ionia, ac Doride imminebat, ut gravis dominus: tertio, quod in Europa quoque nidulabatur, ædificata urbe Lysimachia in Isthmo Chersonesi in Thracia; meminit Justinus lib. XXX. et XXXI. Accessit Thoas Ætolorum princeps, conquerens Romanorum ingratitudinem. Nonnihil momenti et Hannibal attulit, qui ex Africa ad eum profugerat. ejus orationem apud Antiochum refert Livius lib. v. Decad. 4. *Glar.*

Antiochum] Magnum, sextum a Seleuco Nicatore regem. Appianus principio Syriac. πολλὰ δράσας, καὶ μέγας ἐπικληθεὶς, &c. Medos enim, Parthos, Thraces, &c. subegerat. *Cell.*

P. Cornelio Scipione] Nasica, an. 563. *Glar.*

M'. Acilio] *Atilius* vel *Attilius* pro *Acilio*, uti hic, ita apud alios passim confuse scribitur. Vide V. D. ad Liv. XXXV. 4. et 10. Et sic *M.* uti antea editum, cum *M'.* Librariorum incuria commutantur sexcenties. Ut ibidem vide sis, et infra ad c. 10. Hearnium: qua scribendi distinctione neglecta, Pæanius semper per Μάρκον interpretatur, quod *M.* simpliciter, *M'. Manium* designat: et hoc *Acilii* prænomen erat. *Verheyk.*

Acilio Glabrione] Sic vetus, et ex impressis nonnulli. Alii Attilium pro Acilio appellant, ut Cassiodorus. Apud Livium libro 36. Acilium appellatum invenio, scriptumque per *c* unicum: in veteri vero libro modo unum tantum, modo duo *cc* habet: sic multi per duo *cc* scribunt Accilium. *Vinet.*

Metu, ne, &c.] Male *metu* in quibusdam Mss. et Edd. desideratur. Pæanius: Δέος γὰρ αὐτὸν ἐξήγαγε τῆς πατρίδος, ὡς Ῥωμαίοις, &c. Livius XXXVI. 10. 'Consciæ defectionis civitates cum velamentis ante portam stabant, *metu*, ne hostiliter diriperentur.' Infra tamen c. 5. dixit Noster: 'Hannibal, qui victo Antiocho, ne Romanis traderetur, ad Prusiam....fugerat,' &c. *Verheyk.*

M. Attilius Glabrio in Achaia] Antiochus ex Troade solvens, navigaturus in Græciam, Demetriadem venit, ubi exercitum X. millium peditum, et D. equites, VI. elephantos exposuit: vix ad Græciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanorum bellum. Primum itaque Chalcidem, ac totam insulam in suam redegit potestatem. Rex, tentata Thessalia, ac plerisque oppidis captis, ut primum ipse discessit Chalcide, et Romanus exercitus veniret, omnia ad Romanos defecere, ipse intra saltum Thermopylarum se recepit, sed veniente Romano Cos. ex Thessalia, rex cum omni præsidio de monte dejectus, ac in fugam actus, Chalcidem, ac inde Ephesum in Asiam concessit. Liv. lib. VI. Decad. 4. Ætoli ad deditionem compulsi sunt. *Glar.*

In Achaia] Ad Thermopylas. *Glar.* Livius XXXVI. 15. *Cell.*

Nocturna pugna] Hoc non dicit Liv. *Glar.* Nihil Livius de nocte, neque Appianus, nisi quod hic f. 70. dicit, Caronem, consularem legatum, supervenisse Ætolis, qui cacumen Thermopylarum occupaverant, κοιμωμένοις ἔτι περὶ ἐσχάτην φυλακὴν, *dormientibus circa ultimam noctis vigiliam.* Cell.

Nocturna pugna] Sic absque ullo discrimine ceteri Codd. Mss. et Edd. Optimæ vero notæ codex: *Castra regis Antiochi nocturno capta sunt.* Non male. Solent enim Græci a Latini substantivum sæpe elliptice omittere. Exempla, ne pluribus, ab utrisque petita vide sis apud Voss. de construct. p. mihi 337. Ceterum Livius ait XXXVI. 18. Consulem *prima luce* aciem instruxisse. *Verheyk.*

Ipse fugatus] *Fugatus*, Sylb. Ceteri *fugatur*. Chalcidem primo, inde Ephesum transmisit. Liv. XXXVI. 20. Appian. f. 71. *Cell.*

Romanis] M. Attilio Glabrioni. *Glar.*

Filius Demetrius] Hoc idem Liv. *Glar.*

Auxilio fuisset] Caute hæc Auctor. Philippus enim adversus Antiochum opem tulisset, si potuerat; sed morbo impeditus pugnæ ad Thermopylas interesse non potuit: qua causa se consuli excusavit. Vid. Cel. Peris. ad Liv. Ep. XXXVI. *Verheyk.*

CAP. 4. *L. Cornelio Scipione, C. Lælio Coss.*] Anno 564. Cum inter L. Scipionem ac C. Lælium contentio esset, uter Græciam haberet provinciam, P. Scipio promisit, se legatum iturum fratri Lucio, si ei provincia Græcia daretur: ea promissio litem diremit. *Glar.*

Hannibal, qui cum Antiocho] Hanc pugnam describit Livius lib. VII. Decad. 4. facta est in Pamphyliæ littore. Pro Antiocho Hannibal et Apollonius: pro Romanis Rhodii tres duces, Eudemus, Pamphylidas et Heraclytus. Mox ad Myonesum promontorium inter Tejum Samumque, L. Æmylius ac Rhodii cum Polyxenida, qui Antiochi classi præerat, feliciter pugnarunt. *Glar.*

Navali prælio victus est] In Pamphyliæ litore ad promontorium, quod ab Sida prominet in altum. Livius XXXVII. 23. et 24. *Cell.*

Ipse postea Antiochus circa Sipylum] Legend. *circa Magnesiam, quæ ad Sipylum* montem est, *Asiæ civitatem*; vel, *circa Sipylum ad Magnesiam Asiæ civit.* Porro hanc pugnam ad Magnesiam circa Sipylum montem magnifice describit Livius eodem libro: Romanæ duæ legiones, duæ socium a nominis Latini erant. quina millia et quadringentos milites singulæ habebant, equitatus erat duorum millium Rom. Sed Eumenis octingentorum, Achæorum, Triballorum, ac Cretensium 4000. Thracensium ac Macedonum 2000. denique XVI. elephanti. Rex autem habebat peditum LX. millia, plus XII. millia equitum, elephantos LIV. Indicos, longe firmiores Afris, ut inquit Livius. Idem cæsa ad L. millia peditum, equitum 4000. tradit. M. et CCCC. capti sunt. et XV. cum rectoribus elephanti. Romanorum peditum non plus CCC. equitum XXIV. Eumenis XXV. in acie desiderati. *Glar.*

Circa Sipylum] Σίπυλος rectus est, apud Strabonem libro primo, et Stephanum. quod nomen masculinum fuerit, ut Corinthus, apud eundem Strabonem l. VIII. nisi sit alius rectus Σίπυλον, ut est apud Plinium neutrum Sipylum, cujus sint obliqui casus apud eundem Strabonem in extremo l. XII. Sipyli meminit Homerus Iliad. Ω, montemque Lydiæ et Magnesiæ fuisse scribit Scholiastes. Fuit et urbs, quemadmodum et Magnesia in ipsa Magnesia regione, autore Plinio: quas terræ motu deletas fuisse, Strabo refert. Eutropius itaque, circa Sipylum Magnesiam dixerit (*nisi* si quid sit mendi) quod Livius l. XXXVI. et XXXVII. circa Magnesiam, quam ad Sipylum est. *Vinet.* Ita plane Græcus, et Livius XXXVII. 37. Perperam vulgo legitur: *circa Sipylum et Magnesiam.* Sylburgius quoque in Notis hic noster est: et Vinetus aliquid mendi subesse suspicatur. Adde notas ad h. l. supra adscriptas. *Cell.*

Circa Magnesiam ad Sipylum] Ex Codd. variationibus recte Vinetus mendi quid latuisse suspicatus est. Primus, qui ante Havercampum sanam lectionem dedit, Cellarius est. Schonhovius et Merula *circa Sipylum magnam jam:* et ita Codd. L. B. 1. Aldus *circa Sipylum Magnesiam.* Doctissima tamen Femina lectionem hanc duriorem rata interserit copulam. *Sipylum et Magnesiam. Ad* vel ἐφ Librariorum incuria procul dubio excidit. Pæanius recte: Ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Σιπύλῳ τῆς Ἀσίας. Livio lib. XXXVII. c. 43. ‘Magnesia apud Sipy-

lum:' cap. 37. 'Magnesia, quæ est ad Sipylum:' ut nempe distinguatur, quod recte observant V. D. a *Magnesia*, quæ ad Mæandrum amnem est: quod minus intelligens Florus pro *Magnesia* Mæandrum *Sipylo* jungit II. 8. ut monet Cel. Græv. *Verheyk.*

Ad Sipylum] Montem Lydiæ. Appianus f. 75. τὸ ὄρος τὸ Σίπυλον, nummi ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΥ, ut distinguatur a Magnesia ad Mæandrum. *Cell.*

Eumenes] Pergami rex, ejus nominis tertius. *Glar.*

Attali] Secundi. *Glar.*

Frater] Filius. *Glar.* Mallem *filius:* vide genealogiam regum Pergamenorum a Strabone lib. XIII. enucleatam, et Liv. XXXVIII. 16. *Cell.* Cellarius mallet *filius.* Vide genealogiam regum Pergamenorum a Strabone lib. XIII. enucleatam; et Livium XXXVIII. 16. *Hearn.* Aut Attalum signat Philadelphum et tutorem, vere Eumenis fratrem, qui pro rege se gessit et rex appellatus vulgo fuit. *Cell.* Pro *filio*, quod mavult Glareanus et ante etiam Cellarius, recte *fratrem* quoque dici posse contendit Doct. Grunerus: sed in posterioris Cellarii Editionis notam non inciderit Vir cl. qui Cellarium nomine regis offendi existimet, quod infra 'nec is tamen rex' dixerat: dum hic sententiam mutarit. Et recte. Attalus pater, sive eo nomine primus, quatuor liberos superstites habuit, *Eumenem, Attalum, Athenæum, Philetærum:* ut perinde videatur, *filius* dicas, an *frater;* h. e. *filius* Attali primi, *frater* Attali secundi. Sic quoque Appian. Syr. pag. 176. et Livius XXXVII. 43. 'Attalus Eumenis frater:' et ita Eutropii mentem fuisse, colligi potest ex seqq. 'Qui Eumeniam in Phrygia condidit:' unde is cognomen Philadelphi adeptus est, quod hanc urbem in fratris honorem condiderit, eique nomen dederit. Vide V. D. ad Stephan. de Urb. in V. ut hic per prolepsin Rex dicatur, quia post Eumenem, qui patri in regnum successerat, regnum adeptus, postea impugnatus est a Prusia (Livio XLVII. 26. &c.), quamquam Rex dici potest, quod regis filius erat, ut supra ostendimus, et sic infra cap. 8. Eumene fratre adhuc vivo vocatur: 'Attalus atque Eumenes, Asiæ reges.' Aut cum patre confunditur, ut infra etiam Attalum secundum cum tertio sive Philometore confundit Auctor c. 18. Tres enim fuere Attali: Primus pater, quem altero et septuagesimo ætatis, quarto et quadragesimo imperii anno, mortuum, refert Livius XXX. 21. Secundus Attalus, quem hic innuere videtur Eutropius, a patre Philadelphi: Tertius Philometoris cognomine distinctus, qui hæredem P. R. instituit. *Verheyk.*

Eumeniam] Meminit Ptolemæus in magna Phrygia. *Glar.*

LXX. *millia*] L. ait Livius. *Glar.*

Quinquaginta millia peditum] Pro *quatuor*, ut in suo Livio, XXXVII. 44. invenit Doct. Femina A. F. *tria* ex Nostro, præeuntibus plerisque Codd. Mss. rescripsit Cel. Drakenb. qui scriptores ibi inter se discrepantes conciliat. *Verheyk.*

IV. *mil.*] Ita et Livius. *Glar.*

Tria (millia) *equitum*] Numerum Fuld. et Græcus approbant. Alii IV. *millia.* Cell.

Regis] Antioch. *Glar.*

Tum rex Antiochus pacem iniit] P. Scipio l. VII. 4. Decad. legatis Antiochi jam prælio victis tales canit modos: Europa abstinete, Asiaque omni, quæ cis Taurum est, decedite: pro impensis deinde in bellum factis XV. millia talentum Euboicorum dabitis. D. præsentia, duo millia et D. cum Senatus populusque Romanus pacem comprobaverit: millena deinde talentum per XII. annos. Eumeni quoque reddite CCCC. talenta, obsides XX. nostro arbitratu dabitis. Hæc Livius. XV. millia talentum faciunt coron

0000000. quanquam Euboicum talentum est aliquanto minus, quam sit Atticum minus: sed Livius lib. VIII. Attica vocat talenta, quæ hic Euboica: ubi quædam in fœdere, pace data, variat. *Glar.*

Petit, datur] Sylb. pro *petiit, data est*, quod vulgo legitur. *Cell.* Nos vulgatam tuemur, nixam codice L. B. 1. qui *data est*. Ed. Aldina, *petiit, data est*. Merulæ, *iniit*. Verh.

Quibus ante] Scil. prælium. *Glar.*

Offerebatur] A Scipione Africano. *Glar.*

X. *millia talentorum*] XV. habet Liv. *Glar.*

Et XX. *obsides*] Romanorum arbitratu. *Glar.*

Annibalem concitatorem belli] Livius dicit 'concitorem belli,' XXIII. 41. et XXIX. 3. et XXXVII. 45. et XLV. 1. *Heumann.* Sed voces *concitator* et *concitor*, uti *concitare, conciere*, sæpius promiscue reperiuntur in Livii Codd. Mss. Vide Comment. ad XXIII. 40. Recte tamen Heumanni emendatio, quam auctoritate Cod. Lugd. Bat. 1. prætulimus. *Verh.*

Eumeni regi donatæ sunt] Livius l. VII. Decad. 4. Cis Taurum montem, quæ intra regni fines Antiochi fuissent, Eumeni attribuerentur, præter Lyciam Cariamque usque ad Meandrum amnem, ea civitatis Rhodiorum essent. *Glar.* Pergamenæ Asiæ. *Cell.*

Donatæ sunt a senatu] Male in prioribus Edd. *a senatu* desideratur. Nos quod omnium Codd. Lugd. Bat. et N. M. G. L. C. N. auctoritate nititur, in contextum recipere non dubitavimus: propterea quod senatus auctoritate hoc factum esse docet Livius XXXVII. 52. *Verh.*

Omnes Asiæ civitates] Strabo l. XII. prope finem: 'Ρωμαῖοι τὴν ἄλλην Ἀσίαν Εὐμένει παρέδοσαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου, *Eumeni dederunt reliquam Asiam intra Taurum.* Causam donationis habet Justinus l. XXXI. extr. quam Bernegerus e Livio in notis illustrat. *Cell.*

Scipio Romam rediit] Livius loco eodem, ad finem l. VII. L. Scipio tulit in triumpho signa militaria CCXXXIV. oppidorum simulachra CXXXIV. eburneos dentes M. CCXXI. aureas coronas CCXXXIV. argenti pondo CXLVII. millia XX. tetradrachmum Attic. CCXXIV. Cistophorum CCCXXXI. mil. et LXX. Philippos aureos CXL. millia, vasorum arg. pondo mill. CCCXXXIV. vasorum aureorum mille pond. XXIV. duces, regii præfecti, et purpurati currum ante ducti XXXII. Summa, præter coronas, 203913. coronatorum. Quod si quis coronas illas aureas XXV. pondo fuisse faciat, qualem Carthaginenses Romanis miserunt post tres illas cum Samnitibus pugnas, quibus de Livius l. VII. sub finem ab U. C. erit summa 655200. coronat. siquidem singula pondo per 112. multiplicaverimus. *Glar.*

Ad imitationem fratris] Ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se appellari voluit. *Glar.*

Asiatici accipit] Vetus liber, *Asiaticus.* Vinet. Inclusa videntur vel Pauli, vel alius glossema esse. Nam neque in Græco apparent, neque cum conciso Eutropii stilo conciliantur facile. *Cell.* Ita quoque, ut Vineti Codex, quartus ex Mss. Lugd. Bat. Sed tres reliqui unanimi consensu verum Scipionis hujus agnomen agnoscunt; quod inde Eutropio restitui debet; quum jam satis constet omnibus Eruditis, *Asiagenem* illum in Antiquis Monumentis appellari, non *Asiaticum.* Hav. *Asiaticus* vocatur in Fastis Capitol. et Aur. Vict. V. I. c. 51. Liv. XXXVII. 58. et tribus Inscriptionibus in Corpore Inscr. Gruteri a Cl. Grunero citatis, qui hac de re *Asiaticum* quoque edidit, propterea, ut addit, 'quod plures Codices *Asiatici* nomen habeant; idque tuetur Pæanius.' Recte quidem Vir Cl. contra Havercampum contendit, firmisque satis argumentis probavit, *Asi-*

aticum in antiquis nummis frequentius inveniri, sed humani quid passus est, qui ad Codicum Mss. fidem provocet, quorum (præter unum *Asiaticus*) omnes *Asiagenis* retinent; unde cum Viro Cl. non temere contra tantam auctoritatem quidquam immutare ausim, magis, quia ipse fassus est, Græca interdum forma etiam *Asiagenem* dici Scipionem, quod ex Spanheim. de P. et U. Numism. Diss. x. Tom. II. p. 64. confirmat. Adde Cel. Gron. Obs. l. IV. 25. Livius quoque XXXIX. 14. 'L. Scipioni Asiageni ademptus equus.' quam lectionem, quia tot etiam Codicum auctoritate nititur, in contextu servavit Cel. Drakenb. quem et quæ disserit, ibi consulas. Ceterum *Quia Asiam, &c.* ab Interpolatoris cujusdam manu esse, recte censent Viri Docti, quamquam, quia in Codd. Mss. constanter servantur, hæc verba ejicere non ausus sum. *Verh.*

CAP. 5. *Sp. Postumio*] An. 568. *Glar.*

M. Fulvius de Ætolis triumphavit] Hic M. Fulvius Nobilior Cos. factus erat cum Cneo Manlio Volsone, anno 565. post Antiochum devictum; et missus adversus Ætolos, Ambraciam nobilem urbem, quæ ad Ætolos defecerat, obsessam in deditionem accepit: cum Ætolis pacem fecit, Cephaleniam vicit, ac inde Lacedæmoniorum fecit, Achæorum ante. Coss. Posthumium ao Martium Philippum, triumphum petiit, ac ægre obtinuit ob inimicitiam Cos. Æmilii Lepidi. Aureæ coronæ CXII. pondo ante currum latæ sunt, argenti pondo millia LXXXIII. auri pondo CCXLIII. tetradrachma Attica CXVIII. millia. Philippei nummi XII. millia CCCCXXII. signa ænea duxit CCLXXXV. signa marmorea CCXXX. *Glar.* Jam ante de Ætolis a Fulvio triumphatum fuisse, docet Livius XXXIX. 5. Post vero creati sunt Sp. Postumius (non Posthumius, ut ante legebatur) Albinus, et Q. Marcius Philippus. Vid. ibid. c. 6. *Verh.*

Fulvius] Nobilior cognomine. *Cell.*

Ætolis] Antiochi sociis, imo face et tuba belli Asiatici. Flor. II. 8. 5. et II. 9. 1. *Cell.*

Hannibal, qui victo Antiocho] Cum Hannibal in Antiochi causa a Romanis fœdere deposceretur, ad Bithynias regem Prusiam fugit. Cæterum cum Prusias suspectus esset Romanis, duabus de causis, et quod Eumeni bellum indixisset, et quod Hannibalem hospitio suscepisset, T. Quintius ad Prusiam missus est, cui gratificatus Prusias, Hannibalis domum invasit, ac custodia sepsit. Igitur Hannibal conatus per exitus occultos elabi, sed frustra, venenum bibit atque ita expiravit. *Glar.*

Ad Prusiam] Vide Nepotis Annibalem c. 10. *Cell.*

Venenum bibit] An. 571. *Glar.*

Nicomediensium] Nicomediæ, urbis Bithyniæ. *Glar.*

CAP. 6. *Philippo rege Macedoniæ mortuo*] Longe ante mortem Philippus bellum movere Romanis destinaverat: sed fortuna filiorum vexatus, qua minorem natu Demetrium sustulerat, nimis gratum Romanis, Persea sceleratum hæredem reliquit, conata perficere nequivit. Perseus primum Carthaginenses sollicitavit. Eumenem Pergami regem prope Delphos per insidias occidere tentavit: socios populi Romani armis vexavit: congregato itaque ingenti exercitu, Thessaliam ingreditur; cui fit obviam P. Licinius Cos. Et primum equestri prælio vincit Perseus: et, multis parvis prœliis factis, rursus Licinius pugna equestri vicit. Atque hæc primo acta anno. *Glar.*

Bellum gesserat] Ante Antiochum. Mortuus est autem an. U. C. 575. *Glar.*

Filius ejus Perseus] De hoc Justin. l. XXXIII. Annus hic fuit U. C. 582. quo anno Perseus hostis est declaratus. *Glar.* *Persen* præter Florum et

Valer. Max. ubique, etiam Livius sæpe dixit. Adi V. D. ad XLII. 25. et prominere scribi solet. Vide ad Vellei Paterc. I. 11. Dion. Fragm. Peiresc. LXXXIII. Pæanio etiam et Suidæ est Περσεύς. Sed infra c. 15. *Pseudoperses* in Cod. Lugd. Bat. 1. *Verh.*

Habebat Cotyn] Vetus addit *h*, et *Cothum* scribit: ut y nihil est aliud, quam vocalis. Multos autem Cotyes Thraciæ reges in Græcorum Latinorumque historiis invenies. *Vinet.*

Cotyn, Gentium, &c.] Meminit horum omnium regum Livius l. II. Decad. 5. *Glar.* Liv. XLII. 30. 'Cotys Thrax Odrysarum rex evidenter Macedonum partis erat.' Idem XLII. 29. 'Gentius, rex Illyricorum fecerat potius, cur suspectus esset Romanis, quam satis statuerat, utram foveret partem.' Add. XLIII. 18. *Cell.*

Illyrici regem Gentium] *Illyrici, Gentium* Præclare Fuldensis. Vulgo *regem* interponunt, seu potius otiose repetunt. Proxime enim affuerat. *Cell.*

In auxilium] Ita reliqui omnes Codd. Mss. et Edd. Sextus quoque Rufus c. 2. tanquam ad Eutropii imitationem 'in auxilia esse' dixit. Ubi hic locus et Libri VI. 22. citatur. Sed *in auxilio* fide Cod. Lugd. Bat. 1. (quem hic de more parum attente consuluisse videtur Cl. Haverc.) præferendum censeo, quod a Celeb. Oudend. ad Cæsar. B. G. III. 2. comprobatur: quamquam non ignoro, non ita semper locutos fuisse scriptores, quarto sæpe casu pro sexto usos. Sic Livio 'esse in stationem' III. 3. 'esse in potestatem' XXXIII. 39. 'esse in Macedoniam' XXXVII. 18. 'esse in libertatem' ibid. c. 56. &c. plura vid. a Viris D. congesta ad II. 14. 'esse in honorem' Terent. Eun. II. 2. 29. &c. *Verh.*

Eumenes Asiæ rex] Hunc fuisse Pergami Regem vide sis apud Liv. XXXVI. 18. Sed Vellei. Paterc. I. 9. Eumenem hunc in eo bello mediam fuisse testatur. Ubi vide Nobilius. Heins. *Verh.*

Asiæ rex] Pergami. *Glar.*

Cappadociæ] Regionis ad Pontum Euxinum. *Glar.*

Antiochus] Epiphanes, Magni filius. *Glar.* et *Cell.*

Ptolemæus] Philometor, VI. rex. *Glar.*

Prusias autem rex Bithyniæ] De Prusia ita inquit Livius l. II. Decad. 5. Prusias Bithyniæ rex statuerat abstinere armis eventumque expectare. Nam neque pro Romanis se æquum censere adversus fratrem uxoris arma ferre: et apud Persea victorem veniam per sororem impetrabilem fore satis sperabat. *Glar.* Ita concinnius Fuldensis exhibet pro eo, quod editum erat: *Prusias autem rex Bithyniæ.* Mox ex Fuldensi Sylburgius supplet: *Dux Romanorum.* Cell.

Dux Romanorum P. Licinius Cos.] Anno U. C. 583. Hic fuit primus annus, quo in Macedones exercitum duxit P. Licinius Cos. Nihil dignum Rom. imperio actum: in Thessalia enim duntaxat prælia parva equestria fecerat. Eodem modo secundo anno nihil dignum sub Hostilio Cos. gestum: tertio autem anno Q. Martius Philippus Cos. magnis laboribus exercitum in Macedoniam duxit, nulla tamen memorabili pugna facta, Perseum eo tamen redegit, ut gazam in mare dejici, et Pellæ Thessalonicæque navalia jusserit incendi, ut inquit Livius l. IV. Decad. 5. *Glar.*

P. Licinius Cos.] CONTRA EUM MISSUS EST, ET *a rege, &c.* Additionem Vinetus non habet, nec, qui Schonovium sequitur, Paulus Merula: estque valde suspecta, utut etiam in Paris. et Ven. reperiatur. Nam *dux Romanorum* vix *missus* dicitur contra quem: sæpe autem *cæsus*, aut victus. Consules vero dicuntur *missi, &c.* Alterutrum ergo tollendum videtur. Ad

phrasten provocat Sylburgius, um crederem illum verbis, τοῦ-ὐτῷ τὸν πόλεμον ἀποκληρώσαντος ήμου, missionem respexisse, si tum esset: *Dux, &c. qui missus* ', *&c.* Nihilominus ' ducem mit-ıbet etiam noster IV. 6. 2. &c.

Licinius Consul est a rege] Con-ıic Cl. Grunerum.

ıvi prælio] Equestri, in Thessa-*Glar.* Plut. in Æm. Paulo f. 259. erseo: Πόπλιον Λικίννιον τρεψάμε-πομαχία, δισχιλίους πεντακοσίους ἀγαθοὺς ἀπέκτεινε καὶ ζῶντας ἄλ-ξακοσίους ἔλαβε. Adde Justinum II. 1. 4. *Cell.*

Æmilius Paulus Cos.] Hic fuit belli Macedonici quartus, quo ræcia exercitus fuerunt, sub P. Licinio, C. Hostilio, Q. Mar-ıt jam L. Æmilio. Hoc anno ı Gentius a Perseo conductus alentis, id est 180000. coronato-sed X. duntaxat accepit: fuerat ı rex Lyssi urbis ad Hadriati-mare in littore, ad finem Dal-: et caput regni erat Scodra, expugnavit C. *Anitius*, ut hic r: ut Livius, ' L. Anicius' per ar.

Æmilius Paullus] Liv. XLIV. 17. Consuli huic Macedoniam eve-refert. Sed Plutarch. in V. ex-ırtem. uti et Just. XXXIII. 1. Comment. ad Liv. d. l. *Verheyk.*

in Illyricum C. Anicius prætor] *icius* diserte vocatur Livio XLIV. in Fast. Capitol. et ita hic le-ı, si per Codd. liceret. *Verheyk.*

tra Gentium] Qui ex dubio et jam hostis factus erat, socie-cum Perseo inita, Liv. XLIV. 23. s autem est ad urbem Scodram, arcem. Liv. XLIV. 31. *Cell.*

ter ejus] De hac nihil Livius l. v. l. 5. ad finem. *Glar.* Male de i matre mentionem a Livio fac-ıegat Glareanus. Doct. quoque ıa eam quasi a Livio omissam rmittit. Eodem tamen c. 32. dicit ' Anicius ... Romam misit ... Gentium regem ipsum cum parente, cum conjuge, ac liberis, ac fratre.' Nam de patre hoc capi non posse, ex iis liquet, quæ c. 30. Livius ait, Gentium fratrem Platorem occidisse, ut tutius regnaret, ibidemque matrem Eurydicam memorat Livius: sed infra c. 8. Eutropius Gentium cum fratre, i. e. Carravantio, quem altero matris conjugio (unde patrem jam occubuisse patet) natum propter ignobilitatem paternam despexerat, et filios ante currum ductos refert, nulla de uxore mentione facta. Livius tamen c. 42. ' Ante currum ducti Gentius rex cum conjuge,' &c. Sed hic, uti et Nostro, de matre nihil memoratur; forsan captivitatis et triumphi intervallo supremum obierit diem. *Verheyk.*

Uxor] Etleva. *Glar.*

Frater] Caravantius. *Glar.*

Frater quoque ejus] Fide Codd. Mss. l. 4. 5. *ejus* delevi, quod proxime adfuerat. *Verh.*

Intra XXX. *dies*] Eadem Liv. XLIV. 32. *Cell.*

CAP. 7. *Cum Perseo autem L. Æmilius Paulus Cos.*] Livius l. IV. quintæ Decad. ait, pridie nonas Septembres pugnam hanc fuisse. Porro ea nocte, quæ pridie Nonas præcesserat, eclipsim fuisse lunæ: ac prædictum a C. Sulpitio Gallo pro concione ad milites Romanos, ne terrerentur ac portentum putarent, quod naturaliter fieri consuesset. *Glar.*

Dimicavit] Περὶ Πύδναν, ad urbem Macedoniæ Pydnan. Plutarch. in Paulo. *Cell.*

Vicitque, XX. *millibus peditum*] Hoc etiam Livius. Hæc est nobilis illa pugna ad Enipeum flumen, inter L. Paulum Æmilium ac Persea regem ultimum Macedonum. Fuerunt a Cranao primo eorum rege usque ad hunc, 38. reges, qui rexere annos 918. et aliquot menses. Decem millia talentum apud eum inventa, id est, 600000. coron. Plin. autem l. XXXIII. c. 3. ait, L. Æmilium Paulum in æra-

rium intulisse ter millies HS. nostro numero 300000000. HS. qui faciunt 700000. coron. *Glar.*

XX. *millibus peditum ejus occisis*] Ad Livii locum, qui est XLIV. 41. Eutropii et Orosii IV. 20. numerum convenire, sed Plutarchi auctiorem esse, notat Cel. Drakenb. Λέγονται γὰρ ὑπὲρ δισμυρίους πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν. *Verheyk.*

Equitatus cum rege fugit integer] Rex ex pugna per Pieriam sylvam primum Pellam venit, sed timore mox inde Amphipolim tertio die venit: inde in Samothracem insulam navigavit, ducens secum 2000. talentum, hoc est 1200000. coron. sed ibi ab omnibus derelictus, Cn. Octavio traditur, atque ad Cos. Paulum ducitur, gratum (quanquam insuetum) spectaculum. *Glar.*

Urbes Macedoniæ] Beræa, Thessalonica, Pella. *Glar.*

Omnes] Tardius Pydna, ergo direpta. *Glar.*

Ipse rex, cum desereretur ab amicis] Livius lib. v. Decad. 5. Ex Samothrace scripserat epistolam, ' Rex Paulo S.' Sed titulus *Regis* offendit Paulum, ut non responderit. Ad secundam autem epistolam, ubi *Regis* nomen omisit, respondit, ac legatos ad eum misit. *Glar.*

Pauli] Æmilii. *Glar.*

Ut liberi essent] Ut uterentur suis legibus, annuos crearent magistratus, &c. *Glar.*

Præstarent] Penderent Populo. *Glar.*

Ut appareret populum Romanum] Livii verba: Ut omnibus gentibus appareret, arma populi Romani non liberis servitutem, sed contra servientibus libertatem adferre. Sustulit autem metalli Macedonici vectigal, locationesque prædiorum rusticorum. Nam neque sine publicano exerceri posse: et ubi publicanus est, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem sociis nullam esse. *Glar.*

Itaque] Hæc est lectio Mss. quatuor Lugd. Bat. quæ longe melior videtur, quam quæ in Vulgatis exstat: *Atque in conventu, &c.* Hav.

In conventu] Amphipoli habito. Liv. XLV. 32. *Cell.*

Infinitorum] Hoc malim, quam cum Fuld. et Sylb. *finitimorum: infinitus* est *multus.* Vide IV. 7. &c. *Cell.* Vide hic Cl. Grun.

Legationes multarum gentium] Livius lib. v. Decad. 5. ita ait: Ab seriis rebus ludicrum magno apparatu Amphipoli fecit. Epulæ quoque legationibus paratæ et opulentia et cura eadem. Vulgo dictum ipsius ferebant: Et convivium instruere, et ludos parare, ejusdem esse, qui vincere bello sciret. *Glar.*

Magnificentissime] Fuld. pro vulgari *magnificentissimo.* Cell.

Pavit] Excepit. *Glar.*

Ejusdem hominis] E Codice 1. suspicatur Doct. Grun. Librarium voluisse, *in convivio apparatu elegantem esse.* Conjecturam stabilit lectio Codicis 4. *et in* conviviis *apparatu.* Verheyk.

CAP. 8. *Mox* LXX. *civitates Epiri*] Romani cum Epirotis inhumaniter egerunt. Omnes enim urbes eorum, qui ad Persea defecerant, diripiendas concesserunt; maliciose etiam Æmilius denos principes ex omnibus urbibus cum auro ac argento ad se accersivit, quasi deducturus præsidia ex iis urbibus, ut essent liberi, ut Macedones. Sed post id factum missis latronibus, id est, militibus, universam gentem perdidit: CL. millia capitum humanorum abducta. *Glar.*

Rebellarant] Ad Persea defecerant. *Glar.*

Prædam] In prædam. *Glar.*

In nave Persei] Meminit lib. v. Livius Decad. 5. et lib. III. Decad. 4. *Glar.*

In nave Persei] Hæc ex Livio XLV. 42. hausisse videtur Eutropius: ad quem locum Cel. Drakenb. cum Gronovio *invisitatæ* legere mavult, quod non displicet: quamquam nihil mu-

m judico: præterquam enim per nullum Codicem licet, utrum), perinde est, ut Crevierius no- Navis enim hæc tantæ fuerit itudinis, quanta Romæ antea ·isa fuerat, unde Livio d. l. c. ngentis magnitudinis.' Verum tantæ molis, i. e. insolitæ, a in usu esse non solebat: ɔis huitengewoone grootte. *inhabilis prope magnitudinis* fu- icitur eidem Livio XXXIII. 30. ensu infra sæpius occurrit. VIII. ıusitatæ civilitatis et fortitudi- VII. 7. ' inusitatæ luxuriæ, sum- que.' c. 14. 'inusitato favore di- ».' Ceterum lectionem Codicis ıæ notæ reliquis prætulimus. ım . . . fuisse traditur.' Nepoti an. 5. ' Dicitur eo tempore ma- Pausaniæ vixisse:' ubi vide ım et Heusingerum a cel. Ou- ɔrpio, qui plura huc facientia ɛssit, ad Sueton. Othon. 7. alios- ı Cl. Drakenb. ad Liv. I. 31. lau- ». *Verheyk.*

ısitatæ magnitudinis] Eadem de hac Livius habet XLV. 35. *Cell.*

ıumphavit magnificentissime] Li- ɛrba libro v. Decad. 5. ' Sed non eus tantum per illos dies docu- ım humanorum casuum fuit, in ıis ante currum victoris ducis ɪrbem hostium ductus: sed etiam r Paulus, auro purpuraque ful- Nam duobus e filiis, quos, du- datis in adoptionem, solos no- sacrorum familiæque hæredes uerat domi, minor ferme XII. s natus, 5. diebus ante trium- ı, major XIV. annorum triduo triumphum decessit.' Hæc Li- lib. v. Dec. 5. Ergo, quod hic ɔr dicit, aut de duobus aliis filiis ias familias datis, Q. Fabio et ɛano intelligitur, aut falsum est.

ɛrru aureo] Hoc est, *aurato*, inter- ɛ Cicerone Orat. post reditum in sen. cap. 11. Sic, quos Velleius Paterc. II. 82. vocavit ' catenas aureas.' Silius Italicus XVII. 625. appellavit ' catenas auratas.' *Heuman.*

Utroque latere adstantibus] Livius XLV. 11. ' Post currum inter alios illustres viros filii duo, Q. Maximus, et P. Scipio.' In aliam enim familiam adoptati erant. Reliquorum alter ante triumphum, alter triduo post illum mortuus est, teste Livio et Plutarcho. *Cell.*

Duo regis filii] Philippus et Alexander. *Glar.*

Post eum] Paulum Cos. *Glar.*

C. Anicius] Prætor. *Glar.*

C. Anicius de Illyriis triumphavit] Livii verba eodem loco: Hærente adhuc non in animis modo, sed pene in oculis memoria Macedonici triumphi, L. Anitius Quirinalibus triumphavit de rege Gentio Illyriisque. Similia omnia magis visa hominibus, quam paria. *Glar.*

Cum fratre] Caravantio. *Glar.*

Filiis] Scerdilio et Pleurato.. *Glar.*

Attalus atque Eumenes, Asiæ reges] Eumenem hoc tempore non fuisse Romæ, satis liquet ex oratione Stratii medici l. v. Decad. 5. Livii. Sed post venit, ut ait Florus l. XLVI. ab initio. *Glar.* Solus Attalus, nec is tamen rex, sed regis Eumenis frater, nunc Romam venit: Livius XLV. 19. Post illum rex Eumenes alio tempore, Epitom. Liv. l. XLVI. *Cell.* et *Hearn.* Livius XLV. 19. Attalus vero antea, inter multas regum gentiumque et populorum legationes a fratre missus, haud paullo benignius, quam si ipse rex Eumenes venisset, exceptus.

Prusias] Vide Livium lib. XLV. extr. *Cell.* et *Hearn.*

Prusias] Ut in præcedd. errat Eutropius, ita hic male Prusiam ad hoc spectaculum Romam venisse scribit; postea enim cum filio Nicomede, quem tum Senatui commendavit, eo petiisse refert Livius XLV. 44. *Verheyk.*

CAP. 9. *Insequenti anno*] De hoc non temere quicquam apud alios reperias. *Glar.*

Insequenti anno] Si usquam, certe hic in annorum computatione errat Eutropius, deceptus, ut sæpe videmus, ejusdem consulis nomine. Annus, quo Prusias Romam venit, fuit DLXXXVII. Marcellus sequenti quidem anno consul cum C. Sulpitio Galle fuit: verum tum ille Gallos, uti Sulpitius Ligures subegit, ut est in Ep. Liv. XLVI. Quæ vero Auctor de Marcello hic refert, acciderunt anno DCII. quum consul fuit cum L. Valerio Flacco, qui in Magistratu mortuus est. Ut quidem res prospere gesserit *postea*, i. e. sequente anno, si, quod de Lusitania initio capitis hic narrat Eutropius, anno DCI. gestum statuamus. Sed uti tempora, sic et historiam confundit auctor. Mummius enim vario eventu adversus Lusitanos pugnarat, ut Appianus testatur in Iber. sed Marcellus contra Celtiberos, Hispaniam citeriorem provinciam nactus; nisi cum Pighio ad A. DCI. legamus *Hispania* pro *Lusitania*, quod e Codd. Mss. prætuli, propterea quod Mummio Prætori Hispania ulterior obtigerat, eodem Appiano teste. Vid. Freinsh. ad Liv. Ep. XLVII. 40. Nam *Memmii* nomine decepti hic sunt V. D. vocabatur enim *Lucius Mummius*, neque dubito, quin librariorum incuria altera lectio irrepserit, quia c. 14. ubi de Mummio agitur, eadem Codicum varietas occurrit; et recte Appiano Iber. p. 483. Μόμμιος scribitur, idem, qui A. DCVIII. Cos. fuit cum Cn. Cornelio Lentulo. *Verheyk.*

L. Memmius] *Minutius* est in altero exemplari. An. 587. *Glar.* Unde hoc habet Eutropius? *Hearn.*

In Hispania] Vetus, *in Lusitania:* hæc autem Hispaniæ est. *Vinet.*

Marcellus postea] An. 588. *Glar.*

Res prosperas] Pro *prospere* dedi fide Cod. Ms. 1. uti sæpius loquitur auctor, 'egregias res egit.' L. III. 16. 'res inclitas gerit.' 17. 'res egregias gessit.' Infra c. 16. 'multa egregia fecerat.' VII. 13. *Verheyk.*

CAP. 10. *Tertium deinde*] An. 604. *Glar.*

Tertium deinde bellum] Hoc bellum Florus describit, tum in sua Epitome lib. II. tum in Livii XLIX. et LI. libro. IV. duravit annis, quinto finitum est. Cœpit anno ab U. C. 604. aut 602. secundum Livium, qui duobus annis a nostra distat supputatione. Causas multas afferunt authores: quod exercitum contra fœdus, item classem armassent, quod Masanissæ graves essent: denique quod legatos Romanos violare voluerunt: ut lib. XLVIII. Florus ait. Sed revera timor æmulæ urbis Romanos stimulabat, et lateri adhærens fax Masinissa. In Senatu Romano, M. Cato suadebat bellum, ac Carthaginis excidium: contra, P. Scipio Nasica, qui secundo bello Punico optimus vir judicatus erat, servandam pronunciabat, ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas urbis inciperet. Medium Senatus elegit, ut urbs tantum loco moveretur: nihil enim speciosius videbatur, quam esse Carthaginem quæ non timeretur, ut Florus ait libro II. in sua Epitome. *Glar.*

Bellum contra Carthaginem] Id est Punicum. *Glar.*

Sexcentesimo et altero] Sic Liviana Epitome. volunt tamen Chronologi, eos, quos hic nominat, fuisse consules anno urbis conditæ sexcentesimo et quinto. Qui autem hic L. Manlius, is in veteri libro L. Mallius: in Floro L. Martius, et Cassiodoro appellatur. Alterum vero alii Manlium, alii Canilium appellant. *Vinet.*

Sexcentesimo et altero] Ἐπὶ Pæanio. Sed hunc sæpius ita male vertisse, ostendimus supra l. I. c. 16. Pro *secundo* Nostrum imitans sumpsit Oros.

IV. 22. et Pigh. ad A. DCIII. neque dubito, quin ita mens Eutropii fuerit, in eo Livium secuti, Epit. XLIX. 'Tertii Punici belli initium altero et sexcentesimo,' &c. ubi *altero* pro *secundo* sumi quam multis comprobant V. D. quamquam et illa Epitome aliam sequitur computationem, ac Fast. Sicul. et Capitol. qui Coss. ab Eutropio hic memoratos ad A. DCIV. ponunt. Fasti Cons. DCV. uti et Antias et Varro, teste Censorino de D. N. c. 17. Ceterum Auctorem male nomina expressisse, pro *L. Marcio, et M'. Manilio* docet Pigh. ad A. DCIV. Consule etiam V. D. ad Epit. d. et ad Cic. Somn. Scipion. init. *Verheyk.*

Et altero anno] Quarto, secundum alios, U. C. 604. 605. *Glar.*

Manlio] *Martio* legendum. *Glar. Martius*, non *Manlius* vocabatur. *Hearn.*

Manlio] A. Manlio. *Glar.*

M. Manilio] Ita per abbreviationem scribimus, quia hunc *Manium* dictum fuisse indicat Capitolinus ejus Consulatus, non *Marcum*, ut efferunt vulg. edd. Eutropii. *Marcus* tamen etiam vocatur a Cicerone, Valerio et aliis. Rectius, ut nonnulli opinantur. Sæpissime autem in prænominibus illis peccatum: nam cum *Manius* scriberetur per *M'. Marcus* vero per *M.* utrumque pro *Marco* sæpius acceptum. *Hearn.*

Anno LI.] Antiquus liber, *Anno quinquagesimo uno* scribebat. *Vinet.*

Anno LI. *postquam*] Lego *anno* LI. *post, quam.* Cicero de Senect. c. 4, 'anno post consul primum fuerat, quam ego natus sum.' Sic et infra scribo l. IV. c. 8. (19.) *Heumann.* Sed ibi jam observatum erat, uti et antea.

Secundum Punicum] Contra Carthaginenses. *Glar.*

Hi profecti Carthaginem oppugnaverunt] Velleius Paterculus priore volumine de Carthagine ita ait: Eamque urbem magis invidia imperii, quam ullius ejus temporis noxia invisam Romano nomini, P. Scipio Pauli filius sustulit. *Glar.*

Expugnaverunt] Oppugnaverunt. *Glar.*

Famea dux] Et *Fameas*, et *Fanea* impressi libri: scriptus, *Cemea.* Vinet. *Phaneas* est in Floro l. L. *Glar.* Qui postea a Sciplone persuasus cum equitatu ad Romanos transiit. Epitom. Liv. L. *Cell.* Φαμέαν scribit Pæanius et Suidas, sed altero loco Φαβέαν, uti et Zonaras IX. 27. sed vitiose: ut notant Sigon. et Drakenb. (ad Liv. Ep. L.) qui *Phamea* vel *Phamea* præferunt. Doctissimam vero feminam errasse monet Cel. Drakenb. scribentem, Phamæam Himilconis filium fuisse, quum diserte illa Epitome eumdem *Phamæam Himilconem cognomine* vocat. *Verheyk.*

Scipio tunc, Scipionis] Hujus genus hæc ostendet tabella.

P. CORNELII SCIPIONIS ÆMILIANI,

Africani posterioris, junioris, minorisve, qui delevit Carthaginem, tertium bellum Punicum confecit, Numantiam excidit.

Avus { Naturalis, L. Æmilius Paulus, quem ad Cannas Consulem cecidit Annibal.
Adoptione, P. Cornelius Scipio, Africanus superior, qui contra Annibalem secundum bellum Punicum confecit.

Amita — Æmilia, superioris Africani Scipionis uxor, filia L. Æmilii supradicti.

Pater { Naturalis, L. Paulus Æmilius Macedonicus, illius ad Cannas cæsi filius. Hoc Livius, Paterculus, Plutarchus.
Adoptione, P. Cornelius Scipio (Gneus pro Publio appellatur apud Valerium lib. IV. cap. 5.) superioris Africani filius: authore Cicerone de senectute, et de Claris oratoribus, Paterculo, L. Anneo, et aliis.

Mater — Naturalis, Papiria, filia Mnasonis viri consularis. Plutarch. in Paulo Æmilio.

Uxor — Sempronia, filia Tiberii Sempronii Gracchi, et Corneliæ minoris natu filiæ Scipionis Africani superioris, et soror Tiberii et Caii Gracchorum seditiosorum illorum. Plutarchus in Gracchis, Livius, Valerius.

Frater — Naturalis, major natu Q. Fabius Maximus, etiam adoptatus in familiam Fabiorum.

Sororum { Alteram Marci Catonis filius,
Alteram Ælius Tubero duxit. Plutarchus in Paulo Æmilio.

Hic est, qui apud Ciceronem somniavit. Anno autem ætatis ferme LVI. decessit, inquit Paterculus libro secundo (tot annos minimum vixisse, ex eodem etiam colliges Somnio) M. Aquilio, C. Sempronio Coss. quod fuit circiter Urbis annum DCXXV. si priore suo Consulatu jam natus erat annos XXXVI. ut author est Paterculus libro secundo: qui fuit annus Urbis DCVII. Ejus ætas colligi potest etiam ex Livii libro XLIV. ubi memoriæ prodidit, hunc Scipionem cum patre Paulo Macedonico, expeditioni interfuisse, annum ætatis agentem XVII. Non omnino tamen conveniunt ii numeri. Ostendet itaque hæc tabella, Appianum in Syriac. errasse: primum, quod quem cepit Antiochus Scipionem, non fuerit hic Scipio, sed ejus adoptione pater: deinde, quod non fuerit adoptione filius Africani superioris, sed filii ipsius Africani. Postremo, quod non ex filia nepos Africani superioris fuerit, sed solum adoptione per filium Africani illius Publium Scipionem: cujus Scipionis filii erat hic junior Africanus consobrinus, id est, ejus avunculi filius. *Vinet.*

Scipio tunc, Scipionis Africani nepos] Historia apud Florum in sua Epitome lib. II. ita habet: An. Manlio Censorinoque Coss. populus Romanus aggressus Carthaginem, spe pacis injecta, traditam a volentibus classem sub ipso ore urbis incendit, tum evocatis principibus, si salvi esse vellent, ut migrarent finibus, imperatum: quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent. Hæc Florus. Inde ad arma clamatum, variaque fortuna pugnatum: ubi Scipionis Æmiliani enituit virtus, cum Coss. sæpe male pugnassent, tandem ipse Cos. factus urbem evertit. Cæterum cum dimidia diruta esset, plus negotii fuit cum semiruta civitate quam integra, ut idem inquit Florus. *Glar.*

Africani] Scil. superioris. *Glar.*

Nepos] Per adoptionem. *Glar.* Per adoptionem: erat enim Æmilii Pauli filius, unde post adoptionem vocatur 'P. Scipio Æmilianus' in Epit. Liv. L. adde Flor. II. 15. 12. *Cell.*

Tribunus] L. Pauli filii. *Glar.*

Metus] Timor apud hosteis. *Glar.*

Reverentia] Apud amicos. *Glar.*

Nam et paratissimus ad dimicandum] In Hispania, cum quodam provocante Scipio singulari certamine congressus

vicit, et in oppugnatione primus murum conscendit. Et ante Carthaginem duas cohortes, cum temere irrupissent, e manibus hostium eripuit; item temeritatem alterius consulis in saltu quodam male ducto exercitu emendavit. *Glar.*

Ad dimicandum] Adversus hosteis. *Glar.*

Consultissimus] Inter suos. *Glar.*

Per eum] Scipion. Æmilianum. *Glar.*

Hasdrubal] Dux exercitus. *Glar.*

Famea] Equitum dux. *Glar.*

Committere] Dimicare. *Glar.* Simpliciter positum, pro *prælium committere.* Sic etiam v. 4. 3. *Cell. Partem, bellum committere* est in Cod. Lugd. 1. quomodo Liv. XXI. 40. ‘committere ac profligare bellum.’ Sed recte Cellarius. Sic infra IX. 15. absolute ponitur: ut frustra Doct. Femina *pugnam* suæ editioni inseruerit. *Verheyk.*

CAP. 11. *Per idem tempus Masinissa, rex Numidarum*] De hoc Masanissa Livius lib. IX. secundi belli Punici multa scribit, ut superius ad finem præcedentis libri dictum est. An. ab U. C. 548. Masanissa in Scipionis superioris gratiam venit, sed mortuus est an. ab U. C. 606. Residui sunt anni 58. *Glar.*

Sexaginta] Desunt duo anni. *Glar.*

Anno vitæ suæ XCVII.] *Vitæ*, Sylb. sine pronomine *suæ*, quod minus eleganter vulgo adjiciunt. Epitome Liv. L. ‘Major nonaginta annis.’ *Cell.*

CAP. 12. *Cum igitur*] Anno 607. *Glar.*

Juvenis adhuc, Cos. est factus] Florus quoque in Livii Epitome, libris XLIX. ac L. ait, hunc Scipionem Cos. factum legibus solutum, quoniam per ætatem non liceret. Quod mihi non videtur verum. Nam Livius lib. IV. Decad. 5. ait, cum bello Macedonico cum patre Paulo Persei captivitati adfuisse, cum jam 17. annum haberet, a qua captivitate hucusque 21. anni sunt: fuisse ergo 38. annorum, cum factus est Cos. quod utique licebat per ætatem. *Glar.* Triumphante patre de Perseo minimum erat XVII. annorum. Livius XLV. 40. Inde ad consulatum Scipionis XX. aut plures anni effluxerant. Ordinatim Ædilitatem petebat, cum Cos. crearetur. Epist. Liv. L. *Cell.*

Eam cepit ac diruit] Quanta urbs deleta sit, ut de cæteris taceam, vel ignium mora probari potest. Quippe per continuos decem et septem dies, vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis suis sponte hostes injecerant. *Glar.*

Spolia] Livii Epit. LI. ‘Spoliorum major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita.’

Ita Carthago septingentesimo] Vide Florum lib. LI. in Livii Epitome. In veteriore codice bene habebatur *Septingentesimo anno*, cum id in quibusdam libris corruptum sit. *Glar.*

Quam condita erat] Fuld. *quam* pro *postquam*, quod vulgo legitur, hic, et VII. 8. exhibet, quæ significatio nostro non insueta est. Vide lib. II. extrem. *Cell.*

LXX. *anno, quam condita erat*] Postquam condita; ex quo condita erat: ut lib. II. extremo et VII. 4. 7. et Livius IV. 7. pr. ‘Anno CCCX. quam Urbs Roma condita erat.’ *Cell.*

Septing. anno postquam] Sic male edidit Havercampus. Lectionem, quam nos dedimus auctoritate Cod. Lugd. 1. nixam confirmant Merula et Schonhovius, quos Cellarius, et hunc Gruner. secutus est, qui ad Nepot. Arist. I. 5. Cl. van Staveren, et Arntzen. ad Aur. Vict. V. I. 17. 4. laudat. Liv. Epit. LI. eodem modo: ‘Septingentesimo anno, quam,’ &c. De anno autem hoc consule Salmas. ad Solin. p. 228. Comm. ad Vellei. I. 6. Just. XVIII. 6. Marsham. in Chron. ad Secul. XV. Wessel. ad Sims. Chron. p. 449. *Verheyk.*

CAP. 13. *Interim*] Vicesimo quarto, aut circiter, anno post devictum

Perseum. *Glar.*

In Macedonia quidam] Andriscus, qui et Pseudophilippus. Florus in Livii Epitome tribus libris mentionem fecit. l. XLVIII. ait eum Romam missum; sed XLIX. ait eum ab urbe clam profugisse: denique l. L. ait eum Juvencium vicisse, sed a Marcello cæsum. Et Andriscum vocat utrobique Florus, l. XLVIII. et XLIX. sed lib. L. Pseudophilippum. At idem Florus in sua Epitome de uno Andrisco, Pseudophilippo dicto, historiam scribit a Qu. Cæcilio Metello devicto. Rursus in LIII. libro alterius Pseudophilippi meminit, conformiter cum hoc Eutropio. *Glar.*

Pseudophilippus] Epitome Livii XLIX. 'Andriscus quidam ultimæ sortis homo, Persei regis se filium ferens, et mutato nomine Philippus vocatus,' &c. *Cell.*

Internecionem] Vetus et hic et aliis in locis scribit hujus verbi syllabam tertiam, per tertiam vocalem, *Vinet.*

Post eum Q. Cæcilius Metellus] Hoc anno fuit Cos. Cæcilius Metellus. Sed si cum Mumio ac Africano triumphavit, ut paulo post dicturus est, oportuit ante Consulatum vicisse Andriscum. *Glar.*

Dux] Cos. inquit Florus in 2. sed dubito. A. 611. *Glar.*

Macedoniam recepit] De Achæis vide Justinum l. XXXIV. ac invenies, Romanos invidentia in omnes liberas urbes motos, id nisos, ut omnem terrarum orbem in servitutem sub libertatis specie redigerent: initio a Carthagine æmula urbe facto, cujus ruinam Corinthus excepit, mox nobilissima in Hispania urbs Numantia: provincias etiam liberas statim in servitutem rapuerant, ut Macedoniam et regum regiones, ejectis regibus. Sic Rhodum, Cyprum, Cretam, Asiam; et quem non? Cæterum hic Romani primum Macedoniam in provinciam redegerunt, ac tributariam fecerunt. *Glar.*

CAP. 14. *Corinthiis quoque bellum indictum*] Jus gentium legatos tutos facit. Sed Romani in legationibus tyrannos agebant: et quicquid volebant, præcipiebant. Quod si quis injuriæ eorum obsistebat, ibi legatos contra jus gentium pulsatos querebantur, inde ad urbium eversiones properabant: ita Corinthus deleta, et aliæ innumeræ urbes. *Glar.*

Quoque] Cum Achæis. *Glar.*

Corinthiis... civitati] De hac locutione Eutropio familiari, vide quæ diximus ad I. 20. uti et de ancipiti vocis *injuriæ* significatione ad c. 11. ejusdem libri. *Verh.*

Tres igitur Romæ simul celeberrimi triumphi] Si verum est, hos tres simul triumphasse, puto hoc factum anno ab U. C. 608. Et Metellum, ante consulatum, Prætorem triumphasse. At Florus in Livii Epitome lib. LII. conjungit Metelli ac P. Scipionis triumphos. Mumii paulo post refert. *Glar.*

Africani] Posterioris. *Glar.*

Ex Africa] Carthagine. *Glar.*

Ante cujus currum] Vetus liber, *Cui ante currum*: in quo et *Pseudoperseo*, non Pseudoperseus legitur: et *sedecim*, non septendecim armator. et *Tremellio*, sicut in libro quinquagesimo tertio Epitomes Livianæ, non Trebellio. *Vinet.*

Andriscus] Qui se Persei nothum asseruit. *Glar.*

Qui et Pseudophilippus dicitur] Horum forsitan pars ad Diaconum interpolatorem est relegenda. Nam Lugd. Bat. 1. legit *id est Pseudophilippus*, deleto *dicitur*. L. B. 2. 3. *idem qui et Pseudophilippus*. L. B. 4. *id est, qui Pseudophilippus*. Omnes vero delent *dicitur*. Hav.

CAP. 15. *Iterum*] An. 611. *Glar.*

Macedonia Pseudoperseus] De hoc secundo Pseudophilippo Florus in Livii Epitome obiter meminit lib. LIII. in sua nihil, ut plane fabulam putem. Nam Pseudophilippum ve-

a hic author Pseudopersea
. Sed priorem Florus lib.
i Livii Epitome ait se Per-
i dixisse, non Philippi. Est
lde suspecta historia, ac op-
cura. Verisimilius tamen est,
iteriorem Pseudopersea dic-
si falsum Persei filium: illum
hilippum, quasi Philippi no-
it falso existimatum filium.
'pitome Livii LIII. ' Alter
hilippus in Macedonia a L.
o quæstore cum exercitu cæ-
Cell.

is servitiis] Pro *servis*, quod
itum fuit, fide Codd. Mss.
. et 5. reposui. ' Servitiis
gum demere,' Liv. III. 15.
infinita Livii aliorumque ex-
Viris D. aliisque ibi laudatis
In sacramentum militiæ li-
ervitia,' Flor. II. 6. 23. ubi
Freinsh. Sic infra IX. 19.
onia' pro *conjugibus*. ' Lega-
ro *legatis* supra cap. 7. Liv.
Verh.

llio] Eadem varietas Mss. oc-
pud Liv. XXIX. 11. et Epit.
vide sis.

iebus androgynus] Hæc verba
templari omissa erant. Cæ-
iv. lib. VII. secundi belli Pu-
d sit androgynus exponit: Et
: natum ambiguo inter ma-
eminam sexu infantem; quos
nos vulgus (ut pleraque, fa-
d duplicanda verba Græco
) appellat. Hæc ille. Secun-
Punico bis ita natus, anno X.
i, et XII. et in mare projec-
ustrum, sicut hic factum, fer-
r. Addunt vulgo historiam
ogyno, quam nec Græcus, nec
is habet. Non ergo dubium,
'. Diacono pro more sit assu-

16. *Metellus*] Procos. ait Flo-
ro anno 612. *Glar.* Q. Cæ-
letellus Macedonicus. Epit.
I. et Flor. II. 17. 10. *Cell.*

Metellus in Celtiberia] Florus l. II. de Metello: Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat, et Celtibericus fieri, cum et Contrebiam memorabili cepisset exemplo, et Versobrigis majori gloria pepercit. Meminit et lib. LIII. in Livii Epitome. *Glar.*

Successit ei] Anno 613. *Glar.*

Nec multo post] An. 614. *Glar.*

Q. quoque Cæpio] Qu. Servilius est apud Florum lib. LIV. et lib. II. Cos. Cæpio. Sed nihil magnificum de Pompeio refert. *Glar.* Minus distincte loquitur Auctor. Pompeius Hispaniam Citeriorem Provinciam nactus, in Celtiberia res prave gessit, tamen imperium seq. anno ei prorogatum fuit: sed Cæpio ad bellum in Hispania Ulteriore gerendum successit Fabio Serviliano. Vid. Epit. Liv. LIV. et Freinsh. 12. Flor. II. 17. Appian. Iber. p. 606. &c. *Verh.*

Quod quidam Viriatus] Viriati meminit Justinus l. XLIV. hoc est ultimo. Et Florus l. LII. et LIX. in Livii Epitome, et in sua, l. II. sub finem. *Glar.* Qui Hispaniæ Romulus a Floro vocatur, II. 17. 15. *Cell.*

In Lusitania] In vet. est scriptum *Lysitania*: sed cum *y* sit *u* vocalis, ut modo diximus, nihil interest in Plinii natur. historia, utrum *Lyso* legas, an *Luso*, *Liberi patris*. Vinet.

Quo metu Viriatus a suis interfectus] Florus in Liv. Epitome lib. LII. ait, Viriatum duos Prætorum exercitus profligasse, tantumque terroris intulisse, ut adversus eum consulari opus esset et duce et exercitu. In l. LIV. idem de eodem. Qu. Fabius procons. rebus in Hispania prospere gestis, labem imposuit, pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus a proditoribus, consilio Q. Servilii Cæpionis, interemptus est, et ab exercitu ejus multum deploratus, et nobilissime tumulatus: vir duxque maximus per XIV. annos, quibus cum Romania bellum gessit, frequentius su-

perior. Velleius Paterculus lib. II. ab initio: Sed interempto (inquit) Viriato fraude magis quam virtute Servilii Cæpionis, Numantinum gravius exarsit. *Glar.*

Viriatus] Nescio, unde Pæanio Πουρίαθος sit. Οὐρίαθος scribit Dion in Exc. Peiresc. LXXVIII. ubi vide Comm. et ita Appianus ubique. *Viriathum* præfert Cel. Drakenb. ad Sil. Ital. l. x. vs. 220. ubi vide sis. Sed adspirationem nullus e Codd. nostris admittit. De historia autem consule, quos laudat Fabric. ad Oros. v. 4. *Verh.*

A suis interfectus] A domesticis, per fraudem Servilii, ab eo corrupti. *Glar.* Consilio Servilii Cæpionis, Epit. Liv. LIV. Mendose in Floro, II. 17. 17, *pro Servilio* legitur *Pompilius*. Cell. Rectius Appianus Iber. p. 502. refert, Viriathum fidissimos ex amicis Audacem, Ditalconem, et Minurum ad Cæpionem de fœdere ineundo misisse, sed eos a Romano donis multisque promissis perductos, ut suum ducem interficerent, hoc facinus perpetrasse. Unde Viriathum, 'fraude magis quam virtute Servilii Cæpionis' interemtum tradit Vellei. Patercul. II. 1. *Verh.*

Latronum] Erronum. *Glar.*

Assertor] Vindex. *Glar.*

Cum interfectores ejus] Servilium Cæpionem intelligit, qui ut Viriatum conficeret, per fraudem et insidias et domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse: ut inquit Florus in sua Epitome, libro secundo sub finem. *Glar.*

Præmium a Cæpione consule] Eutropius, gloriæ Romanæ nimium studiosus, res a Romanis vel turpiter vel infeliciter gestas aut silentio præterire solet, aut obiter duntaxat commemorare, e. g. II. 9. II. 20. et hoc in loco, ubi omittit, Viriatum interfectum esse insidiis et consilio Cæpionis: quod tamen non dissimulat Florus II. 17. Non igitur erat, quod Grotius in nota ad lib. III. de Jure belli et pacis c. 14. §. 18. n. 4. in hoc Eutropii loco emendationem tentaret, et pro *præmium a Cæpione consule peterent* ita rescriptum vellet: *præmium a Cæpione consule promissum peterent.* Non est enim moris Eutropio, aperte narrare dedecora ducum Romanorum, sed ea dissimulare. *Heuman.* Recte: quamquam Grotii emendatio non inepta est. Præmium enim a Cæpione Viriathi Legatis promissum fuisse, ex Appiani loco supra laudato liquet, et clarius seq. pag. interfectores ad Cæpionem transfugisse, et præmium petentibus ab eo concessum, ut, quæ ad eum diem possederant, tuto haberent, ceterum de promissis nondum præstitis ad Senatum remissos. *Verh.*

A Scipione] Nasica Serapione. *Glar.*

Consule] Anno 610. *Glar.*

Imperatorem] Ut Viriatum, a suis domesticis percussoribus. *Glar.*

CAP. 17. *Q. Pompeius deinde Cos.*] De Qu. Pompeio ante dixit: fuit enim Cos. ante Viriati mortem. Ergo vel *ante* legendum, et *fecerat*, aut pro *Q. Pompeio* legendum, *M. Popilius*, Cos. An. 615. *Glar.* Ut auctor, ita et commentarii hic frustra sunt. Pompeius enim anno hoc DCXIV. Proconsul pacem ignominiosam fecit. Vid. Appian. Ib. p. 509. et 510. ubi et apud Dion. Fragm. Peiresc. LXXXII. plura de rebus ab eo turpissime gestis. *Verh.*

Quæ Hispaniæ] Citerioris, ut inquit Plinius. *Glar.*

Post eum] Anno 617. *Glar.*

Post eum] Videntur hic quædam Eutropii excidisse, aut certe error est. Rectius Pompeio M. Popilius Lænas successisse dicitur Appiano Iber. p. 510. Popilio successit C. Hostilius (male Attilius Appiano) Mancinus, eumque sæpius cum Numantinis congressum, sed semper victum ignominiosam pacem fecisse, idem auctor testis est. Adde Epit. Liv. LV. et Flor. II. 18. ibique Comment. *Verh.*

lius Mancinus Cos. iterum] Flo-
. sub finem: Numantia, quan-
arthaginis, Capuæ, Corinthi
inferior; ita virtutis nomine
re par omnibus, summumque;
æstimes, Hispaniæ decus.
quæ sine muro, sine turribus,
édito in tumulo apud flumen
sive Silaram situata, IV. mil-
ltiberorum XL. millium exer-
er annos XIV. sola sustinuit:
tinuit modo, sed sævius ali-
perculit, pudendis fœderibus
Novissime cum invictam esse
et, opus quoque eo fuit, qui
inem everterat. Non temere
licet) ullius causa belli injus-
æc Florus, qui satis fatetur,
Numantinis bellum illatum a
is Romanis. *Glar.*
g[] Irritam esse. *Glar.*
ipsum Mancinum hostibus tradi]
im, cujus loco in Hispaniam
st alter Cos. Æmilius Lepi-
causam dicendam revocatum,
mantinis nudum a Cos. Furio
i, ab iis vero non receptum
ppianus Iber. p. 511. *Verh.*
on soluti fœderis] Si reddidis-
im legiones, satisfactum erat
inis. *Glar.*
itus fuerant] Syllepsis nume-
Glar.
vati] Verbum posterioris La-
Usi eodem sunt Prudentius
. XIV. v. 177. et Claudianus
ul. Honor. v. 249. *Cell.*
om. exc. subj.] Primum Q.
is Aulus, deinde Hostilius
is, aliquoties victi, et ad igno-
iacem adacti sunt. Appian.
Flor. 2. 18. *Cell.*
ipio] Posterior Æmilianus.

lo] Anno 620. cum prius fuis-
) 607. *Glar.*
um militem vitiosum] De hac
correctione multa Florus in
itome lib. LVII. Item et in
II. ad finem. Scorta enim,
calones, sarcinæ nisi ad usum necessariæ, amputata sunt. *Glar.*

Vitiosum] Corruptum. *Glar.*

Exercendo] Ad labores cogendo. *Glar.* De his late egit Appian. p. 519. et Front. Strateg. IV. 1.

Sine acerbitate] Sine sanguine. *Glar.*

Cepit] Vi expugnavit. *Glar.*

Deditionem] Voluntariam. *Glar.*

Numantium, dis obsessum] Florus in II. Novissime maximo duce oppressa civitas nullum de se gaudium hosti reliquit. Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus, nulla arma cremaverunt. Triumphus fuit tantum de nomine. *Glar.*

Fame, &c.] Eadem tradit Appian. Ib. p. 536. 552. &c. Vide et Epit. Liv. LIX.

Reliquam provinciam] Celtiberorum. Hoc anno 621. capta est Numantia: quia 14. annis post Carthaginem deletam. *Glar.*

CAP. 18. *Eo tempore Attalus rex*] Pergami. Primus post Lysimachi mortem imperium habuit Philetærus, Spado: secutus est Eumenes, Philetæri ex Eumene fratre nepos, qui absque hærede reliquit regnum Attalo, Attali Philetæri fratris filio, qui secundo bello Punico Romanos juvit contra Philippum ac Pœnos. Is quatuor habuit filios: Eumenem, Attalum, Philetærum, Athenæum. Eumenes successit Attalo, relinquens filium Attalum, de quo hic. Igitur legendum *filius Eumenis*, non *frater*. Vide Florum l. LVIII. *Glar.* Vide præter V. D. quæ diximus ad c. 4. supra. Confirmat Appian. p. 356. Ἀττάλου τοῦ Φιλομήτορος τὴν ἀρχὴν ἡμῖν ἐν διαθήκαις καταλιπόντος. *Verh.*

Asiæ] Pergamenæ, auctæ, ex Romanorum liberalitate, civitatibus, quotquot Antiochus M. intra Taurum habuerat. Strabo XIII. prope finem, de hac Asia, 'Eumenes,' inquit, 'accepit a Romanis ἅπασαν τὴν ὑπ' Ἀντιόχῳ τῆς ἐντὸς τοῦ Ταύρου.' *Cell.*

Frater Eumenis] Non frater (hic enim tutor tantum fuit ultimi Attali) sed filius. Videatur Strabo c. 50. *Cell.*

CAP. 19. *Mox etiam*] Imo hæc ante captam Numantiam sunt gesta. *Glar.* Vinetus *Mox etiam*, &c. Fuldensis demta conjunctione: *Mox Decimus*, quæ brevitas perplacet. *Cell.* Illud *etiam* ex Codd. Lugd. 1. 4. 5. et Vetustioribus Edd. restituimus.

Decimus Junius Brutus] Multa de hoc Florus libro secundo: D. Junius Brutus aliquanto latius Gallecos Lusitanosque, omnes Galleciæ populos, vicit, formidatamque militibus flumen oblivionis: peragrateque victor Oceani littore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem non aine quodam sacrilegii metu et horrore deprehendit. Hæc ille. Ptolemæus Callaicos vocat. Cos. cum Serapione, anno 616. *Glar.*

De Callæcis] Ita reposuimus pro Gallicis. Sic enim appellari debere gentem illam, et scribi, ostendimus in iis, quæ in Ausonium poëtam scripsimus. Est autem Callæcia, quæ vulgo Gallicia: hodie Minio flumine a Portogallia, quondam Durio a Lusitania disterminata. *Vinet.*

De Gallicis et Lusitanis] In Hispania, maxime ad occasum, a Durio usque ad extremam Hispaniæ partem, septentrionem versus. *Glar.*

Gallæcis] Populo Lusitanis contermino. Nactus inde est cognomen Gallæci, Vellei. Pat. II. 5. *Cell.*

Gallæcis] An *Callæcis*, consule Cel. Drakenb. ad Liv. Epit. LVI. Γαλλαϊκοὺς Pæanio, Καλλαϊκοὺς Appiano scribitur Iber. p. 499. *Vert.*

Secundum triumphum] Crudelem, inanem, nec satis honestum, quia ex injusta causa: ut ait Florus libro secundo. *Glar.*

CAP. 20. *Motum interea in Asia bellum*] Florus l. LIX. in Livii Epitome sic habet: Aristonicus, regis Eumenis filius, Asiam occupavit, cum testamento Attali regis legata populo Romano libera esse deberet: adversus eum P. Licinius Crassus Cos. cum idem pontifex max. esset, quod nunquam antea factum erat, extra Italiam profectus, prælio victus et interemptus est. M. Perpenna Cos. victum Aristonicum in deditionem accepit. Hæc ibi. Sed in sua Epitome ad finem l. II. multa alia annectit. Meminit et Justinus l. XXXVI. ad finem. *Glar.*

Interea] Anno 623, *Glar.*

Eumenis] Tertii filio notho.

TRES FRATRES,

Philetærus Spado.	1 *Eumenes*, natu grandior.	2 *Attalus*, natu junior.
2 *Eumenes*, hic post Philetærum Pergami successionem habuit. Antiochum Sotera apud Sardes vicit. Obiit, cum regnasset annos 22.	2 *Attalus* rex. Hic Galatas vicit: et secundo bello Punico cum Romanis contra Philippum Maced. regem bellavit. Regnavit an. 43. cui Eumenes successit. Hujus quatuor traduntur filii.	

3 *Eumenes.* Hic contra Antiochum Magnum et Persem reges pro Romanis bellavit. Regnavit annis 49. relinquens sub tutela Attali fratris filium Attalum.

Attalus IV. Hic Philometor dictus, cum 5. annis regnasset, mortuus est, et populum Romanum hæredem instituit. Strab. l. XIII.

3 *Attalus.* Hic tutor parvuli relicti Attali, 21. annis regnum ut tutor administravit, multaque alia gessit contra Demetrium Sotera, Pseudophilippum, ac Prusiam.

Philetærus, Athenæus. Hi duo privati vixerunt, sicut et Attalus, quoad vixit Eumenes. Postea vero tutor factus minimi Attali, multa magnifice gessit.

Commemorantur ergo duo Philetæri, tres Eumenes, quatuor Attali. *Glar.*

Ex concubina] Ephesia, citharistriæ filia. *Glar.*

Eumenis] Scil. nothus. *Glar.*

Frater] Illegitimus. *Glar.* Verius *pater*. Vide Genealogiam Attalorum in Strab. l. XIII. Adde Flor. II. 20. 2. et Livii Epitomen 58. *Cell.*

Attali] Ultimi, qui hæredem fecerat populum Romanum. *Glar.*

P. Licinius Crassus] Quod idem Pontifex Maximus erat extra Italiam contra leges profectus victus et interemptus est, Epit. Liv. LIX. *Cell.*

Missus est Licinius Crassus... habens] Sic priores Edd. exhibent: nisi quod Doctissima Femina quodammodo rectius post patrem ediderit, *missus est P. Licinius Crassus; ... habuit*: et ita in aliis Codd. legi testatur Hearne. Sed in Cod. nostro 1. *missus p̄ plicinius Crassus... habuit*: in reliquis *missus post Licinius*, &c. unde patet locum medica manu indigere; qui non alio modo sanari potest, quam si legas *Pont. P. Licinius*; hoc est, *Pontifex P. Licinius*: egregia certe emendatione, quam Vir summi ingenii Oudendorpius ad oram libri, in quo collationem Cod. Leid. 1. mecum humanissime, ut est, communicavit, adnotaverat. Scripserit Entropius *Pont. P. Licinius*: quod Librarii non capientes in *post* verterunt. Liv. Epit. LIX. 'Adversus eum P. Licinius Crassus Cos. quum idem Pontifex Maximus esset,' &c. Oros. v. 10. 'Licinius Crassus Consul et Pontifex Maximus.' *Verh.*

Nicomedes] Prusiæ filius. *Glar.*

Cum quo postea] Dicere debuisse *cum cujus filio*, recte scribit Vaill. in Imp. Achæm. p. 57. *Hav.* Adde V. D. ad Oros. v. 10. Cel. Wessel. ad Simson. Chron.

Bellum gravissimum] Per 40. annos. *Glar.*

Cappadox] Rex Cappadociæ, regionis ad Pontum Euxinum. *Glar.*

Paphlagon] Paphlagoniæ rex, ad Pontum Euxinum, regionis Cappadociæ prox. *Glar.*

Et in prælio interfectus] Flor. II. 20. 5. tradit vivum captum esse, et excæcato virgula barbaro custode 'exitium sui concitasse.' *Cell.*

Victus est tamen Crassus et in prælio int.] Sic post alios etiam Havercampus edidit male. Rectius exhibent Schonhovius et Merula, quod monere debuerat Vir. Clar. lectionem, quam hic statuimus; neque dubito, quin ita scripserit Entropius. Sic Epit. Livii LIX. 'prælio victus et occisus:' nam *Victus est tamen Crass. in præl. est in-*

terf. uti est in Cod. Leid. 1. incuria librariorum accidit, ut *est* repositum sit pro *et*. Crassus enim in prælio non interfectus, sed captus est, et post a custode, cujus oculos virga percusserat, occisus, ut Cellarius et Doctissima Femina bene observant: latius rem narrantibus Justino XXXVI. 4. Epit. Livii LIX. Vellei. II. 4. aliisque. *Verh.*

Postea] Anno 624. *Glar.*

Postea Perpenna Cos. Romanus] De hoc M. Perpenna Valerius Maximus III. 4. et Justinus l. XXXVI. ad finem. ex humili enim loco factus est Cos. Rom. Et post mortem ejus pater civitate expulsus est: nec filius fuit civis, cum factus esset Cos. *Glar.*

Perpenna] Cos. ante, quam civis. *Glar.* Περπερνᾶς Pæanio recte scribitur. *Perperna* etiam Livio Epit. LIX. Floro II. 10. Orosio V. 10. aliisque: atque ita scribi oportere ex Tab. Capitol. ac Græcis docet Sigonius ad Liv. Ep. Consule etiam Cel. Burm. ad Vellei. Paterc. II. 14. Sed Codd. nostri nihil variant. *Verh.*

Successor] In consulatu. *Glar.*

Stratonicen] *Stratonicensium* est in veteri codice. *Glar.*

Stratonicus] Al. *Aristonicus*, in veteri codice. *Glar.*

Fame ad deditionem compulit] Justini verba l. XXXVI. In hujus (Crassi scilicet) locum missus Perpenna Cos. prima congressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit, Attalicasque gazas hæreditarias populi Romani, navibus impositas, Romam deportavit. Hæc ille. Hic autem dicitur Perpenna Pergami mortuus. *Glar.*

Romæ] Al. codex non habet *Romæ*. Glar. Inclusum *Romæ* abest a Mer. qui cum aliis post *triumphari* interserit *enim*, quod Fuldensem imitati posthabemus. *Cell.*

CAP. 21. *Lucio Cæcilio*] *Quintum* pro *Lucio* hunc appellat Plutarchus de Fortuna Romanorum, Liviana Epitom. l. LX. et alii. *Vinet.*

L. Cæcilio Metello] Anno 621. Hujus missionis coloniæ author fuit C. Gracchus, Tiberii frater, ut refert Florus in Livii Epitome l. LX. *Glar.*

L. Cæcilio Metello, et T. Quintio Flaminino Coss.] Hic omnino errat Eutropius: nam Consules, quos seq. cap. memorat, his præcedere debent: neque annorum calculus hic recte positus. Cassium Longinum et S. Calvinum ad annum DCXXX. ponunt Fasti Sicul. et Capit. et ita Pighius. Postea Cæcilium Metellum et Flamininum, quos ad seq. ann. recte collocant Fasti Consul. Ceterum non *L.* sed *Q.* Metelli prænomen esse monuit Pighius, et Fabric. Oros. V. 10. qui vel in errore nostrum secutus est. nihil tamen immutare ausi sumus, ubi Codd. nihil variant. *Verh.*

Carthago reparata] Suasore C. Graccho, Tiberii fratre, Liv. Epit. LX. Sed imperfecta mansit colonia usque ad Augusti imperium. Nam λύκοι τὰ θεμέλια ἀθρόα διέσπασαν, καὶ συνέχεαν. i. e. *lupi signa, quibus fundamenta coloniæ describebantur, confuderunt.* Quo facto senatus rem inhibuit. Appian. I. Civil. Post illa Cæsar Dictator idem aggressus est, sed celeriter a conjuratis occisus Augusto reliquit rem perficiendam, qui demum συνῴκισε τὴν νῦν Καρχηδόνα ἀγχοτάτω μάλιστα ἐκείνης, φυλαξάμενος τῆς πάλαι τὸ ἐπάρατον: *condidit eam, quæ nunc est, Carthaginem in proximo illius veteris, antiquæ devotioni cavens religiosissime.* (Appian. in Punic. extr.) Narrat quidem Dio l. XLIII. Julii coloniam deductam fuisse, sed addit l. LII. extr. quod Lepidus III. vir, qui Africæ præerat, μέρος τι αὐτῆς ἠρημώκει, *partem ejus habitatoribus orbaverit;* et Augustus Carthaginem ἐπανῴκισε, *denuo coloniam deduxerit.* Cell.

Annis duobus] Quatuor, nostra supputatione. Alius codex ita distinguit: *Quæ nunc manet annis duobus et viginti, postquam a Scipione fuerat over-*

ea. Deducti, &c. Glar.

CAP. 22. *Anno* DCXXVI. *ab urbe*] Ita omnes libri nostri, et Orosius, nisi unum adderet annum, et alios haberet Consules. Longini autem et Calvini Consulatum putant Chronologi nostri incidisse in annum ab U. C. DCXXX. *Vinet.* Vide ad c. præc.

Anno DCXXVII. *ab U. C.*] DCXXVIII. scribendum. Duobus enim annis præcedit nostra supputatio: invertit autem historiam, aut Consulatus tempora. Omnes alii aiunt, Bituitum Gallorum regulum pugnasse contra Cn. Domitium Ænobarbum ac Qu. Fabium, Pauli nepotem, non contra Domitium Calvinum. Vide Valerium IX. 6. et Florum in Livii Epitome l. LXI.

630 { C. Cassius Longinus. / Sex. Domitius Calvinus.

631 { Qu. Cæcilius Metellus. / T. Quintius Flaminius.

632 { Cn. Domitius Ænobarbus. / C. Fannius.

633 { L. Opimius. / Q. Fabius Maximus. *Glar.*

Exemplaria cuncta Eutropiana hic truncata et mendosa esse certum est. Nam non solum error in numero, sed Consulum C. Sextii Calvini et Cn. Domitii nomina, resque eorum contra Gallos Transalpinos diversis temporibus gestæ, in unum miscentur, et confunduntur. Denique cum consulem utrumque magna gloria triumphasse dicit, non de C. Cassio Longino (quem ad annum urbis designandum adjunxisse Collegæ Sextio (non Sexto, ut scribit Eutropius) videtur, quique ad provinciam istam et ad ejus historiæ farinam nihil pertinet) sed de C. Sextio ipso atque ejus successore Cn. Domitio An. U. C. DCXXXI. consule erit intelligendum. Eutropium igitur ita emendavit Pighius Annal. Tom. III. p. 66. 'Anno DCXXIX. ab urbe condita, C. Cassio Longino et Sextio Calvino Coss. Sextius et post eum Domitius successor Gallis Transalpinis bellum intulerunt, et Arvernorum nobilissimæ tum civitati atque eorum duci Betuito.' *Hearn.* Recte errorem vidit Doctiss. Anglus. Auctor, quod sæpius jam ostendimus, similibus diversorum hominum nominibus deceptus est. *Calvinus* enim non vocabatur *Domitius.* Sed hinc liquet, Calvinum cum Domitio Ahenobarbo confundi, qui res quas subdit, gessit Proconsul adversus Allobrogas missus. Liv. Ep. LXI. Clarius liquet fine cap. ubi ab utroque consule, hoc esset, Longino et Calvino, triumphatum ait; quum dicere debuerat Domitio et Fabio Maximo; quos recte junxit Florus III. 2. Epit. Liv. d. *Verh.*

Regi Bituito] Hanc lectionem, quæ in priore Edit. legebatur, mutavi auctoritate Codd. L. C. Lugd. Bat. omnium, Edd. Schonhovii, Merulæ, aliarumque vetustissimarum: quamquam, utrum rectius sit, aliis dijudicandum relinquo. Mihi modo liceat Auctori, quod ab ejus manu profectum certis rationibus crediderim, restituere. Ita certe Pæanius quoque cepit: 'Ἡγεῖτο δὲ Γάλλων Βιτούιτος, et paulo post Βιτούιτος δὲ στρατηγὸς ἀλλοὺς, μέρος ἐγένετο τοῦ θριάμβου. Et sæpe fieri video, ut qui ab hoc *rex*, ab illo scriptore *dux* vocetur, et promiscue hi tituli commutentur. Infra v. 1. Teutobodus Nostro et Oros. v. 16. 'dux' vocatur, 'rex' audit Floro III. 3. quemadmodum in Livii Epit. Hic etiam 'Arvernorum rex' dicitur; ubi de hoc titulo, et varia nominis Bituiti scribendi ratione vide sis; quæ notat Celeb. Drakenb. *Verh.*

Atque eorum duci Bituito] De Bituito Avernorum duce, ac de Cn. Domitii in eum perfidia, Valerius Max. IX. 6. ubi de perfidia. Cæterum Valerius a Domitio Bituitum Romam deductum, ac ibi asservatum: Florus autem l. LXI. ait, Qu. Fabium, qui post Domitium Cos. fuit, adversus Bituitum Avernorum regem feliciter pugnasse: ita mira ubique apud Ro-

manos historiæ variatio est. *Glar.*

Eorum regi Bituito] *Vituito*, V. pro B. antiq. liber. Annot. in L. Annei l. III. *Glar.*

Ex torquibus] Catenis aureis. *Glar.*

Domitio] Calvino. Hæc Fabio Maximo Epitome Livii LXI. Domitio Ænobarbo Valerius Max. IX. 6. 5. attribuunt. *Cell.*

Deductus] Pro vulg. *ductus* restitui fide Codd. L. B. omnium, Edd. Aldinæ, Schonhovii, et Mernlæ. sic infra c. 21. et supra II. 24. *Verh.*

Coss.] Crassus ac Domitius. *Glar.*

CAP. 23. *M. Portio Catone, et Q. Marcio Rege Coss.*] Velleius Paterculus sub finem libri primi, Narbonem ductam coloniam eisdem Coss. ut hic noster author. Meminit rursus libro II. ubi de Opimio. Annus 636. *Glar.* Ex exemplarium varietate suspicatur Pighius (Annal. Tom. III. p. 88.) duorum annorum res gestas confuse, truncatis perperam verbis, hic adferri, veramque Eutropii historiam declarasse potius 'M. Catone, Q. Marcio Coss. Narbonam deductam coloniam, annoque eodem a L. Metello de Dalmatia triumphatum fuisse, annoque postea, L. Metello et Q. Mucio Coss. de Gallis Subalpinis a Q. Marcio Procos. triumphatum esse.' Hoc Capitolina marmora, necnon Auctorum consensus testantur. Fateor quidem, nec in exemplaribus nostri Mss. nec in impressis mentionem fieri Gallorum Subalpinorum. Haud dubium tamen est, quin hoc ipsum, vel simile quid memoratu dignum, hisce Consulibus gestum in historia hac sua subjunxerit Eutropius, quod Paulus Diaconus, vel quispiam alius hujus Auctoris carnufex, penna sua tanquam secespita quadam decurtavit, cupiens trium annorum historiam in unum conturbare, et opinione falsus, de uno tantum L. Metello loqui Eutropium. Cæterum notandum, quod in Jul. Obsequentem pro Q. *Mucio* irrepserit *L. Aurelius*, de qua re vid. Pigh. loc. cit. p. 89. *Hearn.*

M. Porcio Catone Q. Marcio Rege Coss. DCXXXIII.] Ut solet, in annorum computatione rursus errat auctor. Fasti Siculi et Capitolini, quos Pighius sequitur, habent A. DCXXXV. sed Consul. quos nos sequimur, DCXXXVI. Coloniam, de qua hic mentio fit, sub his consulibus deductam esse, tum ex aliis scriptoribus, tum ex nomine (Narbo Marcius) liquet, monente Hottomanno ad Cic. Orat. pro Fonteio c. 1. Si vero cetera perpendas, in graviore errore locum versari comperias, necesse est: quod vel variantes Codd. et Vetustiorum Edd. lectiones testantur. Consules enim L. Metellus, et Q. Mucius Scævola de Dalmatis non triumpharunt, multo minus post de Dalmatis triumphatum est. Fateor, historiarum veritati magis congruere Pighii lectionem ab Hearnio hic laudati: etsi contra omnium Codd. Mss. et Edd. vetustate sua commendatarum fidem nihil immutare ausim. L. Metellum cum collega Mucio de Dalmatis non triumphasse, quia hic, quemadmodum Mucius, non Dalmaticus dictus sit, recte monet Balduinus de Jurisprud. Muciana pag. mihi 7. Verum quemadmodum res, ita etiam tempora confundit auctor. Annus, quem innuit, quo Lucius Metellus, et Mucius Scævola Coss. fuerunt, erat DCXXXVII. ut recte Glareanus notat. Sed hic Metellus diversus fuit ab eo, qui Dalmatici titulo post insignitus fuit, quique Coss. Catone et Rege proconsul adversus Dalmatas res egregie gessit, cum A. DCXXXV. Cos. fuerat cum Aurelio Cotta. Error hinc exortus, quod non satis distinguant Auctores ejusdem nominis Coss. Dalmaticus enim Metellus erat Lucii filius, Quinti Nepos, teste fragmento Fast. Cons. a Cel. Drakenb. ad Liv. Epit. LXII. laudato. L. CÆCILIUS. L. F. Q. N. METELLUS DALMATIC. PRO COS. 285

DELMATEIS. Alter, qui cum Scævola Cos. fuit, erat Quinti filius, Quinti Nepos, unde hos patrueles recte vocat Vellei. Paterc. II. 8. 3. Hinc liquet melius esse, Eutropium errasse fateri, quam loco conjectura mederi velle, propterea quod auctorem diversos ejusdem nominis homines sæpius frustra commutasse, non uno loco ostendimus. Ceterum absque copula fide Codd. Mss. ut sæpius, lectionem dedimus. *Verh.*

Narbona] Narbo Martius vocatur, unde Narbonensis Gallia. *Glar.*

Annoque eodem] Non potest hoc esse verum: neque enim uno anno quatuor fuere Coss. Fuit ergo hic anno 637. et obiter hujus rei meminit l. LXII. Florus in Livii Epitome. *Glar.*

CAP. 24. *Anno* DCXXXV.] Chronologis placet DCXL. sic addunt v. annos. *Vinet.* Anno 640. *Glar.* Ut habent Fasti Siculi et Capitolini. Glareani calculo, æram, ut solet, Varronianam secuti, consentiunt Fasti Consulares. Εἶτα πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Pæanius vertit. *Verh.*

C. Cato Cos. Scordiscis intulit bellum] Meminit Florus in Livii Epitome l. LXIII. et in sua l. III. ubi de bello Thracico. Scordiscos Ptolemæus ponit ad Danubium, in Pannonia inferiore. Strabo meminit in septimo, ubi duplices facit, majores et minores. *Glar.*

Scordiscis] Florus hunc populum in Thracia ponit III. 4. 3. ceterum originis Gallicæ est, Justin. XXXII. 3. 5. Epit. Liv. LXIII. Sed Strabo l. VII. f. 219. 'Scordiscos Pannonii attingunt πρὸς ἕω, ab oriente:' post: 'Scordisci φκησαν παρὰ τὸν Ἴστρον.' Unde a Dione l. LIV. f. 369. vocantur Παννονίων ὅμοροι καὶ ὁμόσκευοι, *Pannoniorum confines et paribus armis utentes.* Cell.

Ignominioseque] Dubitat de vocis Latinitate Vossius. *Cell.* Infra c. 26. iterum occurrit. et apud Oros. II. 7. Adjectivum tamen Livio aliisque probatis scriptoribus in usu est. *Verh.*

CAP. 25. *C. Cæcilio Metello*] Vide Pighium, in Ann. Tom. III. p. 113. *Hearn.*

Et Cn. Carbone] Anno 641. De hoc Carbone aliter Florus libro LXIII. qui ait, eum a Cimbris una cum exercitu fusum esse. Cæterum de his triumphis non facile reperies quicquam apud alios. Velleius tamen Paterculus l. II. meminit. *Glar.*

Duo Metelli] Felicitatem Metellorum laudat Vell. Paterculus II. 2. *Cell.*

Cimbros] Extremos Germaniæ populos ad Septentrionem. Cimbri enim Chersonesum incolunt, qua Germania maxime ad Septentrionem extenditur. *Cell.*

CAP. 26. *D. Scipione*] Anno 643. *Glar.*

Jugurthæ, Numidarum regi, bellum] Masinissæ filius erat Micipsa: qui reliquit duos legitimos filios, Hiempsalem et Adherbalem, præterea fratris spurium Jugurtham adoptavit in filium; qui per dolum Hiempsalem, per vim Adherbalem sustulit, et binos exercitus Romanos per biennium cum pecunia tum ignominia vexavit, ac totum ferme Senatum Romæ corrupit, ita ut Romam vocatus, per pecuniam impunitatem parricidii emerit, et regni competitorem Massivam in ipsa urbe trucidavit: tandem coactus abire, respiciens urbem, O urbem venalem, inquit, et cito perituram, si emptorem habuerit. Postremo missus Metellus, qui bis prælio eum fudit: sed per invidiam plebis ei successor Marius missus, qui eum cepit, ac de eo triumphavit. Copiose hoc bellum Salustius describit: v. anno finitum est. *Glar.*

Fratres suos] Adoptionis lege. *Cell.*

Interemisset] Vide Sallust. Jugurth. c. 12. et 26. *Cell.*

Quæ a senatu reprobata] Reposui *inprobata* cum Mss. L. Bat. primo et tertio. *Hav.*

Insequenti anno] 644. *Glar.*

Spurius Albinus] *Spurius Postumius Albinus* ex Lugd. Bat. 1. 2. 5. et Me-

taphrasi transposuimus. *Verh.*

CAP. 27. *Tertio missus Q. C. Met. Consul, &c.*] Ita recte pro vulgata lectione *missus est Q. Cæc. Met. Consul* restituit Cl. Gruner. præeuntibus Codd. nostris. *Verh.*

Severitate] Recte Cl. Jos. Wassei conjecturam ad Sall. Jug. XLIX. p. 358. *civilitate* pro *severitate* præferentis, confutavit Doct. Grun. quem consule. Mitiore enim sensu, quam alias, hic sumendum mihi videtur, ut ex additis patet, 'cum nihil in quemquam cruentum faceret.' Similior locus adferri non posset, quam (ut alia huc facientia, prætermittam) Suetonii V. Cæs. c. 65. 'tractabatque [militem] pari severitate atque indulgentia.' *Verh.*

Ad disciplinam] Pristinam. *Glar.*

Variis præliis] Duobus potissimum. *Glar.*

Multas civitates, &c.] Inclusa respuunt Edd. quædam vetustæ. Perperam: præter enim quam quod plures aliæ, et Cod. Mss. haud pauci, et Metaphrastes eorum vestigia servant, ut Cellarius hic bene observat, nequaquam ejicienda e seq. patet, 'aliquanta et ipse oppida cepit.' Videtur enim Eutropius voluisse, Marium etiam Numidiæ oppida aliquot cepisse; æque ac Metellus, cui successerat, antea: unde sectionem, tot Codd. fide nixam, *multas civitates ipsius cepit*, præferendam putem; quamquam acuto Sylburgi ingenio adversari nolim, propterea quod utrum legas, historiæ veritati non repugnat. Nam et oppida aliquot ceperat Metellus, et hinc a deterritis Numidis, ne in se gravius sæviret, multa *in deditionem accepit*. Verh.

Successum est] Per malas artes ac invidiam. *Glar.*

Successum est ei a C. Mario] C. Marius, ingens vir, Arpini natus, ubi et Cicero: cui ad consulatum, quem mire acquirere cupiebat, nihil deerat præter familiæ vetustatem; industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens; domi modicus, libidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. Hic Metelli Numidici legatus, cum ei sacrificanti aruspex magna ac mirabilia portendi dixisset, a Metello Imperatore consulatum petendi gratia missionem petit. Metellus insolita re commotus, et superbia, communi nobilitatis malo, mirari ejus consilium: et monere, ne super fortunam animum gereret: satis maturæ illum cum filio suo consulatum petiturum; quæ res mire Marium accenderat. Itaque non desiit Romam literis diffamare Imperatorem, et *fatigare* cum precibus, ut dimitteretur, quod cum factum esset, tandem fit Cos. Marius, et Numidia ei decernitur. Quæ res, non tam quod Cos. Marius, quam quod provincia Numidia ei decreta esset, ita commovit Metellum, ut neque lachrymas tenuerit, neque linguam moderatus fuerit: quod alii superbiæ adscribebant; alii bonum ingenium contumelia accendi dicebant; multi, quod jam parta victoria ex manibus eriperetur. Salustius putat, illum magis honore Marii, quam injuria sua excruciatum: neque tam anxie laturum fuisse, si adempta provincia alii quam Mario traderetur. *Glar.*

A C. Mario] Nepote Cos. Anno 647. Describitur a Velleio Paterculo lib. II. *Glar.*

Aliquanta oppida] Aliquot oppida. Pluraliter posteriores ita Latini. Pallad. I. 19. 'aliquantis diebus.' Veget. III. 23. 'aliquantæ nationes.' *Cell.* Imo probatissimos *quanta* et *tanta* pro *quot*, *tot* usurpasse ex Cæs. de B. G. II. 4. Bunemann. ad Lact. I. 3. 21. et Cl. Arntz. ad Aur. Vict. O. G. R. 17. 2. monet Doct. Grunerus. Viri quoque D. ad Liv. XXVI. 23. notarunt Plauto, Sallustio, aliis hoc frequens esse. Et ne pluribus exemplis tædium pariam, consule quæ Barth. ad

Claud. III. Cos. Hoc. et imprimis Broukhus. ad Prop. l. I. el. v. vs. 10. adnotarunt: 'At tibi curarum millia quanta dabit.' *Verheyk.*

A M. Junio Silano] Imo a Cimbris M. Junius Syllanus victus, nisi nos Livium fallit Epitome libri LXV. et L. Florus, aut potius quidam L. Anneus Seneca libro tertio historiæ Romanæ. Memoria lassum puto Eutropium. *Vinet.* et *Sylb.* Anno 645. Florus libro LXV. de Syllano contrarium scribit, nempe eum infeliciter adversus Cimbros pugnasse: idem libro III. de eodem ait, primum Barbarorum impetum non sustinuisse. De Minutio lib. LXV. ita idem Florus ait: 'M. Minutius Proconsul, contra Thracas feliciter quidem pugnavit.' *Glar.*

A Silano Cimbri victi] Vinetus putat memoria lapsum Eutropium. 'Infeliciter' enim 'adversum Cimbros pugnasse' Livii Epitome LXV. refert. *Cell.*

Q. Metelli] Numidici. *Glar.*

M. Minutio] Cos. Anno 644. *Glar.*

Et a Servilio Cæpione] Qu. Servilius, qui anno 648. Cos. fuit, cum Cimbris male pugnavit: cum Lusitanis nihil, quod authores meminerint. Sed Q. Servilius, qui Cos. fuit anno 614. Variatum perfide perdidit: id est, cum Lusitanis pugnavit eadem integritate, qua cum Viriato debellavit. *Glar.*

Servilio Cæpione] Hoc diu antea factum est, nempe anno 614. *Glar.*

Catenatus] Catenis ligatus, et in carcere necatus, ait Florus libro LXVII. *Glar.*

LIBER V.

CAP. 1. *Romani consules Marcus*] Ita habent libri nostri, licet Liviana epitome eos proconsules appellet. Fuerunt autem hi non simul consules, sed Manlius cum Pub. Rutilio, et Cæpio ante hos cum C. Attilio. *Vinet.*

M. Manilius] Anno 649. *Glar.*

M. Manilius et Q. Cæpio] Non fuerunt consules eodem anno. Sed de duobus annis hic loquitur Eutropius. S. Cæpio quippe Cos. fuit anno U. C. 647. anno sequenti M. Manilius, sive, ut alii vocant, Mallius. *Heurn.*

Consules .... M. Manlius et Cæpio] Parum accurate hic loquitur auctor. Rectius Epit. Liv. LXVII. 'Cn. Manlius Consul et Q. Servilius Cæpio Proconsul.' Nam Consules erant P. Rutilius Rufus et Cn. Manlius: ut patet ex Inscriptione Gruteri a Cel. Gronovio ibi laudata; consule etiam Cel. Drakenb. ibidem, ubi *M.* pro *Cn.* in quibusdam quoque Codd. Mss. invenitur. Adde Sigon. in Fast. et Comm. ad Flor. III. 3. Jul. Obseq. c. 102. ubi vides, Cæpionem, qui superiore anno Consul fuerat, prorogato imperio, Proconsulem nunc fuisse. Fabric. ad Oros. v. 16. delet e suo Eutropio duas voces *Romani Consules*, et apud Vellei. Paterc. II. 12. legit *cum Cæpionem Manliumque Cos.* non *Coss.* quod tamen, utut in multis edd. obvium, improbat Cel. Burm. et, quamquam de altero Cos. Rufo silens auctor errare videtur, sæpe tamen ab illo, aliisque Consules, Consulares, Proconsules, Prætores, et

Proprætores confundi constat. Vide quæ diximus ad III. 11. et 14. *Verheyk.*

Q. Cepio] Anno 648. Sed hic fuit procos. *Glar.*

A Cimbris, et Teutonibus, et Tigurinis] Strabo libro VII. ex Posidonio: Cimbri latrocinando incertis errabundi sedibus, ad paludem usque Mæotin militiam agitarunt. Ab eis enim Cimmerius vocatus est Bosporus, quasi Cimbricus: Græcorum enim lingua Cimbros vocat Cimmerios. Boios vero prius Hercyniam inhabitasse sylvam, et Cimbros agmine facto hunc invasisse locum, a Boiisque ejectos, Istrum et Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse: mox Tauriscos, et hos nationis Gallicæ: deinde in Helvetios divertisse, abundantes quidem auro viros, cæterum in pace degentes. Cum autem ipsi Helvetii vidissent ex latrocinio quæsitas opes, suis longe majores, commotos fuisse, ex eis vero præcipue Tigurinos ac Tuginos, ita ut cum eis in militiam profecti fuerint. Universos vero delevere Romani, et Cimbros et alios, tanti motus socios, partim in Alpium transitu in Italiam, partim extra Alpes. Hæc Strabo. *Glar.*

Et Teutonibus] Vetus liber cum spiritu *Theutonis*, per secundam declinat. *Vinet. Teutonis*, Burdeg. Ven. et Sylb. Quia hi ipsi infra mox *Teutones* habent, nihil hic mutamus. *Cell. Theutoni* per adspirat. et secundæ decl. etiam Florus habet III. 3. ubi Cel. Duker. monet *Teutoni* esse in Fast. triumphal. et Inscript. Gruteri, et Pigh. ad A. IↃCLII. atque ita Sueton. Cæs. XI. *Teúτονας* dedit Metaphrastes: sed *Teutoni* Epit. Livii LXVII. ubi vide Cel. Drakenb. et Jul. Obs. c. 104. Sed quamquam plures Codd. nostri conspirent, quia in seqq. semper tertiæ declinationis facit, nihil muto. *Verheyk.*

Germanorum ac Gallorum gentes] Credo cum Gallis ac Cimbris *male* pugnatum anno 649. Procos. igitur fuit Q. Servilius Cepio et Cos. C. Manlius: fuit enim proximus annus ante secundum Marii consulatum. Ambronum meminit Strabo, cum Tuginis libro IV. ubi de Rhodani ostiis. *Glar.*

Victi sunt juxta flumen Rhodanum] Meminit hujus cladis Rom. Florus in Livii Epitome LXVII. libro. Et item libro III. in sua: sed invidiose ac confuse omnia. Salustius ait, adversus Gallos bellatum, quibuscum erant Cimbri. Sed Liv. quem sequutus Florus, cum Cimbris. Florus commiscet omnia, et Tigurinos etiam venisse ab extremo Oceano fabulatur. *Glar.*

Victi sunt] Epitome Livii LXVII. 'victi prælio castris quoque binis exuti sunt.' *Cell.*

Et ingenti internecione] 80000. enim militum cæsa, et 40000. calonum ac lixarum: Florus lib. LXVII. *Glar.*

Timor Romæ grandis fuit] Salustius ad finem Jug. belli: 'Per idem tempus adversum Gallos ab ducibus nostris, Qu. Cæpione et C. Manlio, male pugnatum: quo metu Italia omnis contremuerat. Illique, et inde usque ad nostram memoriam Romani, sic habuere, alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare.' *Glar.*

Quantus vix Annibalis] Gravia bella, quæ Punicis comparantur. Vid. infra VI. 6. 2. et VIII. 6. 7. et Ammian. XVII. 14. pr. *Cellar.*

Ergo Marius] Secundus consulatus Marii, anno 650. *Glar.*

Tertio quoque] Anno 651. et 652. *Glar.*

Protrahebatur] Cimbri enim in Hispaniam prolapsi fuerant. Inde a Celtiberis rejecti in Gallia cum Teutonis conjunxerunt. Epit. Liv. LXVII. *Cell.*

Sed in quarto consulatu collegam habuit] Quarto Marii consulatu hæc prælia non adversus Cimbros, sed contra Teutonas ac Ambrones fuere, ubi cæsa dicuntur 200000. capta

80000. Florus in Livii Epitome lib. LXVIII. ad Aquas Sextias in Gallia: Cimbri autem sequente anno, hoc est, quinto Marii consulatu. Qu. Catulus jam Procos. ad Athesin a Cimbris victus: sed idem Catulus juncto cum Mario exercitu, Cimbros vicit, cæsis centum quadraginta millibus hominum, captis 60. millibus, inquit Florus. Hic author confundit et annos et populos: ut Florus in sua, non autem in Livii Epitome. Ergo in Livii Epitome res ita habet: Proximo anno secundum Marii consulatum, C. Manlius Cos. et Q. Cæpio Procos. male pugnarunt adversus Cimbros. Florus lib. LXIV. Quarto autem Marii consulatu, Marius duobus prœliis Teutonas ac Ambronas ad Aquas Sextias in Gallia vicit. Cæsa 200000. capta 90000. Quinto autem consulatu Qu. Catulus Procos. ad fauces Alpium juxta Athesim in fugam a Cimbris versus: sed Mario conjungens exercitum, ambo Cimbros vicerunt, cæsa 140000. capta 60000. *Glar.*

Cum Cimbris] Potius cum Teutonibus Cimbrorum sociis. *Cell.*

Duobus prœliis] Ad Aquas Sextias. Velleius II. 12. Flor. III. 3. 7. Prœlium autem geminum fuisse ad Aquas Sextias, tradit Epitome Livii LXVIII. *Cell.*

CC. *millia hostium cecidit*, LXXX. *millia cepit*] Nescio, unde Fabri Filia in sua Ed. ejecerit LXXX. *millia cepit*: nam ceteræ ad unam cum Codd. Mss. conspirant. Eadem quoque agnoscit Oros. V. 16. ubi consule Fabricium, Delrium, et Drakenb. ad Livii Epit. LXVIII. *Verheyk.*

LXXX. *millia*] Nonaginta est in Floro. *Glar.*

Ducem eorum] Hunc ad Aquas Sextias captum, ait libro III. Florus. *Glar.*

Ducem eorum Teutobodum] Vetus liber, *Teutomodum*. L. Anneus Florus lib. III. *Teutochum* habet. *Vinet.* At ibi Codd. quoque variant; ubi Cl. Dukerus notat, Freinsh. in supplem. ad Livii Epit. LXVIII. scribere, muneris potius, quam hominis nomen esse, nec quidquam aliud, quam Teutonorum Imperatorem significare. Τευτόβολον vocat Pæanius, sed *Teutobodum* etiam Oros. V. 16. qui male eum occisum refert, quum Florus d. l. rectius eum in saltu comprehensum insigne spectaculum triumphi fuisse narrat. *Verheyk.*

Absens quinto est Cos. factus] Anno 668. Velleius Paterculus: Quinto consulatu circa Alpes in campis quibus nomen erat Raudis, ipse Marius Cos. et Procos. Q. Luctatius Catulus, fortunatissimo decertavere prœlio: cæsa aut capta amplius c. millibus hominum. Hac victoria videtur meruisse Marius, ne ejus nati Respublicam pœniteret. *Glar.*

Quinto] Male hæc vox e Codd. quibusdam exulat. Epit. Livii LXVIII. 'Marius absens quintum consul creatus est.' Agnoscit etiam Pæanius. *Verheyk.*

CAP. 2. *Cimbri et Teutones*] Eadem de more e Nostro hausit Orosius V. 16. Florus III. 3. Teutonos jam funditus sublatos refert. Epit. Livii LXVIII. etiam rectius docet, Teutonis et Ambronibus duobus prœliis deletis, hanc pugnam cum solis Cimbris fuisse, qui ante a Teutonis in Italiam decesserant: et sic adversus Cimbros nunc solos dimicatum testatur Plut. in Mario. *Verheyk.*

Transierunt] Per Athesinam vallem. *Glar.*

Iterum dimicatum est] Citra Alpes in campis Raudiis. Vell. Pat. II. 12. Flor. III. 3. 12. *Cell.*

Sed a Catuli parte fœlicius] Florus in sua epitome ait, per Tridentina juga in Italiam provolutos, seu haud dubie per Athesinam vallem: et depulso Catulo, postea descendisse in Venetorum terram, atque ibi in Claudio (ut ipse) aut Raudi (ut Velleius) campo cum Mario certasse: sed victos ingenti pugna. *Glar.*

CXL. *millia*... LX. *millia* c.] Idem habent Epit. Livii LXVIII. et Oros. V. 17. At Plut. in Mario p. 421. plus LX. millia capta, bis totidem cæsa tradit. Adi Salmas. ad Flor. III. 3. qui scriptores inter se discrepantes optime conciliat. *Verheyk.*

LX. *millia capta*] Alii XL. pro LX. *Glar.*

Trecenti] Sic est in vetere codice. *Glar.* Ter mille edidit Merula Schonhovium secutus, qui, quamquam *trecenti* in textu servavit, in margine notavit: *Alias III. id est, ter mille: quod est verisimilius.* Præter tamen Cod. Lugd. prim. qui *tria millia* exhibet, ceteri nihil variant. Pæanius etiam Τριακοσίων μόνον ἐκ Ῥωμαϊκοῦ πεσόντων στρατοῦ. Vide Comm. ad Flor. l. III. c. 3. 14. *Verheyk.*

Ex his exerc. Marii] Mirum, quo autore hæc scribat. *Glar.*

Belli finis] Cum Cimbris ac Gallis. *Glar.*

CAP. 3. *Sex. Julio Cæsare, L. Marcio Coss.*] M. Livius Drusus, vir melior quam fortunatior, Tribunus plebis, Senatui priscum restituere decus cupiens, ut judicia ab equitib. ad Senatum referret, et majoribus viribus causam susceptam tueretur, Italicos populos spe civitatis sollicitavit: cum autem morte illius sociis promissa civitas dari non posset, irati Italici a Romanis defecerant, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites. Quarto anno finitum est, magnis utrinque cædibus, Romanis tamen victoribus: quorum præcipui duces fuere, Cn. Pompeius Magni Pompeii parens, L. Sylla, C. Marius, Q. Metellus, Numidici filius, Pius cognomine, ut Velleius enumerat. Florus multos præterea alios commemorat. *Glar.*

Sexcentesimo quinquagesimo nono] Ita Paulus Orosius libro quinto, et antiquus liber: alii *nono* non habebant. Desiderabunt tamen hic et sic quoque annos quatuor, nostrorum Chronologorum rationes. *Vinet.* An. 663. licet al. DCL. al. DCLXI. legatur. Duobus autem annis differt a nostra supputatione: sed errat. *Glar.* Glareanus Varronianam æram, sed Anna F. Fast. Capitol. sequitur. Priori calculo conveniunt Fast. Consul. Sequenti anno Coss. fuerunt L. Julius Cæsar et P. Rutilius Lupus: unde deceptus Appianus Sextum J. Cæs. et Rutil. junxit, quem inde erroris arguit Delrius ad Epit. Livii l. LXXIII. ubi vide sis. Duos hos annos confundit etiam Eutropius, ut patet ex iis, quæ de Publio Rutilio refert, qui sequenti anno cæsus est. *Verheyk.*

Gravissimum bellum] Quod *Marsicum* de Marsis auctoribus, etiam *Sociale* et *Latinum* vocatur. *Cell.*

Picentes] 'Italici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, initio belli a Picentibus moto.' Ita Epit. Liv. LXXII. (ubi vide qua ratione dici possit 'movere bellum.') Adde Appian. B. C. p. 634. Male Flor. III. 18. ait, omne Latium et Etruriam omnem, atque Campaniam contra Romanos consurrexisse: hi enim populi a Romanis non tantum non desciverant, sed contra auxilia Romanis miserunt. Consule ibi V. D. 'Auxilia Latini nominis externarumque gentium missa Populo Romano.' Epit. Livii d. *Verheyk.*

Libertatem æquam] Id est, civitatis Rom. Jus. *Glar.*

Perniciosum admodum hoc bellum fuit] Florus Livii Epitome lib. LXXIII. 'Qu. Servilius Procos. in oppido Asculo, cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est.' Idem lib. LXXIII. 'Q. Cepio legatus Rutilii, cum obsessus prospere in hostes irrupisset, et ob eam successum æquatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus, et circumventus insidiis, fuso exercitu cecidit.' Hæc ille. De utro hic loquatur author, non satis claret. *Glar.*

P. Rutilius Cos.] Au. 664. *Glar.*

Occisus est] A Marsis. *Glar.*

Porcius Cato] Cum Cn. Pompeio Strabone Anno 665. meminit Florus l. LXXV. *Glar.*

Duces autem adversus Romanos Picentibus] Velleius l. II. 'Italicorum autem fuernnt celeberrimi duces, Silo Popedius, Herius Asinius, Justeius Cato, C. Pontius Telesinus, Marius Egnatius, Papius Mutilius.' Florus in Livii Epitome tres nominat duntaxat: Marrucinorum, Hirnium Asinium: Samnitum, Marium Egnatium: Marsorum, Silonem Popedium. *Glar.*

T. Vettius] Ita omnes, præter veterem, qui *Vetius* solum scribit, primo *t* rejecto. *Vinet.*

T. Vettius, &c.] Ut Codd. Mss. ita typis exarati vetustiores variant, quorum Aldin. uterque et Junt. *Titus Vietius, Hierus Asianus, Titus Legenius, &c.* Schonh. et Mer. *T. Vietius, Hierus Asinus, T. Legennius, &c. T.* tamen *Vettius* recte scribi, vel e Pæanio, cui est Τίτος Βέττιος, vel ex iis, quæ V. D. ad Vellei. II. 16. adnotarunt, opinor. Quod enim *P. Vettius* a Cicerone Phil. XII. 11. et *C. Vettius* Marsorum Prætor a Seneca l. III. c. 23. de Benef. memorantur, cum Vossio ibidem duos a Nostro diversos fuisse crediderim; nam plures Italicos duces, quam quorum hic meminit Eutropius, memorant alii: (quos tamen omnes fere recenset Freinshem. ad Epit. Liv. LXXII. 8.) quin et eorundem diverso modo efferunt nomina. Vid. ad Vellei. d. l. et Appian. B. C. p. 635. et Flor. III. 18. ut, quænam scribendi ratio optima sit, nemo facile dijudicet. Sic et in ceteris. Metaph. Ἴέριος Ἀσίνιος, Τίτος Ἐβήλιος, Αὖλος Κλουέντιος. Appian. d. l. Ἔριος Ἀσίνιος et p. 642. Λεύκιος Κλοδέντιος. *Verheyk.*

Hierus Asinius] Epitome Liviana l. LXXIII. *Hirnium Asinium* vocat. vetus lib. *Hierium Asinium*, in impressis quibusdam est *L. Herennius*, pro illo *Titus Legennius*, quod alii habent. *Vinet.* *Herius* Velleio, *Hirnius* Floro. *Glar.* In Epitom. Liv. pro *Hierius Asin.* scribitur *Herius Asin.* recte ut putat ornatiss. fœmina Anna Daceria. *Hearn.*

A. Cluentinus] Hic non est in Floro. *Glar.*

Et a Cneo Pompeio] Strabone, Cn. Magni Pomp. patre. *Glar.*

A L. Cornelio Sylla] Anno 660. *Glar.*

Qui inter alia acta egregia] Florus l. LXXV. L. Cornelius Sylla legatus, Samnites prælio vicit, et bina castra eorum expugnavit. In eodem paulo post: L. Sylla Hirpinos domuit, Samnites multis prælliis fudit, aliquot populos recepit, quantisque Romanorum quisquam ante consulatum rebus gestis ad petitionem consulatus Romam est profectus. *Glar.*

Inter alia egregia] Optime sic ediderunt cl. Hovenius et Gruner. fide Codd. Leid. 1. 2. 3. Fuld. et Ed. Cellarii, quibus accedit Ms. L. B. 5. Merula *inter alia facta egregie* dedit, qua nescio auctoritate. Vide quæ hic notat Cl. Grun. neque Nostro insuitata locutio. Infra, 'Cum antea in eodem bello ipse multa strenue... egisset:' uti pro *gessisset* fid. Codd. Leid. 1. et 3. restitui. 'Multa egregia fecerat' L. VII. c. 13. 'multa strenue fecit' L. IX. c. 8. *Verheyk.*

Quadriennio, cum gravi calamitate] Triennio potius.

In eo bello ceciderunt,
Qu. Servilius Procos. in Asculo.
L. Posthumius Prætor, Nolæ.
P. Rutilius Lupus, a Marsis.
Qu. Cepio, Rutilii legatus.
A. Posthumius Albinus legatus.
Sulpitius legatus, classis dux.
L. Porcius Cato Cos. a Marsis.
A. Gabinius legatus, a Lucanis.
Glar.

Quinto demum] Quarto. *Glar.*

CAP. 4. *Anno urbis conditæ* DCLXXI.]

Et hic scio desiderabunt aliquot annos nostri Chronologi, quemadmodum et in sequentibus annorum urbis rationibus: quamvis eundem numerum habeat Orosius lib. v. *Vinet.* Male erat scriptum DCLXII. Anno enim 666. Sylla cum Qu. Pompeio Cos. fuit, atque eo anno in Asiam proficiscens, revocatus est Sulpitiana seditione, quæ in locum Syllæ voluit Marium mitti contra Mithridatem, non L. Syllam: nec tamen id primum bellum civile fuit, quando anno 621. sub Tiberio sanguis effusus est. At id non fuit aperta acie factum, ut nunc: sed inter togatos, non armatos. *Glar.* Glareanus, ut ubique, Varronianam, alii, ut doctissima Fœmina aliam æram sequuntur. Vid. Sigon. in Fast. et Fabr. ad Oros. v. 19. qui male eamdem ac Noster sequitur computationem. *Verheyk.*

Primum Romæ] Quod armata manu ac instructis aciebus utrinque est gestum. *Glar.*

Sexies] Deest *C. Marius;* et ita habet vetus codex: *C. Marius sexies, &c.* Glar.

Nam cum Sylla Cos. contra Mithridatem] Hujus belli causa satis luculenter hic enarratur. Cæterum bellum civile hoc, tribus velut malis sideribus, ut est apud Florum, agitatum est: 'Primo, et levi et modico tumultu, majore quam bello, intra ipsos armorum duces subsistente sævitia. Secundo atrocius et cruentius, per totius viscera Senatus grassante victoria. Ultimam non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum est, cum armorum furor totius Italiæ viribus niteretur, eo usque odiis sævientibus, donec deessent qui occiderentur.' Hæc Florus lib. III. Hos tres tumultus ad finem usque hujus libri tractabit author. *Glar.*

Sylla Cos.] Anno 666. *Glar.*

In Campania] Ad Nolam. *Glar.*

Divimus] Paulo ante. *Glar.*

Marius affectavit] Jam LXX. annos natus, ut inquit Velleius. *Glar.*

Mithridaticum] Adversus Mithridatem, regem Ponti potentissimum. *Glar.*

Quare Sylla commotus] Primum sidus ac tumultuosa procella, qua Respublica Romana afflicta est, sæviit tantum inter seditionis principes. Sylla enim a Sulpitio ac Mario injuria affectus, reduci exercitu a Nola Romam properat, ac cum iis in urbe ipsa depugnat, eosque expulit. P. Sulpitius in villula latitans, a servo proditus ac detractus, occisus est. Marius filius in Africam evasit. Pater jam LXX. annos natus, nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto, circa paludem Maricæ in carcerem conjectus, et immisso Germano speculatore, ut Velleius Paterculus ait, aut Gallo, ut Florus, qui eum occideret, ille majestate viri deterritus, recessit: atque ita Marius evasit in Africam fortunæ beneficio ad alteram procellam servatus. Vide Florum in Livii Epitome lib. LXXVII. et lib. III. in sua Epitome. *Glar.*

Quare] Lego *qua re* duobus verbis. *Heumann.* Recte: confirmat e Codd. Nostris 5. *Verh.*

Cum exercitu] Quem ductorus in Asiam erat. *Glar.*

Ad Urbem] Pro *in urbem* hic positum ex Plinii L. II. Epist. 2. recte monet Cl. Gruner. Et ita cepit quoque Glareanus *illic, in ipsa urbe* interpretatus. 'Sylla enim geminum agmen Esquilina Collinaque porta infuderat:' ut ait Florus III. 21. Eumque, quæ hic persequitur auctor, in ipsa urbe gessisse, satis liquet e Plut. in Sylla, et Appiano in B. C. Epit. Liv. LXXVII. 'Sulla consul cum exercitu in urbem venit, et adversus factionem Sulpicii et Marii [in ipsa urbe] pugnavit:' ut merito hic Doctiss. Fœmina a Grunero vapulet, quæ hæc *quia urbem* accidisse sibi flagens se-

quentia mendo laborare existimarit, quæ cum Metaphrastæ interpretatione conlata omnino sana sunt. *Verh.*

Illic] In ipsa urbe, ut inquit Florus. *Glar.*

Primus urbem Romam ingressus est] Daceria conjicit legend. *Primus civis urbem Romam armatus ingressus est.* Hearn.

Futuro anno] 667. *Glar.*

Cap. 5. *Mithridates enim, qui Ponti rex erat*] Strabo lib. XII. ait ita: In Pontum itaque Euxinum a Propontide navigantibus, a læva jacentia Ponti sinistra vocantur; dextris vero, ubi Bithyni, Paphlagones, ac Cappadoces, ea omnia Euxini dextra nominatur ad Colchidem usque: Mithridatem vero ab Heraclea, quæ in Bithynia maritima est urbs, totam litoralem oram possedisse, Colchidem usque, constat. Unde patet, non satis vere Florum in sua Epitome hujus regis descripsisse regionem. Justinus lib. XXXVII. de hoc rege hæc habet: Cujus postea magnitudo fuit, ut non sui tantum temporis, verum etiam superioris ætatis omnes reges majestate superarit, bellaque cum Romanis per XLVI. annos varia victoria gesserit, quem summi imperatores Sylla, Lucullus, cæterique, in summa Cn. Pompeius ita vicerunt, ut major clariorque resurgeret, in restaurando prælio, damnisque suis terribilior redderetur. Denique ad postremum, non vi hostili victus, sed voluntaria morte in avito regno, senex hærede filio, decessit. *Glar.*

Totum Ponticum mare] Hoc est multum, ac vix credendum. *Glar.*

Cum Bosporo] Cimmerio. Hujus enim accolas ad regnum Mithridaticum pertinuisse, et a Machare, Mithridatis filio, rectos esse, ex Appiani Mithrid. fol. 153. et 159. constat. *Cell.*

Nicomedem] Juniorem, Prusiæ nepotem, qui regnum postea testamento Romanis reliquit. *Cell.*

Bithynia voluit expellere] Hoc factum anno 663. *Glar.*

Mandavit] Per legatos indicavit. *Glar.*

A senatu responsum est] De hoc Mithridatis responso nonnihil Justinus lib. XXXVII. ad finem; sed miscet ibidem Diomedis negotia cum Mithridatis: quod alii non faciunt. *Glar.*

Responsum est....quod et ipse pateretur] Recte Doctissima Femina hanc locutionem optimis etiam scriptoribus in usu esse monet. Cel. quidem Gruner. non accurate satis dictum putat, pro *ipsum q. Romanis bellum pasurum*; et contra eos, qui talia defendere audent, Joh. Matth. Gesner. laudat in Novo Ling. et Erud. Rom. Thes. Tom. IV. p. 56. Quocum faciunt Sanct. in Minerv. III. 14. Joh. Fr. Gronov. ad Plaut. Asin. I. 1. 37. verum contra *dico quod, scio quod, respondeo quod* a barbarie defendunt Manut. ad Cic. Fam. l. VII. Ep. 28. Henricus Stephanus et Vorstius de Latin. falso suspecta. Voss. de Construct. Scioppius in Auctuar. Mariangeli Ep. 6. quos laudat Cel. Periz. Eorumque sententiam exemplis quamplurimis ex optimis quibusvis auctoribus egregie adstruit, cui calculum adjecit Cl. Dukerus de Latin. Juriscons. p. 352. a Drakenb. ad Liv. III. 32. laudatus. *Verh.*

Quare iratus Cappadociam statim occupavit] Florus in Livii Epitome ait, primum Ariobarzanem Cappadociæ, Nicomedem Bithyniæ reges, e regnis a Mithridate pulsos, mox Phrygiam provinciam jam populi Romani invasisse, ac Asiam occupasse, duos Romanos duces in vincula conjecisse; jussuque ejus, quidquid civium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum. Hæc Florus tribus libris, LXXVI, ac duobus proximis. *Glar.*

Cappadociam] Regionem ad Pontum Euxinum. *Glar.*

Pylæmene et Nicomede] Justinus lib. XXXVII. ad finem ait, Nicomedem, Bithyniæ regem, cum Paphlagoniam

una cum Mithridate invasisset, ac Romani per legatos juberent, gentem eam restitui in pristinum statum; respondisse legatis, justo regi se redditurum eam, atque ita filium suum mutato nomine Pylæmenem Paphlagonum regem nomine appellasse: et quasi stirpi regiæ reddidisset, regnum falso nomine tenuisse. Sic ludibrio legatos habitos Romam rediisse. *Glar.*

Ephesum] Ioniæ urbem primam. Strab. libro XIV. *Glar.*

Inde Ephesum] Edd. Schonhovii et Mernlæ *Inde ad Ephesum*. Quod, si per Codd. Mss. licuisset, non sprevissem: nominibus enim urbium propriis præpositionem aliquando jungi, post multos viros D. supra ostendi. *Verh.*

Literas misit] Vide Ciceronem pro lege Man. cap. 8. Vellei. Paterc. II. 18. 1. et fusius hanc calamitatem describentem Appianum f. 122. seq. *Cell.*

CAP. 6. *Interea etiam Athenæ*] Meminit Florus lib. LXXVI. et LXXXI. et Velleius in II. de Archelao et Athenarum obsidione. Velleius Athenas excusare nititur, et miseram eorum fortunam deplorat. Rhodii oppugnati, sed non expugnati, fidem erga Romanos servarunt. *Glar.*

Ab Aristone Atheniensi] Epicureo Philosopho qui ἐτυράννησε τῆς πατρίδος, Appian. f. 124. *Cell.* Ἀρίστων quoque Pæanio. Sed Dioni in Fragm. Ursin. XXXIV. 158. Pausaniæ I. 20. Plut. in Syll. p. 458. Appian. B. Mith. 180. Ἀριστίων scribitur. *Verh.*

Sylla Archelaum] Velleius Paterculus ait, Syllam circa urbem ac Piræeum portum, Bœotiam ac Macedoniam, plus CC. millia hominum occidisse. *Glar.*

Piræum] Atheniensem portum. *Glar.* Stilo Eutropiani seculi, pro *in Piræeo*. Archelaus enim Piræei muris inclusus fuit. Appian. f. 125. Est autem *Piræeus* portus Atheniensium munitus. *Cell.* *Apud* pro *in*. Ita Gennadius lib. de script. cap. 61. 'apud Massiliam:' cap. 71. 'apud Antiochiam;' cap. 50. 'apud Regium.' Augustinus lib. VI. Confess. cap. 9. 'apud Carthaginem.' Tamen et Cicero ad Famil. XVI. 8. 'Nos apud Alyziam, ex quo loco ad te literas ante dederamus, unum diem commorati sumus.' *Heuman.*

Ipsamque urbem cepit] Vetus habet, *ipsas Athenas cepit*. Glar. Athenas, extremam famem perpessas, cepit, et Aristonem supplicio affecit. Appian. *Cell.*

Prælio contra Archelaum] Ad Chæroneam. In Bœotiam enim mari aufugerat e Piræeo. Appian. *Cell.*

Syllæ exercitu] Hoc vix est credibile. *Glar.*

XIV. *tantum homines interficerentur*] Sylla ipse, Plutarcho authore, scriptum reliquit, sub ejus diei, quo pugnatum est, vesperam, duos etiam advenisse ex quatuordecim qui primum desiderati fuerant. *Vinet.* Plutarchi locus est in Sylla p. 464. τρεῖς καὶ δέκα Pæanio. XV. e suo Eutropio mavult Fabric. ad Oros. VI. 2. eumque numerum habet Appian. B. M. 199. sed quamquam Pæanii lectionem confirmant e Codd. nostri aliquot, quia plures, et Edd. vetustæ omnes vulgatam tuentur, cum Cl. Gronovio XIII. reponente facere non ausim, propterea quod Syllæ testimonium adversatur. *Verh.*

LXX. *millia*] Hanc numerum servant Pæanius et Oros. VI. 2. Ibi tamen LXXX. mavult Cl. Perizon: quod verum esse, ex Appiano et Plutarcho, qui ὀκτὼ μυριάδας a Mithridate cum Dorylao ad Archelaum missas scribunt, ostendit Fabric. *Verh.*

Iterum commisit] Prœlium, nempe ad Orchomenum, Bœotiæ urbem. Primo die cecidit Diogenes: sequenti castra hostium expugnata, et Archelaus in fugam et paludes compulsus, unde navicula Chalcidem trajecit. Appian. Mithr. De *committendi* verbo,

simpliciter posito, vide supra IV. 9. *Cellar.*

Primo prælio XX. *millia hostium*] De his duobus prœliis meminit Flor. libro LXXXII. ac priore quidem prœlio c. millia cæsa, altero totum Archelai exercitum fugatum ac deletum scribit, Archelaum cum regia classe se tradidisse. *Glar.*

Viginti millia] Recte Cl. Grunerus XV. e Codd. L. LC. B. M. F. G. L. Bat. 1. et Pæanio reposuit. 2. et 3. confirmant, quod Havercampo non visum est. E suo etiam Eutropio Ms. ad Orosium VI. 2. restituit Fabr. *Ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ πενταχισχιλίους* quoque Appian. B. M. 203. *Verh.*

Hac re audita, Mithridates cum Sylla] Velleius Paterculus ita habet, II. 23. Transgressus deinde in Asiam Sylla, parentem ante omnem supplicemque Mithridatem invenit: quem multa cum pecunia ac parte navium, Asia omnibusque aliis provinciis, quas armis occupaverat, decedere coëgit, captivos recepit, in profugos noxiosque animadvertit, paternis, id est Ponticis, finibus contentum esse jussit. *Glar.*

Cum Sylla de pace agere cœpit] Vetus liber, *jussit de pace cum Sylla agi.* Vinet.

Mithridates cum Sylla de pace agere cœpit] Hanc lectionem, etsi in omnibus fere Edd. servatam fide Codd. S. N. B. L. G. F. et Lugd. Bat. 1. 3. 5. nisi quod in 1. *missus* pro *jussit* reperiatur, et veteris Vineti, contempsi. Jusserat enim Mithridates Archelaum cum Sylla de pace agere, ut melius Oros. VI. 2. 'Perturbatus Mithridates, per Archelaum ducem suum cum Sylla de pace pepigit:' et Appian. B. M. 206. egregie testatur, Mithridatem Archelao scripsisse, ut pacem faceret quam honestissimis posset conditionibus. *Verh.*

CAP. 7. *Interim eo tempore*] Flor. libro LXXXI. 'Sylla multis prœliis Thracas cecidit.' *Glar.*

Dardanos] Mysiæ superioris populos. *Glar.*

Scordiscos] Ad Adriaticum mare. *Glar.*

Mœsos] *Mysos* al. *Glar.*

Mœsos] Hæc vox Metaphrasi excidit. *Mœdos* vel *Medos* ad Jul. Obseq. c. 108. præfert Cel. Oudendorp. Quem consule. Ab hac lectione non multum recedit Cod. Leid. 1. *Metos.* Verh.

Venissent] Ad Syllam. *Glar.*

Pax inter eos ordinata est] Florus libro LXXXIII. Sylla cum in Asiam trajecisset, pacem cum Mithridate fecit, ita ut his cederet provinciis, Asia, Bithynia, Cappadocia. *Glar.* Ut Mithridates cederet Asia, Bithynia, Cappadocia. Epit. Livii LXXXIII. *Cell.*

Nam dum Sylla] Anno 667. Alterum sidus, quod male tractavit urbem, quando nobilitas cæsa est a Marianis. *Glar.*

In Achaia] Græcia. *Glar.* Recte quidem Glareanus. Mox enim 'Universus reliquus senatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Græciam venit.' Sed eodem modo supra c. 6. scripsit 'Athenæ civitas Achaiæ.' Ubi vid. Doct. Fem. *Verh.*

Fugatus] A Sylla. *Glar.* Sed nunc ex Africa redux. *Cell.*

Cornelius Cinna] Cos. anno 667. Florus l. LXXIX. L. Cornelius Cinna Cos. cum Cn. Octavio, proximo post primum Syllæ consulatum anno, cum perniciosas leges absente Sylla per vim ferret, pulsus urbe a Cn. Octavio collega, cum Sertorio Tribuno pleb. imperioque ei derogato, corruptum App. Claudii exercitum in potestatem suam redegit, et bellum urbi intulit, accersito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa: qui tempestive opprimi potuisset, ni obstitisset Cn. Pompeii Strab. fraus, et Octavii segnities. Cinna igitur et Marius quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio et Cn. Carboni dati, urbem

circumsederunt, ac multa mala perpetrarunt. Porro cum nulla resistendi spes esset optimatibus, propter segnitiem et perfidiam et ducum et militum, Cinna et Marius in urbem recepti sunt, qui velut captam eam cædibus et rapinis vastarunt, Cn. Octavio Cos. occiso, et omnibus adversæ partis nobilibus trucidatis: inter quos M. Antonio, eloquentissimo viro, et C. Cæsare; quorum capita in rostris posita. In annum sequentem Marius VII. se Cos. cum Cinna fecit: sed mox inito magistratu, Idibus Januariis mortuus est. *Glar.* Etiam Carbo et Sertorius. Appianus I. Civil. f. 188. ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος ἐς τρία διαιρεθέντες, Κίννας μὲν καὶ Κάρβων σὺν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀντικρὺ, Σερτώριος ὑπὲρ τὴν πόλιν ἴσως, καὶ Μάριος πρὸς τῇ θαλάσσῃ, &c. *Cell.*

Multos proscripserunt] Improprie: Μάριος μὲν γὰρ ἐκόλαζεν, οὐς εὗρεν Σύλλας δὲ, ὑπὸ μισθοῖς τε μεγάλοις καὶ κολάσεσι τῶν ἐπικρυφθέντων δμοίως, τὸν ἐντυχόντα κτείνειν προέγραφε: *Marius supplicio affecit, quos invenit: Sylla etiam non inventos proscripsit, interfectores præmiis invitans, occultantes constitutis pœnis deterrens.* Appian. initio 4. Civil. Et Velleius II. 28. 'Primus Sylla exemplum proscriptionis invenit.' *Cell.*

Ille in Italiam trajecit] An. 671. Florus l. III. 'Scipione Norbanoque Coss. tertius ille turbo civilis insaniæ toto furore intonuit.' Hæc illę. Nam Sylla ex Asia in Italiam trajecto exercitu, Norbanum primum apud Capuam fudit, sub amne Vulturno. Scipionis copiæ ad Syllam defecere. Cn. Pompeius, Cn. filius, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Syllam venerat, ad quem se omnis nobilitas conferebat. Quintus annus erat a septimo Marii consulatu, quo regnarunt per triennium Cinna et Carbo. et tertio Carbonis consulatu, C. Marius, Marii filius, simul Cos. factus: desperatis rebus nondum Sylla profecto Romam, Senatum contraxerunt, ac eum jugularunt, multa nobilium cæde adjecta. *Glar.*

Et primo] Sic e Codd. Leid. 1. 3. 4. 5. atque omnibus vetust. Edd. reposui. *Verh.*

VII.] Antea legebatur VI.: ἓξ etiam Pœanio. Sed eum in numero sæpe peccasse aliquoties ostendimus. VII. habet Cod. optimæ notæ, Edd. Schonhovii et Merulæ: atque ita Plut. et Oros. v. 20. qui Nostrum de more describens *septem millia* interfecta fuisse tradit. *Verh.*

CAP. 8. *Mutati Coss.*] Anno 672. novi Coss. facti. *Glar.*

Sylla contra Marium juniorem dimicavit] Sylla C. Marium, Caii filium, exercitu ejus fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Prænestæ obsedit, urbem Romam ex inimicorum manibus recepit, Marium erumpere tentantem repulit, ac tandem ad mortem compulit. Ponitus Telesinus Samnitium dux, ut inquit Velleius, contractis circiter 40. millibus fortissimæ pertinacissimæque retinendis armis juventutis, hoc anno calend. Novemb. ita ad portam Collinam cum Sylla dimicavit, ut ad summum discrimen et eum et Rempub. perduceret. Multa decora hujus ducis addit Velleius, tandem tamen victus est. Tum recuperata ex hostium manu Rep. pulcherrimam victoriam crudelitate (quanta in nullo homine unquam fuit) inquinavit Sylla. octo millia deditorum in villa publica trucidavit, tabulam proscriptionis posuit, urbem et universam Italiam cædibus replevit. Hæc ex Floro l. LXXXVIII. Sequente vero libro, leges latas a Dictatore describit luculenter ac copiose. Proscriptorum 2000. ex eqnitib. et senatoribus mori jussi, ex quorum prima mulcta reductum est sestertium ter millies quingentiesque

850000000. HS.

8750000. coronat. *Glar.*

Juniorem] Filium. *Glar.*

Dimicavit] Ad Sacriportum. *Glar.*

XX.] Pro XV. ut ante legebatur, restitui, tum quod Cod. Ms. Leid. 1. et Ed. Schonhovii præeunt, tum quod se XX. millia interfecisse ipse testatur Sylla apud Plut. p. 470. Oros. v. 20. ad XXV. e Claudio numerum auget: sed vid. Fabr. *Verh.*

CCCC. *de suis*] Plutarchus autor est, ipsum Syllam scripsisse, se in ea pugna ex suis viginti tres tantum milites amisisse. *Vinet.*

CCCC.] Plenior Metaphr. Ἐν δὲ ταύταις πάσαις ταῖς μάχαις, τῇ μὲν πρὸς τοὺς πρωτέρους ὑπάτους, τέσσαρας καὶ εἴκοσι μόνους ἐκ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς ἀπώλεσεν ὁ Σύλλας. τῇ δὲ πρὸς τοὺς ἑτέρους, τεσσαράκοντα. *Verh.*

Præneste persecutus] Καταφεύγουσι γὰρ ἐκεῖσε οἱ νεωτερίσαντες. Strab. l. v. f. 165. Adde supra II. 1. adnotata. *Cell.*

Contra Lamponium] Hunc etiam nominat Florus. *Glar.*

Carinatem] Pontium Telesinum habent Florus et Velleius. *Glar.*

Lamponium et Carinatem] Errant D. F. et Hearne, existimantes, Florum, Victorem, et Plut. *Carinatem* vocasse *Telesinum*. Illi enim et Epit. Livii LXXXVIII. *Carinatem* omittunt, uti hic *Pontium Telesinum* Eutropius. Orosius etiam v. 21. *Telesinum* et *Carrinatem* (uti ex Appiano rectius) memorans, *Lamponium* silentio prætermittit. Et hinc sæpius decepti sunt V. D. quia diversos homines a diversis auctoribus nominari videntes, eos inter se confundi putant: ut supra c. 3. observavimus. Sic duces *Crixus*, *Spartacus*, et *Œnomaus* apud Nostrum infra VI. 7. Appian. et Flor. occurrunt: apud Liv. Ep. XV. *Crixus* et *Spartacus* tantum. Appianus B. C. *M. Lamponium* ex Lucania, *Pontium Telesinum* e Samnio, et *Guttam* Capuanum (quem alios memorare non memini) cum LXXX. millibus ad Marium obsidione liberandum properantes a Sylla, occupatis faucibus, per quas solas erat transitus, exclusos tradit. *Verh.*

LXX.] Consentit Appian. l. d. An vero illa omnia a Sylla cæsa sunt? Flor. III. 21. 24. 'Minus est, quod apud Sacriportum, et apud Collinam portam, septuaginta amplius millia Sylla concidit.' Oros. v. 20. 'Octoginta millia hominum ibi fusa dicuntur.' Verum nimis in numero cæsorum et deditorum discrepant scriptores, quam ut calculos recte quis ponat. Vide comment. ad Vellei. Paterc. Florum, Orosium, alios. *Verh.*

XII. *millia*] IIII. millia deditorum inermium civium in via publica interfici jussit. *Glar.*

Consumpti sunt] Utrinque prœlio ceciderunt quinquaginta millia, præter captivos, quos jaculatoribus Sylla objecit conficiendos. Appian. I. Civil. *Cell.*

Cn. quoque Carbo] L. Florus lib. LXXXIX. 'Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a Senatu missus, C. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit.' Valerius Max. v. 3. Pompeii ingratitudinem, et VI. 2. ejusdem crudelitatem in Carbonem reprehendit. Lib. vero IX. c. 13. ejus pusillanimitatem vituperat. *Glar.*

Ab Arimino ad Siciliam] Rectius Appian. B. C. 410. Κάρβωνα δὲ ἐκ Λιβύης ἐς Σικελίαν, μετὰ πολλῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς Κοσσύραν νῆσον ὑποφεύγοντα, πέμψας τινὰς ὁ Πομπήϊος συνέλαβε, &c. Hunc locum etiam citat Sigon. ad Epit. Liv. LXXXIX. 'Qui (Carbo) Cossuram appulerat:' laudatique Oros. v. 21. qui recte: 'A Cossura insula in Ægyptum fugere conantem, in Siciliam ad se tractum ... occidit.' *Verh.*

Annos unum et XX.] Velleius in II. ait, Pompeium tum XXIII. habuisse annos: si codex non errat. *Glar.*

Atque annos] Vocem *atque* e Codd. Bat. quos Havercamp. recensuerat, adjecit Doct. Gruner. et recte. nam

in 5. quoque inveni. Ceterum bene Glarean. monet e Vellei. Pompeium tum XXIII. annos habuisse, quum eum Sylla exercitui præfecit: vid. ad Vellei. Comm. et Pigh. in Annal. ad A. DCLXXII. *Verh.*

Traditis ejus exercitibus] • *Ejus* fide Codd. Mss. Leidd. 1. 3. 4. Edd. Schonh. et Merulæ abjecimus. *Verh.*

Secundus a Sylla] Nostri libri non habent *a* præpositionem. *Vinet.* Pæanius, Græcus interpres, in suo codice habuit *Secundus Sylla.* Et hanc scripturam judico esse veram. Nam et supra Eutropius I. 20. commemoravit, Camillum dictum fuisse *Secundum Romulum.* Heuman. Non contemnenda videtur Cl. Heumanni conjectura. *Sulla* igitur Pompeius, ut Hephæstion Alexander. ' Non errasti [verba Alexandri sunt ad matrem Darii apud Curtium III. 12.] nam et hic Alexander est.' Hinc *Sullanus dux* Cæsari dicitur apud Lucanum VII. 307. ' Cum Duce Sullano gerimus civilia bella.' Cui Pompeio videlicet tot Sullæ inerant, quot Marios ipsi Cæsari inesse olim Sulla dixerat ap. Sueton. in Cæsare, in primo. *Secundus a Sulla* tamen ita explicari potest: Dictatorem se fecit Sulla; at olim Dictatores sibi potestate proximos habebant Magistros Equitum. Itaque Pompeius illi quasi Magister Equitum in rapto isto honore dicitur. Pro *præfecerat*, melius legas *effecerat*. Hav.

Præfecerat, ut secundus a Sylla haberetur] Cum Viris D. non facile locum sollicitarem. Mens Eutropii non est, Pompeium pari potestate, ac Syllam, gavisum fuisse, ut alter Sylla dici posset, sed eum ad Syllæ potestatem proxime accessisse; (quemadmodum Magister Equit. ut eodem exemplo utar, licet Sylla tum nondum Dictator esset, Dictatore minor esse solebat antiquitus.) Quo sensu apud Hirt. B. Al. c. 66. ' Ut sacerdos ejus Deæ [Bellonæ] majestate, imperio, potentia secundus a rege...habeatur.' Neque *effecerat* pro *præfecerat* probo. Eutropii verba simpliciora sunt, quam ut sensum immutaremus. Sylla Pompeium exercitibus suis præfecerat, tanto imperio instructum, ut tanquam Magister Equit. a se Dictatore secundus esset. Meliora sagacior me doceat. *Verh.*

CAP. 9. *Carbone*] Ter Cos. *Glar.*

Transgressus inde ad Africam] Florus I. LXXXIX. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum, et Hiarbam regem Numidarum, bellum molientes, victos interfecit, et IV. et XX. annos adhuc eques Romanus, quod quidem nemini contigerat, ex Africa triumphavit. *Glar.*

Hiarbam] Vetus liber *Hierdam.* Vinet. Plutarchus in Pompeio vocat Ἴάρβαν τὸν συμμαχήσαντα Δομιτίῳ: Epitome Livii LXXXIX. ' Hierbam regem Numidarum.' Adde in variis lectionibus notata. *Cell.* Florus *Hieram.* Glar.

Hiarbam] Ἴάρβαν Pæanio. Unde Hierbam Cellarius forte edidit. Sed variat ubique scribendi ratio apud scriptores, inprimis Codd. Mss. Vid. Sigon. et Drakenb. ad Liv. Epit. LXXXIX. ad Justin. XVIII. 6. Bernecc. qui *Hiarbam* rectius scribi contendit, (ut monet Drakenb. d. l.) et Fabric. ad Oros. V. 21. *Verheyk.*

Regem Mauritaniæ] Potius Numidiæ partis, ut modo ex Livio traditum. Solenne Latinis Numidas Mauritanos appellare: ut vel de Juba constat ex altero civili bello. *Cell.*

Post hæc Sylla de Mithridate] L. Sylla Dictator factus centesimo vicesimo anno, postquam nemo fuit Dictator ab Hannibalis ex Italia discessu, ut Velleius inquit libro II. Et quod nemo unquam fecerit, cum fascibus XXIV. processit, et Rep. ordinata, Dictatura deposita decessit. *Glar.*

Quod nulli Romanorum] Auctor autem de viris Illustribus viginti sex

annis natum Pompeium triumphasse scribit; quæ forsan differentia ex numeris perperam notatis provenit. *Hearn.*

Quartum et vigesimum] Sic habent nostri omnes libri, una cum Liviana Epitome: in quibusdam tamen authoribus vigintiquinque, in aliis 26. ann. natus Pompeius triumphasse primum legitur. *Vinet.*

Tracta] *Tractata*, quod edidit Doct. Femina, quum in Codd. Mss. Leidd. 1. 2. reperiatur, non spernendum judico. *Tractare* enim *bella* apud optimos scriptores inveniri, quamplurimis notat Cel. Drakenb. ad Liv. VII. 32. Sed quia Eutropius velle mihi videtur, utrumque bellum tot annos durasse, nihil muto. *Verheyk.*

CL.] Numerus hic justo minor. DL. ut est in Codd. Mss. Leid. 3. proxime accederet sententiæ Lipsii ad Vellei. II. 15. D. *millia* emendantis. Vossius quoque ibidem locum Julii Obsequentis c. 118. castigare conatur, pro *centena millia* reponens *quingenta* m. Sed hoc audacius videtur. Crediderim potius, Obsequentem certum pro incerto numero posuisse, non satis conscius, quot fuerint *centena millia*. by hondert duijsenden. Velleius autem eorum numerum, qui in sociali bello cæsi fuerunt, tantum refert: quibus si reliquos ab Eutropio memoratos, et C. *millia*, quos in civili bello cecidisse Diodorus Siculus (quem ad Obsequentem laudat Cl. Oudendorp.) ait, addamus, plus CD. millia habemus. *Verheyk.*

Senatores fere CC.] Vetus liber ponit solum *ducentos*, omnibus suis literis, et non notis designato numero. *Vinet.*

LIBER VI.

HIC liber continet historiam 34. annorum, ab an. U. C. 676. usque ad annum 710. quo anno occisus est Julius Cæsar in Senatu. *Glarius.*

CAP. 1. *Cum Sylla rempublicam composuisset*] Sylla decessit anno 675. post cujus mortem multæ belli reliquiæ manebant: 'Nam bellum Sertorianum, quid aliud quam Syllanæ proscriptionis hæreditas fuit?' inquit Florus lib. III. Ipse Sertorius ad Fortunatas usque insulas penetravit: tandem Hispaniam armavit; ubi vir cum viris facile convenit: cui resistere uno Imperatore res Romana non potuit: additus Metello Numidici filio Cn. Pompeius. Hi copias viri diu ancipiti semper acie attrivere. Nec tamen prius bello, quam suorum scelere et insidiis extinctus, octavo ducatus sui anno, inquit Florus lib. XCVI. periit. *Glar.*

In Pamphilia] Legend. *Aliud in Macedonia, tertium in Pamphilia ac Cilicia, quartum in Dalmatia*, atque ita prosequitur. *Glar.*

Fortunam] Casum similem. *Glar.*

Interempti] A Sylla cæsi. *Glar.*

Q. Cæcilius Metellus] Anno 674. Florus lib. XC. ait: 'L. Manlius Procons. et M. Antonius legatus ab Herculio Quæstore prælio victi sunt.' Item libro XCI. ita ait: 'Q. Metellus

Procons. L. Herculium Quæstorem Sertorii, omni cum exercitu cecidit.' Hic loco L. Manlii est L. Domitius. Meminit L. Manlii Cæsar lib. III. de bello Gallico. *Glar.*

Metellus] Pius cognomine. *Glar.* Pius cognomine, filius Numidici. *Cellar.*

Ejus, qui] Numidici. *Glar.*

L. Domitius] Domitium prætorem fuisse cum imperio proconsulari, unde a Salust. (Fragm. l. II.) proconsul vocatur, recte monet Cl. Duker. ad Epit. Liv. XC. vid. ad Oros. v. 23. *Verheyk.*

A Sertorii duce Herculeio] Epitome Liviana l. XC. et XCI. Orosius libro v. et antiqui libri, ut monuimus in librum tertium L. Annei Flori, hunc pro *Herculeo* seu *Herculeio* scribunt *Hirtuleium*, *i* pro *e* et *t* pro *c*, in prima et secunda syllaba: *Luciumque* ei prænomen facit ea Epitome, Quæstorem appellans, quem Eutropius et Orosius ducem Sertorii dicunt: nisi siquis contendat, alium Quæstorem, ducem alium dictum fuisse, quod non unicus fuerit in Sertorianis bellis Hirtuleius, sed duo minimum, quos fratres Hirtuleios dixerint Plinius, Nepos et Orosius, a Q. Metello Pio in Hispania oppressos. *Vinet. Hirtuleium*, (utut hoc nomen tum in Nostri, tum in aliorum Codd. diverse scriptum) recte exaratum credit Cl. Duker. ad Flor. III. 22. præter quem vide laudatos a Cel. Drakenb. ad Liv. Ep. XC. Pæanius nihil lucis adfert. *Verheyk.*

Contra Sertorium] Vide Flor. lib. XCII. *Glar.*

Ita duobus ducibus] Meminit Florus l. XCIII. quomodo Sertorius Metellum ac Pompeium, a Calagurii obsidione depulsos, coëgerit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam. *Glar.*

Octavo demum anno a suis occisus est] In convivio a Perpenna, ejusdem factionis duce, propter nimiam crudelitatem. Appian. I. Civil. *Cell.*

Octavo demum] Quidam, ut et L. Bat. 1. *octavo decimo*. Sed manifesto errore: nam, ut hic notat Sylburg. Sigonius Sertoriani belli initium ponit anno 673. Sertorii cædem anno 680. *Hav.* Edd. quoque *Aldinæ*, Juntinæ, Schonh. et Mer. *octavo decimo* exhibent. Sed recte hic Sylburgius ex Sigonio errorem detegit. Nam decimo anno hujus belli Hispanias per Cn. Pompeium receptas tradit Epit. Liv. XCVI. quum Sertorius ab Antonino et Perperna in convivio *octavo ducatus sui anno* interfectus esset, eadem teste, et Appiano B. C. p. 695. *Verheyk.*

CAP. 2. *Ad Macedoniam*] Vide hic Gruner.

Ad Macedoniam missus est App. Cl. post Consulatum. Levia, &c.] Doctissimam Feminam decepit locus mala distinctione laborans. Appio Claudio, ut recte observat Cl. Gruner. Macedonia provincia obtigit Consuli: sed post consulatum Dolabellæ proconsulis successor adversus varias gentes varie pugnavit: unde cum Schonhovio, Merula, et quam Glareanus hic laudat, editione locum aliter distinctum recte habere, opinor. *Verheyk.*

Missus est Appius Claudius] Florus l. XCI. ' App. Claudius Procos. Thracas plurimis præliis vicit.' Secundum fuit hoc Macedonicum bellum. *Glar.* et *Cell.*

Post consulatum] Quem gessit anno 675. Hic locus in alio exemplari sic distinguitur: *Ap. Claudius post consulatum levia prælia habuit, &c.* Glar.

Contra varias gentes] Epit. Livii XCI. ' Appius Claudius proconsul Thracas pluribus prœliis vicit.' *Cell.*

Verodopum] Vix hoc nominis apud quemquam classicum reperies. *Glar.*

Rhodopam provinciam] Juga Rhodopes, Thraciæ montis. *Cell.*

Rhodopam] Miror, ubi Metaphr.

etiam Ῥοδόπην servet, Edd. Ald. Junt. et Schonhovii *Veredopam*, Merulæ *Verodopam* exhibere. Depravate etiam hujus provinciæ nomen in Codd. occurrit. Etsi Cod. Leid. 1. emendandi ansam dedit Magno Oudendorp. ad Suet. Vespas. 8. *Rhodopam et Europam:* propterea, ut ibi addit, quod Vespasianus Thraciam in sex provincias, quarum hæ duæ erant, divisit, ut hic per prolepsin Historicis non insitatam loqui videatur Eutropius, sed Pæanio, neque pluribus Codd. hanc conjecturam confirmantibus, nihil temere immutarim. *Verheyk.*

Missus ei successor Cn. Scribonius] Florus l. XCII. Præterea a C. Scribonio Curione Procos. in Thracia res gestas advèrsus Dardanos. Plinius II. 35. *Glar.*

Cneus Scribonius Curio post consulatum] Vetus liber non habet *Curio*, sed pro *Cneus* solum G. quod apud eum Caium significat: ita ille fere appellatur. Pro illo autem, *Post Consulatum*, et hic, et supra, *Appius Claudius post consulatum*, habet Liviana Epitome, *pro Consule.* Vinet.

Is Dardanos] Dardani Mysiæ superioris populi apud Ptolemæum, vicini Dalmatis ac Macedonibus. Idem Florus libro XCV. ' C. Curio Procos. Dardanos in Thracia domuit.' *Glar.* Gentem inter Thraciam et Illyricum. Plinius l. III. cap. ult. Mœsiæ accenset. *Cell.*

CAP. 3. *Ad Ciliciam et Pamphyliam*] Florus l. XCIII. P. Servilius Procos. in Cilicia Isauros domuit, et aliquot urbes piratarum expugnavit. *Glar.*

Tentium] Cilicum ac Pamphylicum. *Glar.*

Missus est P. Servilius] P. Servilii Isaurici meminit Strabo l. XII. et l. XIV. Quanquam l. XII. dicit se eum vidisse: quod de hoc non credo. Sed de eo, qui fuit Cos. cum C. Cæsare, an. 706. Meminit et Florus l. III. de bello Piratico. *Glar.*

P. Servilius ex consule] Sic Orosius l. v. Vetus lib. *ex Consulari;* alii *ex Consularibus*, pro illo, *ex Consule.* At Servilium hunc *pro Consule* appellat Liviana Epitome. *Vinet.*

Ex consule] Ann. 675. fuit Cos. *Glar.* Id est, *pro consule.* Eutropii enim ævo frequenter ita scripserunt *ex præfecto, ex duce, &c.* Vide Ammianum Marcellinum. Ceterum *proconsul* hic Servilius vocatur in Liv. Epit. 93. *Cell. Consularis*, ut Gruneo, quem vide, vel ' qui consulatu perfunctus est,' ut Fabricio placet ad Oros. v. 23. qui eodem usus est verbo, Eutropii (ut observat Cellarius) ævo non quidem insolito, sed nusquam, quod scio, amplius in auctore obvio: unde vereor, ne ex Orosio ab Interpolatore hic insertum sit. Certe Pæanius, quod alias solet, non agnoscit. *Proconsul*, ut Servilius in Livii Epit. et Floro vocatur, vel *pro consule* scribere amat Noster. Vid. cap. seq. et præc. bis: ' post consulatum.' *Verh.*

Ciliciam] Regionem litoralem inter Syriam ac Pamphyliam. *Glar.*

Lyciæ] Regionis litoralis e regione Rhodi. *Glar.*

Phaselidem] De hac Strab. l. XIV. *Glar.*

Corycum Ciliciæ] Non Ciliciæ, sed Lyciæ Coricum, inter Olympum et Phaselidem oppidum expugnasse Servilium, ex Strabonis XIV. docet H. Noris. Cenotaph. Pis. p. 116. *Cellar.* Hæc quum in sua Ed. recte monuit Gruner. Vir Cl. non inepte suspicatur, illud *Ciliciæ* a glossatoris cujusdam manu esse, quia Pæanius non agnoscit. Et, si vera fateor, confundi etiam has urbes ab aliis video. Vid. Flor. III. 6. ibique Comment. ' Phaselin et Olympon evertit, Isauronque ipsum arcem Ciliciæ.' Unde lectio, quæ Grunero suam suspicionem augere videtur, Ed. V. *Ciliciæ*

regem, Isaurosque, &c. aliam mihi suspicionem movet: *in his Phaselidem, Olympum, Corycum, Ciliciæ arcem Isauros quoque, &c.* Sed abstineo. ' P. Servilius proconsul in Cilicia Isauros domuit, et aliquot urbes piratarum expugnavit,' Ep. Liv. XCIII. Ceterum *Olymthum*, ut in Cod. Leid. 1. est, ineadem hac historia ex Mss. maluerunt Lambinus, Manutius, aliique, ad Cic. Act. 1. in Verr. c. 21. Sed recte improbat Gruterus. *Verh.*

Ad deditionem redegit] Phrasin hanc improbant Docti oppido multi, et *ad* vel *in ditionem* (uti hic Heumannus, cujus observatio consuli potest, et a nobis expensa est supra III. 4.) præferunt. Ipse Havercampus, qui, ubicunque in Eutropio hujusmodi locutio occurrit, minime prorsus hæsisse videtur, ad Oros. v. 23. post Fabricium omnibus Edd. et Codd. longe pluribus repugnantibus *in ditionem redegit* prætulit, distinguens, *in deditionem redigere* usurpari, ubi de hoste agitur, *qui deditionem facit. In ditionem*, qui populi Romani *provinciam facit:* quod, si quid video, eodem redit: quum qui populum vel urbem *ad deditionem redigit*, eam se dedere cogit sibi oppugnanti, in suorum ditionem. Hinc alibi *ad deditionem cogere* frequentissimum. unde frustra esse, qui negent *redigere ad deditionem, cogere, venire, in deditionem accipere, &c.* in probatis auctoribus reperiri, exemplis a Viris Doctis congestis probavimus supra. *Verheyk.*

In Isauriam] Vetus liber, *in Tauro iter fecit.* Est autem ad Taurum montem Isauria, Asiæ regio. *Vinet.* Regionem in confinio Pamphyliæ, Ciliciæ, et Cappadociæ. *Glar.*

Isauros] Populum ad Derbam Lycaoniæ, quæ est in maxima parte meridionali Cappadociæ secundum Ptolemaicam descriptionem. Sed postea nomen abolitum est. *Glar.*

Quoque] Libri nostri habent, *que*, pro *quoque*, et *redegit*, pro *coëgit*. Vinet.

Tauro] Monte Asiam dividente. *Cell.*

CAP. 4. *Ad Illyricum*] Dalmaticum. Non temere quicquam de hoc bello apud authores reperias. *Glar.*

Cn. Cosconius] Antiquus liber pro Cneo Caium vocat. Salonas Dion singulari tertiæ Latinæ declinationis flectit, ni sit mendum, recto Σάλωνα. *Vinet.*

Cn. Cosconius] Recte Vineti vetus liber *Cajum* vocat. Et ita ad Oros. v. 23. emendat Fabric. eumdemque facit, cujus mentionem injecit Cic. pro Cluent. c. 35..... ' legionem esse ab eo [Bulbo] sollicitatam in Illyrico C. Cosconii litteris, et multorum testimoniis planum factum est.' Pæanius quoque Γάϊον vocat. *Verh.*

Salonas cepit] Salon, *ωνος* Græce, ut Strabo l. VII. Latine *Salonæ Salonarum*, colonia Romana memoratissima urbs apud omnes in Dalmatia, ut apud Ptolemæum lib. III. tabul. 5. Europæ. *Glar.* Dalmatiæ urbem et navale. Strabo VII. Adde notas ad IX. 16. 8. *Cell.*

CAP. 5. *Iisdem temporibus*] Anno 676. *Glar.*

M. Æmilius Lepidus] Florus l. XC. ' M. Æmilius Lepidus cum acta Syllæ tentaret rescindere, bellum excitavit, et a Q. Catulo collega Italia pulsus est, et in Sardinia frustra bellum molitus periit.' *Glar.*

Bellum civile voluit commovere] Lepidus Cos. acta Syllæ rescindere conatus bellum excitavit, et a Q. Catulo Collega Italia ejectus, in Sicilia periit. Epit. Liv. XC. *Cellar.* Vid. hic Gruner.

Triumpharerunt] *Triumphi fuerunt*, alias. *Glar.*

Metelli] Pii, Numidici filii. *Glar.*

Secundus] Quia etiam ante triumphaverat ex Africa, ut paulo ante est dictum. *Glar.*

Curionis] C. Scribonii. *Glar.*

Ex Macedonia] Ex Dardanis. *Glar.*

Servilii] P. Isaurici. *Glar.*

CAP. 6. DCLXXVI.] Chronologi DCLXXX. *Vinet.* Anno 680. Meminit Florus l. XCII. Idem Florus, ubi de pace inter Syllam ac Mithridatem facta disseruit, hæc addit l. III. Igitur ut extincta parum fideliter incendia, majore flamma reviviscunt: ita ille de integro auctis majorem in modum copiis, tota denique regni mole in Asiam rursus mari, terra, fluminibusque veniebat. Cyzicum nobile oppidum arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ littora lustrat, hanc ille quasi alteram Romam toto invaserat bello. *Glar.*

DCLXXVI.] Recte Vinet. et Glarean. annorum computationem sequuntur. Nostro, ætsi errat, annus addendus videtur e Cap. sequ. et ita est in Cod. Leid. 5. Sed quia reliqui vulgatam lectionem tuentur, a quibus Pæanius non recedit, nihil immutare ausim. *Verh.*

Bithyniæ] Quæ ad pontum est Euxinum, et Bosphorum Thracium. *Glar.*

Pace rupta] Quam cum Sylla fecerat [supra v. 7.] et Gabinio post Murenæ injurias renovaverat. Appian. Mithrid. *Glar.* et *Cell.*

Ambo Coss.] L. Lucullus et Aurelius Cotta. *Glar.* et *Cell.*

Cotta victus] Non ipse Cotta, qui ὑπὸ ἀπραξίας, *bello non assuetus*, in oppido manserat; sed Nudus, præfectus classis qui fuerat, terrestre prœlium ante portam Chalcedonis cum regiis iniit, ab iisque in urbem repulsus. Appian. f. 141. *Cell.*

Chalcedonem] Antiquus liber *Chalcedoniam*, Est autem Χαλκηδὼν Stephano, civitas Bithyniæ. *Vinet.* Urbem e regione Byzantii. *Glar.* Minus recte *Chalcedoniam* V. L. rectius enim *Chalcedonem*, vel Græco more *Chalcedona*: quæ Stephano Byzantio est urbs Bithyniæ ad os Ponti, e regione Byzantii. Sed videtur idem Stephanus hic legisse *Carchedonem*; dum scribit ἔστι καὶ Ἀρμενίας Καρχηδὼν, ὡς Εὐτρόπιός φησιν, si tamen hunc Eutropium ibi Stephanus intellexit. *Sylb.*

Cyzico capto] Sic apud Plinium et alios Latinos, Cyzicum neutrum: at Κύζικος fœmininum apud Græcos. *Vinet.*

Totam Asiam] Minorem. *Glar.*

Lucullus ei alter Cos.] Florus in Livii Epitome ait, Lucullum bis cum Mithridate pugnasse: semel ante Cyzicum, ita ut Granicus ac Asopus amnes cruenti redderentur: iterum in Ponto, cæsis 60000. hostium. *Glar.*

Byzantium] In sinistram Ponti partem. *Glar.*

Navali quoque prælio duces] Non Lucullus pugna navali cum Mithridate pugnavit, sed tempestas fœda regis classem ita attrivit, ut navalis belli instar effecerit. Centum amplius navium classis fœde periit, quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisque commercio debellandum tradidisse regem ventis videretur, inquit Florus in sua Epitome. *Glar.* Ad Lemnum, quo Varius Rom. Senator, qui ad Mithridatem a Sertorio fœderis causa venerat, captus et occisus est. Appian. f. 143. *Cell.*

CAP. 7. *Anno urbis Romæ*] Florus in Livii Epitome l. XCVII. de M. Lucullo unum habet verbum; 'M.' inquit, 'Lucullus Procon. Thraces subegit.' Fuit hic annus U. C. 681. *Glar.*

Consobrinus] Patruelis. Sic et Curtius hoc verbo usus VI. 9. 17. et Trebatius apud Paullum lege 10. Dig. de Gradib. Sect. 15. *Cell.* Pighius ad A. DCLXXX. notat Consobrinum hic dici adoptione, quia in Terentiorum familiam adoptatus erat, quum L. Luculli fratrem fuisse germanum, e Plutarcho ac Cicerone ostendit. Adde Cel. Wesseling. ad Simson.

Chron. ad A. U. DCLXXXI. Pro *ejus* autem, ut ante legebatur, Annam sentus et fidem Cod. Leid. 1. *Luculli* restitui, quia ejusmodi repetitionibus auctorem ubique gaudere, scio. *Verh.*

Et in Italia novum bellum] An. 682. Florus lib. XCV. ' Quatuor et septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, et congregata servorum et ergastulorum multitudine, Chryso et Sparthaco ducibus, bello excitato, Clandium Pulchrum legatum et P. Varenum Prætorem prælio vicerunt.' *Glar.*

Septuaginta enim quatuor] De numero hoc apud scriptores nimium variante consule Freinshem. ad Flor. III. 20. Cel. Drakenb. ad Epit. Liv. XCV. Eadem autem Codd. Mss. varietas, quæ hic occurrit, etiam in aliis est. vid. ad Flor. et Epit. d. l. Appian. B. C. pag. 423. Κρίξον rectius, quam Pæanius Κρίζον scripsit, uti in vetustis aliquot *Chryso*. Verh.

Ducibus Sparthaco, Chryso, et Œnomanno] Vetus liber habet *duce* pro *ducibus: Chryxo*, pro *Chryso: Œnomatu*, pro *Œnomanno*, sive *Œnomao*, seu *Tinomao*, quomodo impressi nostri habent. Erat autem Sparthacus Thrax, alii duo Galli, authore Orosio l. v. *Vinet.*

Œnomanno] In vet. *Œnomao*, et sic etiam Florus lib. tertio. *Glar.*

Ludo] Loco quo gladiatores custoditi sunt, et eruditi a lanista. *Cell.*

Non multis ducibus] Rom. duces a Sparthaco et suis victi: Claudius Pulcher legatus, et P. Varenus Prætor: Florus l. XCV.

L. Gellius Cos. } Florus lib. XCVI. Cn.
Q. Arius Prætor } Lentulus Cos. 96.

C. Cassius Procos. } Florus XCVI.
Cn. Manlius Prætor }

Qui bene pugnarunt.

Q. Arius Prætor, adversus Chrysum. *Glar.*

Quam Hannibal moverunt] Hanc lectionem fide Cod. Leid. 1. rejeci, nec displicet Grunero. *Verh.*

Duobus simul Romanorum consulibus] Lentulo in Apennino; C. Cassio ad Mutinam. Flor. III. 20. *Cell.*

Sexaginta fere millium] Multa huc facientia notavit Cel. Drakenb. ad Epit. Liv. XCVII. *Verh.*

Victi a Crasso] Et a Pompeio exstirpati, qui senatui scripsit, ὅτι μάχῃ μὲν τοὺς θρᾳκίτας φανερᾷ Κράσσος νενίκηκεν, αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν ἀνῄρηκε, *Crassum quidem vicisse collatis signis fugitivos; se vero radices belli exscidisse*. Plutarch. in Crasso f. 550. Add. Cic. pro Leg. Man. cap. 2. *Cell.*

A M. Licinio Crasso] Florus lib. XCVII. ' M. Crassus Prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, cæsis inimicorum XXXV. millibus, et duce eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit, cæsis cum ipso millibus XL.' Cæterum Crassum Florus prætorem hæc egisse ait: Eutropius vero, Proconsulem. *Glar.*

CAP. 8. *Sexcentesimo octogesimo primo*] Chronologi hos Consules fuisse volunt anno U. C. DCLXXXIII. atque ita addendi forent anni duo his Eutropii rationibus. *Vinet.* Adde primo et octogesimo. Hie duobus annis distat a nostra supputatione: ut alibi sæpe, quod nihil impedit. Fuit enim anno 683. *Glar.*

Hæc duo Luculli agebant] De formula *bellum agere*, vide supra II. 5. *Cell.*

L. Lucullus] Cos. anno 680. *Glar.*

M. Lucullus] Cos. anno 681. *Glar.*

Mithridatem] Per a fide Cod. Leid. 1. dedimus: ut Græca nomina in *es* desinentia per *en* efferre solent Romani sæpissime. Ita Tigranen, Xerxen, Segesten scribendum esse, docet Nobil, Heins. ad Vellei. l. II. c. 33.

Noster infr. c. 14. ' Artacen.' *Verh.*

Oppresserat] Fortuna, non ipse Lucullus. *Glar.*

Paphlagonia] Galatiæ parte, quæ Pontum Euxinum spectat. *Glar.*

Sinopen et Amisum civitates] Vetus liber, *Sinopen et Amissas civitates.* Sed quid hic *Amissas?* Est Ἀμισὸς urbs clarissima, ab Atheniensibus olim condita, a Sinope nongentis stadiis, ut vult Stephanus, distans. *Vinet.*

Sinopen] Oppid. ad Pontum Euxinum. *Amyson.* Aminson, Strab. lib. XII. *Glar.*

Amison] Pro *Amisum* e Codd. Mss. reposui: quia Græcam formam ex substantivis in *os* servare solent sæpe Romani scriptores: sic *Cypron* Epit. Liv. CII. *Isthmon, Corinthon.* Vid. ibi V. D. *Bosporon* Epit. CI. Flor. III. 3. 25. &c. *Verh.*

Apud Cabira] Liber vetus hic habet *Graveram,* pro *Caberam,* ni fallor: nam apud Stephanum, Καβειρία fœmininum est. *Vinet.* Verba Strabonis lib. XII. Sub ipsis autem Pariadræ radicib. Cabeira sita sunt, stadiis C. et L. quam Megalopolis australiora. Mithridatis sedes Cabiris erat. Paulo post ita habet lib. eod. Et cum Pompeius Cabeira struxisset in urbis modum, ac Diopolim nominasset, Pythodorus eam auxit, et Sebasten, id est Augustam appellavit: atque ita Ptolemæus habet. *Glar.* Κάβειρα, Ponti urbs fuit, Armeniæ proxima, in quibus Mithridatis arx fuit. Pompeius *Diopolin* vocavit: postea *Augustæ* (Σεβάστης) nomine Pythodoris regina auxit. Strab. lib. XI. f. 383. Edit. Casaub. *Cell.*

Armenia quoque minor] Regio inter Euphratem et Cappadociam. *Glar.*

Sublata] Erepta. *Glar.*

Post fugam] E Ponto. *Glar.*

A Tigrane] Strabo lib. II. in fine, describit omnes regiones, quas Tigranes per vim occuparit: sed a Lucullo domitum, et Tigranocerta in vicum redacta. Sub Antiocho magno duo ejus imperatores fuere, Artaxia et Zadriadas, qui permittente rege imperarunt: quo superato, Romanos illi adorti, ac reges nuncupati per se fuerunt: ut Strab. lib. II. Zadriadæ filius fuit Artenes Sophenus, Artaxiæ Tigranes. Artanes meridionales Armeniæ partes obtinuit, Tigranes septentrionales: Artanes autem a Tigrane sublatus est. Tigranes varia fortuna versatus, latissimæ regionis dominus est factus. Is condidit urbem, quam Tigranocerta vocavit, hominibus XII. Græcarum urbium a se eversarum in ea congregatis: quæ occasio fuit Lucullo minuendæ ejus urbis, ac remittendi veteres in suam quamque urbem colonos, Tigranocertis in parvulum vicum redactis. Strabo libro XI. sub finem. *Glar.*

Armeniæ rege] Majoris, ultra Euphratem. *Glar.*

Persas] Parthos. *Glar.* Recte Glareanus *Persas* pro *Parthos* hic positos observat, quod etiam Gruner. monet, quem vide. Infra sæpius occurret. *Verh.*

Et Syriam et Phœnicis partem] Justinus lib. XL. ait, Syros Tigranem petisse in regem, ac per XVIII. annos summa quiete illud regnum possedisse: donec a Lucullo victus, etiam Syria ac Phœnice extruderetur. *Glar.*

CAP. 9. *Tigranocertam*] Τιγρανόκερτα est generis neutrius, apud Strabonem. Meminit ejus urbis Tacitus lib. XIV. anno VI. Neronis. Latini hæc nomina Orientis in *a* neutra, temere sæpe vertunt in fœminina. *Glar.*

Civitatem Armeniæ] Recens ædificatam, sed nondum perfectam. *Glar.*

DC. *millibus clibanariorum*] Clibanarii, qui ferro et armis bene muniti certamen ineunt. Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri equi atque homines obsepti, Clibanariis in exercitu nomen est,

metaphora a clibani forma sumpta. *Glar.* Dissentit a Nostro Plut. in Lucull. p. 509. numerans sagittariorum et funditorum XX. millia, equitum quinquaginta quinque, ex quibus erant Cataphractorum XVII. millia, ut ad Senatum ipse scripsit Lucullus, gravis armaturæ pedites partim in cohortes, partim in phalangas descriptos, CL. millia, viarum munitores, et qui pontes pararent, flumina repurgarent, materiarios et ad ministeria destinatos alia, XXXV. millia. De Clibanariis, quos Veteres, ut e Plutarcho liquet, Cataphractos, vel etiam Cataphractarios vocarunt, consule Bronkhus. ad Propert. l. III. El. X. vs. 12. et quos hic laudat Cl. Gruner. *Verh.*

Clibanariorum] Glossarium: Κλιβανάριοι, ὁλοσίδηροι. Lampridius in Alexandro c. 56. ' Cataphractarios, quos illi [Persæ] clibanarios vocant,' &c. Ammianus Marcell. XVI. 16. ' cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Persæ, thoracum muniti tegminibus, et limbis ferreis cincti,' &c. Videtur uterque vocabulum e Persia excivisse, quod Salmasius in cap. 50. Lampridii refutat. *Cell.*

XVII.] Ita fide Cod. Leid. 1. pro XVIII. reposui: quia hic numerus veritati magis congruit. *Verh.*

Nisibin] Mesopotamiæ urbem, sub Masio monte, quam Antiochiam Mygdoniam appellant. Strabo XVI. *Cell.*

Sed hi] Legati Luculli. *Glar.*

Quos in Ponto Lucullus] Florus lib. XCVIII. ex horum numero C. Triarium legatum Luculli numerat, quem prospere adversus Mithridatem pugnasse dicit. *Glar.* Triarii cladem intelligit, cum relicto exercitu a Mithridate oppressi. Appian. *Cell.*

Regiones victas] Vetus liber, *legiones victas*, et infra, *Lucullo paranti*. Vinet. Cappadociam, Paphlagoniam, minorem Armeniam, Bithyniam. *Glar.*

Avare] Ut mos erat Romanorum. *Glar.*

Lucullo paranti] Lucio Lucullo. *Glar.*

Contra Persas] Parthos. *Glar.*

Successor] Pompeius. *Glar.* Pompeius magnus οὐ πολέμου, ἀλλὰ θριάμβου διάδοχος: *non tam belli, quam triumphi successor*, Plutarch. in Lucull. *Cell.*

CAP. 10. *Alter Lucullus*] M. qui Cos. fuit anno 681. *Glar.*

Bessis Romanorum primus] Strab. lib. VII. ' Bessi magna ex parte montem Æmum incolunt, et propter latrocinandi morem latrones vocitantur.' Ptolemæus, Bessicen prætnram ponit ad Rhodopen. *Glar.* Strabo lib. VII. f. 220. Βέσσοι ὑπὲρ τὸ πλέον τοῦ ὄρους νέμονται τοῦ Αἵμου, συνάπτοντες τῇ τε Ῥοδόπῃ καὶ τοῖς Παίοσι, &c. i. e. *Æmi montis incolæ versus Pannoniam et montem Rhodopen*. Cell.

Hæmo] Per adspirationem fide Codd. Leid. 1. et 2. Edd. Schonh. et Merul. rescripsi, quia ita ab aliis efferri video. Adi Comm. ad Liv. XL. 22. Flor. II. 12. Pomp. Melam. II. 2. Leni quidem spiritu ex origine vocis scribere mavult Berkel. ad Stephan. de Urb. Verum, quæ a Græcis leni, a Romanis sæpe aspero spiritu efferri, docent voces Ἀννίβας, Ἀσδρούβας, &c. *Verh.*

Oppidum Uscudamam] Ptolemæus Usdicesimam prætnram ponit ad Æmum montem. Cæterum Uscudamæ nemo, quod sciam, meminit. *Glar.*

Cabylen] *Cabulen* alii scribunt, quod y sit u, ut jam non semel monuimus. Καβυλὴ Thraciæ urbs Stephano. *Vinet.* Sic vocat etiam Ptolemæus in Thraciæ descriptione. *Glar.* Ptolemæum quoque perperam *Cabylen* usurpasse pro *Calybe*, uti est in Strabone, (et Stephano de Urb.) notat Casaub. ad l. VII. p. 320. *Verh.*

Super Pontum] In ripa Ponti, occidua parte. *Glar.*

Illic Apolloniam evertit] Hujus Apolloniæ, Milesiorum coloniæ, meminit Strabo lib. VII. Est et apud Ptole-

mæum. Ex ea M. Lucullus Colossum extulit, et in Capitolio collocavit. Fuit autem Apollinis statua, Calamidis opus. Reliquæ hic urbes magis septentrionales sunt, ad Ponti Euxini occidentale latus. *Glar.*

Calatin] *Calatin* per n Cod. Lugd. Bat. 1. et ita Plin. Ptolem. Steph. Mel. ut monet Casaub. ad Strabon. VII. 318. *Parthenopolin* quoque est in vetustioribus Edd. *Verh.*

Tomos] Ubi Ovidius in exilium relegatus hæsit. *Glar.*

Histrum, Buziam omnem] Ex libris impressis quidam *Histrium Burchaonem.* Vetus, *Histrium Burziaonem cæpit.* Vinet. *Buciam*, in altero exemplari: credo *Bizonam* apud Strabonem dici, 'quæ media est inter Calatidem et Apolloniam,' inquit Strabo lib. VII. Sed Eutropius Buciam velut regionem facit, cum addit *omnem*: additurus *totam*, si urbem intellexisset. *Glar.*

Histrum] *Istropolim* vocat Ptolemæus. *Glar.*

Burziaonem] *Buziam* alii. Videtur esse *Bizona* Strabonis cap. 50. ἐν τῷ μεταξὺ, inquientis, διαστήματι τῷ ἀπὸ Καλάτιδος εἰς Ἀπολλωνίαν Βιζάνη τέ ἐστιν. *Cell.*

Burziaonem] Sic scripti codices: Editi, *Buziam omnem.* Conjicio, *Bizonam* legendum esse, quam Strabo enumeratis urbibus interponit, et Holstenius in Peutingeriana Tabula pro *Bibone.* ejusdem regionis legit. *Cell.* Recte conjecit Cellarius. Sive potius *Bizonem.* Βιζάνη est Straboni VII. p. 319. et ita Stephano. Melæ quoque *Bizone*, monente ad Strab. Casaub. At, quia nec Codd. Mss. neque Edd. vetust. hanc emendationem admittunt, auctori suum errorem adimere non audeo. *Verh.*

Ambo tamen] Luculli, L. et M. *Glar.*

Lucullus, qui] Legend. *Lucius qui.* Glar.

Tantorum regnorum] Galatiæ Cappadociæ, Ponti, &c. *Glar.* *Tantorum*, i. e. *tot.* Hoc seculo enim pro *tot* dicebant *tanti.* Ipse noster Eutropius *aliquanta* dixit pro *aliquot* supra IV. 11. *Heuman.*

CAP. 11, *Lucullo*] Lucio. *Glar.*

Bellum Creticum ortum est] Anno 687. 'Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus, sola vincendi nobilem insulam cupiditate. Favisse Mithridati videbatur, hoc placuit armis vindicare.' Florus lib. III. in sua Epitome. M. Antonius Prætor bellum adversus Cretenses parum prospere gestum, morte sua finivit. lib. XCVII. *Glar.* Plutarchus in vita Pompeii pag. 633. *Creta δευτέρα τις ἦν τῶν πειρατηρίων πηγὴ, μετὰ τὴν ἐν* Κιλικίᾳ, *alter fons erat piratarum secundum Ciliciam.* Adde Strab. X. 328. *Cell.*

Ad id Cæcilius Metellus] Hic Metellus a quibusdam L. a Floro libro XCVIII. Q. prænomen habet, et lib. XCIX. itidem. Cæterum Florus ejus crudelitatem non potest satis prædicare. Cos. fuit anno 686. sed hæc Procos. egit anno 687. ac biennio post. *Glar.*

Triumphavit] Infra VI. 17. *Cell.*

Quo tempore] Si Appiano I. Civil. fides habenda, eodem id anno factum, quo Nicomedis testamento Bithyniam acceperant Romani. *Cell.*

Libya quoque Romano imperio] Cyrenen, sive Pentapolim putat. Florus lib. LXX. Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomentum Appionis fuit, mortuus, hæredem populum Romanum reliquit, et ejus regni civitates Senatus liberas esse dixit. Hæc ille. Sed usque ad hæc tempora sunt triginta plus anni. Olympiade enim 171. commemorat facta hæc Eusebius, anno primo. Sed Romanos accepisse Olympiad. 178. an. 4. qui faciunt annos 32. Justinus lib. XXXIX. sub finem, ait, hunc Ptolemæum Lathuri fratrem, ac Euergetis Physconis filium, sed ex pellice ortum, ac ei Pen-

tapolim datam. *Glar.* Cyrenaica, a fratre regis Ægypti plerumque recta. *Cell.*

Apionis] Hic est Ptolemæus, (filius Physconis, frater Lathuri, Justin. XXXIX. 5. 2.) ὃς ἐπίκλησιν ἦν Ἀπίων. Appian. I. Civ. circa fin. *Cell.*

Berenice, Ptolemais, et Cyrene] Copulam, quia omnes nostri codd. Mss. non agnoscunt, delevimus. *Verh.*

Ptolemais] Apollonia et Arsinoë. *Glar.*

CAP. 12. *Geruntur*] In Creta ac Cyrene. *Glar.*

Piratæ omnia maria infestabant] Florus lib. XCIX. 'Cn. Pompeius lege ad populum lata, persequi piratas jussus, qui commercium annonæ intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit: belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit.' Hæc ille in Livii Epit. Porro in sua Epitome, duces numerat, et loca maris mediterranei insessa undique, ut nusquam tuti essent piratæ. In fine ita ait: 'Quid prius in hac mirere victoria? Velocitatem? quod quadragesimo die parta est? An fœlicitatem? quod ne una quidem navis amissa est? An perpetuitatem? quod amplius piratæ non fuerunt?' Velleius lib. II. ait, A. Gabinium trib. pleb. tulisse legem, ut Cn. Pompeio imperium æquum in omnibus provinciis cum Procos. usque ad quinquagesimum miliarium a mari esset. Quo S. C. pene totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur. Hæc ille. *Glar.*

Sola tuta non esset] Quasi dicat, Cum alia omnia essent tuta. *Glar.*

Navigatio tuta non esset] Vid. Cic. pro Leg. Man. cap. 12. *Vinet.* et *Cell.*

Cn. Pompeio] Ut summo illius temporis duci. *Glar.*

Quod intra paucos] Plin. VII. 26. ait, Pompeium ademisse piratis navels DCCCXLVI. *Glar.*

Intra paucos menses] Cic. pro Leg. Man. cap. 12. extremo. Florus III. 6. 15. Plutarchus in Pomp. f. 633. οὐκ ἐν πλείον χρόνῳ τριῶν μηνῶν. *Cell.* Conf. Cl. Drakenb. ad Liv. Ep. XCIX.

Paucos menses] Imo intra sesquimensem. *Glar.*

Confecit] Omnes piratas expulit. *Glar.*

Mox ei delatum imperium contra Mithridatem] Florus lib. c. ita inquit: 'C. Manlius, tribunus plebis, indignatione maxima nobilitatis legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur.' Hæc Florus. Velleius lib II. hunc tribunum Manilium vocat, si codex non errat: *semper venalem*, et alienæ ministrum *potentiæ*. Ea lege accepta, magnis certatum est inter imperatores jurgiis, cum Pompeius Lucullo infamiam pecuniæ, Lucullus Pompeio interminatam cupiditatem objiceret imperii, neuterque ab eo quod arguebatur mentitus argui posset. *Glar.*

In Armenia minore] Quæ inter Cappadociam ac majorem Armeniam jacet. *Glar.* Quo loco Pompeius Nicopolin condidit Strab. XVII. *Cell.*

Nocturno tempore prælio vicit] Florus lib. CI. Cn. Pompeius Mithridatem nocturno prælio victum, cogit Bosporum profugere. *Glar.* Vid. Plutarchus in Pomp. Dio Cassius lib. XXXVI. prope finem. Flor. III. 5. 28. *Cell.*

Quadraginta millibus] 'De exercitu regio quadraginta milliacæsa vel capta sunt.' Oros. VI. 4. At Appian. B. M. p. 399. decem millia cæsa, et castra cum omni apparatu capta tradit: cui omnino consentit Plutarchus Pompei. p. 636. *Verh.*

Neque multo post, cum in suos sæviret] Florus lib. CII. 'Pharnaces Mithridatis filius bellum patri intulit: ab eo Mithridates obsessus in regia, cum veneno sumpto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo nomine Bithaco, a quo ut adjuvaretur petierat, interfectus est.' *Glar.*

In suos] Cognatos vel subditos. *Glar.*

Venenum hausit] Sed frustra propter familiarem usum antidotorum. Gallo ergo militi jugulum præbuit. Appian. *Cell.* Hæc etiam Grunerus: qui ex Dione addit, Mithridaten, veneno frustra sumto, ipsum se vulnerasse, vulnerato deinde irruentes aliquot milites gladiis ac lanceis mortem accelerasse. Sed Dionem errasse liquet, quod eos, a quibus interfectum scribit, hostes vocat, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀνεσφάγη. Epitomæ Livianæ consentit Appian. B. M. p. 249. *Verh.*

Periit autem apud Bosporum] Cimmerium intellige, quæ regio proprie Bosporana dicitur, Tauricæ inquam Chersonesi ac regionis contrajacentis in Asia, ubi Achæi habitant. *Glar.*

Instinctu] Obsidione. *Glar.*

Annos quadraginta] De hoc numero diximus Hist. Antiq. p. 48. *Cellar.* Conf. Vaillant. in V. Mithr. Orosius etiam recte l. VI. negat, bellum hoc durasse XL. annos, restituens XXX. quod Plin. XXV. 2. confirmat. *Verh.*

CAP. 13. *Tigrani deinde Pompeius*] Flor. lib. CI. 'Cn. Pompeius Tigranem in deditionem accepit, eique ademptis Syria, Phœnicia, et Cilicia, regnum Armeniæ restituit.' Hæc ille. Velleius ait: Tigranem Mithridatis socerum fuisse, filium ipsius ad Pompeium venisse, deinde patrem. Cujus adulatoriam refert orationem ad Pompeium, bene longam pro compendio. *Glar.* Vid. Plut. in Pomp. p. 637. Dion. XXXVI. 26. Epit. Liv. CI.

Ille se ei dedit] Lectionem, quam dedimus, exhibent tres Codd. Nostri, in quibus est I. *Verh.*

Artaxata] Legend. *Artaxatis:* quæ jam Pompeius ceperat. *Glar.*

Sophene] Pars Armeniæ majoris. *Glar.* Provincia Armeniæ. Strabo lib. XI. f. 359. vocat Σωφηνὴν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Postea minori Armeniæ, iterum Cappadociæ Ariobarzanis regno, a Pompeio fuit accensita. Appian. Mithrid. *Cell.*

Sex millia præterea talentorum] Id est, 3600000. aurei. *Three millions six hundred thousand Crowns.* Glar.

CAP. 14. *Pompeius mox etiam Albanis*] Flor. lib. III. At in septentrionem Scythicum iter, tanquam in mari stellas, secutus Pompeius, Colchos cecidit. Ignovit Iberiæ, pepercit Albanis: regem Colchorum Orodem, positis etiam sub ipso Caucaso castris, jussit in plana descendere: Artachem, qui Iberis imperabat, et obsides liberos dare. Orodem etiam remuneratus est, ultro ab Albania sua lectulum aureum ac alia dona mittentem. *Glar.*

Albanis] Qui sunt ad septentrionem et occasum montis Caspii. *Glar.*

Orodem scilicet prudenter vicit] Vetus liber, *Orodem ter vicit.* Vide Dionem libro XXXVI. ubi hic rex Albanorum Orœses, et libro XXXVII. Rex Iberum Artoces, qui hic Arthaces. *Vinet.* *Orosen* scribit Sext. Rufus in Brev. c. 16. Ὀροίζην Dion. XXXV. 27. Appian. Ὀροίζην p. 242. Ὀρίζην 253. Vid. Fabr. ad Dion. Græv. ad Flor. III. 5. qui *Orodem:* uti et Oros. VI. 5. Conf. Bongars. ad Just. XLII. 5. Ὀρόδην Pæanius. *Verh.*

Munera] Auream sellam. *Glar.* Καὶ δῶρα ἐπεμψεν Dion. XXXVI. 30. ubi Zonaram tradere e Plutarchi Pompeio p. 638. lectum, solium, mensam, aurea omnia, a Rege Iberorum sibi missa, Pompeium quæstoribus dedisse, et in ærarium retulisse, notat Fabric. 'Ultro ab Albania sua lectulum aureum et alia dona mittentem,' scribit Flor. III. 5. Adde Vellei. II. 37. *Verh.*

Iberiæ] Quæ est media inter Colchidem et Albaniam. *Glar.*

Arthacem] Recte *Arthocen* e Floro (III. 5.) emendat Doct. Femina. Ἀρτόκην Appian. B. M. p. 253. et Dion, XXXVII. 29. Ἀρτάκην male Pæanius. *Verh.*

Armeniam minorem] Regionem in-

ter Cappadociam ac majorem Armeniam. *Glar.*

Galatiæ] Regioni inter Bithyniam et Cappadociam. *Glar.*

Belli Mithridatici] Contra Mithridatem. *Glar.*

Attalo et Pylæmeni] Forsan filius Pylæmenis illius, amici pop. Rom. quem Mithridates ejecerat. Supra IV. 9. et V. 8. *Cell.*

Pylemeni] Nicomedis, ut puto, filio. *Glar.*

Paphlagoniam] Septentrionalem Galatiæ partem. *Glar.*

Colchis] Regioni ad orientalem partem Ponti Euxini. *Glar.*

Mox] Anno 689. *Glar.*

Mox Ituræos et Arabes vicit] Ituræi et Arabes montana tenent Laodiceæ, quæ ad Libanum montem est, inquit Strabo lib. XVI. et meminit Plinius V. 23. Strabo addit, maleficos omnes esse, receptacula munitissima habere, quemadmodum qui Libanum colunt: quæ omnia Pompeius evertit, quæ ad mare potissimum habebant inter Sidona ac promontorium θεοῦ πρόσωπον. *Glar.*

Seleuciam] Pieriam opinor. *Glar.*

Antiochiæ] Quæ ad Orontem est. *Glar.*

Antiochiensibus, &c.] Hæc acciderunt M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. Quin et Sext. Rufus non, postquam Daphnem reliquisset, Pompeium expugnasse Hierosolymam; sed contra, Hierosolyma expugnata, Daphnem venisse, narrat: 'Judæa capta Hierosolymam obtinuit: cum Persis fœdus icit: rediens, apud Antiochiam Daphnensem lucum, delectatus loci amœnitate et aquarum abundantia, addito nemore, consecravit.' Vide Scalig. ad Euseb. num. MDCCCC. XLIX. *Hearn.*

Aliquantum agrorum Daphnensibus dedit] 'Ultra Antiochiam est Daphne, ad stadia 40. mediocris habitatio, et lucus ingens et opacus, fontanis aquis irriguus, in cujus medio est fanum et asylum, Apollinis ac Dianæ delubrum, in quo Antiochenses finitimi festa celebrare consueverant. Luci ambitus est stadiorum LXXX.' Strabo lib. XVI. *Glar.*

Daphnensibus] Daphne, quasi suburbium Antiochiæ, voluptatum illecebris, ut Baiæ Campanæ, fere infamis fuit. Capitolinus in M. Philos. cap. 8. 'Verus in deliciis apud Antiochiam et Daphnem vixit.' Et Vulc. Gallicanus in Avidio cap. 5. 'diffluentes luxuria, et Daphnicis moribus agentes.' Quare præfectus Marci programma in parietibus fixit, ut, 'si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret.' Ib. cap. 6. Adde Casaub. in citatum locum Capitolini. *Cell.*

Quo lucus ibi] Vetus liber habet, *quo lacus ibi*. In sexto Rufo *lacus* legitur: sed puto *lucus* rectius. Vide Ausonii nostri carmen in Antiochiam, et nostras in eum locum aliquando annotationes. *Vinet.*

Inde ad Judæam transgressus] Anno 690. Strabo lib. XVI. Pompeius Judæorum munitiones evertit, et ipsa in primis Hierosolyma vi capta sunt. Ea munitio petrosa erat, et bene septa, et interius aquis abundans, exterius omnino sicca. Fossam habebat in lapide excisam XL. pedum profunditate, latitudinem CCL. e lapide autem exciso educta erant templi mœnia. Pompeius ea cœpit, observato jejunii die, dum ab omni opere Judæi abstinerent. *Glar.*

Tertio mense cepit] Josephus Antiq. Jud. XIV. 8. ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα. Ben Gorion cap. 39. בחדש חדביעי *mense quarto.* Utrumque de Templo potius, quam de urbe intelligendum. Nam cives, qui extra factionem Aristobuli erant, ne quidem portas clauserunt Pompeio, sed δεξάμενοι τὴν στρατιὰν, ἐνεχείρισαν Πομπηίῳ τήν τε πόλιν καὶ τὰ βασίλεια, Aristobuli factione se in Templum recipiente. Joseph. cit. loco. *Cell.*

CAP. 15. *M. Tullio Cicerone*] Anno 691. Velleius Paterculus lib. II. hæc de Cicerone ait: ' Per hæc tempora M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir novitatis nobilissimæ, et ut vita clarus, ita ingenio maximus; qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur: Cos. Sergii Catilinæ, Lentulique et Cethegi, et aliorum utriusque ordinis virorum, conjurationem singulari virtute, constantia, vigilia, curaque eripuit. Catilina metu consularis imperii urbe pulsus est: Lentulus Consularis et Prætor iterum, Cethegusque et alii clari nominis viri, authore Senatu, jussu Cos. in carcere necati sunt.' Cæterum copiose Sallustius hanc historiam descripsit. *Glar.*

An. ab urbe condita DCLXXXIX.] Et hic et in proximo annorum numero, annum unum desiderant nostri Chronologi. *Vinet.*

Claris quidem] Lentulus enim, præcipuus ex conjuratis, consul fuerat, jam iterum prætor. Sallust. cap. 55. Vellei. II. 34. *Cell.*

Urbe expulsus] Non vi, sed minis et oratione. *Cell.*

Sueii ejus deprehensi] Cicero in orat. III. in Catil. novem hominum perditissimorum pœna rempublicam conservatam ait. Sallustius socios ejus nominat quinque; Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Cæpacium. *Glar.*

Ab Antonio] Per legatum M. Petreium. Sallust. LIX. *Cell.*

Altero Consule] Recte Doct. Femina. Junius enim Silanus et L. Licinius Murena (quos seq. cap. Noster exhibet) erant Coss. Dion. XXXVIII. 47. notante Gronov. ad Epit. Liv. CIII. Quæ, ' Catilina a C. Antonio proconsule cæsus est.' Quod ita capiendum esse, ut ad Proconsulem referatur, quod ab legato ejus et auspiciis ipsius factum est, monet Fabr. ad Dion. nam Conjurationis Catilinariæ ipsum Antonium participem facit idem scriptor, unde prœlio adversus Catilinam adesse noluit, at morbum simulavit: quod confirmat Sallust. c. 62. a Viro Cl. laudatus. *Verheyk.*

CAP. 16. *Sexcentesimo nonagesimo anno*] Anno 692. *Glar.*

D. Junio Syllano] Pro *D.* vetus scribit *Decimo:* et mox *perlata*, pro *prælata*. Vinet.

Metellus] Creticus. *Glar.*

Metellus de Creta triumphavit] Plinius VII. 26. ait, sequentis anni Coss. M. Messala, M. Pisone III. Calendas Octobris hunc fuisse triumphum tertium. Lib. autem XXXVII. cap. 2. ubi de eodem triumpho, ait, eum pridie Calendas Octobris fuisse, ubi ejus miracula prodit, cum magna Pompeii increpatione. *Glar.*

Pompeius de bello] Tertius hic fuit Pompeii triumphus, ex Asia scilicet: de alteris duobus superius habuimus *Glar.*

Fuit] Ante hunc. *Glar.*

Aristobulus] Alexandri et Alexandræ. *Glar.*

Auri atque argenti infinitum pondus] In Plutarcho summa est 20000. talentorum, quæ faciunt 12000000. coron. Locus in Plinio XXXVII. 2. plane deploratus est, inquit Budæus libro tertio de Asse. *Glar.* Vulgo *pondus* addunt, quod Fuld. codicem secuti abjecimus. Et alibi noster ita concise loquitur. IX. 9. ' infinitum auri gemmarumque.' *Cellar.* Cl. Hovenius et Gruner. *pondus* quoque abjecerunt. Quum tamen supra II. 27. etiam ' infinitum auri argentique pondus' retinuimus, uti et iidem Viri D. III. 18. ' magnum pondus auri atque argenti,' neque hic dubitavimus vulgatam lectionem tueri. *Verh.*

CAP. 17. *Anno urbis conditæ* DCXCIII.] Sic habet vetus liber, alii DCXCVIII. Sed quia hic annorum numerus tribus annis nostrorum Chronologorum ra-

tiones antecederet, qui minor esse debet, ut supra annotatum est, antiqui nostri libri lectionem alteri prætulimus, cui unicum annum adjecit Paulus Orosius libro sexto. Porro quem hic nostri libri Lucium Bibulum appellant, Cassiodorus et quotquot legere memini, *Marcum* nominant, pro *Lucio*. Vinet.

Anno U. C. DCXCV.] An. 695. Hoc anno cœpit bellum Gallicum, quod gessit Julius Cæsar, proximo anno post consulatum. Numerus hic debebat esse, secundum Eutropii numerationem, 693. nostra autem supputatione 695. duobus enim annis præcedimus eum. Numerus autem belli Gallici primus est, ut posuimus, 695. *Glar.* Rectissime, ut solet Glareanus, annorum computationem ponit. Quem autem Eutropius hic *L.* vocat Bibulum, Fasti vocant *M.* Nostrum notat Almelov. ad Ann. Quum vero unus ad arbitrium omnia in Rep. administraret Cæsar, per jocum non *Cæsare et Bibulo*, sed *Julio et Cæsare Coss.* dixerunt, ut Suet. in V. c. 20. testatur. *Verheyk.*

L. Bibulo] Scribendum *M. Bibulo*. Vide Pighium Annal. Tom. III. p. 351. *Hearn.*

Cum legionibus decem] Hunc errorem notavit ad Suet. Cæs. 24. Cel. Oudendorp. quem consule. *Verheyk.*

Is primo vicit Helvetios] Anno 696. Ut videat lector fortunam a Romanis fuisse, Helvetii, qui toties Romanos vicerunt, adeo stulti facti sunt, ut oppidis suis incensis, relicta munitissima patria, totius Galliæ imperium capere niterentur. Dedit ea temeritas Romanis occasionem arripiendi imperii in Galliam, ac deinde totius orbis. Hoc autem voluit Deus, qui nasci voluit in summa pace, quæ paulo post fuit sub Augusto. *Glar.*

Helvetios, qui nunc Sequani] Helvetii inter Rhenum, Rhodanum ac Jurassum montem, in quatuor pagos divisi, Durgeavum, Limmagianum, Ursinum ac Arolanum, a quatuor fluminibus Ur, Limmag, Ursa, Arola. Olim una civitas, nunc XIII. urbium sive partium, hoc ordine: Tigurum, Berna, Luceria, Uria, Suicia, Sylvania, Tugium, Clarona, Basilea, Friburgum, Salodorum, Schafhusia, Abbatiscella. Primæ octo antiquæ vocantur. Basilea non est in vero Helvetiorum tractu, sed in Sequanis. Schafhusia, in Germano litore, Abbatiscella et Clarona, semi-Rhætiæ. *Glar.*

Helvetios qui nunc Sequani] Qui nunc Sequanis, sive provincia Maxima Sequanorum, continentur. Vales. Not. Gall. p. 522. *Cell.*

Sequani] In hac appellatione fallitur. Cæterum hoc bellum elegantiss. descripsit Cæsar libris VII. et Hirt. lib. I. ut non sit opus multa hic commentari. *Glar.* Sequani non sunt Helvetii, sed Helvetiis proximi, hodie Comitatus Burgundiæ incolæ, seu *Franche Comte.* Marlean. in Cæs. *Cell.* Recte hic Cellarius errorem, de quo Glareanus, notat. vid. Gruner. *Verheyk.*

Omnem Galliam, quæ, &c.] Hæc et quæ sequuntur, ad verbum fere desumpta sunt ex Sueton. Cæs. c. 25. *Cell.* Hinc frustra esset multa commentari, dum ad cap. illud Cæs. consuli possunt Viri, ut de re literaria, ita de Suetonio, optime meriti. *Verheyk.*

Bis tricies centena] 3200000. milliaria. Apud Ptolemæum aliquanto minor est, etiamsi undenos omnium laterum gradus quater per 500. stadia multiplicaverimus. Erit enim summa stadiorum 22000. quæ si multiplicentur per 125. (quantum passuum est stadium) passus producentur 2750000. milliaria. *Glar.*

Britannis mox] Anno 699. Hoc factum est anno 4. belli Gallici. *Glar.*

Sestertium quadringenties] 40000000.

)0000. coron. *Glar.*

ıanesque trans Rhenum] Eodem Germaniam venit, XVIII. om- es commoratus. Pontem, quem per Rhenum, rescidit, sed pugnam in Germania fecit.

tot successus] Sueton. in Cæ- t. 25. ' Per tot successus, ter, plius, adversum casum exper- n Brittannia classe vi tempes- ope absumpta, et in Gallia ad iam legione fusa, et in Eburo- nibus Titurio et Arunculeio per insidias cæsis.' Hæc Sue- longe rectius quam Eutropius: i etiam obtinuerint, Cæsarem mania male pugnasse. Ipse ion meminit. *Glar.*

Arvernos] Ad opp. Gergoviam. Sueton. cap. 25. ' ad Gergo- egione fusa.' *Cell.*

ermania bis] Suspectus locus. . Titurius Sabinus et L. Cotta culeius legati una clade in ibus (' quorum pars maxima Mosam et Rhenum,' Cæs. Gall. 4.) perierunt. Cæs. cit. lib. 7. *Cell.* Annotatio Cellarii c locum corrigenda est. Scili- tropius per *bis* non significat duas, alteram Titurii, alteram culeii, sed horum potius cla- emovet, nec inter infelices Cæ- ugnas enumerandam censet, quæ non vera pugna, sed su- er insidias factus impetus fue- um. Ubi igitur *bis?* Eutrop. ri nequit. *Hav.*

Locus suspectus. Semel enim ı in Germania adversum ca- xpertum esse innuit Sueton.

ati ejus] Vide Cæs. lib. v.

Arunculeus] Vetus liber addito i at Arunculeium. Ita in Com- riis Cæsaris, et Liviana Epi- Arunculeius legitur. *Vinet.*

'. 18. *Conditæ* DCXCVII.] Sic in veteri libro. alii DCXCIX. sed eorum mendum arguit, quod inter C. Cæsa- ris cum M. Bibulo, et Marci Licinii cum Cneo Pompeio Consulatum, annum unum duntaxat ponant, cum tres interesse liquido constet. Præterea numerus ille DCXCIX. cum nostrorum Chronologorum rationibus convenit, quod non debet, sicuti supra nos mo- nuimus. *Vinet.*

DCXCIX.] Hic nobiscum convenit. *Glar.* Recte hic annorum computa- tionem emendant Viri D. quamquam numerus, quem servamus, Eutropii calculo convenit, neque ullus e Codd. nostris secus legendi ansam præbet. *Verheyk.*

M. Licinius Crassus, collega] Florus lib. III. Adversa et Diis et hominibus cupiditas consulis Crassi, dum Par- thico inhiat auro, strage 11. legionum et ipsius capite multata est, quod tri- bun. pleb. Atteius exeuntem ducem hostilibus diris devoverat, cæso una cum filio Crasso. Capiti ejus ampu- tato infusum est aurum, in contume- liam, et avaritiæ ultionem. *Glar.*

In Consulatu secundo] Utrinsque scilicet. *Glar.*

Contra Parthos missus est] Crassum contra Parthos non missum, sed pe- cuniæ et gloriæ cupiditate inflamma- tum fuisse ad bellum Parthicum, recte ex Plut. et Vellei. observat Gruner. Vir Cl. Confirmant Dio p. 133. Appian. in Parth. p. 219. Flor. III. 11. Oros. VI. 13. Vide singulis locis Comment. *Verheyk.*

Carras] Mesopotamiæ urbem. *Glar.*

Contra omina] Imo contra Tribuno- rum plebis voluntatem. *Glar.*

Contra omina et auspicia] Primum diris devotus ab Atteio trib. pl. quod fœderatis gentibus bellum moveret: deinde in limine templi Hierapolita- ni uterque Crassus, pater et filius, collapsi sunt. Porro δυσέκβυτα vates in Syria nunciaverunt, id est, *tristia victimis significari.* Cum Euphratem trajiceret, equus prætorius in aquas

desiliit, locus castrorum fulmine tactus, &c. Plutarch. in Crasso. *Cell.*

Dimicasset ... victus] Non prælio victus, sed colloquii specie, et percutiendi fœderis, deceptus, in potestatem hostium venit. Plutarch. Adde quæ ad Sexti Rufi c. 17. diximus. *Cell.*

Orodis] Ita libri omnes nostri, atque Latini autores fere cum Dione Græco. apud Plutarchum vero in vita Crassi, et alibi, Ὥρώδης hic scribitur, ubi nescio, an sit ὁ pro ὁ in prima illa syllaba. *Vinet.* Eamdem observationem, quam Vinetus, etiam alii habent. Orodes tamen Latine recte scribitur, ut præter aliorum, exemplo Ciceronis liquet ad Famil. Ep. 1. et alibi. *Verheyk.*

Cum Filio] P. de quo multa Cæs. libro tertio, de bello Gallico. *Glar.*

Per C. Cassium quæstorem] Dion. libro XL. habet, μετὰ Κασσίου Λογγίνου τοῦ ταμίου solum. libro vero XLI. est, Q. Cassius Longinus, qui nescio an idem sit. *Vinet.* Qui postea Cæsarem interfecit. Vellei. Pat. II. 46. *Glar.* et *Cell.*

Perditas res] Sub M. Crasso. *Glar.*

Res] Rom. *Glar.*

Persas] Parthos. *Glar.*

Trans Euphratem] In Mesopotamiam. *Glar.*

Persas rediens, trans Euphraten] Ita, ut in Edit. Havercampiana legebatur, locum male distingui monet Gruner. Etsi in singulis fere Edd. diversam distinctionem offendo, ut dubii mihi videantur Viri Docti, quo illud *trans Euphratem* pertineat. Schonhovii, *Persas, rediens trans Euphratem, crebris, &c.* et ita Cellarii, Hovenii, Grunneri. *Persas rediens trans Euphraten crebris, &c.* Merulæ. Sed Fabri Patris et Filiæ *Persas, rediens, trans, &c.* Non possum non Havercampii distinctionem tueri: quod enim Vir Cl. τὸ *trans Euphratem* ad τὸ *rediens*, non ad τὸ *vinceret*, pertinere existimat, quia Dio l. XL. p. 133. ait Parthos Euphraten non transgressos esse, dubito, an satis recte. Nam Crassus non rediit trans Euphraten, atque ita ad τὸ *rediens* pertinere non potest, sed ad τὸ *vinceret*, quod unice verum est; dum Parthi trans Euphraten in Syriam regressi ab *illo* victi sunt, quod diserte hæc exempla confirmant. ‘C. Cassius, quæstor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit.’ Epit. Liv. CVIII. Vellei. II. 16. ‘Syriamque adeo in Populi Rom. potestate retinuit, ut transgressos in eam Parthos felici rerum eventu fugaret, et funderet.’ His calculum adjicit Josephus ad Dion. l. XL. p. 133. laudatus. Ceterum recte Glarean. pro *Persas* emendat *Parthos*. Hos enim promiscue confundit auctor passim, uti et Aur. Vict. aliique ejus seculi scriptores, quod semel monuisse sufficiat; qui enim hic *Persæ* initio cap. *Parthi*: et sic l. VII. c. 5. ‘Orodes Persarum rex,’ &c. *Verheyk.*

CAP. 19. *Hinc jam bellum civile successit*] Anno 705. Hoc bellum eleganter descripsit Cæsar ipse tribus libris, et Hirtius duobus aut tribus. *Glar.*

Romani nominis fortuna] Hanc lectionem in omnibus, quotquot vidi, edd. (nisi quod Hoviana in margine *P. R.*) obviam contra codicem F. et Leid. 1. 2. 3. tuetur Doct. Gruner. quem vide. Sed, licet alibi probet, *nomen Romanum* idem esse ac *Populum Rom.* quo sensu infra l. IX. c. 7. ab Eutropio ipso adhibitum invenio: ‘Horum imperium Romano nomini perniciosum:’ et Nep. Vit. Hann. 7. ‘Hannibalem inimicissimum nomini Romano:’ uti et pro *fama, gloria, nomen* sæpe usurpari monet Cl. Drakenb. Præf. Livii, quo sensu neque hic alienum, non tamen tot Codicum Mss. auctoritati repugnare ausim, propterea quod 4. et 5. quorum rationem non habuit Havercampus, confirmant, prior *P. R.* posterior

Pop. Romani; uti et 2. Ceterum *fortunam mutari* potissimum dici, recte ostendit Vir Cl. si rerum status in deterius mutatur. *Verheyk.*

Cæsar enim, rediens e Gallia victor] Cæsar plebiscitum impetraverat, ut absentis sui ratio haberetur: id est, ut non cogeretur Romæ in campo Martio adesse comitiis consularibus, ac petere consulatum more majorum. Ita autem corruperat universum populum, ut minime dubitaret de adeptione. Quare autem tantopere cuperet fieri Cos. in causa erat, quia sciebat, non perpetuo se fore in Gallia imperatorem. Ut igitur post Galliæ præturam rursus in imperio esset, voluit, ut sui absentis ratio haberetur: quod cum magnates nollent, ille noluit exercitum dimittere: causatus injuriam sibi fieri, quod plebiscitum in se non servaretur, et quod provincia abire juberetur sex mensibus ante statutum tempus: et erant prætextus justitiæ, propter quos armorum gloriam armis vindicare statuit. *Glar.*

Dubietate] Posterioris Latinitatis vocabulum, quo sæpius Ammianus Marcellinus usus est. *Cell.*

Atque eum sine dubietate aliqui deferent] Primus, qui ita legit, Cellarius est, quem secuti sunt Hearne, Havercampus, Hovenius, Grunerus, qua nescio auctoritate: quum Fuldensem Cellarius, et Oxoniensem Cod. sibi adversari Hearne ipsi testentur. Nos Eutropio suum restituimus, non quod vera credamus, Cæsari sine ulla *dubietate*, ut scriptoris verbo utar, consulatum fuisse delatum; hæc enim historiæ repugnant, quod ex Eutropii ipsius verbis liquet, *contradictum est*, *&c.* sed quia longe plures Mss. Codd. et typis exarati ante Cellarium omnes lectionem tuentur, quam hic statuimus, majore certe jure, quam is, cui nulla auctoritas fuit. Sic *poscere* pro *deposcere*, quamquam id melius hic videri possit, fide omnium Leidd. Codd. quibus consentiunt Edd. Aldinæ, Juntinæ, Schonhovii, Mernlæ, et ipsius Cellarii, præferendum judicavi. *Verh.*

A Marcello] C. Claudio. *Glar.* C. Claudio Marcello, Marci, qui proxime consul fuerat, fratris filio. Appian. II. Civ. L. Lentuli autem Collega. Hirt. Alexandrin. c. 68. *Cell.*

Cos.] Iterum. *Glar.*

A Bibulo] Collega Cæsaris ante decem annos. *Glar.*

Bibulo] Cæsaris olim in consulatu collega. Post Syriæ proconsule. *Cell.*

Pompeio] Genero. *Glar.*

Propter quam injuriam] Vera causa civilis hujus belli erat, quod Cæsar depeculator erat, id est publicæ pecuniæ fur: tria millia enim pondo auri consulatu suo primo ex Capitolio furatus, tantundem inaurati æris reposuit. Hoc scribit Suet. tit. 54. in Julio Cæsare. Hæc omnia inimicis ejus erant nota. Verum quamdiu in imperio erat, in jus duci non potuit. Necesse igitur ei visum erat, vel retinere exercitum, vel in magistratu esse. Nam ut primum Cos. factus esset, rursus ei exercitus dabatur, ut esset ita rursus nova causa spoliandi aliquam provinciam, sicut Galliam spoliaverat, quod copiose idem Suetonius scribit, eodem titulo 54. In Gallia, (inquit) fana templaque Deum donis referta expilavit, urbes diruit, sæpius ob prædam, quam ob delictum. Unde factum, ut auro abundaret, ternisque millib. nummum in libras promercale per Italiam provinciasque divenderet. *Glar.*

Ab Arimino] Piceni oppido. *Glar.*

Milites congregatos] XIII. legionem, ut ipse inquit l. I. *Glar.*

Coss. cum Pompeio] C. Marcellus, L. Lentulus. *Glar.* Quid priora ad loci illustrationem? Ea Doctissimæ Feminæ quodammodo adversari putem: quam enim elegantiam vocat, in eo constat, quod *Consules cum Pompeio* pro *et Pompeius* positum sit: id,

quod ubique satis obvium, quamquam notatu non indignum. Sed ex allatis exemplis tum plurale verbum sequi deberet, quod, etsi non semper observatum reperies, hic, si quid notandum, neglectum esse animadvertendum erat. Plura substantiva singulari numero jungi nonnunquam, vel uno exemplo, quod omnium instar sit, demonstrare liceat. Livio VI. 34. 'Quocunque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammæ, et fragor ruentium avertisset.' Plura dedit Cel. Drakenb. ad XXXVII. 29. Sed neque hæc satisfaciunt, quum hic non tantum plura substantiva verbo singulari junguntur, sed etiam nomen plurale *Consules cum Pomp. sen. atque, &c.* Sed hoc Zeugma vocant Grammatici, quo verbum ad propiorem personam respicit. Ceterum *transiit*, pro *transivit*, fide Codd. Lugd. Bat. omnium reposui. Sic supra l. III. 8. infra c. 20. nec scio, aliter unquam loqui Eutropium. *Transierunt* III. 15. 16. *transierant* II. 21. *petiit* hujus libri, c. 20. *petierunt* III. 22. *petierant* II. 15. 21. &c. neque spernenda Cod. Fuldensis lectio *transit*, uti *transisse* supra II. 12. IV. 25. seq. cap. *petit* pro *petiit* in Codd. Leidd. 3. 5. quomodo probatissimi scriptores sæpissime scribere amant. Vid. quæ, et quos ad Suetonium, cui frequens est, laudant cel. Burm. et Oudend. Cæs. 31. &c. *Verh.*

Fugit] Capuam. *Glar.*

In Græciam] Macedoniam. *Glar.*

Transivit] Senatus.. *Glar.*

Epirum] Ad Hadriatici maris regionem. *Glar.*

Achaiam] Ubi Athenæ. *Glar.*

Paravit] Senatus et nobilitas. *Glar.*

Senatus] Hanc vocem addidi ex Codd. LC. S. M. N. B. F. V. Leidd. omnibus, aliisque, ut Cellarius notat, etsi addit *sine necessitate:* quod licet concedam, tamen, quoties repetitionibus gaudeat Eutropius, ubique videre est; præterquam quod locus aliter quodammodo obscurior. *Verh.*

CAP. 20. *Dictatorem se fecit*] Errorem ab Eutropio et Viris Doctis hic commissum nos alibi latius perpendemus. *Verh.*

Inde Hispanias] Post expeditionem Hispanicam, Dictatorem factum se, ipse scripsit Cæsar libro secundo Commentariorum belli Civilis. *Vinet.* In hoc ad Hispanias itinere Massilia per L. Domitium Ænobarbum misere decepta, portas Cæsari clausit, et Pompeianis aperuit: sed tandem ab eodem Domitio prodita, Cæsari dedita est. *Glar.*

Inde regressus in Græciam transiit] Anno 706. Cæsar in Græciam profectus, cum apud Dyrrachium consecutus esset Pompeium, pugnam detrectantem, eum circumvallare decrevit, ut famam, qua per orbem terrarum inclaruerat, Pompeii minueret, cum increbuisset eum a Cæsare obsideri, neque audere prælio dimicare. Cæterum in occupandis præsidiis magna vi uterque utebatur. Cæsar, ut quam angustissime Pompeium contineret: Pompeius, ut quamplurimos colles quam maximo circuitu occuparet: crebraque prælia ob eam causam fiebant. XV. millia passuum circuitu Pompeius amplexus, ut interiore circulo: Cæsar XVIII. millia ut exteriore. Verum eam munitionem ob magnitudinem perficere non potuit. Duabus igitur partibus invito Cæsare, nec sine ejus clade, Pompeius evasit: nongentos milites ac LX. duobus prælliis Cæsar desideravit, equites CCCC. tribunos mil. L. Centuriones XXX. signa militaria XXXII. *Glar.*

In Græciam] Macedoniam. *Glar.*

Adversus Pompeium] Dyrrachium. *Glar.*

Primo prælio victus, et fugatus] Ad Dyrrachium. Cæs. Civ. III. 6. 9. *Celldr. Victus est et fugatus,* ut in aliis Edd. legitur, auctoritate omnium Codd. Leidd. restitui. *Verh.*

Victus] A Pompeio. *Glar.*

Fugatus] Coactus mutare belli rationem. *Glar.*

Quia nocte] Hoc non dicit Cæsar. *Glar.*

Dixitque Cæsar] Vide Beroaldum super 36. tit. C. Julii Cæs. apud Sueton. *Glar.*

Apud Palæopharsalum] Sic pro *Pharsalum* antiquus codex et Paulus Orosius libro sexto. Significat autem id antiquam Pharsalum: quod compositum nomen etsi non memini alibi legere, tamen placet, vel quod talia inveniantur apud Strabonem et alios Geographos, qui Pharsalum etiam eam Thessaliæ urbem appellant, unde Φαρσαλία regio in Plutarchi Cæsare: et Φαρσάλιον πεδίον in Pompeio, qui Latinis Pharsalici campi dicti, in quibus Cæsar et Pompeius pugnarunt: et Pharsalicum prælium apud Suetonium. *Vinet.* Apud Pharsalum. *Glar.* Palæopharsalum. *Glar.* Hoc nomine etiam Livius XLIV. 1. Orosius VI. 15. utitur: et Strabo l. XVII. f. 548. ἐκ Παλαιοφαρσάλου Pompeium fugisse tradit: ceteri simpliciter *Pharsalum* vocant. Situm fuit id oppidum in Thessaliæ parte, qua Epirum (Phthiotas in alt. Ed.) spectat. *Cell. Pharsalium* legunt Edd. Vetustissimæ. Livii Epit. CXI. 'Translato in Thessalium bello, apud Pharsaliam acie victus est.' Sed Pæanius servat ἐν Παλαιοφαρσάλῳ. Quod, etsi cum Strabone Παλαιφάρσαλον, l. IX. p. 439. et Liv. XLIV. 1. ex optimis Codd. Mss. *Palæpharsalum* præfert, ferri posse notat Cl. Oudend. ad Front. II. 3. 22. *Verh.*

Pompeii acies habuit XL. *millia*] Cæsar ipse l. III. de Bell. Civil. de Pompeii acie locutus, ita inquit, 'Numero cohortes CX. expleverat. Hæc erant millia LV. evocatorum circiter duo millia, reliquas cohortes VII. castris propinquisque castellis præsidio disposuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam impeditus ripis muniebat: quam ob causam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes in sinistro cornu objecerat.' Hæc ille: quæ summa cum Eutropio minime concordat. Constat autem Cæsarem longe minorem habuisse numerum et peditum et equitum. Florus in sua Epitome l. IV. CCC. millia ait hinc et illinc stetisse, præter auxilia regum et Senatus. Nunquam ullo loco tantum virium populi Romani, tantum dignitatis fortuna vidit. Sed credo erratum in numero. *Glar.*

Equitum in sinistro cornu VII. *millia, in dextro quingentos; præterea*] Ita omnes priores Edd. legunt, et post Havercampianam secutæ Hoveniana et Gruneriana. *Equitum in sinistro cornu sexcentos, in dextro quingentos. præterea, &c.* e suis Codd. Mss. edidit Doctiss. Anglus, quem sequitur Havercampus. Nullus vero Commentatorum attigit locum, ac si sanus haud medica manu egeret: licet hic mihi aquam hærere, fateri non pudeat, locum in menda cubare credenti. Hearnio favent plures Codd. nostri, et Pæanius, in utroque cornu numerans ἱππέας ἑκατὸν πρὸς τοῖς χιλίοις. Obstat vero optimæ notæ cod. *in sinistra cornu mille quingentos* ceteris deletis. Reliqui scriptores numerum non exhibent, ut inde nihil lucis adferatur. Qui facit, a Nostro dissentit, Frontin. II. 3. 22. 'Legiones, secundum virtutem cujusque, firmissimas in cornibus, et in medio collocavit; spatia his interposita tironibus subplevit, dextro latere sexcentos equites propter flumen Enipea..., reliquum equitatum in sinistro cornu cum auxiliis omnibus collocavit.' Ratio autem, quæ me impulit, ut Hearneanam lectionem servaverim, nisi quod *equites* e Codd. Nostris l. 2. 4. pro *equitem* quod frustra ille, reposuerim, hæc est, quod Orosius, qui, etsi alioqui non certus testis adhibendus, Eutropii tamen, ubi eum describit, loca sarta tecta exhibet, hic

ipsissimis Nostri verbis utitur, l. VI. c. 15. 'Fuerunt autem peditum XL. millia, equitum in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti, præterea,' &c. eodem errore: non enim XL. millia peditum fuerunt, sed XLV. ut non Plutarchus tantum, sed Cæsar etiam aperte docet l. III. B. C. c. 88. *Verh.*

Totam nobilitatem] *Que*, quod Sylburg. jam spreverat, ejecimus, quia nullus Codd. Leidd. admittit. *Verh.*

Populorum victores] Cl. Gruner. *bellorum* edidit. Vide quæ laudat. Nos, quia Leid. Codd. 1. 2. 3. vulgatam tuentur, servavimus. *Verh.*

Non integra XXX. *millia*] Recte e Plutarcho numerum emendant Viri Docti. Nostrum in errore sequitur Oros. VI. 15. *Verh.*

CAP. 21. *Neque melioribus*] Peritioribus in omneis cædes. *Glar.*

Contra barbaros] Exteros. *Glar.*

Pugnatum tamen est ingenti contentione] Cæsar timens, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit, equitatuique opposuit: et quid fieri vellet, ostendit: monuitque, ejus diei victoriam in earum cohortium virtute constare. Quod quidem factum est. Nam cum maxime jam pugna arderet, et equitatus Pompeii a sinistro Pompeii cornu urgeret equitatum Cæsaris, Cæsar illi quartæ aciei signum dedit, qui tam celeriter incurrerunt in Pompeii equitatum, ut eorum consisteret nemo, omnesque conversi non solum loco cederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent: quibus tamen Pompeius maxime confidebat. *Glar.*

Alexandriam] Ægypti principem urbem. *Glar.*

A rege] Ptolemæo Auletæ filio. *Glar.*

Cui tutor a senatu] Hoc tantum ex Cæsaris III. Civil. cap. 108. constat, tabulas testamenti Ptolemæi Auletæ, qui pater hujus pueri fuit, per legatos Romam allatas, ut in Ærario ponerentur, apud Pompeium fuisse depositas. De tutela nihil constat. *Cell.*

Propter juvenilem ejus ætatem] Vide patris Auletæ testamentum, binis tabulis scriptum, apud Cæsarem l. III. Bell. Civil. sub finem. *Glar.*

Fortunam] Adversam. *Glar.*

Amicitiam] Veram. *Glar.*

Cæsar lacrymas fudisse dicitur] Lucanus l. IX. sub finem: 'Utque fidem vidit sceleris, tutumque putavit Jam bonus esse socer; lacrymas non sponte cadentes Effudit, gemitusque expressit pectore læto.' *Glar.*

CAP. 22. *Mox Cæsar Alexandriam venit*] Post Alexandri Magni mortem, duces ejus omnia ejus regna sub titulo administrationis arripuere. Sic Ptolemæo, Lagi militis gregarii filio, cæterum mire Alexandro dilecto, Ægyptus obvenit: post quem omnes Ptolemæi dicti. Secundus, ejus nempe filius, Ptolemæus Philadelphus. Tertius, Ptolemæus Euergetes. IV. Ptolemæus Philopator. V. Epiphanes. VI. Pt. Philometor. VII. Physco. VIII. Pt. Lathurus. IX. Alexander. X. iterum Lathurus, restitutus regno. XI. Pt. Auletes. Cui IV. proles, duæ masculæ, duæ fœmellæ. Major natu filius, et major filia, Cleopatra, matrimonio copulati, regnare jussi. Sed frater Ptolemæus sororem Cleopatram repulit, ac ipse solus dominus esse voluit. Quos cum Cæsar componere vellet, juvenis Ptolemæus ei bellum movit: unde Cæsar tandem victor, ac mortuo Ptolemæo, Cleopatræ regnum stupri gratia dedit. *Glar.*

Mox etiam] Illud *etiam* uncis olim inclusum abjecimus cum Codd. Leidd. omnibus: quod ab Hovenio et Grunero quoque factum video. Miror, unde in Hearnii Editionem, quam secutus Havercampus, irrepserit: ubi in nulla alia legitur. *Verh.*

Ptolemæus] Juvenis. *Glar.*

u, in Nilo periit] Victus, exis castris apud Nilum, fugit navi, qua receptus erat, deperiit. Hirtius Alex. bell. . n. 6. Appianus quidem 11. '. 239. tradit: *ἀνὰ τὸν Νεῖλον γνεται πρὸς τὸν βασιλέα ἀγών.* elenius vertit: *in Nilo fuit* c. sed major est Hirtii auc- qui terrestrem illam pugnam ion navalem, perscribit. Ipse us v. Civil. post principium, egis Ægyptii *πρὸς τὸν Καίσαρα Νεῖλον ναυμαχίαν. Cell.*

ns inde] Ex Ægypto et Syria.

iacem, Mithridatis magni filium] Hirtius lib. IV. 'Post bellum lrinum Pharnaces, fretus dis- Romanorum, in spem venit andi regni paterni in Ponto. um ex Armenia, Ariobarsa- Cappadocia expulit. Cum nitio Calvino, legato Cæsaris e pugnavit. Unde elatus mulnnice in Ponto fecerat. At dveniens, una levi pugna et im exuit, et in fugam vertit.' t Suetonius titulo XXXV. et in Cæsare Julio. De ejus o tria celebrantur verba, *veni, i.* Glar.

iacem] Proditorem patris, in icinoris *μισθὸν* Pompeius illi *ο τὴν βασιλείαν τοῦ Βοσπόρου* ν.) Dio Cass. XXXVII. Post llo orto putavit, his turbis se m regnum recuperare posse. XLII. *Cell.*

idatis Magni] Eupatoris. *Glar.*

Pompeio in auxilium] Legati is apud Cæsarem commemonulla Pharnacem auxilia conarem Pompeio dare voluisse, iotarus, qui dedisset, tamen ecisset. Cæsar respondit, id uod commemorassent officius Pharnaci fuisse, qui prone vinceretur, quam sibi, mmortales victoriam tribuissent. Non ergo misit Pompeio auxilia, quod hic tamen author asserit. Negat etiam Hirtius lib. IV. *Glar.* Legati Pharnacis ad Cæsarem apud Hirtium in B. Alex. c. 69. 'nulla,' ainnt, 'Pharnacem auxilia contra Cæsarem Pompeio dare voluisse.' 'Ceterum in auxilium esse cui,' dixit etiam supra IV. 3. Et Sex. Ruf. cap. 11. 'in auxilia nostra fuere Cappadoces.' *Cell.*

In auxilium] Sic et Sextus Rufus in Breviario c. 11. 'Semper in auxilia nostra fuere Cappadoces.' *Heum. In auxilio* hic iterum fide Codd. Nostrorum emendavimus. Vide quæ diximus supra IV. 6. *Verh.*

Postea ad mortem coëgit] Hæc testatur Dio l. XLII. p. 207. sed memoria lapsa *Alexandrum* pro *Asandrum* posuit Doctissima Femina, ut ibi videre est. *Verh.*

CAP. 23. *Tertio se Cos.*] Anno 708. *Glar.*

Qui ei Magister equitum ante annum fuerat] Sive potius anno 707. nunc erat 708. ut recte Cellarius. *Verh.*

Dictatori] Cæsari. *Glar.*

Inde in Africum profectus] Hoc bellum descriptum est l. V. qui de bello Africo inscribitur. Cruentum plane et ancipitis Martis, postrema pugna ad Thapsum urbem omnes Pompeiani, exceptis Pompeii filiis ac T. Labieno, periere; varia fortuna ut libri ejus fine videre est, periit et Juba rex, qui hujus belli maxima fax fuit. *Glar.*

Nobilitas] Romana. *Glar.*

Cum Juba Mauretaniæ rege] Florum videtur secutus, qui IV. 2. 65. hunc Jubam etiam 'Mauretaniæ regem' vocat. At hic non Mauretaniæ, cui Bocchus et Bogud illo tempore imperabant, sed Numidiæ rex fuit, filius Hiempsalis II. Bene ac distincte Dio Cassius XLII. p. 172. *ὁ Ἰόβας, Ἰεμψοῦ παῖς ὤν, καὶ τῶν Νομάδων βασιλεύων, τά τε τοῦ Πομπηίου, ὡς καὶ τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς, προτιμῶν*: *Juba Hiempsalis filius, rex Numidiæ, causam Pom-*

peti prætulit, quam populi et senatus esse censebat. Cellar. Hæc probat Grunerus, laudans Spanhem. de P. et U. Numism. Diss. VIII. p. 540. Nos, quod de *Persis* et *Parthis* supra ostendimus, hic etiam accidere opinamur, ut *Africa*, *Numidia*, et *Mauritania* a scriptoribus inter se confundantur, et alterum pro altero regno reponatur: eodem modo, quo supra c. 11. *Macedonia* pro *Thracia:* ubi vid. Doct. Fem. Unde ipse Bocchus, quem Mauritaniæ regem alii faciunt, et quodammodo recte, a Plut. in Mario p. 424. A. vocatur ὁ Βόκχος ὁ Νομάς. in Sylla p. 452. C. τῶν Νομάδων βασιλεύς: in Anton. p. 944. B. ὁ Βόκχος ὁ Λιβύων. quo tamen titulo ipsum Jubam insignit in Cæs. pag. 750. B. Sed et alter Mauritaniæ rex Bogud occurrit apud Hirt. Alex. c. 59. Duæ nempe Mauritaniæ fuere, altera, cujus Rex Bocchus vulgo dicitur, Tingitana, altera, cui Bogudem imperasse aiunt, post Cæsariensis dicta. Vid. Plin. l. v. Hist. c. 2. et quæ ad Dion. l. XLIII. pag. 215. notat Fabr. Minime tamen hic Eutropium errasse putem. Sed Jubam et *Numidiæ* et *Mauritaniæ* regem fuisse credo, non utriusque, sed ejus quæ Numidiæ proxima fuit. Opinionem hanc confirmat Appian. B. Civ. l. IIII p. 488. ubi Jubam Μαυρουσίων Νομάδων βασιλέα vocat, et a Boccho distinguit, quem ἕτερον Μαυρουσίων δυνάστην facit: quod ita concipio, ut Bocchus et Bogud, reguli quidam fuerint quarumdam Mauritaniæ regionum: unde hi Cæsari, a quo hac de caussa reges fuere adpellati, opem tulerint, ut, si Juba Pompeii partes secutus inferior evaderet, vel periret, totum sibi Mauritaniæ regnum vindicassent, quemadmodum, ut Jubam expelleret, ejus regiam Cirtam Bocchus nunc occupaverat. Quidquid sit, e Dione l. LI. p. 454. aliisque liquet, Jubæ filium postea Historici nomine celeberrimum (Vid. Plut. in Sertor. p. 572. aliosque et inter recentiores, quos laudat Fabr. ad Dion.) et quem in triumpho duxerat Cæsar, ab Augusto *patrio regno* donatum fuisse, et constat ei inter alias Bocchi quoque et Bogudis regiones accessisse: unde Plinio v. 1. ‘utrique Mauritaniæ primus’ imperasse dicitur. *Verh.*

Bellum reparaverat] Contra Cæsarem. *Glar.*

P. Cornelius Scipio] Ita apud Flor. lib. CXIV. prænomen est. Alii enim vocant *Q. Metellum Scipionem.* Glar. Hujus hoc fere genus: P. Cornelius Scipio Nasica, Cnei Cornelii Scipionis in Hispania cum fratre Publio cæsi, anno ab U. C. DXLII. *filius adolescens*, vir optimus a Senatu judicatus (ut refert Livius lib. XXIX. et lib. XXXVI.) M. Corn. Cethego, P. Sempronio Tudetano Consulibus, anno DL. filium habuit P. Cornelium Scipionem Nasicam, qui porticus in Capitolio Censor fecit, autore Paterculo lib. II. Hic vide, an sit ille Nasica, qui adolescens Macedonico bello, cum Paulo Æmylio interfuit, et qui Dalmatas consul domuit, anno Urbis DXCII. Hujus fuit filius P. Cornelius Scipio Nasica, consobrinus Tiberii Gracchi, Pont. Max. quo duce interfectus idem Gracchus, ut scribit idem Paterculus: quod volunt factum anno urbis DCXVI. Hic post Gracchum occisum, sub titulo legationis Pergamum Asiæ secessit, ubi obiit. autores, Valerius Maximus lib. V. cap. 3. et Plutarchus in Gracchis, et alii. Filius ejus fuit Publius Cornelius Scipio Nasica, cujus meminit Cicero lib. I. Offic. quo cap. de vario hominum ingenio disputat: sed hujus mihi compertum non est, an fuerit filius ille Publius Cornelius Scipio Nasica, (Nasicam tamen Dion tantum appellat,) qui fuit pater Publii Cornelii Scipionis, Quinti Cæcilii Metelli (his etiam plura huic dantur nomina) qui socer Pompeii Magni, ne vivus in Cæsaris potestatem veni-

rét, in Africa se ipse interfecit, anno ab urbe condita DCCVIII. partem itaque suorum hic nominum a patre suo naturali habuit, partem vero a patre ex adoptione, qui ex Metelli Pii familia erat. Autor est Dion lib. XI. *Vinet.*

P. Cornelius Scipio] Sic vetere prænomine et cognomine patris naturalis Scipionem alibi sæpius vocari, vel ut Glareanus hic notat *Q. Cæc. Metellum Scipionem* a Q. Cæc. Metello Pio adoptatum, observant Viri D. ad Liv. Epit. CXIV. *Verh.*

Hic etiam socer] Corneliam enim habebat Pompeius, filiam ejus. *Glar.*

Quintus Varro] Sic alii: antiquus liber *Q. Varus.* Vide Cæsarem et alios, qui has res referunt, quoniam multos et Varos et Varrones hoc bellum habuisse videtur. *Vinet.* M. Varro. *Glar.*

Q. Varro] Ita constanter, quotquot vidi, Edd. legunt. Κόϊντος Βάρρων Pæanius. pro quo *M. Varro* emendat Glarean. perperam. Melius Vineti Vetus *Q. Varus:* quod, quia cum aliis e Codd. Leidd. duo conspirant, in textum rejicere non dubitavimus. Quia enim, ut Vinetus observat, plures *Varrones* et *Vari* occurrunt, in his decepti videntur Librarii. *Petreius* et *M. Varro* Legati fuerunt Pompeii antea. Cæs. l. I. B. C. c. 38. Suet. Cæs. 35. Qui vero in Africa inter duces Romanos fuit, erat *Varus.* Cæs. l. II. c. 34. Dio. XLII. p. 211. Hirt. 62. &c. *Verh.*

M. Porcius Cato] Catonum hoc fere genus, ex Plinio, Gellio, Plutarcho, Dione, et aliis:

M. PORCII CATONIS, GENERE TUSCULANI,

Oratoris, et Censoris, qui Consul fuit anno Urbis DLIX. et contra Nasicam censuit evertendam Carthaginem, sub cujus tertii belli Punici initium mortuus est, L. Martio, M. Manlio Coss. annos natus LXXXV. (Paterculus libro I. et Cicero de Clar. orat.) ad Urbis annum DCV. qui scripsit de Agricultura, Orationes, Origines, quique disputat de Senectute apud Ciceronem, filii fuerunt,

Ex priore uxore Liciniani appellati,

M. Porcius Cato major natu, qui Prætor designatus patre vivo decessit, et libros de juris disciplina reliquit. Cujus filius fuit

M. Porcius Cato, qui orator satis vehemens, multas orationes ad exemplum avi scriptas reliquit: Consul cum Q. Marcio Rege fuit, an. Urbis DCXXXVI. quo anno in Africa obiit. Cujus filius major natu fuit

M. Porcius Cato, is qui Ædilis Curulis et Prætor in Gallia Narbonensi vita functus est.

Ex altera uxore Saloniani dicti,

M. Porcius Cato, genitus patre annos nato LXXV. sicut apud Solinum legimus. Cujus filii duo fuerunt,

L. Porcius Cato, et

M. Porcius Cato. Hic Tribunus pleb. fuit, et petens Præturam mortem obiit. Cujus filius fuit

M. Porcius Cato Prætorius, quem in ejus vita et laudib. M. Tullius pronepotem Catonis Censorii dixit: qui bello Civili Pompeii et Cæsaris, se Uticæ in Africa interemit, anno ætatis XLVIII. secundum Plutarchum: seu XLIX. ut habet Liviana Epitome: seu quinquagesimo, ut Appianus Latinus, et Urbis an. DCCVIII. Cujus

Frater Cæpio,

Sorores Servilia, mater Marci Bruti: et Porcia, quæ nupsit L. Domitio.

Filia Porcia, uxor ejusdem M. Bruti.

Filius Cato, qui cum eodem Bruto in Philippico prælio fortiter occubuit. *Vinet.*

Victor fuit Cæsar] Ad Thapsum oppidum Africæ Propriæ. Hirtius Afr. cap. 80. seqq. *Cell.*

Cato, Scipio, Petreius, Juba, ipsi se occiderunt] De Catonis voluntaria morte satis constat, uti et Scipionis. Vide Epit. Liv. CXIV. Sed Jubam non se ipsum occidisse, sed a Petreio interfectum, qui tum sibi manus intulit, testatur Epit. d. consentit Flor. IV. 2. 69. Verum Hirtius 94. narrat, Petreium, Juba occiso, sibi pectus gladio transjicere nequeuntem, a servo suo precibus impetrasse, ut se interficeret. Vide hæc latius a Freinshemio ad Flor. d. l. expensa. *Verh.*

Syllæ quondam Dictatoris filius] Vide animadversiones in paraphrasin. *Cell.* Inclusa abjecit Cl. Grunerus, quod, quia multi Codd. Mss. servant, imitari non ausi sumus. *Verh.*

Pompeii gener] 'Contra hos commisso prælio, post multas dimicationes victor fuit Cæsar. Cato, Scipio, Petreius, Juba, ipsi se occiderunt. Faustus a Cæsare,' &c. Hæc omnia hoc loco omissa videntur. *Glar.*

A Cæsare interfectus est] Quia post impetratam veniam rebellarat. Suet. Cæs. 75. Fuit autem Pompeii gener. Flor. IV. 90. *Cell.* Epit. Livii CXIV. 'Faustus et Afranius occisi.' Suspicionem, quam movet Noster, auget tamen Florus d. l. 90. 'Nemo cæsus imperio [Cæsaris] præter Afranium... et Faustum Syllam.' Aliunde tamen non constat. *Verh.*

CAP. 24. *Post annum*] Anno 709. Hoc bellum refertur utrumque lib. VI. illo mutilo et corrupto, de bello Civili. *Glar.*

Se consulem] Assumpto Fabio per tres menses. *Glar.*

Ad Hispanias] Contra duos Pompeii filios, Cneum et Sextum. *Glar.*

Ubi Pompeii filii] 'Quasi non esset usque dimicatum, sic arma rursus et partes: quantoque Africa supra Thessaliam fuit, tanto Africam superabat Hispania, plurimumque favoris dabat ducum fraternitas, et pro uno duos stare Pompeios. Itaque nusquam atrocius, nec tam ancipiti marte concursum est. Omnium postrema certaminum Munda. Hic cum veteranorum manus magis pudore quam virtute resisteret, ablegato equo similis furenti primam in aciem procurrit. Ibi prensare fugientes, confirmare, per totum denique agmen oculis, manibus, clamore volitare. Dicitur in illa perturbatione et de extremis agitasse secum, et ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu mortem vellet.' Hæc Florus libro IV. *Glar.*

Apud Mundam] Hispaniæ Bæticæ urbem. *Cell.*

Natus annos sex et quinquaginta] Nostri errorem quoque notat Cl. Oudendorpius ad Suet. Cæs. LXXXVIII. docens, Cæsarem nunc nondum LV. annos natum fuisse. Vide quæ ibi Vir. Cel. observavit. *Verh.*

Et Sextus Pompeii filius major] Antiquus liber non habet *Sextus*, nec potest legi, quoniam Cneus major natu erat, minor Sextus, qui tum effugit: de quo contra Augustum sequens liber. *Vinet.* Legend. *Et Cn. Pompeii.* Glar. Veram scripturam ex Lugd. Bat. Mss. reposuimus, qui omnes habent: *Ex Pompeii filiis major occisus est, minor fugit:* nisi quod secundus ex illis vitiose habeat *ex Pompeius:* unde in aliis quibusdam Codd. videtur fuisse, velut per emendationem factum *Sextus.* Edd. Hear. Fab. et Cellar. legunt, *et Pompeii filius major*, &c. minus concinne. *Hav.*

CAP. 25. *Agere insolentius cœpit*] De abusu dominationis et potestatis ejusdem, vid. Suetonium ti. LXXVI. in Julio, et deinde per continuos titulos. Nam cum ei nimii honores attribuerentur, perpetuus Consulatus, Dictatura perpetua, ac Censura, statuæ regales: cognomina, Pater patriæ,

Imperator: item divini honores, thensa, aræ, templa, simulacra juxta Deos, sacerdotes, mensis appellatio: ipse contemptis omnibus his, dignitates pro libidine constituit, nihil amplius rempubl. esse dictitans: Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit: universo Senatui, plurima ac honestissima offerenti decreta, sedens pro æde Veneris Genitricis non assurrexit: Tribunos plebis vilissimis de causis dignitate dejecit. Unde conjurationes in eum factæ, quæ enm, ut merebatur, pessundedere. *Glar.*

Contra libertatem] Emenda, *contra consuetudinem*. Glar.

Honores] Magistratus. *Glar.*

Ex sua voluntate] Pro libidine constitueret. *Glar.*

Populo] Per populi suffragia. *Glar.*

Ad se venienti] Cum plurimis honestissimisque decretis. *Glar.*

Conjuratum est] De conjuratione in Cæsarem facta vide Suetonium titul. 80. in Julio. *Glar.*

Duo Bruti] M. et Decimus. *Glar.* et *Cell.*

Ex eo genere Bruti] Lege de hoc Dionem lib. XLIV. *Vinet.* Hoc negat Dionysius Halicarnasseus. Omnes enim Junii ac Bruti plebeii fuerunt, qui postea Cos. fuerunt, cum Brutus primus Romanorum Coss. fuerit patricius. Nullus autem Juniorum aut Brutorum post primum Cos. cum ex solis patriciis Coss. fierent, in consulum catalogo invenitur. *Glar.* Dio Cass. l. XLIV. p. 246. ait falso sparsum fuisse, hunc Brutum genus duxisse ab illo, qui reges ejecerat, quod similia facinora ediderat, quum prior nullam progeniem reliquerat. Dubitat in not. Vir Cl. Veteres inter neque constat satis, num sine prole obierit. Vid. Miscell. Nov. Lips. Vol. III. 2. p. 261. *Verh.*

LIBER VII.

LIBER hic VII. historiam continet annorum circiter centum XXXVIII. ab U. C. 710. ad annum 848. Undecim post C. Julium primum Cæsarum, eo ordine, quo prosequutus est Suetonius, ut sit finis in Domitiano. *Glar.*

CAP. 1. *Anno urbis* DCC. *fere ac nono*] Ita prorsus liber quoque vetus, nisi *et* pro *ac* haberet: at Orosius et nostri Chronologi unum addunt annum, qui quintum Cæsaris Consulatum, in quo Idibus Martiis interfectus est, putant in annum urbis DCCX. incidisse. *Vinet.* Anno 710. Idibus Mart. *Glar.* Unius anni differentia expenditur a Freinshemio Præf. Flori, qui rotundo utitur numero. Glareanus passim diligens annorum computator. *Verheyk.*

Interfecto Cæsare] Ut primum Cæsar occisus est, occupatum ab interfectoribus Capitolium est. Oblivione deinde cædis ejus a Senatu decreta, obsidibus Antonii et Lepidi liberis acceptis, conjurati a Capitolio descenderunt. Florus lib. CXVI. *Glar.*

Senatus farebat] Ἀμνηστία inducta a Cicerone. *Glar.*

Antonius Cos. partium Cæsaris] Prima civilium motuum causa testamen-

tum Cæsaris fuit: cujus secundus hæres Antonius, prælatum sibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi juvenis susceperat bellum. Hæc Florus lib. IV. Velleius Paterculus HS. septies millies depositum a C. Cæsare ad ædem Opis, occupatum ab Antonio ait.

700000000 HS.

15000000 coron. *Glar.*

Civili bello] Hanc lectionem fide omnium Codd. Lugd. Bat. Edd. Ald. Schonhovii, Merulæ, et Cellarii spernendam judicavimus. *Verheyk.*

Missi ad eum persequendum duo Coss.] M. Antonius Cos. cum impotenter dominaretur, legemque de provinciarum permutatione per vim tulisset: tamen Cæsarem quoque petentem ut sibi adversum avunculi percussores adesset, magnis injuriis affecit. Cæsar sibi et reipub. vires contra eum paraturus, deductos in colonias veteranos excitavit: legiones quoque Quarta et Martia, signa ab Antonio ad Cæsarem tulerunt, et multi præterea desciverunt. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obsedit. Hæc causa fuit Senatui mittendi Coss. ac Augustum contra Antonium. *Glar.*

Missi] Mutinam. *Glar.*

Duo Coss.] Anno 711. Primum bellum, Mutinense. *Glar.*

Octavius adolescens] Hoc tempore, quando cæsus est Julius, Augustus fuerat XVIII. annos natus ac dimidium. Dimidium autem anni effecit, ut quidam XIX. legant, quidam XVIII. Gessit autem v. civilia bella, ut inquit Suetonius tit. IX. in Augusto. Quæ hic author ordine persequitur, sicut Suetonius. *Glar.* Ante adoptionem Octavius dicebatur. Mos enim fuit, assumpto adoptantis nomine, ἓν τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθὲν πως τηρεῖν. Dio Cassius lib. XLVI. *Cell.*

Octavianus] Ex Octavio Octavianus, ut ex Æmilio Æmilianus: ita adoptati vocabantur, ut Dion docet libro quadragesimo sexto. Hic Attiæ filiæ sororis Cæsaris occisi filius, Caius Octavius Cæpio dicebatur autore eodem Dione lib. XLV. *Vinet. Octavius* habet vet. codex. *Glar.*

Annos XVIII. *natus*] De Octaviani ætate consule Cl. Oudend. ad Suet. Aug. VII. Cum Eutropio facit Velleius II. 59. et Dio l. XLV. p. 272. ἐκτὸ καὶ δεκάτης ἦν ut nunc ageret annum decimum nonum. Vide ibid. et ad Flor. IV. 4. Ceterum Edd. Vetust. omnes XVIII. legunt. *Verheyk.*

Qui Cæsari] Antiquus liber, *Cæsaris.* Est hic C. Julius Cæsar, Cæsaris Augusti adoptione pater. Præfecerat autem, quo anno fuit interemptus, Lepidum Galliæ Narbonensi et vicinæ Hispaniæ parti, inquit Dion in fine lib. XLIII. Sed tamen Romæ tunc erat Lepidus, quando fuit interfectus Cæsar. *Vinet.*

Cæsaris nepos] Burdeg. et Fuld. *Cæsaris*, gignendi casu, sed dativum probat loquendi genus superius VI. 23. 'qui ei dictatori magister equitum,' &c. nisi forsan legendum: *sororis Cæsaris nepos.* Cæsar enim non avus ejus fuit, sed avunculus major. Suet. Cæs. LXXXIII. et Aug. VII. *Cell.* Recte Nostri errorem notant V. D. Filius fuit Attiæ M. Attii Balbi et Juliæ sororis C. Cæsaris filiæ, ut jam Cæsaris sororis nepos sit. Vide hæc a Cl. Fabricio ad Dion. l. XLV. p. 272. confirmata. *Verheyk.*

Hæredem reliquerat] Ex dodrante. Vide Sueton. tit. LXXXIII. in Cæsare. *Glar.*

Nomen suum] Cæsaris. *Glar.*

Profecti] Mutinam, ubi Antonius obsidebat D. Brutum. *Glar.*

Tres duces] Duo Coss. et Octavius. *Glar.*

Vicerunt eum] De hac victoria vide Sueton. tit. X. in Augusto, et de perfidia Augusti, in XI. *Glar.*

Victores Coss. ambo morerentur] Hirtius in acie: Pansa paulo post ex

, postquam biduo pugnatum
um Antonio ad Mutinam. Ap-
. Civil. Sueton. Aug. XI. *Cell.*
Cæsari Augusto] Fide Codd.
N. M. B. L. F. Leidd. 2. 3. 4.
in textum recepimus. Quam-
ıim hoc titulo non ante, quam
:toriam Actiacam, nisi quid
ı fallar, insignitus fuit Octa-
tamen etiam c. 3. Eutropius
Cæsar Octavianus Augustus,'
ns ad præcedd. ' qui postea
ıs.' Ceterum ex hoc loco pro
tores exercitus, ingeniosissime
t. Aug. XI. *Solus victor tres*
'estituit Cl. Oudend. uter-
m Cos. suum habuerat exer-
ınde Oros. VI. 18. ' Consulum
ım uterque exercitus Cæsari
Ipsum vide. *Verheyk.*

2. *Fugatus Antonius*] Sueto-
Augusto, tit. XII. Sed ut Au-
cognovit, Antonium post fu-
M. Lepido receptum, cæte-
luces et exercitus consentire
ibus, causam optimatum sine
one deseruit, ad prætextum
voluntatis, dicta factaque
lam calumniatus, quasi alii
ım tollendumque jactassent,
sibi aut veteranis par gratia
ur. Hæc ille. Velleius hanc
em egregie persequitur. Cæ-
um Octavius pro Senatu erat,
mirifice eum laudavit. At
ecisset ad Lepidum ac Anto-
ire in eum exclamat. *Glar.*
ɛit ad Lepidum] Qui tum in
rat. *Glar.*
ı *cum Antonio fecit*] Apud Mu-
ı insula fluminis Lavinii. Ap-
incipio IV. Civil. Hoc initium
simi TRIUMVIRATUS. *Cell.*
ı *sui*] Adoptativi, Julii.
ın *eum exercitu profectus*] Idem
ns in August. tit. XXVI. ' Con-
vicesimo ætatis anno invasit,
hostiliter ad urbem legioni-
sisque, qui sub nomine exer-
poscerent, cum quidem cunc-
tante Senatu, Cornelius centurio prin-
ceps legationis, rejecto sagulo osten-
dens gladii capulum, non dubitasset
in curia dicere: Hic faciet, si vos
non feceritis.' *Glar.*

*Romam cum exerc. profectus est: ex-
torsitque*] Hac lectione fide Codd.
omnium nostrorum et Edd. Vetust.
spreta, bene habere, ut nunc legitur,
censemus. *Verheyk.*

Senatum proscripsit cum Antonio]
Inita cum Antonio ac Lepido socie-
tate, inter Mutinam ac Bononiam
Augustus et illi Syllanam proscrip-
tionem renovarunt. Nihil unquam
crudelius actitatum putant historici,
nec deflere quidem quisquam satis
digne poterit, nemo verbis exprі-
mere. Antonius L. Cæsarem avun-
culum, Lepidus Paulum fratrem pro-
scripserant. Nec Planco gratia de-
fuit, ad imperandum ut frater ejus
Plancus Plotius proscriberetur: eo-
que inter jocos militares, qui currum
Lepidi Plancique sequuti erant, in-
ter execrationem civium usurpabant
hunc versum, ' De Germanis, non de
Gallis, duo triumphant consules.' Flo-
rus lib. IV. in sua Epitome, CXL. idem
libro CXX. in Livii Epitome, ait CXXX.
Senatores fuisse ab his proscriptos.
Sabellicus in XIII. titulum Augusti
apud Suetonium, ait Senatores CC.
ac MM. equestris ordinis proscriptos
fuisse. *Glar.*

Senatum proscripsit] Appian. IV. Ci-
vil. post principium *πάντες οἱ θανάτου
τε καὶ δημεύσεως κατεγραμμένοι, ἀπὸ
μὲν τῆς βουλῆς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους.*
CCC. *senatores capitis et publicationis
bonorum damnati.* Cell.

Cum Antonio] Una concordans.
Glar.

Antonio et Lepido] Qui etiam eum
proscripserunt. *Glar.*

Multi alii nobiles] XVII. præcipui e
senatoribus. Appian. *Cell.*

CAP. 3. *Interea*] Anno 712. Secun-
dum bellum, Philippense. *Glar.*

Interea Brutus et Cassius] Post Mu-

tinense bellum, et triumvirorum conspirationem, relicto ad urbis præsidium Lepido, Cæsar Octavius cum M. Antonio in Cassium Brutumque succingitur, ac apud Philippos vario eventu pugnarunt, ita ut utriusque aciei dextera cornua vicerint: hinc M. Antonius Cassium, et illinc M. Brutus Augustum. Sed tum Cassius victus, ratus etiam Brutum victum, ante nuncium victoriæ sibi mortem conscivit: quod cum rescivit Brutus, tentata rursus pugna ac victus, seipse interfecit. *Glar.*

Ingens bellum] In Græcia. *Glar.*

Cæsar Octavius et M. Antonius] Duo triumviri. *Glar.*

Lepidus] Tertius triumvir. *Glar.*

Primo prælio] Cassius cessit hostibus, amissis etiam castris sibi vim inferens: at in altero cornu vicit illo die Brutus. *Cell.*

Victi sunt Antonius et Cæsar] Lege *Victi sunt hinc Cassius, illinc Cæsar.* Glar.

Et Cæsar] Exercitus Cæsaris. Ipse enim somnio monitus aberat illo die a castris. Appian. *Cell.*

Secundo Brutus] Secundo prælio, quod eodem in loco, tertio post die, commissum est, Brutus superatur, et sequenti die se amico interficiendum præbet. Appian. in Civil. *Cell.*

Secundo Brutus et infinita nobilitas... ac sic, &c.] Cur a quibusdam Viris D. ita legitur, caussam non video. Edd. Vetust. ac Codd. Mss. S. B. N. M. G. V. P. et Leidd. omnes lectionem exhibent, quam nos dedimus: nisi quod *victum* secund. *multitudinem* pro *nobilitatem* quint. Sic in *Italia*, etsi *intra Italiam* Vineto et Sylburgio elegantius visum, e Codicibus S. B. M. N. F. P. V. Leidd. omnibus Edd. Juntin. Schonhovii ac Merulæ, jure prætulisse nos existimamus. *Verheyk.*

Quæ cum illis bellum gesserat] Hic inserendum, Antonius et Cæsar interfecerunt. *Glar.*

Sed in Italia] Anno 713. Tertium bellum, Perusinum. *Glar.*

L. Antonio Cos.] Fulvia, Antonii uxor, ex priore marito P. Clodio, Ciceronis inimico, filiam susceperat Claudiam, quam duxit Augustus, post initam cum Lepido et Antonio societatem. Verum cum Antonius in Ægypto Cleopatræ adhæreret, Fulvia, ut maritum in Italiam eliceret, consuluit L. Antonii fratri et tum Consuli, ut bellum Augusto inferret, receptis in partes suas populis, quorum agri veteranis assignati erant. Augustus autem L. Antonium obsessum in op. Perusia, conatum aliquoties erumpere, repulsum, fame coëgit in deditionem venire. *Glar.*

Bellum civile commovit] Quasi pro libertate populi R. contra Triumvirorum potentiam pugnans: revera autem a Fulvia instigatus, Marci fratris uxore, quæ ut maritum a Cleopatra abstraheret, bellum in Italia serebat. Appian. v. Civil. *Cell.*

Qui cum Cæsare contra Brutum] Hoc est *συμμαχῶν* Cæsari. *Cum* enim, quod bellandi verbis junctum *contra* significat, si adsit adversandi vocula, comitatum sonat et *συμμαχίαν*. Nepos Chabria c. 3. 'quod Chabrias adversum regem [Persarum] bellum gereret cum Ægyptiis:' id est, dux Ægyptiorum esset contra Persas. *Cell.*

Apud Perusium] Sic omnes nostri libri. *Perusia* tamen frequentius fœminino genere apud Latinos. *Vinet. Perusium*, ut Vineti libri omnes, ita quoque Nostri omnes neutrum fœminino generi præferunt. *Verh.*

Victus et captus] Victus fame et obsidione, ut se dederet Octaviano, a quo veniam impetravit. *Cell.*

CAP. 4. *Interim a Sexto Pompeio*] Quartum bellum, Siculum. *Glar.*

A Sexto Pompeio] Sextus Pompeius, Magni filius, post bellum Hispaniense, quod fuit anno 709. diu vagatus, sine ulla loci cujusquam possessione, prædatus in mare, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provin-

ciam occupavit. Salvidenum Augusti legatum navali prælio vicit: deinde cum annonæ caritas urgeret Italiam, occluso ex Sicilia commeatu, pax convenit, ut Siciliam obtineret. Bis inde, cum pacem non servaret, pugnatum vario cum eo eventu. Agrippa postea eum vicit. expulsus Sicilia Pompeius, in Asiam ad M. Antonium confugit. Verum bellum adversus Antonium moliens, a legatis ejus oppressus est. *Glar.*

Cui] Magni. *Glar.*

His qui superfuerant] Exulibus ac proscriptis. *Glar.*

Pax postremo] Sed non diu durans. *Glar.*

Pax postremo convenit] Sancita apud promontorium Misenum. Lex pacis erat, ut Pompeius Siciliam et Sardiniam teneret et mare tutum præstaret a prædonibus. Plutarch. in Anton. f. 930. *Cell.*

CAP. 5. *M. Agrippa*] Augusti gener. *Glar.*

In Aquitania] Galliæ tertia pars est. *Glar.*

L. Ventidius] Dion *P.* pro *L.* appellat. Aulus Gellius XV. 4. *Vinet.* Velleius loquens de an. 711. quo Augustus primum Cos. fuit, ita de hoc ait: 'Vidit hic annus Ventidium, per quam urbem inter captivos Picentium in triumpho ductus erat, in ea consularem prætextam jungentem prætoriæ.' Idem hic postea triumphavit. De hoc multa Gellius XV. 4. Et Valerius Max. VI. 10. Eutropius *L.* prænomen habet, Valerius *L.* Florus autem lib. CXXVII. habet quidem *P.* libro vero CXXVIII. *L.* Plin. VII. 38. habet *Pub.* etiam. *Glar.* Præmissus ab Antonio in Asiam. Plut. in Anton. p. 930. *Cell.* *Publium* pro *Lucio* ex aliis recte emendant Vinet. et Glarean. quamquam invitis Codd. nihil mutare licet. De hac autem victoria ceteris latius egit Dio l. XLIX. ubi vide. et laudatos ad Oros. IV. 18. De *Persis* pro *Parthis* supra dictum. *Verh.*

Syriam] Romanam provinciam. *Glar.*

Persas] Parthos. *Glar.*

Parthorum] *Pacorum* forte legend. ut al. habetur. *Glar.*

Persarum] Parthorum. *Glar.*

Hic primus de Parthis] Florus lib. CXXVII. 'P. Ventidius Antonii legatus Parthos prælio victos Syria expulit; Labieno duce eorum occiso.' Idem lib. CXXIII. 'L. Ventidius, Legatus M. Antonii, Parthos in Syria vicit, regemque eorum interemit.' *Glar.* Mirando conversæ fortunæ exemplo, quia is puer sociali bello in triumpho ductus fuerat. Gell. XV. 4. Valer. Max. VI. 9. 9. *Cellar.*

CAP. 6. *Pompeius*] Sextus. *Glar.*

Navali prælio victus] In Sicilia, ab Agrippa. *Glar.* Sed vario Marte. Apud Mylas enim vicerat Agrippa, dux Cæsaris: tertio post die Pompeius Cæsarem vicit ad Taurominium: paulo post, prælio ad Naulochum, superior evadit Cæsar, Pompeius Messanam fugit, inde in Asiam, et, occupatis aliquot Bithyniæ urbibus, cum Antonianis conflixit aliquoties. Tandem desertus a suis, captus, et Mileti a Titio, Antonii duce, occisus est. Appian. v. Civil. extr. Vellei. Pat. II. 79. *Cell.*

Interfectus est] A legatis Antonii. *Glar.*

Antonius] v. bellum, Actiacum. *Glar.*

Qui Asiam et orientem] Suetonius tit. XVI. in Augusto: 'M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, reconciliationibus variis male refocillatam, abrupit tandem.' Hæc ille. 'Cum autem M. Antonius ad bellum contra Augustum incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiæ ducum obstaret, pace facta cum Cæsare, sororem ejus Octaviam in matrimonium duxit.' Florus lib. CXXVII. Tandem Cleopatræ reginæ Ægypti amore im-

plicitus, Octaviæ repudium misit: Cleopatræ imperium Romanum promisit. Unde motus tandem Augustus ad Romani imperii defensionem e Brundusio in Epirum castra locat ad Leucadem, in Ambracio sinu: quo Antonius cc. navibus magnis cum Cleopatra advenit. Sed cum Antonius vinceretur, Cleopatra prima fugæ dux, cum aurea navi in altum vela dedit. Mox secutus Antonius: sed instante vestigiis Cæsare, prior ferrum occupavit Antonius. Cleopatra cum frustra veniam speraret, ne in triumpho duceretur, admotis ad venas serpentibus, sic morte, quasi somno, ad Antonii sepulchrum soluta est. *Glar.*

Repudiata sorore Cæsaris] Post Philippense prœlium Antonius se Cleopatræ dedit superstite Fulvia. Hac mortua amicorum monitu Octaviam duxit: sed brevi post relapsus in Cleopatræ amores, bellum Cæsari indixit. Plutarch. in Anton. *Cell.*

Cleopatram] Auletæ filiam. *Glar.*

Contra Persas] Parthos. *Glar.*

Ipse etiam] Etiam ipse pugnavit: sed infeliciter, quia contra jus. *Glar.*

Fame et pestilentia] Imo amore Cleopatræ. *Glar.* *Fame* an typothetarum vitio Editioni Havercampianæ exciderit, dubito. Eam servant omnes Codd. Mss. et typis exarati, ac Pæanius. *Verh.*

Pro victore cessit] Quasi vicisset, qui vix evaserat. *Glar.* Fuldensem expressimus. Paris. *pro victo recessit.* Vin. et Sylb. *ipse pro victoria cessit.* Ven. et Mer. *ipse pro victore cessit.* Id vero videtur Eutropius significasse, Pro eo quod victor antea Antonius fuerat, nunc cessisse et fugisse. Fuldensis pariter *pro victoria.* Sed præcedens *ipse* in *ipsis* commutat. *Cell.* Varie hunc locum tentant interpretes, ex quorum conjecturis nulla mihi probatur. Sordida enim est locutio *pro victoria cedere*, i. e. loco victoris fugere. Florum si ante oculos habuisset Eutropius, non, *pro victore* scripsisset, sed *velut victor.* Ex Mss. Lugd. Batavis, 3. et 4. habent *ipse pro victo recessit*, quod et velle 2. videtur, qui habet *provictu recessit;* primus vero *ipsi pro vico recessit.* Quod si tolerari posset lectio *ipse pro victo recessit*, tamen quum modo dixerit, *ipse etiam*, ingrata venit repetitio vocis *ipse.* Deinde is, cui hostes fugienti instant, ultro tanquam victus recedit. Scripsit itaque forsan Eutropius *ipsis provide cessit.* Id est, Prudenter recepit sese in tutum, neque pertinaciter, ut olim Crassus, hærendo ibidem, seque et omnem exercitum perdidit. *Provide* pro prudenter dixit etiam IX. 22. de Diocletiano, 'Ea tamen occasione ordinavit provide multa, et disposuit.' *Hav.* *Ipse pro victo recessit* dedit Cl. Gruner. et contra Viros D. omnino ita legendum esse contendit e Codd. Mss. at æque frustra: *ipsis pro victoria cessit* cum Cellar. Hearn. et Haverc. servavit Cl. van Hoven, sed asterisco conjecturam dedit *ipsis victoriam cessit:* nihilo melius: quum Codd. Mss. varietas haud aliam, ac Aldus, Schonhovius et Merula fere ediderunt, *ipse pro victore cessit*, admittit lectionem. Tam facile enim e Mss. legi potest *pro victore cessit*, quam *pro victo recessit:* uti sæpius accidit, ut Librariorum ignorantia sequenti voci ultimam præcedentis syllabam adnectat. Quod hic factum satis clare patebit, si reliquos hac de re scribentes conferas. *Ipsis pro victore cessit*, h. e. ipsis cessit, ac si victor esset. Quæ interpretatio, quam aliena quoque aliis non facile credentibus, victorem dici posse, qui vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua evasit, videatur, eam tamen probabit ipse suo exemplo Antonius, et Veterum opinio, qui pro victoria habebant, si quis vivus evaderet: ut egregie demonstratum invenire potes a Gro-

nero ad Vellei. II. 82. Et hoc sensu Antonium pro victore nunc haberi voluisse; en hic exempla: Flor. IV. 10. 'Ferocior aliquanto factus est: quasi vicisset, qui evaserat.' Vellei. d. l. quo nihil clarius: 'Hanc tamen Antonius fugam suam, quia vivus exierat, Victoriam vocabat.' Et, an ita Virgilio VIII. Æn. 685. &c. 'Antonius armis Victor ab Auroræ populis' dicatur, dubium Interpretibus. *Verh.*

CAP. 7. *Cogente*] Ad bellum. *Glar.*

Cupiditate] Impotentia. *Glar.*

Actium] Epiri promontorium, in Ambracio sinu. *Glar.*

Omnes] Qui pro eo fuerant. *Glar.*

Cn. Cornelius Gallus] Virgilius Ecloga ultima hujus amores deflet. doctus Græce fuit, Euphorionem vertit. Idem Maro plurimum eum dilexit, et IV. Georg. in ejus laudem clauserat. Sed Augustus jussit mutare nomen in Aristæi fabulam. Meminit Suetonius tit. LXI. in Augusto. et Eusebius in Chronicis, Strabo libro XVII. *Glar.*

Cn. Cornelius Gallus] Eques Romanus, et poëta, cui Ecloga X. Maronis inscripta. Non digniorem præfecit Augustus, vel metu rebellionis, Dio Cass. LI. p. 255. vel religione, quæ consulis fasces Alexandriam inferri prohibebat. Treb. Pollio in Æmiliano. Male autem administravit, ideoque damnatus, sibi manus intulit. Dio LIII. 512. Suet. Aug. c. 66. *Cell.*

CAP. 8. XII. *anno*] U. C. 723. *Glar.*

Anno postquam Consul] Vetus liber *post* hic non habet, multisque hujusmodi orationibus omittit. *Glar.*

XII. *anno, quam Cos. fuerat*] Sic Vineti vetus liber: et Sylburgius [*post*] *quam*, uncis *post*, ut dubio, inclusо. Repete quæ ad IV. 5. notavimus, et adde Velleii II. 4. 'intra annum et tres menses, quam eo venerat.' *Cell.* *Post* etiam Cl. Gruner. recte hic omisit, quod supra nos quoque observavimus, ubi plura. Cl. autem Vir negat XII. anno, quam Consul fuerat, Augustum Romam rediisse, quia primum Consul fuit A. 711. et Romam reversus 725. vide quos laudat: sed recte observat, Eutropium respexisse ad annum, quo Victor fuit apud Actium, unde reliquam quoque rationem init, 'ex eo remp. per XLIV. annos solus obtinuit.' Licet enim A. 725. tres triumphos egerit tum Romam reversus, haud injuria tamen ab A. 723. quo Antonius se interfecit, solus summam rerum tenuisse dici potest. *Verh.*

XII. *annis*] Per XII. annos. *Glar.*

Cum Antonio et Lepido] Duobus triumviris. *Glar.*

Ita ab initio principatus ejus] Quot Cæsar Augustus, nemo imperatorum tot annis regnavit: solus tamen superatur a Friderico tertio Maximiliani parente, decennio: is enim in imperio fuit solus annis 54. cum Augustus 44. duntaxat solus. *Glar.*

Obiit autem LXXVI. *anno*] Octavianus Augustus, M. Cicerone, C. Antonio Coss. natus, Pompeio et Apuleio Coss. anno ætatis septuagesimo sexto animam cœlestem (utar Paterculi verbis) cœlo reddidit. Hoc fuit anno Christi XVI. ut putant. Alii autem Nolæ mortuum esse scribunt, hic Atellæ: habet autem *Atello* pro *Atella*, vetus liber. *Vinet.* Ad Suetonii locum (cap. 100.) docet Magnus Oudend. Augustum vixisse annos LXXV. menses X. et dies XXVI. Vid. quos ibi laudat. Consentit omnino Cl. Gruner. *Verh.*

Morte communi] Idem quod *morte fatali* notat Cl. Gruner. laudatque locum supra I. 11. ubi vide quæ diximus, et hic Gruner. Rectissime Pæanius τελευτῇ...κοινῇ καὶ αὐτόματον τελευτήν: *morte communi et naturali.* Verh.

In oppido Campaniæ Atella] Legend. *Nola.* Cornelius Tacitus Ann. I. 9. ubi de sermone recitat, qui fuit de Augusto mortuo, ait: Nolæ eum in cubiculo mortuum, in quo pater ejus

vitam finisset. *Glar.*

In oppido Campaniæ Atella] Plerique *Nolæ* mortuum tradunt, Suet. 99. Victor uterque, et Græci Dion. 56. ac Zonaras, *ἐν Νόλῃ*: Velleius etiam II. 123. *Nolam*, quod ultimum iter fuit, *petiisse*: Tacitus Ann. I. 5. *apud urbem Nolam* exspirasse: ut conjicere possis, villa inter utramque media extinctum: utcumque est, habuit noster, quos sequeretur: et Eusebius quoque, Hieronymo interprete, in Chron. 'Augustus Atellæ in Campania moritur.' *Cell.* Hieronymum hoc nomine notat Cel. Oud. ad Suet. d. l. suspicans, Eutropium in corruptos Suetonii codices hoc loco incidisse. *Verh.*

Nola] Picentinorum mediterranea, inquit Ptolemæus. *Glar.*

Romæ in campo Martio sepelitur] Suetonius tit. c. in Aug. 'Senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati, et discincti, pedibusque nudis, ac in Mausolæo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis, sexto suo consulatu, extruxerat, circumjectasque sylvas, et ambulationes in usum populi tunc jam publicarat.' De Mausolæo Augusti multa Strabo lib. v. Geographiæ. *Glar.*

Sepelitur] Crematur, et reliquiæ in Mausolæum deferuntur. Cæterum anno XLII. imperii Augusti, in Bethlehem Judæ nascitur JESUS CHRISTUS, Dominus ac Deus noster, de virgine Maria, octavo Calendas Januarii, anno ab U. C. 751. Cos. Cn. Lentulo Getulico et M. Valerio Messala, cum jam Augusti imperium firmissimum esset et pax latissime pateret. Id autem divina providentia, non Romanorum aut Augusti fortuna, factum est. Voluit enim Deus unigenitum suum filium in summa pace mittere, quod oracula prædixerant, Esaiæ II. De Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem: et judicabit gentes, et arguet populos multos: et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. *Glar.* *Sepelire* pro *cremare*, quod Glareanus observat, Romanos frequenter usurpasse, vide quam plurimis confirmantem hic Cl. Gruner. Hoc sensu omni tempore adhibitum fuit hoc verbum. Sic Sulpitius ad Ciceronem lib. IV. Fam. Epist. 12. 'Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui.... quod proximum fuit, uti in quo vellemus eum [Marcellum] gymnasio sepeliremus, nobis permiserunt. Nos... locum delegimus, ibique eum combussimus.' Quin ubicunque et quoquo modo mortuorum cadavera habebantur, *sepelire* et *sepulcrum* dicebatur, ut Sceledrum servum non puduerit *crucem* vocare apud Plaut. Mil. Glor. A. II. Sc. 4. vs. 19. 'Scio, crucem futuram mihi sepulcrum: Ibi mei majores sunt siti, pater, avus, proavus, abavus.' *Verheyk.*

CAP. 9. *Adjecit Ægyptum*] Mortua Cleopatra. *Glar.*

Cantabriam] Regionem Hispaniæ citerioris, ad Septentrionem, Oceano propinquam: unde et Oceanus Cantabricus. *Glar.*

Cantabriam, Dalmatiam, &c.] Dalmaticum bellum per se gessit adolescens, et Cantabricum devicto Antonio: reliqua bella externa per legatos. Sueton. XX. *Cell.*

Dalmatiam, sæpe ante victam] Dalmaticum bellum, inquit Suetonius tit. XX. in Augusto, adolescens adhuc per se gessit, in quo vulnera accepit. Cantabricum item per se, sed post devictum Antonium. Reliqua bella per legatos administravit. Vide ea omnia titulo vigesimo primo apud Suetonium, in Augusto. *Glar.*

Pannoniam] Regionem sub Norico, ad Danubium. *Glar.*

Aquitaniam] Galliæ tertiam partem. *Glar.*

Illyricum] Idem Suetonius in Tib. XVI. Illyricum, quod intra Italiam regnumque Noricum ac Thracicum, et Macedoniam, interque Danubium flumen et sinum maris Hadriatici patet, dicitur. *Glar.*

Rhætiam] Quæ hodie in tria fœdera est divisa. *Glar.*

Rætiam] Sine adspiratione fide Codd. Leidd. 2. 3. 4. lego, præeunte ad Suet. c. 21. Cel. Oudend, quia in Lapidibus et Mss. vetustissimis ita reperitur, vid. quos laudat, Dukerum et Drakenb. ad Liv. Ep. CXXXVI. et Grut. ad Suet. Tib. c. 9. Schonhovius et Merula dederunt *Rhetiam*. Ῥητίαν Pæanius. *Verheyk.*

Vindelicos] Inter Lycum amnem, et lacum Brigantinum. *Glar.*

Et Salassos] Vetus liber, *et Calosos in Alpibus:* sed *Salassos* apud Suetonium, et alios. *Vinet. Augstal* hodie sive Vallis prætoria. *Glar.*

Bosporum] In Asia, ad Bosporum Cimmerium. *Glar.*

Panticapen] Urbem Tauricæ Chersonesi, ad eundem Bosphorum. *Glar.* Plin. IV. 12. ' Panticapæum quod aliqui Bosporum vocant:' quæ si vera sunt, perperam noster dividit unicam urbem. *Panticapæum* vero c. l. Plinius vocat ' validissimum in ipso introitu Bospori Milesiorum oppidum:' Et Strabo VII. f. 214. *μητρόπολιν τῶν Βοσποριανῶν, ἱδρυμένην ἐπὶ τῷ στόματι τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος: metropolim Bosporanorum in faucibus Mæotidis sitam.* Cell. *Panticapen* Schonhov. Merul. et Cell. *Panticapæum*, ut Plinio, ita in Cod. Leid. 1. Sed ut alios sic etiam Eutropium Græcas terminationes in *ov* retinere supra monuimus. *Verheyk.*

Vicit] Prælio seu bello coërcuit, non vicit. *Glar.*

Vicit autem præliis Dacos, Germanorum] Suetonius tit. 21. in Augusto: ' Coërcuit et Dacorum incursiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæsis. Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Suevos et Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.' Hæc ille. Ergo illud, *Quo bello*, videtur ad Drusum referendum: qui contra Germanos pugnavit, ac apud eos occidit. Verum obstat, quod idem Suetonius in Tib. tit. 9. ait, etiam Tiberium Germanicum gessisse bellum: ac eo bello quadraginta millia deditiorum trajecisse in Galliam: haud dubie loquens de iisdem, de quibus hic Eutropius loquitur: nisi quis credat, hoc Tiberium fecisse, quando post Varianam cladem in Germaniam redierat, ut titulo XVIII. recitat Suetonius in Tiberio. *Glar.*

Dacos] Regionem ad Danubium. *Glar.*

Albim] Maximum Germaniæ fluvium. *Glar.*

Barbarico] Solo scilicet. *Glar.* Intellige, *solo:* frequens seculo Eutropiano ἔλλειψις. Ammianus Marcell. XVIII. 4. ' visus in barbarico miles.' Integre Epitoma Victoris n. 44. de Decio; ' in solo barbarico inter confusas turbas gurgite paludis submersus est.' Adde Nostrum IX. 4. Lamprid. in Alex. c. 47. Vopisc. in Probo cap. 13. extr. *Cell.* Ut non sit, quod cum Cl. van Hoven *solo* in textum rejiciamus. infra IX. 9. ' Uterque in barbarico interfecti sunt:' ubi vide Gruner. c. 15. ibid. *strata* pro *strata via:* ut est apud Victorem. *Verheyk.*

Per Drusum] Tiberii fratrem. *Glar.*

Privignum] Liviæ filium. *Glar.*

Tiberium] Majorem Neronem. *Glar.* Cluverius Germ. Antiq. I. 18. propter ea, quæ sequuntur de transductis Germanis, ita censet supplendum Eutropium esse: Sicut per privignum Tiberium, Pannonicum et alterum Germanicum. Druso enim defuncto, Tiberius ex Pannonia successit in Germania, et traduxit deditos ac captos, Sueton. c. 9. Vellei. II. 97. Bene sic historia cohæret: nihil

autem muto, quia nec Græcus aliter legit. Pannonico adnexum alterum Germanicum fuit, et duo quasi unum bellum. Unum ergo nominasse sufficit Eutropianæ brevitati. *Cell.*

Pannonicum] Scil. bellum. *Glar.*

Quo bello] Germanico sc. *Glar.*

CCCC. *millia captivorum ex Germania*] *Quadraginta* legendum, pro CCCC. nam Romani de Germania nihil habuerunt tempore Augusti, quam quod ab Ubiis est ad Visurgim, hodie a Colonia Agrippina ad *Uveser:* et usque ad *Bremen* Albin attigerunt, sed nihil solidæ ditionis illic, nec imperii habuere. 'Et,' ut ait Florus lib. IV. 'Germania magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita.' Cæterum ut Romani etiam aliquid in Germania habere dicerentur, finxere duas in Gallia Germanias, superiorem ac inferiorem, ut est videre apud Ptolemæum: ac veram Germaniam vocarunt magnam Germaniam: quam posteriores imperatores sæpe ingressi sunt, sed nunquam quicquam solidi imperii in ea habuerunt. *Glar.* Suetou. Tib. 9. quadraginta millia. In alterutro erratum sit, necesse est, et Metaphrastes cum Suetonio consentit: at provinciæ utriusque (Germanias puta) ab oceano ad Helvetios amplitudo est Eutropio convenientior. *Cell.* XL. *millia* edit Cl. Grunerus: quod vulgata omnem fidem superat, laudatque Glareanum et Annam Fabri, XL. rescribendum esse monentes, quod confirmant Pæanius et Sueton. in Tib. c. 9. ubi tamen nihil hic mutandum judicat Cl. Oudendorp. quem consule. *Verheyk.*

In Gallia] Belgica. *Glar.*

Armeniam] Romani enim jus in Armenios sibi vindicabant, reges illis pro arbitrio dantes. Tac. II. Annal. cap. 3. et 4. *Cell.*

Persæ] Parthi. Vide Suet. tit. XXI. in August. *Glar.*

Crasso victo] Ad Carras. *Glar.*

CAP. 10. *Scythæ*] Hoc idem Suetonius. *Glar.* Suetonius cap. 21. *Cell.*

Ad eos] Ad eum. *Glar.*

Galatia] Asiæ regio ad Pontum Euxinum. *Glar.*

Tanto autem] Vide Suet. tit. 60. in Augusto. *Glar.*

Quas Cæsareas nominarunt] Imo tota Mauritania a Malva fluvio usque ad Ambsagam flu. Cæsarea appellata est apud Ptolemæum, ab insula Julia Cæsarea, quæ objecta est ei; post eum vero et Tiberius ac alii imperatores multas urbes Cæsareas appellarunt, magno Geographorum incommodo. *Glar.*

In Mauritania a rege Juba] In Mauritania, quæ ab hac urbe *Cæsariensis* vocata fuit, imperante Claudio. Dio Cass. lib. LX. *Cell.*

In Palæstina] Cæsarea Stratonis. *Glar.* Maritimam urbem, quæ olim *Turris Stratonis* vocata fuit, Herodes in Augusti honorem οἰκοδήμασιν ἐκ λευκῆς πέτρας βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις, *marmoreis ædificiis et regiis palatiis*, exornavit. Etiam portum addidit μέγεθος κατὰ τὸν Πειραιᾶ, *qui magnitudine Piræeum æquaret.* Joseph. lib. XV. Antiq. cap. 13. *Cell. In Palæstina ab Herode* non inepte e Codd. S. B. N. legit Cl. van Hoven; quia Mauritaniæ regis nomen memorat Eutropius. Sed ceteris Mss. neque ullis Edd. concinentibus, nihil muto, ubi etiam Pæanius silet. *Verheyk.*

Clarissimo] Ad littus Palæstinæ. *Glar.*

Ex regnis] 'Regnis relictis,' inquit Suetonius. *Glar.*

Habitu Romano] Hoc plane scribit Suetonius jam dicto tit. 60. *Glar.*

Togati scilicet] Suetqn. c. 60. *Cell.*

Cucurrerunt] Ut clientes. *Glar.*

Divus] Inter Deos relatus. *Glar.*

Beatissimam] Felicissime rectam ac institutam. *Glar.*

Tiberio] Privigno, Liviæ filio. *Glar.*

Qui privignus, mox gener]

C. OCTAVIANI CÆSARIS AUGUSTI IMPERATORIS

Pater	Naturalis, C. Octavius. Adoptione, C. Julius Cæsar, cujus nomina gessit.
Mater	Accia, M. Accio Balbo, et Julia sorore C. Julii Cæsaris genita, quæ apud Dionem Ἀτία scribitur.
Sorores	Octavia major, quam, C. Marcello viro suo mortuo, duxit M. Antonius Triumvir. Plutarch. in Antonii vita. Octavia minor.
Uxores	Claudia Fulviæ filia, M. Antonii ejusdem privigna, quam dimisit intactam. Scribonia, cum qua fecit divortium. Livia Drusilla, quam Tiberii Neronis (qui fuit pater Tiberii Imperatoris) matrimonio prægnantem abduxit.
Privigni per Liviam	Tiberius Nero, post eum Imperator, quem adoptavit. Drusus Nero, pater Germanici, de cujus genere sequens tabella.
Filia	Julia, ex Scribonia uxore hanc unam habuit.
Generi	Marcellus, Octaviæ majoris sororis filius: et eo mortuo, M. Agrippa, dimissa Marcella Octaviæ majoris filia, eoque mortuo (M. Valerio, P. Sulpitio Coss. Dion. l. LIV.) Tiberius Nero Imperator, privignus.
Nepotes ex iisdem Agrippa et Julia.	Caius Cæsar } quos infantes adoptavit, unde Cæsares dicti Lucius Cæsar } sunt: ut Tacitus l. I. Dion l. LIV. Agrippa Posthumus, quem etiam adoptavit illis mortuis, sed postea abdicavit. Julia, quam duxit L. Paulus, Censoris filius. Agrippina, quam Germanico, de quo mox, collocavit. Suetonius in Augusto. *Vinet.*

Nihil unquam pejus fecit Augustus, quam quod coëgit Tiberium relinquere uxorem legitimam Agrippinam, M. Agrippa genitam neptem Pomponii Attici, ex qua habuit Drusum filium, et rursus gravida cum eo bene conveniebat: sed Augustus ei suam filiam dedit, rejecta altera, ex qua omne malum deinde ortum in Juliam gentem, ac totum imperium Romanum, per Tiberii socordiam. Exemplo enim Tiberii omnes posteri imperatores de Augusti familia degenerarunt. *Glar.*

CAP. 11. *Tiberius ingenti socordia imperium*] Anno 767. U. C. Christi autem Anno 17. Non tulit Romana regio fucatius ingenium, ac magis subdolam mentem, hoc Tiberio: qui omnia in hominum ruinam ac dolosam captionem dissimulare solebat, ita ut populum, Senatum, totum denique orbem deciperet. Porro quamdiu sub Augusti auspiciis fuit, satis bene omnia administravit. Verum ubi ille fato concessit, ibi vero tres immanissimi vitæ affectus erupere, præter expectationem: crudelitas, libido, avaritia: quæ plane scelera, quo minus ex ficta illius persona fuerant expectata, eo majorem omnibus gentibus stuporem intulere. Nec tantum mala illa in sua tempora sæviere, sed pessimo exemplo, detestabili principum carnificinæ fores aperuerunt. Hinc enim Caligulæ, Neriones, Domitiani, Commodi, Severi, aliæque Romani imperii pestes exti-

tere. Sabell. *Glar.*

Socordia] Ad considerandum ac agendum. *Glar.* Etiam astutia et fraude. Fuit enim talis simulandi artifex, qualem nullo tempore alio tulit Roma. *Cell.*

Nusquam ipse] Nullam expeditionem post susceptum imperium sibi sumpsit. *Glar.* Post acceptum imperium et Augusti mortem. *Cell.*

Bella per legatos suos gessit] Per filium adoptivum Germanicum, Junium Blæsum, C. Silium, A. Cæcinnam. *Glar.*

Per legatos] Adoptivum Germanicum, Junium Blæsum, C. Silium, A. Cæcinnam. Tacitus. Addit *suos*, quia Legati Cæsaris erant, sive Consulares, non prætorii seu legionis. *Cell.*

Quosdam reges per blanditias] Suet. tit. 37. in Tiber. Reges infestosque suspectosque comminationibus magis ac querelis quam vi repressit; quosdam per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit, ut Maroboduum Germanum, Rascypolim Thracem, Archelaum Cappadocem. *Glar.* Præter Archelaum, qui mox memoratur, Suetonius nominat c. 57. Marabodduum Germanum et Thrascypolim Thracem. *Cell.* De Archelao vide quæ refert Dio l. LVII. p. 614. *Verh.*

In quibus Archelaum Cappadocem] Cornelius Tacitus l. II. initio anni tertii ait, Tiberium ideo Archelaum odisse, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluisset: nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti monitus, quod florente C. Cæsare, Augusti adoptivo, missoque ad res Orientis, intuta Tiberii amicitia credebatur. *Glar.* Qui post Arioberzanem quinquaginta annis regnaverat. Tac. II. 42. *Cell.*

Cujus etiam regnum] Verba Suetonii tit. 37. *Glar.* Adde Dionem d. l. et quos ibi laudat Cl. Fabr.

Maximam civitatem] Sedem regum Cappadociæ. *Glar.*

Mazaca] Meminit hujus urbis et Ptolemæus in v. et Strabo l. XII. non ita longe ab initio. *Glar.* Strabo XII. Μάζακα, ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους, κεῖται ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ. Plinius VI. 3. 'Sub monte Argæo Mazaca, quæ nunc Cæsarea nominatur.' *Cell.* Eadem ex Nostro, ut Viro Cel. ad Dionem videtur, hausit Suidas v. Τιβέριος. *Nunc* autem cum quatuor Codd. Leidd. et Edd. Vetust. addidimus, quod Cl. Gruner. quoque facit. *Verh.*

LXXIX.] LXXVIII. Suet. tit. 73. in Tiber. *Glar.*

Omnium gaudio] De gaudio populi Romani vide Suet. tit. 75. in Tiber. *Glar.*

In Campania] In villa Lucullana, prope Misenum. Tac. VI. 50. 2. Suet. c. 73. Imperavit annos XXII. menses VII. Dio Cass. 58. extrem. *Cell.* De ætate Tiberii, et quos regnavit annis, vid. ibid. quos laudat Fabr. et ad Suet. Cl. Oudend. et hic Grun. *Verh.*

CAP. 12. *Successit ei C. Cæsar, cognomento Caligula*] Proverbium est, Heroum filii noxæ: quod adeo verum est in perfidissimo hoc, stultissimo atque sceleratissimo imperatore, cum optimum parentem Germanicum haberet, ipse velut monstrum hominis, nihil humanum referens, quam membra quædam deformia: ut nihil aliud quam insanum referret, et facie et factis. Nihil inquam natura produxit magis noxium: sed miseria fuit populi Romani, ut nosceret Dei potentiam, cum ipse totum orbem vexasset armis, ac scabioso lixa plusquam ignominiosa pati cogeretur. Itaque non patris natura Caligulæ obfuit, cujus in vita nihil retulit: sed carnificina illa avita, inexplebilis avaritia, portentosæque Capreensis secessus libidines, quæ pestem illam humani generis aluere, funestoque principatu omnium scelerum semina fomentaque turpissima præbuerant. *Glar.*

Successit] Anno U. C. 790. Christi vero 40. *Glar.*

Caligula] A caliga calceamento militari clavis præfixo. *Glar.*

Drusi privigni Augusti, &c.] Et Suet. c. 7. ubi vides, filium fuisse Germanici et Agrippinæ ex Agrippa et Julia natæ. *Verh.*

Privigni] Ex filio Germanico. *Glar.*

Funestissimus] Hominum carnificina. *Glar.*

Qui etiam Tiberii] Id est, qui ita male se gessit, ut Tiberius pessimus, jam etiam bonus videretur. *Glar.*

Bellum contra] Vide Sueton. tit. 43. in Calig. *Glar.*

Sueviam] *Bataviam* legend. *Glar.*

Ingressus Sueviam] Glareanus mavult *Bataviam* ex Sueton. 43. Tacitus Germ. 37. 'ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ.' Vix ergo verosimile, in *Sueviam* usque remotissimam Germaniæ provinciam penetrasse: neque in Sueviam Cæsaris, Cattorum Transrhenanam sedem. *Cell.* et *Hearn.* Hic Codd. nisi quod Leidd. 3. et 4. *Suabiam* legant, nihil variant, neque Edd. Vetust. Recte tamen viri D. locum in menda cubare existimant. Neque alio, quam quo Glareanus *Bataviam* restituens sanavit, modo emendari potest: unde ad oram suæ Ed. hanc emendationem rejecit Cl. van Hoven. Pæanius nihil lucis adfert, sed eum (ut alibi sæpe monuimus) in depravatos Eutropii codd. incidisse hæc declarant, Οὗτος πόλεμον ἐπαγαγὼν τοῖς Γερμανοῖς ἀνεχώρησε μὲν τῆς μάχης αἰσχρῶς, quæ latius una cum Eutropii loco expendit Cannegieter. Vir cl. Diss. de Brittenb. c. 8. quem omnino consule. *Verh.*

Sororibus] Drusillæ, Livillæ, Agrippinæ: Suetonius tit. 24. in Caligula. *Glar.*

Filiam agnovit] Suam filiam esse, ex sorore susceptam, non negavit. Sic Barthius legit loco mox indicando. Vulgo *cognovit*, quod Metaphrasta de stupro, etiam nepti illato, interpretatur. Barthius Advers. XXIII. 9. 'Non hoc,' inquit, 'concesserit, qui noverit modo, anno XXXIX. ætatis Caligulam interisse. Quare optime alii ediderunt apud Eutropium: *ex una etiam natam filiam agnovit.*' Consentit Aug. Babelonius. *Cell.* Recte *agnovit*, id est, fassus est, eam esse suam filiam. *Heumann.* *Agnovit* e Cod. Leid. 1. dedit Merula: nam Schonhovius, quem alias sequitur, *cognovit*, exhibet: et ita Edd. Aldinæ, Juntina, et Fabri patris ac filiæ. Merulam tamen recte secuti sunt Cellarius, van Hoven et Grunerus. *Agnovit* enim idem est, ac si dicas, Caligulam ex una sororum, quibuscum stupri consuetudinem fecerat, ut ait Sueton. c. 24. filiam suscepisse, eamque ex se natam professum fuisse: quo sensu idem in Aug. c. 65. dixit: 'ex nepte Julia post damnationem, editum infantem *agnosci* aliquo vetuit:' et in Claud. c. 15. ibi a Cl. Oudend. laudatus: 'feminam non *agnoscentem* filium.' Eutropius vero an crediderit, Caligulam etiam rem habuisse cum sororis filia, nec ne, dijudicare non ausim: certe ita cepit Casaubonus ad Sueton. 24. quamquam isti sceleri rationem temporum repugnare Barthio d. l. visum notat ibi Cl. Burmann. ut hic jam a Cellario factum. Nisi tamen codex optimæ notæ *agnovit* prætulisset, nihil hic mutassem; quia ceteri Codd. et plures Edd. Vetustæ obstant; propterea quod iis adstipulatur Metaphrastes, quin horrendum istud facinus quantum præterea auget, Βιασάμενος δὲ τὰς ἀδελφὰς, καὶ συνελθὼν ἑκατέραις, θυγατέρα ἐκ μιᾶς αὐτῶν ἐποιήσατο· καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐκγόνης αὖθις ἐγένετο φθορεύς: Caligulam non tantum ex una sororum filiam suscepisse, sed eamdem ex se genitam vitiasse. *Verh.*

Natam filiam] Hæc non habet Suetonius. *Glar.*

Cum adversus cunctos] Suetonius de ejus prodigalitate, tit. 37. in Calig.

mira scribit. Cæterum de novo balnearum usu notandum, quod Plinius dicit l. XIII. c. 3. Unguenti libras excedere quadragenos denarios. Si quis igitur in dolium indat tres summas unguenti centenum nonagenum binum sextariorum dupondiorum, fient libræ Romanæ 1152. Eæ ductæ per 40. denarios, efficient summam denariorum 46080. qui divisi per decem, producunt coronatorum 4608. pro unius diei ac unius solii lotione. Unde non mirum est, eum immensas opes totumque illud Tiberii Cæsaris vicies ac septies millies HS. non toto vertente anno absumpsisse.

2700000000 HS.

67500000 coron. *Glar.*

Cum adversum] Vide hæc tit. 56. in Calig. apud Suetonium. *Glar.*

Interfectus] Tit. 58. in Calig. Suetonius. *Glar.*

Anno ætatis XXIX. *imperii* III. *mense* X. *dieque* VIII.] Sic lego, pro *A. ætatis suæ ... die* VIII. ut Havercampus dedit. *Suæ* abjiciunt Codd. Leidd. 1. et 3. *quæ* præter 2. quatuor reliqui agnoscunt, uti et Edd. Vetust. et recentiores. Sua e Suetonio hausit de more Eutropius c. 59. 'Vixit annis XXIX. imperavit triennio et X. menses, diebusque VIII.' quamquam Noster quodammodo rectius: XXIX. enim annum non impleverat. Vide ad Suet. Cl. Oudend. hic Gruner. et ad Dionem fin. vit. Fabric. *Verheyk.*

CAP. 13. *Post hunc*] Anno Domini 44. *Glar.*

Patruus] Patris, Germanici scilicet, frater. *Glar.*

Drusi] Liviæ ex Tib. Nerone filii, Tiberii Cæs. fratris. *Glar.*

Qui apud Moguntiacum monumentum] Sic antiquus liber, et hic et infra, ubi de Galieno, fœmineo genere, a recto *Moguntiacus*, quem invenies apud Ammianum libro decimoquinto: at *Moguntiacum* in Hieronymi epistola quadam ad Gerontiam: *Majance.* Vinet.

Magontiam] Oppid. Belgicæ provinciæ. *Glar.* In Gallia Transpadana. *Glar.* Tacitus Annal. II. 7. 3. 'aram Druso' inter Lupiam et Rhenum *sitam* tradit. Sed plura potuit monumenta habuisse: etiam Ravennæ, quod Lipsius ex veteri lapide docet. Noster Dioni Cassio accedit, πρὸς τῷ Ῥήνῳ hoc monumentum constituenti. *Cell.*

Monumentum habet] Id est, ut refert Suetonius, honorarium tumulum, a suis excitatum militibus. Ejus enim corpus devectum Romam, sepultum fuit in campo Martio. *Vinet.* Quod κενοτάφιον, Dio Cass. ineunte lib. LX. 'honorarium tumulum,' Suetonius Claud. I. vocant. 'Corpus enim ad urbem devectum, sepultum est in Martio Campo.' Suet. cap. 50. *Cell.* Recte Cellarius modo observavit Druso plura monumenta fuisse, quemadmodum Cl. Oudend. illud, quod a Suetonio memoratur, diversum facit ab hoc Moguntiaco. Vide, quæ laudat ibi Vir Cel. Acta nova Lips. A. 1746. p. 393. Cum Merulæ autem editione conspirant Aldinæ, Juntina, et Schonhovii. *Apud Mogunciam cum filio mon. hab.* Verheyk.

Cum filio] Dubium, utrum Germanico, an Claudio. *Glar.*

Nepos erat] Ex filio Germanico natus. *Glar.*

Medie] *Medius* legend. id est, neque bonus, neque malus. *Glar.* Modo inter bonos malosque principes medio. Etiam Salmasius in Spartiani Sever. cap. 1. vexatum Aurelii Victoris de Severo locum sic emendat: *ortus medie humilis.* Apuleius Doctr. Plat. lib. II. p. 22. 'medie morati.' Ceterum *medie* Latina hæc vox est, præter Spartianum a Lactantio etiam, et Ulpiano usurpata. Vid. Vossius de Vitiis Serm. IV. 34. *Cell.* Hac voce tamen offensi alii aliter legerunt: *Hic Mœdiæ imperavit* Schonhovius: Editio autem Aldina utraque et Juntina *Mœdis.* Mox pro *atque* re-

stituimus *et insulæ*. Quia non tantum proxime præcedit, *atque moderate*, verum etiam quod Codd. Leidd. omnes, et Edd. Vetust. constanter *et* servant. *Verheyk.*

Hic medius imperavit] Hic adeo stupidus fuit, ut mater Antonia portentum eum hominis dictitaret, nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum: ac si quem socordiæ argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Avia Augusta pro despectissimo semper habuit. Soror Livilla cum audisset eum aliquando imperaturum, miserta est populi Romani, ut tradit Suet. tit. 3. in Claudio. *Glar.*

Britannis intulit bellum] De hac expeditione Sueton. cap. 16. in Claud. *Glar.*

Per Cn. Sentium, et A. Plautium, &c.] Ita legunt Codd. Mss. et typis exarati omnes ac Pæanius: ut quidquid hic erroris, sit penes Eutropium ipsum. Sentius Consul occurrit apud Dionem l. LIV. p. 527. At ei *Gaius* fuit prænomen non *Cn.* quamquam librariorum incuria G. et *Cn.* sæpius confunduntur, atque ita hoc argumento solo non utar, dum historia plus ponderis adponet. Sentius neque cum Plautio bellum administravit, neque adversus Britannos rem gessit, sed Germanos ad pacem compulit: ut diserte Dio tradit l. LV. p. 568. ejusque victorias de Germanis celebrantem Velleium Paterc. l. II. c. 105. 109. laudat ibi Cl. Fabricius. Qui vero cum Plautio in Britanniam profectus est, fuit Cn. Hosidius Geta: uti videre est apud Dion. l. LX. p. 678. qui eum Britannos ita vicisse tradit, ut, etsi nondum consul fuerat, triumphales ei honores tamen dati sint, id, quod auctor voluit, per Cn. Sentium et A. Plautium ... *triumphum celebrem* egit, memoria lapsus. De *Sentio* pro *Hosidio* etiam Virum Cl. Oudend. ad Suet. Claud. c. 17. monuisse video, quem consule. *Verheyk.*

Ultra Britanniam] Albionem. *Glar.*

Orcades] Hæ insulæ etiamnum hodie sunt ultra Scotiam, quæ pars insulæ Albionis. *Glar.* At sub Flaviis demum, Agricola præside, Britannia circumnavigata, insula comperta. Dio Cass. LXVI. p. 754. Tunc primum Orcades inventæ et domitæ. Tacit. Agric. cap. 10. *Cell.* Eumdem errorem commisit Orosius, Eusebius et Cassiod. in Chron. Vid. ad Dion. l. LX. p. 679. et Cl. Oudend. ad Sueton. c. 17. *Verheyk.*

Filio autem suo Britannico] Inter sex quas habuit ordine uxores, duæ insignes malitia fuere: Messalina libidinis inexplebilis, quam jussit occidi, ut refert Tacit. l. II. ad finem, septimo imperii anno. Altera, quæ et ultima, Agrippina, Germanici, hoc est, fratris ipsius filia, quæ prius Domitio Ænobarbo nupta, ex quo Neronem susceperat: verum ut ipsius filius Nero in imperium veniret, Claudio venenum dedit; inde et filius Nero, eadem arte usus, Britannicum Claudii filium sustulit: tandem post multa scelera etiam matrem, ut precium dignum parricidii. *Glar.*

Britannico] A Britannia devicta. *Glar.*

Triumphantem] Ἐθριάμβευσε Dio l. LX. p. 685. et θριάμβῳ utitur Pæanius. At de *Ovatione*, quia Principi tunc temporis justus triumphus erat proprius, privatis Ovatio, hoc sumendum monet ad Dionem Cl. Fabric. vid. quem citat Sueton. c. 24. 'A. Plautio etiam ovationem decrevit.' *Verheyk.*

Is vixit annos] Vide, quos laudat Cl. Oudend. ad Sueton. c. 45. et hic Grunerum. *Verheyk.*

Post mortem consecratus est] Funeratusque est solenni principum pompa: et in numerum deorum relatus: quem honorem a Nerone destitutum abolitumque, recepit mox Vespasianus. *Glar.*

CAP. 14. *Successit huic Nero*] Anno Domini 57. *Glar.*

Nero, Caligulæ avunculo suo] Sic noster vetus. *Glar.*

GERMANICI CÆSARIS,

ad quem scribit Ovidius libros Fastorum,

Pater { Naturalis, Claudius Drusus Nero, privignus Octaviani Augusti: cui in castris contra Germanos mortuo, Senatus cognomen Germanici et ejus posteris decrevit. Sueton. in Claudio.
Adoptione, Tiberius Imperator, patruus ejus.

Mater — Antonia junior, M. Antonii Triumviri et Octaviæ sororis Octaviani Augusti filia.
Plutarch. in Antonio.

Frater { Naturalis, Claudius Imperator.
Adoptione, Drusus filius Tiberii Aug. ita fratrem appellat Ovidius lib. I. Fastorum.

Soror — Livilla.

Uxor — Agrippina, M. Agrippæ et Juliæ Octaviani August. filia.

Liberi { Nero, non crudelis ille Imperator,
Drusus,
C. Caligula Imperator.
Agrippina, mater Neronis Imperatoris.
Drusilla.
Livilla. Hæc ex Suetonio, Tacito, Dione, Eutropio, Victore, et aliis.

Cæsar autem est ideo appellatus hic Germanicus, quod a Tiberio Cæsare fuisset adoptatus: quem Tiberium adoptatus et ipse Octavianus Augustus in Cæsarum familiam induxerat. Ita appellati sunt alii quoque multi, qui Romano Imperio nunquam præfuerunt: veluti Caius Lucius Agrippæ Cæsares, filii M. Agrippæ, cum eos Octavianus Augustus adoptasset. Vide Cornelium Tacitum. *Vinet.*

Diminuit] Amissa Armenia. *Glar.*

Inusitatæ luxuriæ, sumptuumque] De immodica Neronis prodigalitate, Suetonius titulo 30. in Nerone (nihil tamen ibi de unguentis) ita ait: Laudabat mirabaturque avunculum Caium nullo magis nomine, quam quod ingentes a Tiberio relictas opes in brevi spacio prodegisset, 2700000000 HS. hoc est 6750000. coron. De cœnis autem tit. 27. ita ait: Indicebat et familiaribus cœnas, quorum uni mellita quadragies HS. constiterunt.

4000000 HS.

100000 coronat. alteri pluris aliquanto rosaria. *Glar.*

Lavaret] In Vetustioribus Edd. *se lavaret*, quod malim, vel uti Eutropium scripsisse suspicor *lavaretur*. Suetonio, quem Noster de more descripsit, Calig. 37. 'ut calidis frigidisque unguentis lavaretur.' Scriptum fuerit *lavarēt*, quod librarii non viderunt. *Verheyk.*

Retibus aureis piscaretur] Suetonius titulo 30. in Nerone: Piscatus est rete aurato, purpura coccoque funibus nexis; id est, duobus preciosissimis coloribus, expositore Antonio Sabellico. *Glar.*

Quæ blatteis] Vetus liber, *blattinis*: et mox *prostravit*, pro *prostituit*. Vinet. Sic apud Lamprid. Heliogabalus paraverat sibi 'funes blatta et serico et cocco intortos:' quibus si necesse foret, se ipse strangularet. Est autem βλάττη seu βλάττιον, θρόμβος αἵματος κογχυλίων: *conchyliorum*

sanguis concretus: ut e vetere quodam Lexico exponit Turn. Advers. XVIII. 17. *Sylb.* Id est, purpureis, a vermiculo blatta. *Glar.* Salmasius in Vopisci Aurelian. cap. 46. 'Blattam,' inquit, 'recentiores dixere quam vetustiores purpuram.' Vopiscus enim cap. 50. 'blatteas tunicas,' et ante cap. 45. 'pallium blattosericum' dixit. Adde Lamprid. Eleagab. c. 33. *Cell.* De hoc loco vide Turnebi Advers. lib. XVIII. c. 17.

Infinitam partem Senatus interfecit] Hic est Nero, quem Plinius VI. 8. facem humani generis, lib. autem XXII. c. 22. terrarum venenum, vocat. Omnium bipedum nequissimus, monstrum hominis, ac feris beluis truculentior, omni sidere nocentior, ultimus de scelerata gente Julia, quæ Rempub. oppresserat. Nihil hic sceleris, quod libuit, non est ausus: donec terris intolerabilis, damnatus morte, ipse sibi mortem intulit, dignissimus qui multis mortibus cruciaretur. Sed habet haud dubie præmium nunc apud inferos dignum meritis, qui tot innocentes Christianos morti dederit, tantopere, ut nemo magis potuerit. Vide Suet. tit. 37. *Glar.*

Bonis omnibus hostis fuit] Tacitus libro decimo sexto, anno XII. Neronis, hæc habet: 'Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit.' Hæc ille. De pudicitia autem ejus passim prostrata, Suetonius abominanda de eo refert tit. 29. Quin etiam ausus est dicere, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse. Ideoque professis apud se obscœnitatem, cætera quoque concessisse delicta. *Glar.*

Cantaret in scena] Suetonius tit. XXIII. Cantante Nerone, ne necessaria quidem causa excedere theatro licitum erat. Vide etiam tit. XX. et XXI. apud Sueton. *Glar.*

Ut et saltaret] Copulam recte interponit Cl. Grunerus. quod fide Codd. Mss. Leidd. omnium secuti sumus. *Verh.*

Parricidia multa commisit] Ex Suetonio tit. XXXIII. in Nerone, et sequentibus. Parricidia et cædes a Claudio exorsus est. Britanicum, filium Claudii, proxime adjecit: tertio matrem perdidit, quarto amicam Lepidam. Deinde uxores, primum Octaviam, secundo Poppæam, tertio Antoniam Claudii filiam. Viros innumeros: primum cos. Vestinum, A. Plancum juvenem, item privignum Rufum Crispinum, Senecam præceptorem. Deinde in universos procerès sævit, motus ex Babylonis cujusdam astronomi vaticinatione. Tandem in universum Senatum sævire cœpit. Nec ullus posthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoscunque libuisset, quacunque de causa. Sueton. *Glar.*

Fratre] Britannico. *Glar.*

Uxore] Octavia et Poppæa. *Glar.*

Matre] Agrippina. *Glar.*

Urbem Romam] Vide Sueton. ti. XXXVIII. et Tacit. lib. XV. Annus X. Neronis. *Glar.*

Nihil omnino ausus] Quin muliebria passus, vir non erat. *Glar.*

Britanniam pene amisit] Tacitus meminit hujus historiæ Britan. lib. XIV. an. Neronis 7. In eo bello, ait, Romanorum civium ac sociorum ad septuaginta millia cæsa, ob injurias quas in Boodiceam milites Rom. commiserant. *Glar.* Nisi res perditissimas reparasset Suetonius Paulinus, Tacit. XIV. Annal. cap. 37. Romanorum enim et sociorum perierant μυριάδες δυσὶ. LXXX. millia maxime Bunduicæ regli sanguinis fœminæ imperio trucidata. Xiphilin. in Nerone. *Cell.*

Duo sub hoc] Camulodunum ac Londinum. Tacitus addit etiam Verulanium. *Glar.*

Armeniam] Ad Euphratem. *Glar.*

Parthi] Vologeses rex. *Glar.*

Legionesque] Hoc idem etiam Sueton. dicit. at Corn. Tacitus dubitat.

Glar. Suetonium temere secutos Euseb. Eutrop. Oros. et Rufum notat Cl. Oudend. ad Sueton. Ner. c. 30. nam falsum esse, et rumore modo dispersum. vide quæ Vir Cel. ibi citat. *Verh.*

Duæ tamen provinciæ sub eo factæ] De his duabus provinciis vide Suetonium titulo 18. at D. Ægidius Scudus in Rhætiæ descriptione cap. 32. de Cotiis meminit, et Corn. lib. XVII. in Valentis itinere. Ponti autem Ptolemæus in Cappadociæ descriptione, in quo sunt τὰ Κάβειρα, Cabeira Mithridatis regia. *Glar.*

Pontus Polemoniacus] Polemon, Zenonis rhetoris filius, ab Augusto regni honore auctus, Strabo lib. XII. extr. et τοῦ Πόντου τοῦ πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ ὄντος βασιλεύων, Dio Cass. LIV. etiam Bosporum Agrippæ ope nactus est. Hujus filio, Bosporo demto, Claudius Ponti regnum confirmavit, Dio LIX. quod ipse postea Neroni concessit. Conf. Torrentius in Suet. Ner. 18. *Cell.*

Alpes Cottiæ] Augustus Cæsar, 'Inalpinarum gentium domitor,' Cottianas XII. civitates, quæ non fuerunt hostiles,' intactas reliquerat. Plin. III. 20. *Cell.*

Rege defuncto] Cottio mortuo. *Glar.*

CAP. 15. *Per hæc*] Scelera. *Glar.*

Romano orbi] Imperio orbis. *Glar.* Quamvis *Romanæ urbi* præferant alii, vetus tamen lectio confirmatur Mss. melioribus et ipso Suetonio in vita Neronis cap. 40. 'Talem principem paullo minus XIV. annos perpessus terrarum orbis, tandem destituit.' *Hav.*

Ab omnibus simul] Suet. tit. 47. *Glar.*

A senatu] Tit. 47. *Glar.*

Quæ pœna erat talis] Suetonius titulo 49. Ut puniatur more majorum: hoc est, nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi. *Glar.*

Furcæ capiti] Ut levaretur vultus ejus omnibus conspiciendus. *Glar.*

Furcæ capiti ejus inserta] Sic quotquot vidi Edd. et Mss. constanter scriptum invenio. Quid vero sit *furcam capiti inserere*, nisi per Hypallagen accipiatur, me ignorare fateor. Rectius Barth. ad Briton. p. 458. uti ad oram sui libri notarat Cel. Oudendorp. legit, *furcæ capite* (quod Codd. Leidd. 1. et 3. confirmant) *inserto*. Sueton. Ner. c. 49. 'Et quum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcæ,' &c. *Verh.*

De saxo] Sc. Tarpeio. *Glar.*

E Palatio] Quod in urbe erat. *Glar.*

Suburbano] Villa, aut prædio urbi proximo. *Glar.*

Liberti] Phaontis. *Glar.*

Salarium] A Sale dictam, quæ in Sabinos ducit Salem. Plinius lib. XXXI. cap. 7. *Glar.*

Nomentanam] Qua Nomentum itur, oppidum prope Præneste in Latio. Martial. 'Si vicina tibi Nomento rura coluntur.' *Glar.* Eadem varietas Codd. Mss. occurrit apud Sueton. c. 48. Sed *Nomentanam* rectius scribi vide egregie demonstrantem Cl. Oudendorpium. *Verh.*

Ad quartum milliarium] Iter unius horæ. *Glar.*

Interfectus est] Suet. tit. 49. 'Ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito a libellis.' *Glar.*

Ædificavit] Vulgati, *Is ædificavit:* abnuentibus Mss. Lugd. Batavis et Cellario, atque Fuldensi. *Hav.*

Thermas] Meminit uno verbo Suetonius titulo 12. in Nerone. Martial. 'Quid Nerone pejus? Quid thermis melius Neronianis?' *Glar.* Sueton. cap. 12. 'dedicatisque thermis.' *Cell.*

Nunc Alexandrinæ] Ex nomine Alexandri Severi, forsan instauratoris. Lampridius in ejus vita cap. 39. 'Balnea omnibus regionibus addidit, quæ forte non habebant. Nam hodieque multa dicuntur Alexandri.' *Cell.*

XXXII. *ætatis anno*] Die, quo quondam Octaviam interemerat. Sue-

nonius titulo 57. *Glar.*

Trigesimo et altero] Altero, est secundo, ut Suetonius dixit c. 57. quod interpres non intellexit, cum *bis* vertit. Adde supra dicta ad lib. I. c. 16. *Cell.* Pæanii errorem, et Eutropium *alterum* pro *secundo* semper scripsisse, alibi latius ostendimus. Cl. Grunerus hic nobiscum facit, et qui plura desiderat, is consulat Cl. Oudendorp. ad Sueton. c. ultim. uti et de imperii Neronis et ætatis tempore; et hic Grunerum. *Vark.*

Atque in eo] Sueton. tit. 1. Galbæ, ubi et longam ostentorum fabulam reperies. *Glar.*

CAP. 16. *Huic Sergius Galba*] In veteri lib. *Servilius Galba.* Vin.

Huic Servius Galba] De Sulpitia gente. Anno Christi 71. Vide Sueton. tit. 9. ac 10. in Galba. quomodo electus sit hic imperator, item in 11. *Glar.*

Servius Galba successit] Galba primum militibus in imperio gratus, ut post Neronem deterrimum, deinde quod sperabant magnum donativum: verum avaritia senis id dilatum inclinavit in Othonem militum animos. Tacitus lib. XVII. *Glar.*

Nobilitatis] Stemmatis, quia pronepos Q. Catuli Capitolini. *Glar.*

Cum LXXXIII. *annum*] Hoc idem Sueton. tit. ult. in Galb. *Glar.*

LXXIII.] Ita etiam plerique scriptores. Petavius proinde (de Doctrin. Temp. I. IX. cap. 16.) mendosum putat esse Suetonium, qui auctor est Galbam natum fuisse, M. Valerio Messala, et Cn. Lentulo Coss. At Consulatus istorum incurrit in annum Julianum XLIII. quo exeunte, IX. Kalend. Jan. natus dicetur Galba, pro mente Suetonii. Obitus autem ejusd. accidit anno Juliano CXIV. Igitur anno Juliano CXIII. Decemb. XXIV. iniit annus Galbæ septuagesimus primus. Biennio itaque ante natus esset Galba, Aug. XII. et L. Sulla Coss. non Lentulo et Messala. *Heara.* De Galbæ Neroni succedentis ætate consule Cel. Oudend. ad Sueton. c. 4.

Mox ab universo exercitu] Cæso Nerone, Romanorum variæ cogitationes. Milites munera ac principum largitiones, qualem sub Nerone habuerant. At Galbæ vox, pro Republica honesta, ipsi anceps, inquit Tacitus, effecit, ut milites haud minus principum vitia amarent, quam olim virtutes verebantur. Vox ejus erat, legi a se militem, non emi. Tria deinde varie imperium affecere. Primum ordinum lætitia ac affectus in urbe, aliter equites: plebs, populi integra pars, obærati, servi, clientes, exules, affecti. Secundum exercituum mentes, aliter urbanus miles, aliter provincialis habebat. Denique Galbæ ætas aliis irrisui et fastidio erat, assuetis juventæ Neronis. Tertium provinciarum habitus varius. *Glar.*

Privata ejus vita] Antequam esset Imperator factus. *Glar.*

Militaribus] Ut in Germania sub Caligula. *Glar.*

Civilibus] In Africa ac Hispania gestis. *Glar.*

Sæpe Cos.] *Semel Cos.* legendum. Vide Sueton. tit. 6. in Galb. de ejus honoribus. Solum enim semel fuit Cos. ordinarie per sex menses. *Glar.* Glareanus emendat: *semel consul.* At Suetonius cap. 6. ' consulatum per sex menses ordinarium gessit:' ergo extra ordinem videtur etiam consulari imperio fuisse. *Cell.*

Proconsul] Imperio proconsulari. *Glar.*

Dux] Primus. *Glar.*

Breve imperium] Septem mensium. *Glar.*

Ad severitatem] De ejus severitate vide Sueton. tit. 6. ubi milites in ejus severitatem, sub Gætulico mollius habente, succinuerunt hunc versum troch. tetr. catal. ' Disce, miles, militare: Galba est, non Gætulicus.' *Glar.*

Othonis] Sylvii, qui post eum rexit. *Glar.*

Imperii mense] Ita habet etiam Suetonius. *Glar.* De justo Galbæ imperii tempore vide, quæ notat Cl. Oudend. ad Sueton. c. 23.

In foro] Ad lacum Curtii, qui erat in foro Romano. Vide Suet. tit. 20. in Galb. *Glar.*

Aurelia via] Qua in Hetruriam itur. *Glar.*

CAP. 17. *Otho, occiso Galba, invasit imperium*] Otho eo anno natus videtur, quo *Christus* crucifixus est. nempe 18. Tiberii, authore Eusebio. A prima adolescentia prodigus ac procax, adeo ut sæpe flagris objurgaretur a patre, ut inquit Suetonius tit. 2. in Othone. Deinde per annum quandam Neroni insinuatus, facile summum inter amicos locum tenuit, congruentia morum. Porro omnium consiliorum secretorumque Neronis particeps: sed per Poppæam raptam alteri, in Neronis indignationem incidit, ut ablegaretur in Lusitaniam. Atqui ut regiones a Nerone deficiebant, ipse Galbæ adhæsit, ingenti simul spe imperii nanciscendi concepta, tum ex affirmatione Seleuci Mathematici, tum quod speraverat fore, ut adoptaretur a Galba. Verum cum ille Pisonem quendam nobilem ei prætulisset, ad vim conversus effecit, ut occisis Galba ac Pisone, ipse imperator a militibus, quos antea largitione corruperat, crearetur. *Glar.*

Invasit imperium] Octavus imperator est factus, anno Christi 71. *Glar.*

Materno genere nobilior quam paterno] Casp. Barthius Advers. VII. 3. 'Eutropii et Metaphrastæ verba non vacare mendo quis arbitretur ex his Taciti: (Hist. II. 50. 1.) Origo Othoni e municipio Ferentino: pater consularis, avus prætorius: maternum genus impar, nec tamen indecorum.' *Cell.*

In privata vita] Antequam esset princeps. *Glar.*

In imperio] Postquam factus esset imperator. *Glar.*

Galbam] Cum Pisone. *Glar.*

Vitellius] Qui in Germania legionibus præërat. *Glar.*

Germanicianis] Iis qui erant in Germania. *Glar.*

Bello contra eum suscepto] Cornelius Tacitus, non multis foliis ab initio l. XVIII. narrat duas pugnulas properas ad Alpeis in Ligurib. ab Othonianis factas: in Corsica etiam cæsum D. Pacarium Vitellianum. Rursus et Placentiam a Vitellianis ducibus bis infeliciter oppugnatam; denique ad Othonis castra male pugnatum a Vitellianis. Novissime vero apud Bebriacum fraude Vitellianorum illectus ac superatus Otho, statim moriendi impetum cepit, ac Vitellio imperium reliquit. *Glar.*

Apud Bebriacum] Tacitus III. Hist. passim Bedriacum vocat; Plutarchus in Othone Βητριακὸν, describitque ita ἔστι πολίχνη πλησίον Κρεμόνης τὸ Βητριακόν. Tacitus vero II. Hist. c. 23. 'vicus inter Cremonem Veronamque situs.' *Cell. Bedriacum* vel *Betriacum* veram lectionem vide sis ad Aurel. Vict. Cæs. c. 7. et ad Sueton. Oth. IX. *Verh.*

Copias] Residuas, sive repositas ad secundos casus, et accersendos. *Glar.*

Petentibus] Orantibus. Vide Sueton. idem copiose disserentem tit. 9. in Othone: et diligentius decimo. *Glar.*

Tanti] Tantæ dignitatis. *Glar.*

Voluntaria] Sibi ipsi illata. *Glar.*

XXX. *et octavo*] Verba prorsus ex Suetonio, c. 2. *Glar.* Othonem vixisse annos XXXVI. menses XI. dies XX. regnasse vero XCIII. dies, ostendit Cl. Oudendorp. ad Sueton. c. 11. et ita e Sam. Basnagio Doct. Grunerus ad hunc locum. Ipsum vide. *Verh.*

CAP. 18. *Dein Vitellius imperio potitus*] De Vitellii progenie copiose Suetonius in Vitellio. De patris vero

adulatione multa tit. 2. Tacitus autem anno XX. Tiberii, quo primum factus est Cos. Vitellius, pater hujus imperatoris, ita inquit, lib. v. L. Vitellius regendis provinciis prisca virtute egit, unde regressus ac formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur, cesseruntque prima postremis, et bona juventæ senectus flagitiosa obliteravit. *Glar.*

Imperio potitus] IX. imperator factus, anno Christi 71. *Glar.*

Honorata] In honore a Caligula et Claudio habita. *Glar.*

Pater] L. Vitellius. *Glar.*

Tres] 786. 795. 799. *Glar.*

Hic cum multo dedecore imperavit] Cum Vitellii imperium firmissimum videretur, utpote Germanicis legionibus fultum, primum in eum alienatio exercituum facta est, quod promptissimum quemque Othonianorum centurionum interfici jusserat. Altera causa, quod sub ejus imperio Italia gravius atque atrocius quam bello afflictabatur, ob militum perfidam licentiam. Accessit tertia causa, fœda et inexplebilis libido. Quarto, ejus tyrannis. Ita omnes rationes in Vespasianum intentæ, præsertim Syria, cui præerat Mutianus. Is oratione eleganti excitavit Vespasianum. Accessit mox Antonius Primus, mox legiones Pannoniæ ac Mœsiæ, cum prius ex Syria, Judæa ac Ægypto novem illi essent legiones. Primus in Cremonensi agro Primus Antonius cum Vitellianis pugnavit. Iterum deinde ab eodem Antonio prorsus profligati sunt Vitelliani. *Glar.*

Gravi sævitia] Crudelitate, de qua tit. 14. Suet. in Vitellio. *Glar.*

Ingluvie et voracitate] Eleganter Xiphilinus: *ἐγένετο δ χρόνος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ σύμπας οὐδὲν ἄλλο ἢ μέθαι τε καὶ κῶμοι, fuit autem principatus Vitellii nihil aliud quam ebrietas et comessationes.* Adde Sueton. in vita c. 13. *Cell.*

Cœna] Scilicet adventitia, non indicta ab imperatore. *Glar.*

Vitellius frater] L. Sueton. cap. 13. in Vitell. *Glar.* Cæterum Vitellius ut cœnam fratris superaret, patinam instituit, quam Minervæ clypeum dictitabat. In hac scarorum jecinora, phasianorum ac pavonum cerebella, linguas Phœnicopterum, murenarum lactes a Carpatho usque fretoque Hispaniæ per navarchos ac triremes petitarum commiscuit. Hæc Suetonius tit. 13. in Vitell. Eandem patinam decies HS. 1000000. HS. 25000. coron. constitisse, ait Plinius XXXV. 12.

Piscium] Lectissimorum. *Glar.*

Similis esse] In gerenda Republ. *Glar.*

Præ se ferret] Omnibus palam faceret. *Glar.*

Exequias Ner.] Hic, et initio libri noni, *exequiæ* pro reliquiis, cineribus, ossibusve mortuorum. *Glar.*

Exequias] Inferias. Suetonius. *Glar.*

Exsequias Neronis] I. e. reliquias, cineres, ossa. *Vinetus.* Adde infra IX. 2. *Cell.*

Quæ] Qui ipse Nero potius. *Glar.*

A Vespasiani ducibus occisus est] Cum jam Flaviani, id est, qui pro Vespasiano erant, aliquoties Vitellianos vicissent, Vitellius salutem sibi a Sabino fratre Vespasiani urbis Prætore, ac millies HS. pepigit, sed mox pœnitentia ductus, Flavium Sabinum et reliquos Flavianos, nihil jam metuentes, in Capitolium vi subita compulit; succensoque templo Jovis Opt. Max. oppressit, ut scribit Suetonius in Vitell. tit. 25. et Tacitus lib. XIX. sub finem.

100000000 HS.
1500000 coron. *Glar.*

Occisus est] Per urbem tractus atque apud Gemonias excarnificatus. Suet. c. 17. *Cell.*

Interfecto] In tumultu urbis. *Glar.*

Sabino] Flavio. *Glar.* Hic præfectus urbi fuit, quocum de salute millies HS. pepigit Vitellius. Mox pœnitens pacti, Sabinum et Flavianos, nihil jam metuentes, vi subita in Capitolium compulit, idque incendit. Sueton. c. 15. *Cell.*

Vespasiani ducibus] Ab Antonio Primo. *Glar.*

Cum Capitolio] Incenso oppressi. *Glar.*

Interfectus autem et tractus] Τὸν ἕτερον πρότερον· vide Suet. c. 17. *Cell.* An vero Vitellium, postquam interfecerant, dein tanto dedecore adfecerunt, et interfectum rursus jugularunt? hæc, quicunque legunt, obstare debent. Quamquam ante, quam in Suetonii locum c. 17. incideram, Eutropii verba conciliare me non potuisse lubens fateor: sed ibi acutissimi, ut solet, Oudendorpii emendationem legens nimium quantum ea delectabar; *Interceptus*, &c. pro *interfectus* restituentis. Etsi, omnibus Codd. Mss. et Edd. obstantibus nihil mutare ausim: nisi quod e Cod. Ms. Leid. 1. 2. *est*, et ex eodem et 3. 4. ac 5. et Ed. Schonh. &c. *cum* magn. addiderim, quod ibidem Viro Cel. placet. *Verh.*

Dedecore] Suetonius tit. 17. *Glar.*

Nudus] Seminudus. Suetonius, laniata veste, Tac. *Glar.*

Erecta coma, et capite ejus subjecto] Quidam non habent *Ejus*. Vetus liber, *erecta coma capitis, et subjecto*. Legendum forsitan ex Suetonio, *reducta coma a capite*. Vinet. Hic nihil variant Edd. nec Mss. nisi quod in Leid. 2. pro *erecta* sit *erepta*. Locum tamen in mendo cubare post Vinetum etiam alii Docti viderunt. Turneb. l. XXIV. Adv. 41. emendat apud Sueton. *reducto coma capite:* et vetustum Eutropii Cod. *erecto coma capite* ei favere ait Torrent. Et illa lectio ferri posset. At *reducta coma et capite* præfert Cl. Ernesti a Grunero laudatus. Quem vide, et Cel. Oudend. ad Sueton. d. l. *Verh.*

Et capite] Atque etiam mento mucrone gladii subjecto, Suetonius. *Glar.*

Ad mentum] Infestis mucronibus coactum modo erigere os, et offerre contumeliis. Tacitus prorsus ad finem l. XIX. *Glar.*

Stercore in vultum] Ita est in plerisque Edd. At Vetustiores cum Codd. Mss. Leidd. conspirant. *Involutum*, ut est in Cod. 1. habent Schonhovii et Merulæ: *involuto*, ut in 2. 3. 5. Aldina utraque et Juntina. *Involutus* autem Mss. Leid. 4. Verum recte habere lectionem, quam dederunt Sylb. et Vin. e seqq. patet, quæ minus concinne procederent, si quid e Mss. et Edd. Vet. mutaremus. Adde quod Aur. Ep. VIII. de *vultu* quoque mentionem facit, de *ore* Oros. VII. 8. *Verh.*

Postremo jugulatus] Suetonius tit. 17. ad fin. Apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, et inde unco tractus in Tyberim. *Glar.*

Communi caruit sepultura] Pæanius quoque ὃς οὐκ ἄξιον ὢν ἐνταλωφῆσαι τῇ γῇ. Sed eumdem errorem a Victore et Orosio commissum notat Cel. Oudend. ad Sueton. c. 17. monens e Xiphilino, Vitellium, postquam e Tiberi retractus erat, per uxorem sepultum esse. *Verheyk.*

Ætatis anno septimo et quinquagesimo] Vitellium vixisse annos LIV. et duos menses, et aliquot dies, ostendit Oudend. ad Sueton. c. 18. vide quos laudat, et hic Grunerum, qui noster est. *Verheyk.*

Mense] Omnes octo menses commemorant. De die nihil alii. *Glar.*

CAP. 19. *Vespasianus*] Imperator X. sed VII. apud Eusebium. Anno Christi 72. *Glar.*

Palæstinam] Judæam. *Glar.*

Optimis] Principibus. *Glar.*

Privata vita] Ante adeptum imperium. *Glar.*

A Claudio] v. imperator. *Glar.*

In Germaniam] Legatus legionis. Sueton. c. 4. *Cell.*

In Germaniam] Provinciam Rhenanam. *Glar.*

In Britanniam] Meminit Suetonius in Vespas. tit. 4. *Glar.*

Et bis] Non habet Sueton. *Glar.*

In imperio] Postquam factus est imperator. *Glar.*

Duas validissimas] Nemo nominat. *Glar.* Ridet Casaubonus in Suet. Vesp. cap. 4. Metaphrasten nostrum, quod duas has gentes de Germanis et Britannis interpretetur. *Cell.*

XX. *oppida*] Superque XX. oppida, ait Suetonius. *Glar.*

Insulam Vectam] Sic per a omnes libri nostri *Vectam* scribunt: apud Plinium tamen *Vectis* recto casu legitur. *Vinet.* *Vectis* vocatur apud Plinium IV. 16. Ptolemæus ponit inter Britanniam ac Galliam, et in Græcis est Βίκτησις. Plinius autem ponit inter Hyberniam ac Britanniam, hodie *Uhic.* Cum autem Romani antea habuerint Galliam et Britanniam, mirum quomodo illam insulam non habuerint. Unde non immerito lector dubitabit, utri potius, Plinione an Ptolemæo in hujus insulæ positione subscribat. *Glar.*

Vectum] *Vectem* vocat Sueton. *Glar.* Βίκτης Pæanio est. Utrum autem scribas, perinde est, *Vectem* an *Vectam*. Vid. quæ hic habet Cl. Grunerus. *Verheyk.*

Proximam] Non dicit a qua parte jaceat. *Glar.*

In imperio] Postquam factus est imperator. *Glar.*

Pecuniæ tamen avidior fuit] Sunt qui putent, eum necessitate coactum ad colligendam pecuniam, ob inopiam ærarii, de quo initio principatus testificatus est, professus quadringenties millies opus esse, ut Respubl. stare posset. Idque etiam verisimilius videtur, quando male partis optime usus est. Suetonius tit. 16. in Vespas. Faciunt autem

40000000000 HS.
1000000000 coronatorum.

Glar. *Tantum* pro *tamen* hic omnino reponendum judico. Ita certe exhibent Codd. Mss. S. N. LC. Leid. 1. 2. et quoties *tm tantum* et *tn tamen* a librariis commutentur, supra ostendimus, et ubique apud scriptores adparet. Mox *tamen stud.* sequitur, et hac lectione locus commodiorem sensum accipit, quemadmodum omnia melius cohærere mihi videntur, si cum Ms. LC. verba *ita ut eam nulli injuste auferret* abjiceremus: *pecuniæ tantum avidior fuit, quam cum omni, &c.* nec, etiamsi illa in ceteris Codd. Mss. et Vetust. Edd. serventur, aliunde hic inserta dubito. *Verheyk.*

Ita] Tum sc. tamen. *Glar.*

Nec facile ante eum cujusquam principis] Vespasianus rerum experientia, usu exercituum regendorum, ingenii acrimonia, egregie doctus, ad gubernacula imperii multis amicorum hortatibus permotus, vix tandem venit. Versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari. Suas legiones civili bello inexpertas, Vitellii victrices, et apud victos plus querimoniarum quam virium, fluxam per discordias militum fidem, et periculum ex singulis. Quæ cum omnia perpenderet animo nutanti, amicorum legatorumque vocibus, præcipue vero Mutiani oratione excitatus, assumpsit imperium, quod egregie administravit, ut ejus stemmatis clarius initium fuerit, quam aliorum nobilissimorum interitus: egregie firmus adversus militarem largitionem, eoque exercitu meliore. *Glar.*

Benitatis] Ita e vetust. Edd. Aldinis ac Juntina alii legerunt. *Lenitatis* vero Codd. Mss. LC. Leidd. omnes, S. M. B. L. G. et edd. Schonh. ac Mer. quorum auctoritas plus ponderis adponit, unde jam Cl. van Hoven,

ac dein Gruner. quem vide, *lenitatis* ediderunt. Non tamen cum Cl. Grunero τὸ *bonitatis* glossema sapere puto: infra VIII. 5. ‘ adeo in eo gloria bonitatis obtinuit:’ ut constanter habent omnes Codd. Mss. et Edd. *Verh.*

Ut qui majestatis quoque contra se] Meminit Suetonius tit. 15. in Vesp. exemplumque adducit Helvidii Prisci, de quo Tacitus non longe ab initio lib. XX. ac deinde. *Glar.*

Majestatis reos] Helvidium Priscum. Sueton. c. 15. *Cell.*

Sub hoc Judæa] Meminit Sueton. tit. 4. in Vesp. *Glar.* Jam olim relegato Archelao, Herodis Magni filio, Judæa in provinciæ formam redacta suos Roma acceperat præsides, seu Cæsarum procuratores; Claudii vero Cæsaris liberalitate regem iterum impetravit, Herodem Agrippam, quo mortuo, denno procuratores dati sunt tum a Claudio, tum a Nerone. Tandem rebellantes et jugum excutientes in ordinem redegit Vespasianus cum filio Tito. Joseph. Antiq. XVIII. 1. et lib. XIX. extremo; et lib. XX. sub initium. *Cell.* Errat Eutrop. ut invicte ostendit Casaub. in Exercit. Baron. in Apparat. num. VI. *Hearn.*

Urbs clarissima] Hanc lectionem, etiamsi haud ignorem ita aliquoties locutum Eutropium, cum Codd. Mss. B. N. G. LC. Leidd. omnibus et Ed. Ald. abjeci, quia altera frequentior auctori, neque displicet Grunero, quamquam vulg. servavit. *Verh.*

Achaicam] Suetonius tit. octavo. *Glar.*

Achaiam, Lyciam, Rhodum] Achaia inde a bello Corinthiaco provincia Romana fuit, per proconsules recta: ‘ universæ autem Achaiæ libertatem Domitius Nero dedit,’ Plin. IV. 6. Abstulit eam et ad pristinum statum revocavit Vespasianus. Suet. c. 8. *Cell.*

Lyciam] Asiæ. *Glar.*

Rhodum] Lyciæ insulam. *Glar.*

Byzantium] Thraciæ oppid. hodie Constantinopolim. *Glar.*

Samum] Insulam Cariæ. *Glar.*

Liberæ] Libertate nulla rationabili causa donatæ. *Glar.*

Thraciam] Regionem ad Pontum Euxinum. *Glar.* Vulgo legunt *Thraciam*. At hæc sub Claudio provincia facta. Euseb. Chron. Turnebus XXIV. Adversar. cap. 36. mavult legi *Tracheam* in Suetonii loco, ex quo noster desumptus est, ut cum *Cilicia* conjungatur, quippe pars provinciæ consularis fuit Ciceronis tempore: post, Antonii ope, libertatem et regulos recuperavit: sub Vespasiano amisit. Consentit Victor junior in Vesp. cui eandem medicinam Vinetus adhibuit. *Cell.* Locus iste ex Suetonio depromptus, versioque metaphrastæ eos abunde refellunt, qui Suetonii *Thraciam* in *Trachiam* commutant. Thraciæ quidem ante Vespasianum imperio adjectæ, sed tunc a Vespasiano dispositæ; quippe ex Thraciis sex provincias fecit, Thraciam, Æmimontem, Mœsiam inferiorem, Scythiam, Rhodopen, Europam, in qua secundæ arces orbis Rom. sunt positæ. Sex. Rufus. In veteri inscriptione: CONSULARI. PROVINCIÆ. EUROPÆ. THRACIÆ. In Notitia Imperii: *Sub dispositione viri spectabilis Vicarii Diœceseos Thraciarum*, EUROPA, THRACIA, HAEMIMONTUS, RHODOPA, MOESIA-SECUNDA, SCYTHIA. *Hearn.*

Ciliciam, Tracheam] Strabo lib. XIV. duplicem describit Ciliciam: Tracheam, id est, asperam, quæ in montibus: et campestrem. Trachea occidentem versum, ac Septentrionem: Campestris a Solis Issum usque, proprie Cilicia. *Glar.*

Ciliciam-Tracheam, Commagenem] *Thracheam* quoque addunt Edd. Ald. et Juntina, Schonh. et Mer.

Comagenem] Regio est parva Κομμαγηνὴ, inter Amanum montem et Euphratem, cujus caput Samosata. Strabo lib. XVI. *Glar.* Tiberius

hanc primus provinciam fecit, Tacit. Annal. II. 56. 5. Caius Antiochi filio reddidit, iterum ademit: Claudius denuo restituit. Dio lib. LVIII. et LX. Tandem ad prætoris jus revocavit Vespasianus. *Cell.*

Regibus amicis] Populi Romani. *Glar.*

Amicis erat] Vetus liber *egerat*, singulari numero, pro *erant:* sed *Thracheam* non habet; quod est in omnibus aliis. Est autem duplex Cilicia apud Geographos, quarum altera Trachea. *Vinet. Egerant*, præter Vineti codicem (in quo tamen *egerat*) quatuor etiam Lugd. Batavi habent, et ab Eutropii forsan manu est, ut illud quod præcessit, *ante hoc tempus, ἀπὸ τοῦ νοννοῦ* hic sit repetendum. *Hav.* Nullus dubito, quin ab Eutropii manu sit. Certe quatuor Codicibus Mss. Leidd. accedit quoque quintus, quem neglexit Cl. Havercamp. et ita II. 1. ' Et civitates, quæ sub ipsis agebant, Romanis adjunxit.' Quem locum citavit etiam Grunerus, eadem de causa, uti et van Hoven, *egerant* legens. *Verh.*

In provinciarum formam] Id est, in quas pro regibus jam prætores mitterentur. *Glar.*

CAP. 20. *Offensarum*] Tit. 14. Sueton. *Glar.*

Convicia] Tit. 13. Sueton. *Glar.*

Convicia a causidicis] *Leviter*, ut est in Codd. Leidd. omnibus, et *leniter* ubique a librariis confundi, vide ad Sueton. Vesp. c. 12. Valer. Max. v. 1. 4. Cæs. B. G. II. 8. *Verh.*

Diligens] Vide tit. VIII. in Sueton. *Glar.*

De Hierosolymis] De Judæis. *Glar.*

Per hæc] Scilicet gesta. *Glar.*

Cunctis] Omnibus gentibus. Vide Sueton. tit. penult. in Vesp. *Glar.*

In villa propria] Ad Cutilias, id est, lacum in agro Reatino. Sueton. tit. 24. *Glar.*

Circa Sabinos] Reate enim est in Sabinis. *Glar.*

Annum ætatis agens LXIX.] Cl. Grunerus mendi quid suspicans putat Eutropium scripsisse, *annum ætatis agens sexagesimum nonum, insuper mensem, et diem septimum.* Haud nego scriptorem ejus, quem describit, et inprimis Suetonii ipsissimis verbis sæpe usum; non tamen scio id semper observatum. Certe hic Codd. Mss. et Edd. nimium obstant. Sed ut alibi passim, sic hoc loco calculos, uti et ab Orosio male positos notat Cel. Oudend. ad Sueton. c. 24. *Verh.*

Imperii nonum, et diem septimum] Eusebius ait, eum regnasse annis novem, mensibus XI. diebus 22. Ergo annis X. minus 3. diebus, quod et Sextus Aurelius Victor ait X. annos. *Glar.*

Nonum] Omnes alii aiunt *decimum.* Glar.

Geniturum] Nativitatem, genesin, horoscopum. Suetonius hæc omnia tit. ult. *Glar.* Horam natalitiam, thema natalitium, ita voce hac usus est Sueton. Aug. cap. 97. et alibi Ammian. lib. XXIX. ineunte, genethliacum vocat ' fatorum per genituras interpretem.' *Cell.*

Aut filios] Quod factum est. *Glar.*

Successuros] In imperio. *Glar.*

CAP. 21. *Huic Titus filius successit*] Sicut eadem terra cicures gignit et feras, frumenta et tribulos, sentes et flosculos, sic ex uno Vespasiano, veluti ex eodem fonte, dulcedo amaroque processit. Quid enim dulcius Tito? Quid amarius Domitiano? ille mitis, placidus, clemens: hic sævus, truculentus, immanis. Ille virtutum scrinium, hic flagitiorum officina. Sed ut solent res humanæ, deteriores plerunque sunt fortunatiores: ita et sceleratus Domitianus per XV. an. in genus humanum sæviit: Titus triennium explere non potuit. Et invenit ille buccinatores Martialem, Quintilianum, ac alios quosdam dominationi ejus servientes. Titus autem apud posteros inclytum nomen ac solidam

laudem invenit, cum illi nemo non maledicat, ut dignus est. *Glar.*

Titus filius] XI. Imperator, sed VIII. apud Eusebium. Anno Christi 82. *Glar.*

Et ipse] Ut pater. *Glar.*

Omnium virtutum genere] Lege *omni virtutum genere*. Heumann. Hoc non opus est. Liv. I. 9. 'violati hospitii fœdus' pro *violatum fœdus hospitii*, ut legendum conjecerat Perizonius: sed nihil mutat Cl. Drakenb. quia sic c. 1. dixerat Livius 'majora initia rerum' pro *majorum rerum initia*. Verh.

Ut amor] Sueton. tit. 1. in Tito. *Glar.*

Latine egit] Vide titul. 3. apud Sueton. *Glar.*

Græce composuit] Cum Nostro facit Suidas, Suetonii loco minus intellecto: vid. Cl. Oudend. ad c. 3. Sueton. *Verh.*

In oppugnatione] Tit. 5. Sueton. in Tito. *Glar.*

Propugnatores] Ex Suetonii cap. 5. desumpta sunt, ita tamen, ut Casaubonus Suetonium ex hoc ipso loco, quod ad numerum attinet, correxerit. Vide Barthii Adversar. XLIII. 1. *Cell.*

Civilitatis] Tribuit hanc virtutem etiam Augusto Suetonius cap. 15. ad quem locum Casaubonus: 'Civilitas, quam Græce dixeris ἰσονομίαν, virtus est, quæ civi convenit, qua civis est.' Adde integrum ibidem Casauboni commentarium. *Cell.*

Ut nullum omnino puniret] Hæc aliter Suetonius tit. 6. in Tito: Suspectissimum quemque sibi haud cunctanter oppressit: in his Au. Cecinnam confodi jussit, ex qua cæde multum invidiæ contraxit. Præter sævitiam suspecta in eo etiam luxuria erat, comessationes, libido, propter exoletorum et spadonum greges: et Berenicæ reginæ amor, et rapacitatis fama. Sed ut princeps factus, omnia in bona venerunt, ut tit. 7. prosequitur Suetonius. *Glar.*

Facilitatis] Hæc conformiter Sueton. tit. 8. ad longum, in Tito. *Glar.*

Ut nulli quisquam] Ne quem sine spe dimitteret. *Glar.*

Ut nulli quidquam negaret: et cum ab amicis reprehenderetur, respondit, ... propterea... dixit, &c.] Hanc lectionem abjeci: et e Codd. Leidd. omnibus, et Ed. Ald. ac Junt. restitui, quam hic vides, quæ num potior sit, nemo dubitabit. *Responderet* jam placuit Grunero, etsi nihil mutavit: quod fecisset procul dubio, nisi Havercampi negligentia deceptus fuisset, ut alibi sæpius. *Verh.*

Ab amicis] Domesticis. *Glar.*

Reprehenderetur] Quod plura polliceretur, quam præstare posset. *Glar.*

Ab Imperatore] Principe. *Glar.*

In cœna] Dum cœnaret. *Glar.*

Nihil] Scil. beneficii. *Glar.*

Dixerit] Memorabilem vocem. *Gl.*

Hic Romæ Amphitheatrum ædificavit] Suetonius in Vespas. tit. 9. meminit amphitheatri a patre ædificati. Et in Tito tit. 8. amphitheatri rursus meminit, sed patris, ut putant commentatores; fieri autem potest, ut a patre non omnino perfectum, a filio Tito consummatum fuerit. *Glar.* Non tam ædificavit, quam perfecit, absolvit, dedicavit. Patris enim opus erat, necdum consummatum. Cœperat sero exstruere, octavo consulatu, quod Lipsius ex nummo probat. Sueton. Vespas. c. 9. 'Fecit et nova opera: amphitheatrum urbe media.' Hoc Titus consummavit dedicavitque. Xiphilinus solam dedicationem tribuit: Τὸ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν ἱερώσας. *Cell.*

CAP. 22. *Per hæc*] Contra Hearnium recte tuetur Cl. Grunerus, quia sic c. 20. *Per hæc cum Senatui, &c.* Et ita pro *propter hæc* c. 15. reposui, tum quia Codd. Leidd. præierunt, tum quod Nostro familiaris hæc locutio, uti et Suetonio, aliisque. *Verh.*

Dilectus] Ab omnibus. *Glar.*

Morbo] Febri. Suetonius tit. penult. in Tito. Idibus Septembris, sive 13. die Septemb. *Glar.*

In ea, quæ pater, villa] Ad Cotylias in agro Reatino. *Glar.*

Post biennium, menses octo] Copulam e Codd. Mss. Lugd. B. 1. 2. 4. 5. Edd. Schonh. et Mer. addidi. Sed Eutropium et Zonar. errasse, ad Sueton. qui cum aliis rectius *post biennium ac menses duos, dieque* XX. quamquam alii aliter, observat Cel. Oudend. c. 11. *Verh.*

Menses octo] Duos, Sext. Aurel. et Sueton. tit. ult. in Tito. *Glar.*

Altero et XL.] Sic Sueton. tit. ultimo, et Eusebius XLII. *Glar.* Diximus adversus Interpretem, qui *bis* vertit, ad I. 16. VII. 9. *Cell.* Consule vero Cel. Oudend. ad Sueton. d. l. *Verh.*

Nocte irrupit] Priusquam edicto convocaretur, inquit Suetonius. *Glar.*

Congessit] Exhibuit. *Glar.*

Inter divos] In divorum numerum. *Glar.*

CAP. 23. *Domitianus mox*] XII. Imperator, anno Christi 84. *Glar.*

Junior] XII. annis. *Glar.*

Primis tamen annis moderatus] Sueton. tit. 2. in Domitiano: Simulavit et ipse mire modestiam: et tit. 3. Circa administrationem imperii aliquando se varium præstitit, mistura quoque inæquabili vitiorum atque virtutum: donec virtutes quoque injuria deflexit. Sed titulo nono, plenius de ejus initio principatus; et quomodo delapsus in crudelitatem, tit. 10. ac deinde. *Glar.*

Odii] *Otii* quod exhibent Codd. Mss. Leidd. 1. 3. 4. 5. (2. *odia*) Ed. Aldina altera, (altera *odii fomitem*) pro *odium* legendum censui. *Verh.*

Ut merita patris et fratris aboleret] Unde Epigramma illud Ausonii: 'Hactenus ediderae geminos, gens Flavia, justos, Cur duo quæ dederant tertius eripuit? Vix tanti est habuisse illos, quia dona bonorum Sunt brevia, æternum, quæ nocuere, dolent.' *Hav.*

Interfecit nobilissimos] Domitianus sub patre etiamnum vivente stupris ac adulteriis principem agebat, ut inquit Tacitus lib. XX. ab initio. Cum haberet egregia patris ac fratris exempla, maluit Tiberium falsa simulatione, Caligulam stultitia ac temeritate, Neronem crudelitate imitari, paulatim per omnes gradus scelerum crescere, etiam in Christianos turpissimus latro desævit. Tanta superbia tandem efferatus, ut Dominum ac Deum sese vocari, scribi, coli voluerit, imo præceperit. In eo omnia scelera ita certarunt, ut penes quod victoria esset, vix discerni potuerit: subdolo animo, stolliditate puerili, jactantia Thrasonica, vanæ gloriæ affectatione famosus tyrannus. Tandem pœnas luit, non tamen tot sceleribus dignas: sed absque dubio sedet tulide apud Plutonem Plutonicus deus. *Glar.*

Nobilissimos] Decem enumerat Suet. tit. 10. *Glar.*

Dominum et Deum primus se] Suetonius tit. 13. in Domitiano: 'Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cæpit: Dominus et Deus noster sic fieri jubet. Unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter.' *Glar.* Legi de hoc potest Suetonius c. 13. *Cell.* Consule hic Cl. Grunerum. *Verh.*

Aureum] Ex solido auro et argento, ac ponderis certi. *Glar.*

Consobrinos] De Flavio Clemente patruele Sueton. tit. 15. *Glar.*

Superbia] Tit. 13. *Glar.*

Expeditiones] De his Suetonius tit. 6. in Domitiano. *Glar.*

Sarmatas] Hodie sunt Poloni et vicinæ gentes. *Cell.*

Cattos] Hodie *Katzenelbogen*. Glar. Germaniæ populum. Inde cognomen *Germanici*, Lapide Emeritensi apud Gruter. p. 150. DOMITIAN. VESP. CÆS. AUG. GERM. P. M. ac reliqua. Et nummo: IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. TR. P. P. P. *Cell.*

Ducos] Populum inter Sarmatiam Europæam ac Danubium, hodie

Transsylvania dicitur. *Glar.* In regione ferme, quam Transilvaniam dicimus. Horum rex Decebalus jam hoc tempore fuit. Xiphilin. *Cell.*

Publice] Forte legend. *Duplicem:* ut et Suetonius habet, et al. codex. *Glar.*

Solam lauream] Quod res gesta triumpho indigna. Vide Casaubonum ad Suetou. Domitian. cap. 6. *Cell.*

Calamitates] Exercituum strages. *Glar.*

Legio ejus cum duce interfecta] Fuldensis *legio interfecta*, singulariter, et Metaphrastes τάγμα ὅν. Videtur significare legionem *Flaviam.* Alii *legiones interfectæ.* Cell.

Appius Sabinus] *Oppius* est Sueton. tit. 6. *Glar. Oppius* jam rescripsit Cl. Grunerus, quia Codd. nostrorum fidem tuetur Sueton. c. 6. vide quæ laudat ibi Cel. Oudendorpius, ut et de *Cattis* et *Dacis.* Verh.

Consularis] Anno Christi 86. *Glar.*

Et Cornelius Fuscus] De hoc Cornelio Fusco Tacitus lib. XVIII. ubi Mœsici ac Pannonici trahunt Dalmaticum militem ad defectionem contra Vitellium. Et Suetonius tit. 6. et Juvenal. Satyr. IV. *Glar.*

Præfectus prætorii] Id est, cohortium prætorianorum. *Glar.*

Romæ quoque] Miror quid sit, quod hæc de Domitiani Romæ operibus, omnia fere ad verbum in Latino Eusebii Chronico reperiantur: atque vellem, Domitius Calderinus, Cælius Rhodiginus, Bartolomæus Marlianus, et nonnulli alii diligentius quæsissent, monstrassentque quid sint Forum Nervæ, Forum Trajani, Forum Transitorium, Forum Metodeum, Odeum, Iseum, Serapeum. Primum enim dubium esse potest, unumne forum sit, an duo, Nervæ et Trajani forum: quod Trajanus a Nerva adoptatus; Nerva quoque dictus fuerit. Deinde cum Transitorium Nervæ forum vocet in Alexandro Imperatore Lampridius, utrum Trajani μεταβάσιον, an μεθόδιον vocaverint Græci, quorum libros etiam depravarunt veteres librarii: nam Methodeon et Transitorium idem significare videtur: sed Metodeon aliud, quasi dicas ex Latino et Græco, postodeum aut Transodeum. ᾠδεῖον autem tradunt locum fuisse a Poëtarum carminibus appellatum, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, ut est apud Suidam, quod est carmen et cantus: in quibus nominibus, ut et in Iseo et Serapeo, est penultima syllaba ει diphthongus, quæ a Latinis solet in i et in e longum converti. Postremo sunt hæc vocabula apud veteres autores, præsertim Latinos, ita corrupta, ut multis locis quomodo legas, sit valde incertum. In Suetonii namque Domitiano, et Eusebii Chronicis, *Odium* et *Methodium* pro eodem invenies. Apud Eusebium eundem *Hisium*, pro *Isium*: et *Divorum porticus, Isium* pro *Odeum, porticus Isium*: quemadmodum et vetus quoque Eutropius scribebat. *Vinet.* Domitiani opera iisdem prope verbis recensentur in Euseb. et Cassiod. Chronicis: hoc tamen est discriminis, quod pro duobus istis, *odeum, porticus*, apud Euseb. et Cassiod. unum ponitur opus, *divorum porticus*: et post stadium ac quædam alia, extremum collocatur *Odeum*, seu *Odium.* A Suetonio cap. 5. sex tantum commemorantur opera: Ædes Jovis Custodis, Forum Nervæ, Flaviæ gentis Templum, Stadium, Odeum, Naumachia. *Sylb.*

Multa opera] Plurima et amplissima. Suetonius tit. 5. in Domit. *Glar.*

In his Capitolium] Capitolium Romæ ter conflagraverat: semel Cos. Scipione et Norbano, an. ab U. C. 671. Iterum anno 821. sub Vitelliano tumultu. Tertio, una cum Vespasiani interitu. a Domitiano magnificentius elegantiusque refectum sub titulo autem suo, 'sine ulla pristini authoris memoria,' inquit Suetonius, impensa 12000. talentum, authore Plutarcho: hoc est, 7200000. coron. *Glar.* Capitolium ter conflagraverat: semel vigesimo anno ante consulatum Cice-

ronis III. Catilinar. cap. 4. iterum tumultu Vitelliano, Suet. Vitell. cap. 15. tertio sub mortem Vespasiani. Suet. Domit. 5. *Cell.*

Forum transitorium] Quod nunc Nervæ dicitur. *Glar.* Aurel. Victor in Nerva *Pervium* vocat, quod inde in tria fora transitus patebat. Domitianus exstruxit, Nerva dedicavit, a quo nomen habuit. Lampridius in Alex. cap. 28. ' in foro Divi Nervæ, quod Transitorium dicitur.' *Cell.*

Odeum] *Ὠδεῖον*, locus ubi cantatur, locus choro et symphoniacis, imo poëtis experientiam facientibus deputatus. Meminit et Ammianus Marcellinus lib. XVI. inter alia urbis miracula. In Chronicis Eusebii plura enumerantur, perperam addita: ut Trajani forum et Thermæ, cum Trajanus nondum esset in imperio. *Glar.* Musicorum poëtarumque gymnasium: imitamentum Græcorum *ᾠδείου*, de quo Plutarch. in Pericle. *Cell.*

Divorum porticus] Sylburg. illud *Divorum* ex Fuld. addidit: pater et frater significari videntur. *Cell.* Cl. van Hoven et Grunerus *Divorum porticus* etiam dederunt. Certe omnes Nostri Codd. eo spectant; nam in primo quoque pro *Odeum*, ut male Havercamp. notaverat, *Divorum* est: et fere *Odeum* delevissem, propterea quod Pæanius neutrum agnoscit: illud tamen in Vetustis Edd. reperitur. *Verh.*

Iseum, Serapeum] Templa in Isidis et Serapidis honorem condita. *Cell.*

Stadium] In quo athletæ exercebantur. *Glar.*

Universis exosus esse cœpisset] Vide insidias in hunc tyrannum apud Suetonium tit. 17. Stephanus Domicillæ procurator primus inguina ejus suffodit; occurrerunt alii, ita ut septem vulneribus conficeretur, 14. Calend. Octob. Cadaver ejus, sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit, inquit Suetonius. *Glar.*

Ignobiliter sepultum] Nam Phyllis nutrix *τὸ σῶμα κλέψασα ἔθαψε*. Xiphil. *Cell.*

LIBER VIII.

Octavus hic liber historiam annorum complectitur 139. a Cocceio Nerva usque ad Maximinum, immanem illam beluam: XII. omnino imperatorum apud Eusebium, qui non perpetuo collegas numerat. *Glar.*

Cap. 1. *Anno octingentesimo et quinquagesimo ab urbe*] Hæ Eutropii rationes non placent Paulo Orosio, qui ad hunc modum scribit libro septimo: Anno ab Urbe condita DCCCXLVI. (quamvis Eutropius quinquagesimum hunc esse annum scripserit) Nerva admodum senex, et reliqua. Neutras autem probant Chronologi nostri, qui putant Veteris et Valentis consulatum incidisse in annum Urbis conditæ DCCCXLVIII. Erunt itaque posthac semper majores Eutropii rationes, quas adhuc minores ostendimus. *Vinet.*

Anno DCCCL.] Eutropium nominatim de hoc numero sollicitat Orosius VII. 2. *Cell.* ' Anno,' inquit, ' ab urbe

condita DCCCXLVI. quamvis Eutropius quinquagesimum hunc esse annum scripserit.' Sed ipse errat. Cl. Grunerus mavult 849. rectius. Huic calculo consentiunt Fasti. *Verh.*

Vetere et Valente Coss.] Anno urbis conditæ 848. *Glar.*

Exitiabili] Ita pro *exitiali* reposui, auctoritate omnium Leidd. Mss. et Fuldensis. Infra l. IX. c. 7. 'Horum imperium...exitiabile fuit.' Ita, quamquam hæ voces sæpissime inter se commutantur a Librariis, pro *exitiali* tyranno etiam *exitiabili* præfert Rhenan. ad Liv. XXIX. 7. idque Codicibus Mss. comprobari testatur Cl. Drakenb. et sic sexcenties alibi. 'Exitiabile bellum' Ciceroni ad Att. l. X. Ep. 4. 'exitiabilis morbus' Tacit. l. XVI. Ann. 5. 'exitiabile prælium' Hist. III. 22. 'exitiabilis clades,' 'discordia,' &c. Sueton. Aug. c. 23. Claud. 25. *Verh.*

Nerva successit] Cocceius Nerva, XIII. Imperator. Hujus vitam Dion Cassius Nicæus descripsit. Oppido Narniensi natum, scribit Sex. Aurel. Victor. *Glar.*

In privata vita] Antequam esset Imperator. *Glar.*

Nobilitatis mediæ] Mediocris. *Glar.* Ipse tamen jam bis fuerat consul, cum Vespasiano A. U. 824. et iterum 843. cum Domitiano. Sed et avum habuit Romæ olim Consulem: unde Vir Cel. ad Dion l. LXVIII. p. 769. Nervam Romæ quoque natum fuisse credit. Ipsum vide, et Pomp. de Orig. Jur. uti et Spanhem. in Orb. Rom. Diss. II. c. 22. Pag. in Crit. *Verh.*

Senex admodum] 'Extrema ætate' ait Victor de Cæsar. c. 12. Ubi Nervam sexagesimum annum egisse, quum imperium susceperit, male notat Doctiss. Fem. Alii justo majorem faciunt, dum natus erat tum annos LXIV. Vid. ad Dion. l. LXVIII. p. 769. et infra fin. cap. *Verh.*

Imperator factus æquissimum se præbuit] Cæso Domitiano, statuæ omnes, tum aureæ tum argenteæ, in illius honorem constitutæ, subito conflatæ fuerunt. Nerva omnes qui impietatis in Deos rei fuerunt, eos absolvi voluit. Exules in patriam reduxit, servos invidos in dominos multavit, ad sustentandam pauperum vitam centies quinquagies HS. erogavit, 15000000. HS. hoc est 375000. coronatorum. In curia illud juravit, suo jussu neminem Senatorum occisum iri: quod sacramentum, quamvis etiam insidiis petitus esset, inviolatum servavit. Denique ob senium contemptus, Ulpium Trajanum Crinitum adoptavit, moxque in Curia Cæsarem designat, virtutem viri, non patriam aut genus spectare oportere. Erat enim Trajanus, ut Dion ait, Hispanus, cognatione nihil attingens Nervam. *Glar.*

Trajanum adoptando] Dion in Nerva, ut diximus, ait, Trajanum genere Hispanum, et ex Italia oriundum non fuisse. Victor ex urbe Tudertina. Tuder autem oppidum Picenorum, ut ait Strabo l. V. et Plin. III. 14. Ubi Ptolemæus ponit Trajanum, ejus tempore forte mutatum nomen. Eusebius autem ita ait: Trajanus Agrippinæ in Gallis imperator factus, natus Italicæ in Hispania. Plin. autem III. 1. 'Ilipa,' inquit, 'cognomine Italica, prope Hispalim.' Quod et Ptolemæus habet. Unde apud Victorem legendum *Turditana* non *Tudertina*. Glar. Addit Victoris Epitome: 'cum quo tribus mensibus vixit in imperio.' *Cell.*

Post annum] Ita Euseb. et Dion. *Glar.* Alii aliter. Consule Vir. Cl. ad Xiphil. l. LXVIII. p. 771. Recte autem hic observat Gruner. diem naturalem et emortualem ab Eutropio excludi. *Verh.*

Dies octo] IX. Dion. X. Sex. Aurelius. *Glar.*

Ætatis LXX.] LXV. Dion. LXVIII. Egnatius. *Glar.* E Dione, quem modo citavi, recte Cl. Gruner. Nervæ dedit annos LXV. menses X. dies X.

Vid. Ibi Cel. Fabr. ut hinc pateat verum esse, quod init. cap. diximus, Nervam ad imperium accedentem LXIV. annos natum fuisse. *Altero* hic pro *secundo*, ut est in Cod. Leid. 1. emendum esse confirmant alii scriptores, alii vero plures ei tribuunt annos. *Verh.*

CAP. 2. *Successit*] Anno Christi 101. *Glar.*

Successit ei Ulpius Trajanus] Ulpius Trajanus ex Turdetania Bæticæ Hispaniæ, ex opp. Ilipa, quæ Italica cognominata est, natus, ut a Nerva adoptatus, juramentum fecit de nemine innocente trucidando, quod servavit: uxor ejus Plotina, de qua multa Plinius in Panegyrico. Regnare cœpit 42. natus annos. Hic amari ac observari quam timeri malebat. Decebalum Dacorum regem bis vicit, unde Dacicus nominatus est. Item postea Armeniam ingressus, eam subegit, unde Optimus dictus a Senatu. Postremo Parthos prosequutus est Ctesiphonta usque, quæ ultra Babylonem est urbs: et sinum Persicum ingressus, in Indiam naves misit, unde Parthiens dictus est. Sub eo Antiochiæ ingens terræ motus fuit. *Glar.*

Italicæ] Ex urbe Tudertina, inquit Sex. Aurel. Victor. Ilipæ, quæ Italica cognomine, ut Plinius. *Glar.* Consentit Aurel. Victor. repugnat ejusdem epitome, et Xiphilinus: Illa *Tudertinam* facit patriam: huic ex Dionis mente *οὐκ Ἰταλὸς, οὐδ' Ἰταλιώτης* videtur, *neque Italus neque Italica colonia ortus*, sed *Ἴβηρ, pure Hispanus.* Cell. Adi omnino Vir. Cel. ad Dion. sive Xiphil. l. LXVIII. p. 771. ubi plura de Trajani patria. *Verh.*

Pater ejus] Trajanus, de quo Plin. in Panegyr. non longe a fine. *Glar.*

Primus] Scilicet. ex hac familia. *Glar.* Pro *primus*, quod B. Schoub. et Mer. præferunt, recte *primum* vindicat Cl. Gruner. quem vide. *Verh.*

Apud Agrippinam] Ad Rhenum in Ubiis, Plin. IV. 17. Tacit. Annal. XII. 27. 1. *Cell.* Ita etiam Victor. Quod de *Colonia Agrippina* plerique accipiunt. Cl. autem Hen. Dodwellus, in Prælect. Camd. VI. hic lapsos fuisse tum Victorem tum Eutropium accuratissime demonstravit, erroremque hinc ortum putat, quod Provinciæ Germanicæ administrationem in Colonia illa Agrippinensi susceperit, aut quod Provinciam inennti, et in Urbe adeo Coloniensi, (sede quidem Præsidis) omen aliquod Imperii contigerit: quæ Victor ita intellexerit, quasi imperium ipsum Coloniæ succepisset. Plura argumenta ad suam conjecturam stabiliendam attulit vir doctissimus; adeoque miror, auctorem quendam eruditum, in C. Plinii Secundi Junioris vita p. 20. (editioni Oxon. Plin. ep. præfixa) asserere, 'eam nullis validis fulciri argumentis,' cum tamen illud ipsum argumentum *de laurea ex Pannonia allata* satis validum esse videatur, non obstante quod vir Cl. allegat, *verum* nimirum id esse, *ut quod falsum supponat.* Non enim sequitur, eam a Trajano reportatam non fuisse, quod Plinius (in Paneg.) eandem Trajano non tribuerit; nam insignia quædam a Plinio omissa esse, ex Pan. c. 07. patet, ubi factum Trajani quoddam memorabile et æternum, dignumque quod ab eo paullo cumulatius explicetur, vix tangit: unde quod vir Cl. postea dicit, 'cum profusis tamen laudibus vel minima ejus vitæ facinora passim ea oratione evehat,' in nihilum recidit. *Hearn.*

Agrippinam] Ubiorum urbem. *Glar.*

In Gallia] Belgia. *Glar.*

Inusitatæ] Maximæ. *Glar.*

Defensum] Utcunque. *Glar.*

Nobiliter ampliatum] Magnifice auctum. *Glar.*

Diffudit] Terminos extendit. *Glar.*

Urbes] Has nemo nominat. *Glar.*

Reparavit] Recuperavit. *Glar.*

Daciam, Decibalo victo, subegit] Trajanus, ut author est Dion, per Danu-

bium pontem fecit, incredibilis pene structuræ. Erant pilæ ex quadrato lapide, quarum altitudo centenum quinquagenum pedum erat, præter fundamenta: latitudo sexagenum pedum: denique earundem distantia, centenum septuagenum pedum: et fornicibus jungebantur, erantque tempore gelationis per eum pontem itinera in hostes. Sed Hadrianus amolitus est pontis partem, timens, ubi nihil timendum erat. *Glar.*

Daciam] Inter Danubium ac Sarmatas regionem. Secunda fuit hæc expeditio in Daciam. *Glar.*

Decibalo] Vetus liber, *Decebalo*. sic apud Dionem, et Tzetzen. c. 35. Δεκέβαλον invenies. *Vinet.* Dacorum rege. *Glar.* Alii *Decebalo*, rege Dacorum, cui victo primum pacem dedit Trajanus: mox rebellantem subegit iterum, ponte lapideo in Istro facto, et ad tantam desperationem adduxit, ut seipsum interficeret. Xiphilin. *Cell.*

Quos nunc] Hos populos non temere reperias apud veteres Geographos. *Glar.*

Thaiphali, Victophali, &c.] Taifalos Ammianus XVII. 31. cum Mœsia conjungit: Victovalos Capitolinus in Marco c. 14. Marcomannis. Omnes Barthius Germaniæ populos facit, etiam nomina ex Teutonica lingua exponit, Advers. II. 29. 11. *Cell.*

Ea provincia decies centena millia] Mille passus, id est, iter quadrantis horæ. Mille igitur millia essent horæ 250. quæ si per 8. dividantur, facient dies 31. et ¼. Et Latine dixit decies centena millia, quod vulgus hodie mille millia. *Glar.*

Decies centena millia] Id est, mille millia passuum. Euseb. intelligit autem miliaria Gallica. *Glar. Passuum*, quamquam hanc vocem interdum subintelligi recte observat Cl. Gruner. tamen, quia ceteris, quos Hearne consuluit, Codd. Leidd. 1. 2. 3. Edd. Ald. utraque et Junt. accedunt, in textum recipere non dubitavi. Uncis inclusit Cl. van Hoven. *Tenuit* pro *tenet* eadem ratione mutavi. *Verh.*

CAP. 3. *Armeniam*] Tertia exped. in Armeniam. *Glar.*

Armeniam] Nostrum erroris convincunt, quæ Dio l. LXVIII. p. 778. testatur, Trajanum Armeniis Parthisque eo nomine, quod Armeniorum rex non a se, sed a rege Parthorum diadema accepisset, sed revera gloriæ cupiditate ductum, hoc bellum suscepisse subdit. Vid. quæ ad Dion. d. l. observat Vir Cl. *Verh.*

Sarmato Syriæ] Quidam ex impressis sic, alii *Pharmatosyri*. scriptus liber, *Pharnace Syro*. Hæc omnia mendosa. Eundem regem vocat *Parthamasyren*, Dion in Trajano. *Vinet.* Parthamasirem Dion. *Glar.*

Pharnace Syro] Depravate in Codd. manu ac typis exaratis hoc nomen legitur. *Parthamasiris* vero recte Cellario placuisse monet Cl. Gruner. Pæanium φαρόσιρις scribentem hoc nomine notat Vir Cl. ad Dion. p. 779. qui Παρθαμάσιρις recte. Faber legi jubet *Parthamaspate*, sed hunc fuisse, quem Parthis regem dedit Trajanus, seq. mea nota patebit. Contra errat Spartianus in Hadr. c. 5. scribens, Psamatossirim (Parthamasiridem) a Trajano Parthis regem datum, hunc cum Parthamaspate confundens, ut ibi recte Casaubon. animadvertit. Ceterum hunc regem a Trajano occisum falso ab Eutropio scribi ex eodem bene observat Gruner. Salmasius quidem Nostrum contra Casaubonum defendere conatus est ad Spart. Hadr. c. 5. Sed frustra esse, ex Ursini fragmento aliisque ad Dionem citatis videre licet. Propterea quod clara sequentia illius scriptoris, Parthamisiridem, Trajano salutato, diadema capiti detraxisse, et ad ejus pedes posuisse, et p. 780. eum a Trajano cum iis Parthis, quos secum habebat, dimissum, sed, quo vellet, abeundi potestatem datam. *Verh.*

Albanis] Populo ad maris Caspii latus occidentale. *Glar.* Populis ab occidente maris Caspii, de quorum origine Justinus XLII. 3. 4. *Cell.*

Albanis regem, &c.] Quæ ex Nostro refert Rufus de Albanorum rege, nusquam legi: sed *Albanis* pro *Parthis* memoriæ vitio hic scripsisse Eutropium credo. His enim metuens, ne quid novi molirentur, regem Parthamaspaten dedit, eique diadema imposuit, narrante Dione l. LXXVIII. p. 785. *Verh.*

Iberorum] Populi ad occasum Albaniæ. *Glar.* Qui inter Albanos et Colchos medii sunt. *Cell.*

Sauromatarum] Sarmatarum. *Glar.* Sarmatarum. Heic vero Asiatici intelliguntur Sarmatæ. *Cell.*

Bosphoranorum] Qui sunt ad orientem Bospori Cimmerii, vel qui utrinque ad Bosporum Cimmerium accolunt. *Glar.* Ad Orientem Bospori Cimmerii. *Cell.* Eutropium hic lapsum esse ostendit Fabrett. Col. Traj. c. 1. p. 23. *Hearn.*

Arabum et Osdroënorum] Pro *Arabum et Osdroënorum*, legendum puto *Achæorum et Heniochorum*, ut sit victoria velut contra Mithridaticum imperium, omnium populorum, qui sunt vicini Armenis a Septentrione. Meminit Dion. *Glar.* Osdroëna pars Mesopotamiæ, ab Osroë vel Osdroë regulo nomen habens. Procopius I. Pers. c. 17. Adde nostrum infra VIII. 20. *Cell.*

Et Arabum] Cur hæ voces, quæ in omnibus, quotquot vidi, Edd. et Mss. Leidd. 1. 2. et 3. reperiuntur, ejecerit Doctissimus Anglus, quem secutus quoque Havercampus, caussam non video: nec ipsi rationem reddiderunt. Pæanius ipse agnoscit, unde recte in textum rejecisse Cl. van Hoven et Grunerum censeo, propterea quod Mannus Arabiæ rex Trajano suspectus per filium Arbandem ei reconciliatus fuit, teste fragmento ex Excerpt. Ursin. Dion. l. LXVIII. p. 780. *Verh.*

Corduenos] In Edd. Vetust. omnibus *Adiabenos* legitur contra omnes Codd. Mss. quorum fidem plus valere opinor: Manno quidem opem ferente Mebarsapi Adiabenæ regi Trajanus eos, ut ad se venirent, non exspectans in Adiabenen ad ipsos deflexit: vid. ad Dion. p. 781. et Romanos Adiabenen omnem in suam potestatem redegisse: vide p. 783. sed hoc intelligendum, quum auctor mox 'tres provincias fecit Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam,' ubi *Adiabenen* Assyriæ magnam partem *Assyriam* vocat: quemadmodum per Mesopotamiam, etiam pars ejus, ut ibidem Dio sive Xiphil. tradit, intelligenda est. Neque dubito, quin nostra lectio proba sit, quod *Corduenos* ad Tigrim *Adiabenis* proximos ponit Plinius VI. 18. Unde *Corduenos* pro *Carduenos* reposui. Καρδουήνην vocat Dio l. XXXVII. p. 31. vide Guil. Xylandr. ad Dion. nisi quis malit *Gordyæos*, quasi vellet Eutropius, Trajanum hos montes occupasse, ut barbaros sibi resistentes facilius opprimeret: ad eos enim flumen Tigrim ponte junxisse Trajanum refert Dio p. 783. Sed obstat vox *Marcomedos*. Verh. •

Adiabenos] Pro hoc habet vetus liber *Carduenos:* qui et *Marchomedos* scribit, quos alii Marchomodos, alii Marchomodes nominant: et *Anthemusium*, quod quidam Antemusium, alii Anthemurium scriptum habent, pro quo fortasse legendum *Anthemusiam:* et mox etiam *Messenios*, quos alii Essenios appellant. *Vinet.* In Assyria ponit Ptol. Quarta in Parthos expeditio. *Glar.*

Marchomedos occupavit] Ptolem. *Mardoceam*, sive, ut Græcus codex habet *Amardoceam*, regionem ponit in Chaldæa. Quod si ad rubrum mare, hoc est, sinum Persicum ivit Trajanus, ut Dion. scribit, oportuit eam

regionem prius subegisse. Amardocei, prope Chaldæos. *Glar.* Ortelius *Mardomedos* mavult, quasi Mardis affines Medos: sed Hyrcani interjacent. Plin. VI. 16. Diodor. Sic. XVII. 76. Glareanus *Amardoceos* Ptolemæi intelligit. Ad *D.* contra omnium librorum fidem est, qui vel *C* vel *CH* habent: Græcus κ. *Cell.* et *Hearn.*

Antemusium] In Mesopotamia. *Glar.* Vineti *Anthemusiam* legentis conjectura unice vera est. Ἀνθεμουσίαν recte Pæan. Suidas in ὑφηγήσονται ad Dion. qui eadem terminatione utitur, laudatus. Codd. vero Mss. quia obstant, nihil mutare ausus sum. Ut contra pro *Edessios* reponere non dubitavi *Messenios* (quod idem Vinetus maluit) quia Codd. Mss. præëunt, ac Pæanius. Vulgata lectio Virum Cl. ad Dion. l. LXVIII. p. 779. eo deduxerat, ut Eutropium Edessios a Trajano victos scribentem erroris incusarit, miror, quod non viderit, unde ille error: nam Trajanum per Lusium Nisibin recuperasse, *Edessam* expugnasse, direptamque incendisse testatur Dio p. 785. *Messenios* vero victos male scripsit Auctor, uti et Baijerus hoc loco recte *Messenios* emendans, perperam eorum regem captum scribit in Regno Edesseno p. 152. Dion. p. 784. Καὶ τὴν μὲν νῆσον τὴν ἐν τῷ Τίγριδι τὴν Μεσσήνην, ἧς Ἀθάμβιλος ἐβασίλευεν, ἀπόνως ᾠκειώσατο, omnesque, qui Athambili ditionis erant, amice recepisse subdit. *Verh.*

Persidis] Improprie hoc dicit. *Glar.*

Seleuciam] Reg. ad Babylonem. *Glar.*

Ctesiphontem] Urbem supra confluentem Tigris et Euphratis. *Glar.*

Edessios] Mesopotamiæ populos. *Glar.* Edessa regia urbs Mesopotamiæ ad Euphratem. *Cell.*

Mare rubrum] Sinum Persicum. *Glar.* Quæ hic Doctiss. Fem. et Hearne notant, confirmantur a Dione p. 784. Ἐπεθύμησεν ἐς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καταπλεῦσαι· hoc enim nomine sinum Arabicum non tantum, sed et Persicum, imo et totum oceanum venire ex aliis ibi demonstrat Vir Cl. qui præterea Nostri errorem mox, *in mari rubro classem instituit, ut &c.* quem secuti Eusebius et Sext. Rufus, a Scaligero refelli observat. *Verh.*

Ibi] In Oriente. *Glar.*

Medenam] *Mediam* lege; id est, supra Arbela et Gangamela. *Glar.*

Madenam attingunt] Sic Sylburg. et Schonhovius: at *Macedenam* Vinetus et Anna Tanaquilli. Mediam quidam intelligunt. Vide Glareanum. Sex. Rufus c. 15. 'Madenam, optimam Armeniorum regionem obtinuit' Lucullus. Græcus ineptus h. l. aut corruptus. *Cell.*

Arabiam] Maxime Petræam, ut inquit Dion. Quinta in Arabes et Indos exped. *Glar.*

Classem instituit] Sed nihil effecit, viso Oceano, questus ingravescens senium, ac Romam redire statuit. *Glar.*

CAP. 4. *Gloriam tamen militarem civilitate*] Civilem vitam Trajani describit. Cæterum cum duo sint, quæ ab egregiis principibus expectentur, sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia; Trajanus cavit, ut nihil horum in eo desideraretur. *Glar.*

Civilitate] Humanitate et temperantia. *Glar.*

Æqualem] Benevolum. *Glar.*

Convivia cum iisdem indiscreta] Dion. In Amicorum domos sæpius, vix quatuor comitantibus, etiam sine satellite divertebat, et familiarius cum his recumbens quiescebat. *Glar.*

Indiscreta] Indivisa. *Glar.*

Nullum senatorum] Quod juramento asseruerat. *Glar.*

Ad augendum fiscum] Plin. Paneg. cap. 36. *Cell.*

Fiscum] Principis loculum. *Cel.*

Mediocritate] In fortuna mediocri. *Glar.*

Orbem terrarum ædificans] Dion. Complura et valde quidem necessaria ædificari curavit, ut portus et ædes publicas. Vias item munivit. *Glar.* Xiphilinus: πλεῖστα καὶ ἀναγκαιότατα, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ ἐν λιμέσι, καὶ ἐν οἰκοδομήμασι δημοσίοις, κατασκευάσας. Inprimis huc pertinet pons in Danubio factus, ab eodem Xiphilino descriptus, et merito suo a Lipsio inter miranda imperii Rom. relatus, de Magnitud. Rom. lib. III. cap. 13. *Cell.*

Immunitates] Privilegia vocant. *Glar.*

Omni ejus ætate] Qua in Imperio fuit. *Glar.*

Unus Senator] Hunc fuisse Calpurnium Crassum, recte credit Vir Cel. ad Dion. l. LXVIII. p. 779. ubi tamen contrarium: Τοὺς μέντοι ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, ἐν οἷς ἦν καὶ Κράσσος, ἠτιμωρεῖτο, εἰσάγων εἰς τὴν βουλήν. *Verh.*

Per Senatum] Scilicet damnatus est. *Glar.*

Atque is] *Atque* fide Codd. Leidd. omnium addidi, in Edd. Vetust. aliisque *at* legebatur. Ita *ob hæc* ex iisdem Mss. pro *ob hoc* prætuli. *Verh.*

Per orbem terrarum Deo proximus] Dion. de victo Decebalo: Mox ad Trajanum deductus, illum humi procumbens suppliciter adoravit. Hodie vocant *den fusfall.* Sed apud gentiles permiserant se vere adorari, primum Persæ ac Medi et Babylonii: deinde eum diabolicum honorem etiam appetivit Alexander. Postremo et Rom. tyranni, cum ille honor solius sit Dei. *Glar.*

CAP. 5. *Inter alia dicta*] Aliud dictum memorabile ab aliis refertur, cum Licinio Suræ, a Victore *Suburano* dicto, insigne potestatis pugionem daret: 'Cape istum,' inquit, 'et si recte imperavero, pro me; sin aliter, contra me utere.' Quod Plinius item tangit, in Paneg. cap. 67. 'Nonne vobis P. C. hæc diebus ac noctibus agitare secum videtur? *Ego quidem in me, ut omnium utilitas poscerat, etiam præfecti manum armari: sed ne Deorum quidem aut iram aut negligentiam deprecor: quæso imo et obtestor ne unquam pro me vota respub. invita suscipiat; aut si susceperit invita, ne debeat!*' Hearn.

Comis] Benignus et familiaris. *Glar.*

Communis] Comis et popularis qui nihil singulare sibi postulat. ita usus est voce Cicero IV. Fam. Epist. IX. Nepos XXV. 3. 1. *Cell.* *Comis* legunt Edd. Aldina utraque, Juntina, Schonhovii, Merulæ, Fabri Patris ac Filii, ut mirer Cl. Grunerum scripsisse, *communis* in edd. antiquioribus reperiri; neque inficior *comis* et *communis*, *comitas*, et *communitas* sæpe a librariis permutari, ut recte Vir Cl. ex iis, quæ Viri D. ad Nepot. Milt. 8. 4. adnotarunt, adstruit; quum vero, ubicunque alterutra vox occurrit, vix dijudicari potest, utra ab auctoris manu sit, non temere quidquam immutandum judico: certe si ea est differentia, quam ad Nep. dedit Bosius, ut *comis* sit, qui facilis, humanus, et φιλάνθρωπος, et affabilis, non qui talem se omnibus et promiscue præbet, et *comis* esse possit, qui tantum erga pares, aut paucos humanus est; *communis* autem, qui nemini præcludit aditum, sed æqualem se omnibus exhibet, &c. hic loci *comis* præferenda videtur, quia additur, *circa omnes*, quod tum *communis* sine his verbis sufficeret. Sed abstineo. *Verh.*

Talem se imperatorem, &c.] Lege, inquit Faber, talem se Imperatorem esse privatis *velle*, quales, &c. Sed jam erat, unde eum culpabant amici: certe neque Mss. neque Edd. nec Pæanius huic conjecturæ ansam præbet. *Verh.*

Privatis] Iis qui in nullo essent imperio. *Glar.*

E Perside] Ab oriente. *Glar.* Tra-

janus in Arabiam profectus et Atrenos aggressus inde discessit, sive quod in morbum inciderit, sive quod etiam exercitum in Macedoniam traducere vellet, sed, morbo ingravescente, in Italiam navigare instituit; Perlatus autem Selinuntem Ciliciæ urbem ibi mortuus est, tradente Dione p. 786. Confirmat Auctor Chronici Paschalis, et nummus apud Mediobarbum, ut et multa huc facientia ad Dion. Vir. Cl. observat, uti et de mortis caussa, quæ varie a variis enarratur. *Verh.*

Apud Seleuciam Isauriæ profluvio] Dion ait, eum interiisse apud Selinunta Ciliciæ urbem. Eusebius utriusque loci meminit. Victor obticet, et Egnatius. *Glar.* Idem nomen habent Orosius et Sulp. Severus. At Xiphilinus Σελινόντα τῆς Κιλικίας vocat urbem, ad quam fatis Trajanus cessit. Videtur *Seleucia ad Calycadnum* fluvium fuisse. *Cell.*

Isauriæ] Quæ Pamphyliæ regio est. *Glar.*

Profluvio] Aqua intercute, quidam aiunt. *Glar.*

Obiit autem anno ætatis LXII.] Ætas hujus varie apud autores proditur. Eusebius LXIII. an. mens. 9. Sex. Aurelius Victor LXIV. annos. Dion. LXI. annos, mens. 6. dies 15. Quia ait 42. an. cœpisse imperare, ac per XIX. an. fuisse in imperio. *Glar.*

Anno LXIII. *m. n. et d. q.*] In Vetustioribus Edd. 62. constanter legitur. 63. tamen cum Cellario, Anna Fabri, Hearnio, et Havercampo tuetur Cl. Gruner. quamquam alteram lectionem a Lipsio ad Plin. Paneg. 4. præferri et a Pagio Crit. ad A. 117. n. VI. ostensum notat, Trajanum, si diem emortualem numeres, vixisse annos LX. menses X. dies XXIV. Et si, quod hic Glareanus, et ad Plin. Lipsius e Dione notant, verum est, Trajanum, quum Augustus fieret, natum fuisse annos XLII. et si, quod ex eodem constat, annos XIX. menses VI. et dies XV. adnumeremus, cum, quum obierit, nondum annos LXII. implevisse patebit. Cæterum, uti hic noster, ita alios varie errasse, vide ad Dionem p. 786. In Edd. Vetust. omnibus hæc verba *imperii anno* XIX. *menses* VI. *die* XV. desiderantur. *Verh.*

Mense nono] *Mense primo*, habet Vetus liber, alii, *uno* pro *nono*. Vinet.

Solusque omnium intra urbem sepultus] De sepulchris in ipsa Urbe, vide Kirchman. de Funeb. Romanor. l. II. cap. 26. ubi hunc locum Eutropii citat. *Hearn.*

Ossa ejus, collocata in urna aurea] Antiquus, *Ossa collata in urnam auream*. Vinet.

In foro] Trajani dicto. *Glar.*

In foro, quod ædificavit] Trajani forum inter miranda Urbis refertur. Cassiodorus lib. VII. epist. 6. 'Trajani Forum vel sub assiduitate videre miraculum est.' *Cell.*

Sub columna] Forum Trajani et columnam sic P. Victor in octava Urbis Regione describit: 'Forum Trajani cum templo et equo æneo et columna cochlide, quæ est alta pedes centum viginti octo, habetque intus gradus centum octoginta quinque, fenestellas quadraginta quinque.' Columna ista adhuc exstat, in qua circumcirca Dacici Belli, aliarumque rerum gestarum, simulachra miro artificio sculpta sunt. Bartholomæus autem Marlianus [in Urb. Rom. Topogr. lib. V. cap. 1.] habere gradus CLXXIII. fenestellas CLIV. altamque esse (a Victore non discedens) pedes CXXVIII. dicit. Cæterum in basi insculptus est hic titulus:

SENATUS POPULUSQUE ROMANUS
IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAJANO. AUG. GERM. DACICO. PONTIF.

MAXIMO. TRIB. POT. XVII. IMP. VI. COS. VI. P. P.
AD, DECLARANDUM. QUANTAE. ALTITUDINIS
MONS. ET. LOCUS. TANTIS. OPERIBUS. SIT. EGESTUS

Hearn.

CXLIV. *pedes*] Vetus liber: alii CXL. *pedes*. Vinet.

Usque ad nostram ætatem] Usque ad Valentinianum ac Valentem, anno Christi 368. *Glar.*

Principibus] Imperatoribus. *Glar.*

Nisi] *Ne sis*, habet alterum exemplar. *Glar.*

Augusto] Qui per 56. annos regnavit. *Glar.*

Melior] Quia ille optimus est dictus. *Glar.* Etenim Senatus *Optimi* cognomen decrevit Trajano. Plin. Paneg. cap. 88. *Cell.*

Vel assentantibus] Hic adde *vel vere laudantibus*. Glar.

CAP. 6. *Ælius Hadrianus*] Anno Christi 120. Hujus vitam scripserunt Dion. et Æl. Spartianus. *Glar.*

Hadrianus] Hadrianus Imperator Hispanus origine, initio principatus IV. viros consulares occidit: unde magnam sibi conflavit invidiam, quam tamen apud Senatum purgare conatus est. Fuit ingenio ad omnia imitanda nato. Unde magna in omnes ingeniosos flagravit invidia, ita ut multos subverterit, multos occiderit. Constitutiones quasdam utiles fecit; unam de thesauris. Siquis in suo reperiisset, ipse potiretur: Si quis in alieno dimidium dono daret: Si quis in publico, cum fisco æqualiter partiretur. Item servos a dominis occidi noluit, sed eos jussit damnari per judices, si digni essent. Majestatis crimina non admisit. Ignotorum hæreditates repudiavit: nec notorum accepit, si filios haberent. Ergastula servorum ac liberorum tulit. Lavacra pro sexibus separavit. In colloquiis etiam humillimorum civilissimus fuit, detestans eos, qui sibi hanc voluptatem humanitatis sub prætextu principis eriperent. *Glar.*

Operam dante] Id procurante. *Glar.*

Quamquam consobrinæ filium] Errorem penes Eutropium esse, credit recte Cl. Gruner. sed, quamquam *Consobrini*, ut Anna et Hearne malunt, unice proba lectio, quia Codd. obstant, nihil mutandum. *Vivus* pro *vivens* e Codd. Mss. Leidd. rescripsi. *Verheyk.*

Consobrinæ] Domitiæ Paulinæ. *Glar.*

Natus et ipse Italicæ] Æl. Spartianus ait, eum Romæ natum, IX. Calend. Februar. Vespasiano VII. Tito V. Coss. Tutorem suum Trajanum fuisse, in Græciam missum, XV. anno ad patriam rediisse, ac militiam iniisse: venandi usque ad reprehensionem studiosus, ideoque a Trajano abductus a patria, ac pro filio habitus. *Glar.* Heic quidem domicilium habebant Adriani parentes, sed tum forte rationum suarum causa Romæ agebant cum nasceretur Adrianus. Vid. Spartianus in vita c. 1. cum Casauboni nota. Nostro plene Appianus consentit B. Hisp. p. 463. de Italica Scipionis colonia πατρὶς ἔστι Τραϊανοῦ τε καὶ Ἀδριανοῦ. *Cell.* Viri Docti hic e Spartiano nefant. Hadrianum, qui, eodem teste, scripsit, suos majores apud Italicam in Hispania temporibus Scipionum resedisse, Romæ natum fuisse. Dubito tamen, an huic Spartiano, ceteris, qui secus scribunt, neglectis, soli fides sit habenda: præcipue quum ipse sui dissimilis videtur, si totum perpendas locum: ' Natus est Romæ IX. Kal. Feb. Vespasiano septies et Tito quinquies Coss. Ac decimo ætatis anno patre orbatus, Ulpium Trajanum prætorium virum, consobrinum suum, qui postea imperium tenuit, et Cælium Tatianum equitem Romanum tutores habuit: imbutusque impensius Græcis studiis,' &c. hoc est Ro-

mæ, vel iis adsentantibus, qui eum Romæ natum statuunt; sed patet propterea e seqq. 'Quinto decimo anno ad patriam rediit.' Quænam ergo patria, Roma an Italica? certe posterior; verosimilius enim cum sub tutoribus Romæ potius quam Italicæ educatum et eruditum fuisse; quam, quod alterum verum putat Casaubonus ad Spartian. parvi momenti est, quia is addit, 'venandi usque ad reprehensionem studiosus. Quare a Trajano abductus a patria et pro filio habitus:' nempe anno XV. Italicam abiit; et inde nunc a Trajano revocatur, ut ipse Spartianus Italicam ejus patriam vocet, et nescio quibus ibi sese irretiant ambagibus viri ingenii acumine alias inmortales Salmasius ac Casaubonus. Quid enim subtilius, si non absurdius, quam cum altero statuere, cum Italicæ conceptum, Romæ vero natum, aut cum altero et Viro Cl. ad Dion. p. 787. Hadrianum respectu Majorum Italicensem vocari. Certe huic opinioni quantum adversatur simplex Appiani testimonium de B. Hisp. p. 275. Ἰταλικὴ πατρὶς ἐστι Τραϊανοῦ τε καὶ Ἁδριανοῦ: ergone hoc etiam de Trajani Majoribus accipiendum? Ut ex his pateat, argumentum, quo suam sententiam fulciunt Docti, unius Spartiani suique dissimilis, minus valere. Nihilominus omnes Commentarii ad Dionem, Aurel. Vict. Cæs. c. XIII. Gell. XVI. 13. Eutropium et Hieronymum erroris incusant. Dio tamen Hadrianum Trajani πολίτην, Victor *civem*, Gell. *municipem* indigitat. Judicium hac in re aliis me subtilioribus relinquo. *Verheyk.*

Provincias tres] In Oriente. *Glar.*

Addiderat] Rom. imperio. *Glar.*

Revocavit exercitus] Causatus est Hadrianus, tam longinquas regiones obtineri non posse: sed vera causa erat, quod ipse, cum longius imperium promoveri non posset, promotum defendere noluerit. *Glar.*

Idem de Dacia facere conatum] Unde hoc hauserit Eutropius, nescio. Orosius et Hieronym. in diversum abeunt, uti et Spartian. c. 6. 'Audito dein tumultu Sarmatarum et Roxellanorum, præmissis exercitibus Mœsiam petiit, Martium Turbonem, post Mauritaniæ præfecturam insulis ornatum, Pannoniæ Daciæque ad tempus præfecit.' *Verheyk.*

Eo] In Daciam. *Glar.*

Ad agros] Tanquam in colonias. *Glar.*

Dacia enim diuturno bello] Duas enim expeditiones in Daciam fecerat Trajanus, ut tradit Dion. Priore Decebalum ad deditionem, sequente ad mortem rebellantem compulit. *Glar.*

Exhausta] Hominibus spoliata. *Glar.*

CAP. 7. *Pacem tamen omni tempore*] Recte hic Anna et Hearne Judaicum bellum ab auctore omissum observant. Imo hoc solum non fuit, quod hic neglectum: nam plurima sub Hadriano bella, quæ omnia enarrare longum foret, gesta sunt. En pauca. Spart. c. 5. 'Deficientibus his nationibus, quas Trajanus subegerat, Mauri lacessebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri sub Romana ditione non poterant, Ægyptus seditionibus urgebatur, Lycia denique ac Palæstina rebelles animos efferebant.' Nisi Eutropius voluerit, Hadrianum nulli, nisi a quo oppugnaretur, aut qui animos tolleret, bellum intulisse, paci semper deditissimum: ita Idem d. l. 'Adeptus imperium ad priscum se statim morem instituit, et tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit.' *Verheyk.*

Semel tantum per Præsidem] Bello Judaico, quia gravius aliud eo imperante non fuit. Duo autem motus in Judæa, anno II. Adriani et XVI. Euseb. Chron. Priore, Judææ præerat Lusius Quietus, V. C. a Trajano impesi-

tae. Euseb. H. E. 4. 2. Posteriore tumultu Tinius Rufus. ibid. c. 6. Sed non huic, verum Julio Severo, ex Britannia excito, summa belli commissa. Xiphil. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 493. VEXILLO MIL. DONATO A DIVO HADRIANO IN EXPEDITIONE JUDAICA. *Cell.*

Orbem Romanum] Imperii Romani circuitum: Gallias, Germaniam, Britanniam, Hispanias, Achaiam, Asiam, Siciliam, Africam, Ægyptum, totum Illyricum, &c. *Glar.*

Græco] Ita ut a nonnullis Græculus diceretur, inquit Æl. Spartian. *Glar.*

Non magnam clementiæ] Quia quos aliquandiu amavit, postea perdidit. *Glar.* Imperium adeptus clementiam simulavit, ut, eum in Senatu jurasse, se nunquam senatorem nisi ex senatus sententia puniturum, narret Spart. c. 7. et Dio p. 788. qui subdit, cum propter cædes quorumdam præstantissimorum virorum, dein male audiisse, et Marius Maximus eum natura crudelem fuisse, et idcirco multa pie fecisse, ne sibi idem, quod Domitiano accidit, eveniret, diserte testatur apud Spartian. c. 20. Adde quæ Victoris Epit. XIV. habet. Hinc infra Eutropius: 'Senatus ei tribuere noluit,' &c. quod confirmant Dio, Spartianus, et Victor. Cæs. XIV. Antonini tamen precibus id concessum iidem testantur. *Verheyk.*

Diligentissimus tamen circa ærarium] Æl. Spartianus: 'et in concione et in Senatu sæpe dixit, ita se Rempublicam gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam.' Vox imperatore digna. *Glar.*

Et militum disciplinam] Idem: 'Militem, quasi bellum immineret, semper exercuit: tolerantiæ documentis eum imbuens, frigora ac tempestates patienter tulit, ut nunquam caput tegeret.' *Glar.*

In Campania] Apud ipsas Baias. Spartian. cap. 15. *Cell.*

Major sexagenario] Anno LXI. mens. 5. diebus 17. Æl. Spart. et Dion. *Glar.* Vixit annos LXII. menses v. Spartian. et Xiphil. *Cell.* Consule de Hadriani ætate et imperii tempore, quæ congessit Vir Cl. ad Dion. p. 798. ubi scriptores inter se discrepantes optime conciliat. *Verheyk.*

Anno XXI.] Ita Eusebius. *Glar.* Eundem numerum Spartianus. Sed regnavit tantum an. XX. menses XI. uno die minus. *Hearn.*

Mense X. *die* XXIX. *ipsius*] Hæc non sunt in altero exemplari. *Glar.*

X.] XI. Æl. Spart. v. Dion. *Glar.*

Senatus ei tribuere noluit] Διά τινας φόνους ἀρίστων ἀνδρῶν, οὓς ἐν ἀρχῇ τε τῆς ἡγεμονίας, καὶ πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βίου πεποίητο, *quod sub initium imperii, et sub finem vitæ, optimos viros occiderat.* Xiphil. *Cell.*

CAP. 8. *Ergo Hadriano successit T. Antoninus*] T. Antoninus Fulvius Pius ab Hadriano in filium adoptatus, cum ante ejus esset gener, Numæ collatus fuit, vir forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, singularis eloquentiæ, sobrius, diligens agricultor, mitis, largus, alieni abstinens; et omnia hæc cum mensura, et sine jactantia. In cunctis postremo laudabilis. Idem trientarium fœnus (id est, de c. 4.) exercuit, ut patrimonio suo plurimos juvaret. Provinciæ sub eo cunctæ floruerunt: quadruplatores sub eo extincti sunt. Victus fuit talis, ut esset opulentia sine reprehensione, parsimonia sine sordibus. Certe ab hoc imperatore Antonino cœptum nomen Antoninus ita clarum fuit omnibus gentibus, ut etiam parricida Bassianus ejus nominis causa amaretur. *Glar.*

Hadriano] Socero et patri adoptivo, Anno Christi 141. *Glar.*

Bojonius] Sic habet antiquus liber, qui et villam Antonini *Lorium* appellat, quemadmodum apud Julium Capitolinum quoque legimus: quam alii nostri libri et Sexti Victoris Epitome

Lorios nuncupant. *Vinet.* Quod ex Bojis natus esset, Nemausi oppido. *Glar.*

Pius nominatus] Ob 5. causas, apud Capitolinum. *Glar.* Vid. Spart. Hadr. c. 24. Capitol. in Pio c. 2. 4. Lamprid. in Heliog. et quos plures ad Dionem laudat Vir Cl. p. 799. *Verh.*

Ita ut] Lege *ut ille*, scilicet Numa Pomp. Romulo, *ita hic*, scilicet Ant. Pius, Trajano comp. *Glar.* Posteriora forte Eutropii non sunt. *Hav.* Hoc est nodum secare. Certe Pæanius agnoscit illa posteriora, et, quamquam variat lectio in Edd. Vetust. quarum pleræque, *ita ut Romulo et Trajano æquetur*; sensus omnino sanus, si *æquatur* legimus: h. e. Antoninus vir insignis, qui merito Numæ Pompilio conferatur, ita ut (quemadmodum) Romulo Trajanus æquatur. Δικαίως τ' ἂν ἐξισωθείη τῷ Νουμᾷ Πομπιλίῳ, ὁσιωτάτῳ καὶ Τραϊανὸς Ῥωμύλῳ Metaphrastes. Jo. Antiochenus, e quo Suidas sua hausit, hunc Eutropii locum Græce transtulit, Latine vero qui eum ad Dionem p. 800. recte ita cepit, καθάπερ δή, &c. *Sicut Romulo Trajanus æquatur.* Et ita mutassem, si per Codd. Mss. licuisset, sed eorum, præter Leid. 5. nullus est, qui admittit. *Verh.*

Privatus] Cum nondum esset in Imperio. *Glar.*

In Imperio] Dum fuit Imperator. *Glar.*

Acerbus] Asper, durus, molestus. *Glar.*

Benignus] Liberalis. *Glar.*

Provincias] Regiones imperii. *Glar.*

Bonis honorem] Capitolinus: Fuitque ea constantia, ut septenis et novenis annis in provinciis bonos præsides detineret. *Glar.*

Regibus amicis venerabilis] Capitolinus enumerat Pharasmanem, Pachorum, Abagarum, Rimothalcem, ad amicitiam deductos literis et authoritate: populos per legatos victos, Britannos, Mauros, Germanos et Dacos: item Judæos, Achæos, Ægyptios ac Alanos tumultuantes repressit. *Glar.* Lege Capitol. in vita cap. 9. *Cell.*

Venerabilis] In honore habitus. *Glar.*

Opes quidem suas] Deleo *omnes*, ac summo (ni fallor) judicio. *Heumann.* Retentum tamen significare potest, et suas, et quas plurimas ex affinium hæreditate acceperat. Capitol. c. 1. *Hav. Omnes* recte tuetur Cl. Gruner. sed aliam, quam Cel. Havercampius dedit, caussam hic esse credo, cur retinendum sit. *opes* enim *suas* hic oppositum est τῷ ærario, quod hic non fiscum significare, ut aliquoties apud scriptores inferioris ævi et ipsum Eutropium occurrit hoc sensu, ante jam credideram, quam in locum Jo. Antiocheni incideram, qui opinionem hanc confirmat: Τὴν μὲν ἑαυτοῦ περιουσίαν ἔς τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν φίλων ἀναλώσας δαψιλὲς τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ πλῆθος πανταδαπῶν ἀνέλιπε χρημάτων. ubi in Var. Lect. optime notatur, hæc de fisco intelligi non posse: *fiscus* enim principis erat, ut pueris notum, sed opes etiam ejus efficiebat, quas hic tamen exhauserat; ergo Eutropium recte velle quis neget, Antoninum, etiamsi suas opes consumpsisset liberalitate, ærarium tamen publicum non attigisse, sed opulentum reliquisse? et ita cepit Pæanius. *Verh.*

Pius propter clementiam dictus est] Quinque causæ referuntur, cur Pius est dictus: 1. quod socerum suum Annium Verum senem manu præsente Senatu levarit: 2. quod, quos Hadrianus occidi jusserat, servavit: 3. quod infinitos honores exhibuerit post mortem Hadriano: 4. quod Hadrianum a voluntaria morte continuerit: 5. a moribus clementissimis. Secundam, tertiam et quintam probat Egnatius. *Glar.* Alias addit rationes Capitol. c. 2. *Cell.*

Vitæ anno LXXVIII.] Capitolinus ait, eum natum Domitiano XII. Cos.

Dolabella Cos. qui fuit an. Christi 88. Et mortuus anno 162. vel 163. ut est apud Eusebium. Ergo vixisset annos 74. vel 75. *Glar.*

Vitæ anno LXXIII. *imperii* XXIII.] Variæ de ætate sententiæ apud scriptores et Viros D. Recte tamen Glarean. vel 74. vel 75. quia 75. non impleverat. Imperii autem tempori optime Anna dedit annos XXII. menses VII. dies XXVI. ad Aur. Cæs. c. XV. confirmat Vir Cl. ad Dionem p. 800. et hic Gruner. Schonhovius dedit ætati annos LXXVIII. et imperio XXIIII. *Verh.*

Imperii XXIV.] Al. codex, XXIII. *Glar.*

Inter Deos] Ita pœne edidissem e Codd. Leidd. quia et seq. cap. idem reperitur, quod secutus est Merula, uti et c. 14. sed, quia vulgata lectio scriptori non minus frequens est, perinde duxi, utrum retineamus. *Verh.*

CAP. 9. *M. Antonius Verus*] M. Antonini pater Annius Verus, qui in prætura decessit: ejusdem nominis etiam avus, qui iterum Cos. fuit, patruus Annius Libo: amita Galeria Faustina Augusta, Pii uxor: mater Domitia Lucilla: uxor Annia Faustina, Antonini Pii filia: gener, qui et frater adoptivus, L. Verus Cejonii filius, quem secum Cæsarem ac Augustum regnare voluit. Sed L. Verus deliciis ineunte ætate corruptus, X. duntaxat annis cum ipso in imperio fuit; quo mortuo, ipse Marcus solus regnavit per annos VI. postea vero Commodum filium per annos tres regnare secum passus est. De hujus imperatoris virtutibus nemo satis digne dixerit, qui fuit frugi sine contumacia, verecundus sine ignavia, sine tristitia gravis, atque hoc omni tempore, et quo privatus vixit, et quo in imperio fuit: fœlicissimus certe imperator, nisi heredem Commodum reliquisset, post annum impesii XVIII. ætatis vero LXX. *Glar.*

M. Antoninus Verus] M. Antoninus philosophus, L. Ælius Antoninus II. Augusti, Anno Christi 163. Hujus Veri vitam Capitolinus descripsit. *Glar.*

Salentino] Malemnio Dasumnii filio, qui Lupias condidit. *Glar.* Qui Salentinorum sive Japygiæ rex quondam fuerat. Salentini enim Calabriæ populus. Nomen regi fuit Malennio. Capitolin. in M. Philosopho cap. 1. *Cell.*

Cum eo L. Ælius Antoninus Verus] Hadrianus cum filiis careret, adoptavit sibi filium Antoninum cognomento Pium, ea lege, ut is sibi adoptaret M. Antoninum ac L. Verum Cejonii filium, quem prius Hadrianus adoptaverat: sed is L. Ælius mortuus est ante Hadrianum: ita Pius venit in ejus locum. Quidam aiunt, Pium ab Hadriano coactum sibi Marcum adoptare, ac postea Marcum jussum adoptare L. Verum, Cejonii filium. Utrumque Spartianus in Cejonio scriptum reliquit. Hujus L. Veri pater brevis vitæ fuit, habuitque 7. appellationes: *L. Cejonius, Commodus Verus, Annius Verus, Ælius Verus, Commodus Lucius, Ælius Cæsar, L. Ælius Cæsar.* Atque ita in numismatis aureis ac argenteis. *Glar.* Male *Annium* cum Nostro et Vict. Ep. XVI. vindicat Doctiss. Fem. *Aurelium* rectius scribunt Capitol. c. 7. et Oros. VII. 15. idem error seq. cap. occurrit. *Verh.*

Tumque primum] Idem Victor Cæs. XVI. et Ep. Spart. in Hadr. et quos plures ad Dion. sive Xiphil. citat Vir Cl. p. 802. qui bene distinguit, antea jam plures simul imperii participes fuisse, sed dispari quadam potestate, hos vero pares, et Augustos ambos, quum antea alter Augustus, alter Cæsar vel imperator vocabatur. *Verh.*

CAP. 10. *Hi*] Duo M. et L. *Glar.*

Hi et genere inter] De eorum genere hæc ex Dione, Herodiano, Lampridio, Eutropio et aliis.

M. ANNII VERI ANTONINI
Philosophi Imperatoris.

Pater — Naturalis, Annius Verus.
Adoptione, T. Aurelius Fulvius Bojonius Antoninus Pius Imperator.
Mater — Domitia Calvilla.
Amita — Annia Valeria Faustina, Antonini Pii Imperatoris uxor.
Frater — Adoptione, per Antoninum Pium Imperatorem, Lucius Aurelius Verus Commodus Antoninus, qui simul imperavit, filius L. Cejonii Commodi Ælii Veri adoptati ab Adriano, et mortui ante Adrianum.
Soror — Annia Cornificina,
Socer — Antoninus Pius Imperator, qui et ejus adoptione pater.
Uxor — Annia Valeria Faustina, filia supradicti Antonini Pii Imperatoris.
Liberi — L. Antoninus Commodus ex adulterio natus ejusdem Faustinæ, post patrem Imp.
Verissimus, qui admodum parvulus obiit.
Lucilla, Augusta, conjunx L. Aurelii Veri Antonini, qui supra dictus est frater adoptione per Antoninum Pium, et alii.
Gener — L. ille Verus Antoninus, qui simul imperavit, adoptione frater. *Vinet.*

Genere] Uterque ab Antonino Pio adoptati erant, ergo ob hoc fratres. Cæterum L. Marci filiam in uxorem habuit. *Glar.*

Verus Antoninus] L. Ælius nepos. *Glar.*

M. Antonini] Pii. *Glar.* Capitol. *Lucillam* vocat: uti et Xiph. p. 802. *Verh.*

Per uxorem Galeriam] Hoc pro *Valeriam:* nam frequens et sine discrimine barbaro seculo, Valerius, Vualerius, et Galerius, Gualerius. Sic Vasco, Vuasco, Guasco, Gasco: Vulielmus, Gulielmus, et alia multa. *Vinet.*

Valeriam] *Galeriam*, in M. apud Capitolinum. *Glar.*

Juniorem] Quæ etiam Faustina. *Glar.*

Bellum contra Parthos gessit] Capitolinus in Marco: 'Fuit eo tempore etiam Parthicum bellum, quod Vologesus paratum sub Pio, Marci et Veri tempore, indixit, Arideo Corneliano, qui Syriam tunc administrabat, fugato.' *Glar.*

Qui] Parthi. *Glar.*

Post victoriam] In Parthis. *Glar.*

Tum primum] Quia sub Adriano se Pio quieverunt. *Glar.*

Verus Antoninus ad id profectus] Capitolinus in M. 'Et Verus quidem posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam et Daphnem vixit, armisque se gladiatoriis et venatibus exercuit, per legatos bellum gerens.' Sed in Vero multa alia ejus vitia enumerat. *Glar.*

Verus Antoninus ad id profectus est] Verus a Marco ad id bellum missus, 'ne vel in urbe ante omnium oculos peccaret, vel ut parsimoniam peregrinatione addisceret, vel ut timore bellico emendatior rediret, vel ut se imperatorem esse cognosceret.' Capitol. in Vero c. 5. sed eum deliciis voluptatis adhæsisse et ibi et in Marco c. 8. testatur. *Verh.*

Antiochiæ] Ad Orontem, in Daphnicis deliciis agens. Capitolin. in M. Philos. c. 8. *Cell.* Ut miror, Entro-

piam, Sextum Rufum, et Xiphil. Vero hæc laudi vertere, quod contrarium esse ex utroque Capitolini loco patet. Vid. ad Xiphil. p. 802. quæ Vir Cl. adnotavit. *Verh.*

Per duces] Statium Priscum, et Avidium Cassium, Martium Verum. Capitol. in Vero c. 7. *Glar.* et *Cell.*

Seleuciam, Assyriæ urbem] Ad Tigrim. Vide notata ad IX. 10. et Varias lectiones VIII. 22. Contra fidem Cassius, dux Veri, hanc urbem, quæ ut amicos milites Rom. receperat, funditus delevit. Capitol. c. 8. *Cell.*

Cum CCCC. *millibus*] CCC. mil. habet Euseb. in Chron. quod est verisimilius. *Glar.* Variant Codd. Mss. et Edd. Numerum tamen plus justo augent: uti Orosius VII. 16. qui 'quadringentis millibus.' *Verh.*

Parthicum triumphum revexit] Capitolinus in Vero: Romam inde ad triumphum invitus, quod Syriam quasi suum regnum relinqueret, rediit, et pariter cum fratre triumphavit. *Glar.* Hinc utrumque *Parthicum* appellatum tradit idem c. 9. in Marc. senem Marcum hoc sibi delatum nomen prius repudiasse, postea tamen recepisse subdit. *Verh.*

Eodemque socero] Quia ejus filiam habuit Luciliam, ut Capitolinus in Vero, non ita longe ab initio. *Glar.*

Obiit tamen in Venetia] Magnus Romæ timor belli Marcomannici fuit, ut Capitolinus ait in Marco: ad quod profecturus Marcus, Lucium secum duxit invitum. Libentius enim domi delituisset apud scorta inertesque voluptates: cum autem ibi quædam acta essent, Lucio urgente, etiam M. domum redire statuit. In eo itinere periit Lucius, ut dignus erat, haud nactus quas cupivit voluptates. *Glar.*

A Concordia] Inter Aquileiam et Vincentiam. *Glar.*

Concordia, Altinum] Illud oppidum situm est inter Aquileiam et Vincentiam: hoc inter Vincentiam et Veronam. Ex Germanico bello reditum fuit, cum in itinere exstingueretur Lucius. Capitol. Marc. c. 14. *Cell.*

Altinum] Inter Vincentiam ac Veronam, apud Ptol. *Glar.*

Subito sanguine ictus, casu morbi, quem Græci ἀποπληξιν vocant] Ita habent libri nostri omnes: at Sexti Victoris Epitome, 'Ictu sanguinis, quem morbum Græci ἀποπληξιν vocant.' Hoc autem miror, quid sibi velit: nec video quibus rationibus apud medicos consistere possit. Res tamen plana est ex Julio Capitolino ad hunc modum: 'L. Verus in itinere apoplexia correptus fuit. Deposuerunt eum e vehiculo, atque graviter laboranti confestim medicus sanguinem detraxit. Perductus est inde Altinum plane mutus, ubi eo morbo tertio die obiit.' *Vinet.*

Casu] Eventu. *Glar.*

'Αποπληξιν] Ἀποπληξίαν. *Glar.* *Apoplexiam* Latine scripsit Orosius VII. 16. Græce tamen alii hunc morbum expresserunt, de quo egregie disserentes videas Viros D. ad Victoris Epit. XVI. *Verh.*

Parum civilis] Arrogantioris. *Glar.*

XI. *Imperii anno*] Recte hunc errorem notant Doctiss. Fem. et Hearne. Eumdem commiserunt alii. Vid. Magnum Casaub. ad Capit. in Ver. c. 10. et, quos hic laudat Cl. Gruner. Pag. in Crit. ad A. 169. et S. Basnag. Ann. Pol. Eccl. T. II. p. 135. *Verh.*

CAP. 11. *Post eum M. Antoninus solus*] Non est hic novus imperator, sed idem, qui L. Verum secum acceperat in administrationem imperii. Quod admonemus, quod in aliis Cæsarum codicibus tituli mire sunt confusi. Annus hic fuit Christi 178. *Glar.*

Solus] Absque collega. *Glar.*

Vir quem] Recte e Codd. Leid. 1. *vir* addidit Cl. Gruner. quo nihil Nostro frequentius, et ubique obvium. *Verh.*

A principio vitæ] Hæc et multa

deinceps alia miror, quomodo ad verbum in Epitome Sexti Victoris reperiantur. *Vinct.*

In infantia] Eadem verba Capitolinus habet in Marco. *Glar.*

Philosophiæ deditus] In M. vita Capitolinus enumerat prope duodeviginti viros Grammaticos, Rhetores, Philosophos, tum Græcos tum Latinos, qui ei adfuerunt, aut quos ipse audivit. *Glar.*

Stoicæ] Quæ Zenonem habebat autorem. *Glar.*

Eum] Marcum. *Glar.*

Successorem paraverit Hadrianus] Capitolinus in Marco ait: Marcum ita dilectum fuisse ab Hadriano, ut pro Vero eum nominaret Verissimum: et eum successorem imperii destinasset, si ætas ei maturior fuisset. Ut tamen desiderio suo satis fieret, Pium hac lege adoptasse, ut is Marcum adoptaret, ac Marcus item L. Verum Cejonii filium. Quamvis, ut dictum est, Hadrianus jusserit Pium tum Marcum tum L. sibi adoptare, ut quidam tradiderunt. *Glar.*

Ei] Sibi potius, scilicet Hadriano. *Glar.*

Perveniret] Marcum. *Glar.*

CAP. 12. *Per Apollonium*] De hujus Apollonii fastu Capitolinus in Antonino Pio. *Glar.* Ita etiam Capitolinus in Marco c. 2. sed idem in Pio c. 10. 'Chalcide Syriæ accitum' tradit, atque id propter mavult hoc *Chalcidenus* legere Casaubonus. Fuit autem Stoicæ sectæ Philosophus. *Cell.* Calchidicum vocant Eusebius, Hieronymus, et Cassiodorus, a Calchido nempe seu Calchedone. Frequentius tamen Χαλκηδόνα scribunt, quo modo etiam scribendum censuit Stephanus in voc. Καρχηδών. Sed qui antiqua monumenta tractant, aliam in omnibus scripturam observant. Quarta denique ipsa Synodus Œcumenica in vetustissimis exemplaribus non *Chalcedonensis*, sed *Calchedonensis* nuncupatur. Et quod fidem præcipue facit, nunquam aliter veteres nummi, uti Cl. Sirmondus in notis ad Sidon. Vidit sane complures, tum Cæsarianos, tum antiquiores alios: atque in his unum, in quo parte adversa caput fuit Apollinis, cujus templum in ea urbe fuisse testis est in Pseudomante Lucianus, in aversa tripus cum Inscriptione ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ, quæ ipsa eadem fuit in omnibus aliis. Casaubonus, in notis ad Capitolin. scribendam censet *Chalcidenum*. Hearn. Nummos ipse complures habeo; sed in illis et ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ scribitur, et ΧΑΛΚΕΔΟΝΙΩΝ promiscue. *Hav.*

Per Sextum Charonensem] Vetus liber, Sextum non habet: quamvis ita diceretur ille Plutarchi nepos; atque ita appellat Capitolinus in vita Antonini, et Apuleius initio sui Asini, quando de genere suo agit. *Vinct.* Vid. Var. Lect. *Cell.* Hic, licet præcedentia ad verbum fere e Capitolino hausta sint, ab eo *nimium* recessit Eutropius: Sextum enim Charonensem inter Magistros, a quibus Philosophiam doctus est Marcus, numerat Capitolinus, consentit Xiphilinus, et Philostratus ad Xiphil. laudatus, ubi Vir Cl. recte hoc nomine erroris arguit Eutropium; dum in Græcis audivit Marcus Alexandrum Grammaticum, Annium Marcum, Caninium Celerem, et Herodem Atticum Rhetores, ut e Capitol. c. 2. demonstrat, et mox Doctiss. Fem. Latinis Grammaticis usus fuit Trosio Apro, et Pollione, et Eutychio Proculo Siccensi, ut ibidem Capitol. *Verh.*

Latinas autem literas cum Fronto orator] Puto M. Frontonem, cum quem sæpe citat Gellius, et maxime l. II. c. 26. ubi virum consularem vocat. Et numeratur secundo Ulpiani anno in Coss. Catalogo, Anno Christi 102. *Glar.* Glareano videtur M. Fronto esse, quem Gellius laudat II. 26. Capitolinus in Marco c. 2. *Frontonem* appellat *Cornelium*, 'quem Augustus

discipulus extraordinario consulatu honoravit.' Auson. ad Gratian. *Cell.*

Æquo jure] Non ut princeps, sed ut privatus. *Glar.*

Imperii fastu] Hæc quorundam doctorum lectio est, quam probarem, si Mss. adstipularentur. Quare etiam dubitavit de illa Cellarius, ut videre est in Var. Lect. Nunc quum etiam omnes Batavi *fastigio* præferant, vix dubito quin ista vox restituenda sit Eutropio; qui illa alibi quoque sic utitur; ut de Augusto VII. 8. 'in amicos fidissimus, quos tantis evexit honoribus, ut pœne æquaret fastigio suo.' De Diocletiano IX. 28. 'ex tanto fastigio,' &c. et de Maximiano X. 2. 'Quo nuncio Maximianus Herculius ad spem erectus resumendi fastigii, quod invitus amiserat.' Sic et Capitol. in Ant. Pio c. 6. 'Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxit.' *Hav.* Cur, tot præeuntibus Codd. Mss. et Edd. longe vetustissimis Aldina utraque, Juntina, Schonhovii, ac Merulæ, unius vocis immutandæ venia non esset, miror. Certe Cl. Grunerus id facere non dubitavit, et recte. Rationes a Cl. Havercampo hic redditæ sufficiunt. *Verh.*

Bellum ipse unum gessit Marcomannicum] Marcomanni in Germania populi e regione Pannoniæ superioris, hodie *Merchen*, inter Viennam Austriæ ac sylvam Bœmicam. Moraviam quidam appellant. *Glar.*

Marcomannicum] Contra Germanos ad Danubium. *Glar.* Hoc ipsum est, quo legionis Melitenæ precibus in summis exercitus Romani angustiis larga pluvia impetrata fuit. Euseb. H. E. V. 5. Marcomanni hoc tempore Moraviam cum Bohœmiæ parte videntur incoluisse. Vell. II. 109. *Cell.*

Quantum] Quam magnum: hoc est, quo nullum fuit hominum memoria majus. *Glar.*

Quod universi exercitus perierant] Creditum est, quando sive fatum, sive natura, sive quod rarius est, Deus mundum omnibus calamitatibus affligere volverit, hunc Marcum in imperium rerum promotum, qui omnibus succurreret: quod equidem strenue fecit. Fuere autem bella sub eo ubique sævientia, terræ motus, inundationes, pestilentiæ, fames, incendia. His publicis ærumnis Marcus quasi defensor omnibus objectus. *Glar.*

Perierant] Peste. *Glar.* Pestilentia. *Cell.*

Sub hoc enim tantus casus pestilentiæ] Julius Capitolinus in L. Veri vita ait, ipsum L. Verum ejus fati fuisse, in eas provincias per quas rediit Romam usque luem secum detulisse visum. *Glar.*

Post victoriam Persicam] Sub L. Vero. *Glar.*

CAP. 13. *Apud Carnuntum*] Ita apud Ammianum libro trigesimo; ut in antiquo libro additur syllaba, *Carnuntium.* Illyriorum oppidum. *Vinet.* Pannoniæ oppidum. Plinius IV. 12. post Danubii descriptionem ita ait: 'Superiora autem inter Danubium et Hercynium saltum, usque ad Pannonica hyberna Carnunti: Germanorumque ibi confinium.' Hæc Plinius. Andreas Althamer in Danubii descriptione ita ait: 'Intra Viennam ad Danubii alveum Petronella maximi et vetusti oppidi vestigium jacet, Carnuntum dixere veteres.' *Glar.*

Carnuntum] Populum *Carnuntos* Plinius IV. 12. collocat inter Danubium et Hercynium saltum. Ammianus XXX. 17. 'Cornutum' [sine N. scribit] 'Illyricum oppidum' vocat: Aurel. Victor autem in Vero, 'Urbem Pannoniæ.' Recte: rudera sunt ex adverso confluentis Mari et Danubii, inter Vindebonam et Posonium. Adde Plin. IV. 12. cum Cluverii interpretatione in Norico c. 735. et Vell. Paterc. II. 109. ubi Carnuntum locus Norici regni proximus vocatur. *Cell.* Sed *Carnuntum* per N scribendum

esse, ex Spart. Sev. et Grut. Inscr. recte monet Cel. Havercamp. ad Oros. VII. 15. *Verh.*

Jugi triennio] 'Triennio jugiter' etiam Oros. VII. 15. Male. Nam Xiphil. p. 814. refert, Marco Romam reverso, et apud populum concionanti, dicentique, se multos annos peregrinatum fuisse, clamantem populum respondisse, *octo:* nempe, ut monet Vir Cl. ad h. l. a primis belli initiis, ad quod cum fratre profectus fuit, quum interim fratre urgente, reversus annum amplius in urbe quievisset, unde iterum solus profectus est. *Verh.*

Quadi] Marcomannis vicini. Quadi hodie dicuntur, ut Althamer tradit, *Voitlandi*, ad montem Piniferum, *feutelberg*, ad Ægrum urbem. Ex quo monte quatuor flumina in quatuor mundi partes effluunt, Sala ad Septentrionem, Mœnus ad Occid. Naba ad Merid. Æger ad ortum. *Glar.* Marcomannis vicini in Moravia. *Cell.*

Vandali] Ad Vistulam fluv. olim. *Glar.*

Sarmatæ] Poloni, et eis vicini. *Glar.*

Sueri] Tentones, Senones. *Glar.*

Omnis barbaria] XVII. populos enumerat Capitolinus in Marco. *Glar.*

Commodo] Sceleratissimo nebulone. *Glar.*

Ad hujus belli usum] Meminit et Julius Capitolinus in Marco et Sext. Aurelius in eodem, de hac Marci pietate in patriam. *Glar.*

Belli] Marcomannici, sive Germanici. *Glar.*

Belli sumptum, cum ar. exh.] Hanc lectionem fide Cod. Leid. I. Schonh. et Mer. abjeci. Melius, ut nunc est, sensus se habere visus est. *Instrumenta* numero plur. prætulerunt iidem Schonh. et Mer. sine auctoritate ullius Cod. unde recte ex Aur. Vict. Ep. XVI. Suet. Oct. 73. et Justin. XXIII. 2. vulgatum tuetur Cl. Gruner. *Verheyk.*

Indicere] Imperare. *Glar.*

Aliquid] Scil. extra ordinem. *Glar.*

Instrumenta] Eadem verba sunt Sex. Aurelii: hoc est, ornamenta imperatoria. *Glar.*

Sectione] *Auctione*, Capitolinus. *Glar.*

Et Murrhina] Myrrhina, idem apud Plinium. *Vinet.* Murrha gemma, unde vasa murrhina. Quidam putant murrham esse humorem qui in Oriente, maxime Parthiæ regno sub terra condensatur. Vide copiose Plinium XXXIII. 12. *Glar.* Plinius XXXVII. 2. 'Eadem victoria [Pompeii Mithridatica] primus myrrhina *in urbem* induxit.' Paulo post: 'Excrescit in dies ejus rei luxus, murrhino LXXX. sestertiis emto, capaci plane ad sextarios tres calices.' Meminit et Seneca hujus generis poculorum Ep. 119. 123. et Suet. Aug. c. 71. Salmasius in Solin. c. 15. sub. fin. murrhina nostra porcellanea esse contendit, quod secus videtur Harduino ad Plin. Præf. lib. III. *Cell.*

Distraxit] Vendidit. Sueton. Vesp. XVI. *Cell.*

Gemmarum] Quas in sanctiore repostorio Hadriani repererat. *Glar.*

Habita] Celebrata. *Glar.* *Ea* ex Cod. Leid. I. addidi. Placet Grunero, qui tamen nihil mutat. Et, si præcedd. legas, adprime illud pronomen sensum perficit: verum pro *ac sunt sericam, ac auream, &c. et auream* lege fide Cod. Leid. I. quem hic neglexit Havercampus. Vix quoque verosimile, Eutropium ter eamdem copulam junxisse, ut rursus sequitur *ac per duos:* præterquam quod ante vocalem usquam ab Eutropio *ac* poni non memini: neque unquam in probo scriptore ante vocalem comparere; quam multis probat acutissimus Oudendorpius ad Suet. Cæs. XXVI. et sæpius alibi. *Verh.*

Multumque auri redactum] Capitolinus: 'Tantumque auri redactum, ut reliquias belli Marcomannici ex eo-

ibi sententia persolveret.' *Glar.*

Victoriam] Auctionem factam. *Glar.*

CAP. 14. *Et ministris similibus*] Eundem errorem cum Nostro commisit Aurel. Vict. Ep. XVI. ut recte observat Cl. Gruner. Male uterque cepit Capitolini mentem in Marco c. 17. putans, ibi *ministeria* eodem modo quo alibi, sed rectius *servitia* pro *servis*, *conjugia* pro *conjugibus* ponuntur, *ministros* significare, cum sint vasa argentea ceteraque ad mensam necessaria instrumenta. Vide præter Viros D. ad Aurel. et Capitol. τὸν κάνθαρον Gronov. Observ. II. 24. *Verh.*

Editione munerum] 'In munere publico.' Capitol. *Glar.*

Simul] *Una missione.* Capitol. *Glar.*

Exhibuisse] Sagittis interfectos. Cap. *Glar.*

Virtute et mansuetudine] Fortitudine et clementia. *Glar.*

Obiit] In Pannonia: Vendobonæ, ait Sex. Aurel. *Glar.*

XVIII. *imperii anno*] Haloander tribuit ei 19. annos, sicut Eusebius: at Capitolinus cum Eutropio sentit. Cæterum apud eundem Capitolinum M. natus est anno CHRISTI 126. mortuus anno 181. vixit ergo annos 59. atque ita habet Sext. Aurelius Victor, et Bap. Egnatius. *Glar.*

Vitæ LXI.] Facilis lapsus hujus numeri, in transpositione IX. XI. legend. enim LIX. *Glar.* Ita sæpe fieri non nego: sed hic Eutropium errare putem, ut ex Pæanio liquet, et Capitolino c. 18. quem Noster sequitur. Ut recte observat Cl. Gruner. Vixisse autem annos LVIII. menses X. dies XX. vide ad Dion. p. 815. imperasse annos XIX. dies XI. ostendit Gruner. quem vide. Variant autem Scriptores, quos ad Dionem recensitos videas. *Verheyk.*

CAP. 15. *Hujus successor L. Antoninus Commodus*] Omnium nebulonum et latronum atrocissimus, monstrosus hic Commodus, clarum fecit proverbium hoc, Heroum filii noxæ. Ex bono patre sceleratus filius, optimis præceptoribus commendatus. Sed vicit naturæ malitia omnem disciplinam. Ut primum pater est mortuus, aures præbuit aulicis corruptoribus, quibus etiam sub patre clanculum moriger fuit. Initium mali a fœmina ortum. Lucilla soror Commodi, quæ nupta fuerat Vero, post Veri mortem a Commodo commode tractata. Cæterum postquam Commodus uxorem duxit, coacta cedere imperatoris uxori, adeo id ægre tulit, ut adversus fratrem occultam seditionem moverit: ea cum male cessisset, ingens Commodo in Senatum Romanum odium concitavit, ita ut indè Commodus nunquam bene commodarit urbi. Unde Perennius occasionem nactus bona reorum piscandi, tantas congessit divitias, ut ad imperium occupandum aspirarit. Sed ut is oppressus, Cleander non minor tyrannus successit. Quo cæso, deinde cædes promiscuæ durarunt, donec per concubinam Martiam ac alios conjuratos ipse strangulatus est. *Glar.*

Commodus] Æl. Lampridius hunc descripsit. Fuit autem hic Commodus, omnibus incommodus, anno Christi 182. *Glar.*

Nihil paternum habuit] Elegantèr et argute dictum. Nam credebatur ex adulterio matris Faustinæ susceptus, teste Capitolino cap. 19. *Heumann.* Hæc vera quamquam etiam velle potuit Eutropius, Commodum a Marci, qui pater habebatur scilicet, institutis alienissimum fuisse, unde etiam Capitol. in M. c. 18. et Spartian. in Severo, aliique a Casaubono ad Capit. laudati Commodum atro carbone notantes Marco nihil felicius fuisse testentur, si Commodum non reliquisset. *Verheyk.*

Nisi quod contra Germanos] Aliter Lampridius cap. 3. 'Bellum quod pater pene confecerat, legibus hostium addictus remisit.' *Cell.* Ipsissimis Nostri verbis utitur Orosius VII. 16.

Ubi Cl. Havercamp. e Lamprid. cap. 13. recte observat, Commodum, mortuo patre, bellum Germanicum deseruisse, sed per legatos plurima bella feliciter gessisse. Hæc pluribus quoque observantur ad Dion. p. 820. ubi vides, Commodum post patris mortem Romam reversum, inde nunquam egressum fuisse. *Verheyk.*

Septembrem mensem ad nomen suum] Hunc errorem etiam ab aliis commissum notarunt dudum Viri D. Vid. ad Epit. Victoris XVII. Lamprid. c. II. 12. Dion. p. 825. *Verheyk.*

In ludo] Schola gladiatorum, Cic. II. Catil. cap. 5. 'ludum gladiatorium.' Herod. I. 10. τὸ μονομάχων καταγώγιον vocat. *Cell.*

Cum hujusmodi hominibus] Servitiis. *Glar.*

Strangulatus] Quæ aliorum omnium est opinio, *Glar.* Utrumque verum est. Cum enim timeretur, ne vomitu venenum, quod acceperat, ejiceret, immissus est juvenis, qui strangularet. Herodian. lib. I. extrem. *Cell.*

Strangulatus, vel veneno, &c.] Utrumque verum; nam veneno, quod ei datum fuerat, minus efficaci, per athletam suffocatus est. Vide quos ad Dion. laudat Vir Cl. et Oros. VII. 16. et hic Grun. *Verheyk.*

Annis XII.] XIII. al. *Glar.* E Dione p. 826. rectius annos XII. menses IX. dies XIV. Commodi imperio tribuit Cl. Gruner. Adi Dionem ipsum; et vide, qui scriptores inter se discrepantes conciliet Vir Cl. in notis. Orosius annos habet XIII, l. VII. c. 16. *Verheyk.*

Ut hostis humani generis] Hostis patriæ, hostis deorum, parricida senatus. Lamprid. c. 18. ex SC. *Cell.* Vide hic Cl. Gruner. Ceterum notatu dignum censuit Eutropius, Commodum, post mortem humani generis hostem judicatum fuisse, quum plerique, quibus se liberare volebat patria, vivi hostes declarati fuerunt, unde Orosium deceptum credo, qui VII. 16. 'Hostis humani generis etiam vivus judicatus.' *Verheyk.*

CAP. 16. *Huic successit Pertinax*] Romanum imperium eo jam devenerat, ut, sæpe Barbarorum militum colluvies, non suffragiis, sed impunis tumultibus dominum orbi daret: nec alia succedendi lex, nisi mactato superiore principe: id quod in Pertinace probe visum est, qui invitus imperium accepit, jam animo præsagiens latronum immanitatem, qua misere periit. Quidam tamen aiunt, invisum etiam militibus fuisse potissimum ob avaritiam, quod insigne vitium putatur in principe. Sed ea erant fata hujus. *Glar.*

Successit Pertinax] Anno Christi 195. Julius Capitolinus hunc describit. *Glar.*

Grandævus] Quia septuagenario major. Eusebius. *Glar.*

Ut qui septuagenarium attigisset] Librarii, puto, numeros depravarunt apud Historicos. Sexti Victoris Epitome habet VII. et LX. annos. Julius Capitolinus annos LX. menses VII. dies XXVI. Cæterum si Pertinax natus Calend. Augustis, Vero et Bibulo Consulibus, interfectus, fuerit quinto Cal. Apriles, Falcone et Claro Consulibus: vixerit annos sex et septuaginta, cum mensibus septem, et diebus circiter XXVIII. *Vinet.* Eusebius in Chronicis ait, hunc septuagenario majorem fuisse, cum præfecturam urbis ageret. Sex Aurel. VII. ac LX. annos, Egnatius LXI. habuisse dicunt. At Capitolinus ait natum anno CHRISTI 128. cæsum anno CHRISTI 195. non excessisse igitur 68. annos. *Glar.* Ex consulibus apud Capitolinum, quibus natus et mortuus est, colligitur vixisse annos LXV. Xiphilino ἐνενήκοντα ἐτῶν καὶ ἑξήκοντα. *Cell.* Vineti calculus unice probus, idemque, quem pluribus probat Vir Cl. ad Dionem p. 835. *Verheyk.*

Præfecturam urbis] Vetus liber, *præfecturam urbi*: quemadmodum di-

fitur præfectus urbi, et *præfectus prætorio* dativo casu. Sic et Sexti Victoris loquitur Epitome. *Vinet.* Sic et Victoris epitome loquitur. Nam dicimus *præfectus urbi et urbis.* Cell.

Octogesimo imperii die] Capitolinus et eadem Epitome LXXXV. *Vinet.*

Prætorianorum militum seditione et Juliani scelere, &c.] De prætorianis militibus quod scripsit Eutropius, verum est: varie cur in eorum odium incurrerit Pertinax rationes exhibentur ad Dion. p. 830. De Juliano autem, etiamsi Aurelius et Orosius; aliique idem testati sint, non liquet. Certe Spartian. in Jul. c. 3. negat, et, si huic parum fidei sit habendum, quod, quæcumque a Nostro aliisque Juliano in vitium versa, in laudem convertat, ipse Dio p. 835. licet eum luxuriosum, et novarum rerum cupidum faciat, huic tamen labi eximit, quippe qui a Commodo in patriam relegatus, non nisi post Pertinacis mortem animos iterum sustulit, et inter epulas ab uxore et filia, ut imperium emeret, sibi persuaderi passus est, Sulpicianum idem molientem habens adversarium, ut ibidem, et in notis videre est. *Verh.*

CAP. 17. *Post eum*] Anno Christi 195. *Glar.*

Salvius] Qui et Didius apud Spartianum et Sex. Aurel. Hunc descripsit Æl. Spartianus. *Glar.*

Salvius Julianus Rempublicam] Hic Mediolanensis, nobilis, dives ac jurisperitus, authore Herodiano, ingenti pecunia imperium a prætorianis militibus licitatus emit, qui per magnum scelus Pertinacem innocentem occiderunt. Duo igitur ingentia gravabant virum odia: alterum militum, quod eis promissa dare non poterat: alterum populi, quod perfidus in optimum principem fuisse traderetur. *Glar.*

Salvii Juliani] Quia ejus avus erat apud Spartianum. *Glar.* Ad margines suæ Editionis asterisco optime conjecit Vir Cl. van Hoven *pronepos.* Sed Salvius Julianus, qui edictum perpetuum composuit, nec avus fuit Juliani Imperatoris, ut Glareano videtur, nec proavus paternus, ut Doctis. Feminæ hic, et Salmasio ad Spartian. c. 1. placet, sed proavus maternus, ut rectius Casaubonus ibidem ostendit. Ad Dionem quidem p. 835. Vir Cl. Eutropio consentit, sed rationem non addit, quam Casaubonum bene dedisse opinamur. Ceterum num *Didius* an *Salvius* legas, perinde est, quia utrumque nomen habuit. Nam M. Didium Salvium Julianum, postea dictum fuisse M. Didium Commodum Severum Julianum, vide sis in notis ad Dionem d. l. *Verh.*

Jure peritissimus] Ita jam ediderunt Viri Cl. van Hoven et Grunerus, qui ex Aurelio Vict. Epit. XIX. aliisque utramque terminationem probat. Nos, his (et Oudendorpio Viro Celeb. ad Sueton. Tiber. c. XLII.) præeuntibus, quod Codd. Mss. Leid. 1. et 2. optimæque Edd. confirmant, vulgatam lectionem quoque abjecimus. *Verh.*

Perpetuum edictum] Quale hoc fuerit, non explicant authores. *Glar.* Ejus fragmina collegerunt JCti. Vid. Sim. a Leewen de Orig. et progressu Juris Rom. *Cell.*

Mulvium pontem] Qui prope Romam fuit. *Glar.* Aurelius Victor eadem. Nihil vero de hoc prælio habent Herodianus, Spartianus, Xiphilinus. *Cell.*

Interfectus in palatio] Non a Severo, ut noster cum Victore habet: sed percussore a Senatu immisso, Herodian. II. 12. 10. Spartian. cap. 8. *Cell.* Recte Cellarius Nostri errorem, quem Victor Cæsar. XIX. et pejus in Epit. XIX. et Oros. VI. 16. commiserunt, vidit. Nam Spartianus c. 8. tradit, quum fingeretur, Julianum se veneno absumpsisse, revera a Senatu missos, quorum cura per militem gregarium in Palatio oc-

cisque sit. Postquam Senatus auctoritate abrogatum ei esset imperium, et statim Severus Imperator adpellatus. Consentit Dio p. 837. *Verh.*

Palatio] Principis aula. *Glar.*

Vixit mensib. VII.] Ita Sex. Aurelius Victor. et Eutrop. Haloander 2. menses. dies 5. habet. Sed et Spartianus ait mensibus duobus, diebus quinque. *Glar.*

CAP. 18. *Hinc imperii administrationem*] Ut Commodus cæsus est, et mox Pertinax, nec reliquissent hæredem, multi Imperium invaserunt: Romæ Didius Julianus, in Syria Pescennius Niger, in Gallia Clodius Albinus: in Pannoniis ac Illyrico Septimius, vehemens homo negotiis gerendis, ac ferox, vitæque assuetus duræ et asperæ, promptus excogitandis rebus, acer exequendis. *Glar.*

Septimius Severus] Severus, ut Pertinacem cæsum audivit, Juliani perfidia, somnio quodam motus ad spem nanciscendi imperii, cum sciret Pertinacis memoriam apud exercitus Illyricos sacram, ut qui Pertinax sub M. Antonino multa memoratu digna gessisset, militum animos ad vindicandam ejus cædem incitavit: simulans, non se quidem imperium quærere, sed ultum ire tanti principis sanguinem, longe aliud in lingua promptum quam in animo reconditum tegens. Habita itaque ad exercitus oratione, statim militum fausta acclamatione factus est imperator: quo facto, statim in Italiam duxit exercitum, ac Romam armatus invadit. Prætorianis, qui Pertinacem occiderant, dolose exarmatis, in Syriam proficiscitur: ac Nigro ibidem devicto, redit in Galliam ad Clodium Albinum devincendum. Ita prorsus omnibus devictis, in Parthos, Armenios, ac Arabes exercitu ducto, multa tropæa celebresque victorias reportavit: quas omnes ipse sua crudelitate fœdavit, et filii sceleribus obumbraverunt, ac in nihilum redegerunt. *Glar.*

Severus] Sævus potius ac crudelis, Anno Christi 196. de quo Æl. Spartianus. *Glar.*

Tripolitana] Maritima, ad latus Syrtis majoris: aut inter duas Syrtes. *Glar.* Ut significetur *Africa*, proprie dicta *Tripolis*. Solino cap. 40. est regionis nomen, dictæ 'de trium urbium numero, Taphræ, Abrotoni, Leptis magnæ.' Vid. Casaub. in cap. 18. Spartiani Sever. *Cell.*

Fisci] Loculi principis. *Glar.*

Militum tribunus] Militum dux. *Glar.*

Varia officia] Quæsturam, prætoram, tribunatum plebis, Consulatum. *Glar.*

Pervenit] Imperator factus. *Glar.*

Ejus Pertinacis] Imperatoris. *Glar.*

Parcus admodum fuit] Ælius Spartianus: 'Hic tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunicæ ejus aliquid purpuræ haberent, cum hirta clamyde humeros velaret, cibi parcissimus, leguminis patrii avidus: vini aliquanto cupidus, carnis frequenter ignarus.' *Glar.*

Bella multa] Herodianus lib. III. post cæsum Albinum comparat Severum Julio Cæsari, Augusto, ac Cn. Pompeio. Sed omnibus præfert. *Glar.*

Pescennium Nigrum] Pescennii hujus Nigri vita descripta est ab Ælio Spartiano: et meminit etiam Herodianus in secundo ac tertio libris. Cæterum Herodianus post pugnam inter Severum ac Nigrum ad Issicum sinum, ubi Darius ac Alexander olim conflixerunt, ait Nigrum Antiochiam confugisse: ac in suburbio ejus occisum: Æmylianum autem ejusdem Nigri ducem, Cyzici cæsum. *Glar.*

Rebellaverat] Se Imperatorem salutari passus erat. *Glar.*

Apud Cyzicum interfecit] Cyzicum non memini legere, quam pernobilem illam Bithyniæ urbem et insulam, ubi non Pescennius Niger, sed ejus legatus Æmylianus quidam cæsus fuit. Ipse vero Niger post eam cladem de

Ἰσσῷ (inquit Dion, cujus illic interpres dormitavit) et ad sinum ab urbe dictum Issicum, ubi Darium (quod adjecit Herodianus libro tertio) Alexander Magnus vicit, a Severo victus fuit: et cum inde ad Persas fugeret, captus et interfectus. Aliter itaque quam *Cyzicum* hic legendum esse, ut suspicatus sim, fecit antiquus liber, qui habet *Cisiacum*, pro illo *Cyzicum*. At quoniam quibus locis victus et interfectus fuit Niger, nomen aliud non novi, quod Cyzicum et Cisiacum magis referat, quam quem diximus sinum: crediderim Eutropium scripsisse *Issicum* seu *Issiacum*, ut sit locus ille, a Dione et Herodiano descriptus, ad sinum Issicum et Syrias portas. Simile autem mendum fuerit in Severo Ælii Spartiani. *Vinet.* Nigrum apud Cyzicum interiisse, tradit etiam Spartianus, in Severo pariter et Nigro. Sed cum Ms. liber habeat *Cisiacum*, Vinetus ambigit, an verior lectio sit *apud Issicum*. Sicut scil. Dionis Abbreviator Xiphilinus, Nigrum, ἐν Ἰσσῷ πρὸς ταῖς καλουμέναις Πύλαις Κιλικείοις victum; atque inde profugum circa Antiochiam cæsum et interfectum esse scribit. Nec multo aliter Herodianus. *Sylb.*

Cyzicum] Urbem Mysiæ minoris, supra Phrygiam, ad Propontidem. *Glar.* Hic quidem duces Nigri victi sunt: ipse vero superatus est in Cilicia κατὰ τὸν Ἰσσικὸν καλούμενον κόλπον, *ad sinum Issicum*, in loco fere quo Alexander vicit Darium. Herodian. III. 4. 4. *Cell.* Recte Cellarius. Vide eumdem ab aliis etiam commissum errorem notatum ad Dionem p. 842. *Verh.*

Interiores] Felices. *Glar.*

Parthos vicit: et Arabas eo usque superavit] Sic habet antiquus liber, veramque hanc esse puto lectionem: quam depravarunt, qui adjecerunt *Diabenos et Diabenicus* ex Spartiano. *Vinet.* Τύχῃ μᾶλλον, ἢ γνώμῃ. Præter spem enim fluminis impetu, in ripam Parthorum, cum Romanam peteret, delatus, occasionem non neglexit. Herodian. III. 9. 14. *Cell.*

Parthos vicit: et Arabas eo usque superavit] Mirum in modum hic variant tum Codd. Mss. quos in varias lectiones rejecimus, tum typis exarati, quorum seriem, quanta ad nos pervenit, recensere operæ pretium est. Editio enim Aldina utraque et Juntina, Schonhovii ac Merulæ legunt, *Parthos vicit et Arabas interiores et Adyabenos. Arabas quoque superavit.* Sed *Parthos vicit. Arabas eo usque superavit* Cellarii, Fabri patris et filiæ, Hovenii, Gruneri: *Parthos vicit: et Arabas eo usque, &c.* Hearnii et Havercampi nullam, cur a vetusta lectione recedant, rationem reddentium: quod miror, ubi Glareanus locum dedit pleniorem, ut in not. liquet, et Vinetus ambigit. Nec video, cur Codd. MStis vetustarum editionum lectionem confirmantibus, auctori sua detrahamus. *Parthos vicit: et Arabas interiores, et Adiabenos. Arabas eousque* tres Codd. Mss. Nostri legunt; sed primus a recepta ab Hearnio et Havercampo lectione non recedit, nisi quod pro *eousque* legat *ævosque*. Hinc suspicabar *et Arabas, Atrenosque*, quos a Severo oppugnatos Herodianus l. III. tradit et Dio p. 855. &c. sed his sese adversus eum strenue tuitis, quia infectis rebus, ut uterque testatur, obsidionem solvit, obstarent seqq. 'ut etiam provinciam ibi faceret:' ut tutius legi credam; *Parthos vicit, et Arabas interiores, et Adiabenos. Arabas eousque superavit ut, &c.* Nam unius codicis auctoritas tanti non est, ut reliquos eodem redeuntes contemnamus. Propterea quod Pæanius, aliique e quibus sua hausit Eutropius, vel qui eum describunt, omnes pleniores sunt. Ἐκράτησε δὲ καὶ Πάρθων καὶ Ἀραβίων τῶν ἐνδοτάτω, καὶ τῶν καλουμένων Ἀδιαβηνῶν· ἅστε τὴν μὲν Ἀραβίαν ἐπαρχίαν καταστήσασθαι κατὰ παλαιὸν ἔθος. Orosius VII. 17.

'Parthos, Arabas, Adiabenosque superavit.' Hic quidem *Arabes interiores* non memorantur, sed *Adiabeni* servantur: Sextus tamen Rufus c. 21. 'Parthos strenuissime vicit; Adiabenos delevit, Arabas interiores obtinuit, et Arabiam provinciam fecit.' Jornandes de Regn. Succ. 'Arabes quoque interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanorum faceret provinciam.' Certe vocem *Adiabenos* Nostro excidisse, vel surreptam fuisse, quod etiam de vocibus *Arabes interiores*, quæ, quia mox repetitur *Arabas*, Viris Doctis ingratæ fuerunt, suspicor, liquet e seqq. ubi *Adiabenicus*, quod omnes servant Codd. Mss. omnes Edd. Vetustæ, Spartianus Sever. c. 9. Sextus Rufus, Pæanius, Aurelius Cæs. XX. et vetus inscriptio ibi a Doctis. Femina laudata, etiam exulabat, sed jure, ut judicamus, nos restituimus. Neque locum depravari puto, ut Vineto videtur, si hoc modo eum augeamus. Ceterum errat Victor Cæs. XX. qui locus est, quem Anna citat, Abgarum regem Persarum vocans, qui erat Osrhoënorum seu Edessenorum, ut egregie Vir Cl. ad Dionem p. 848. ostendit. *Verh.*

Adiabenos] Assyriæ populos. *Glar.*

Arabes] Nabathæos, sive Petræos. *Glar.* Felicis Arabiæ, et Atrenos. Herodian. *Cell.*

Eo usque] Sed re infecta obsidionem Atrenorum regiæ solvere coactus est. Herodian. III. 9. *Cell.*

Sub eo etiam Clodius Albinus] Herodianus lib. II. ad finem, refert, qua astutia Albinum circumvenerit Severus versipellis Afer, ut qui eum Cæsarem suum salutasset, nempe cum in Oriente adversus Nigrum pergeret. Verum cum jam redisset, Albinum dolose perdere conatus est: ille cum dolum sensisset, adversum Severum se munivit. At Severus orationem apud exercitus de infidelitate Albini habuit, ac apud Lugdunum cum eo conflixit ac vicit: habuitque occasionem Severus multos occidendi Senatores ac viros illustres, qui vel Nigri vel Albini rebus favisse, ut longe melioribus viris, credebantur. *Glar.*

Clodius Albinus] Scripsit ejus vitam Capitolinus. *Glar.*

In occidendo Pertinace] Hoc nemo alius tradidit, quod sciam præter Capitolinum. *Glar.* Fine Albini vitæ, ubi tamen non clare dicit, quæ hic Eutropius scribit, sed de Pertinace occidendo plurimum ejus auctoritatem apud Julianum valuisse; et paulo inferius iterum, Albinum occidendi Pertinacis Juliano auctorem fuisse. Verum ex Spartiano ad finem cap. 16. fictum fuisse ostendimus, Pertinacem, ut hoc capite iterum dixit auctor, a Juliano fuisse occisum. Orosius de more Nostrum sequitur l. VII. c. 17. *Verheyk.*

Se] Imo Severus eum ita fecerat. *Glar.* Vide hoc pluribus confirmatum ad Dion. p. 837.

Lugdunum] Galliæ urbem. *Glar.*

CAP. 19. *Et literis doctus*] Æl. Spartianus ait, eum literis Græcis ac Latinis eruditissimum fuisse: decimo octavo anno publice declamasse, postquam Romam studiorum causa venerat. Latum clavum a Marco Antonino accepisse, adolescentiam plenam furorum et criminum habuisse. *Glar.*

Novissimum bellum] Herodianus l. III. narrat: Postquam inter Bassianum Caracallam, ac Getam, Severi filios, ingens dissidium esset, ita ut pater etiam nihil boni inde augurarentur, nuncium ex Britannia venisse, res Britannicas exposcere, ut Imperator ipse adesset, alioqui omnia casura, Severum id læte accepisse, tum propter nova trophea demerenda, tum componendos filios, si ex urbis deliciis deducerentur. *Glar.*

In Britannia] Anglia hodie. *Glar.*

Receptas provincias] In Britannia meridiei partibus. *Glar.*

Vallum per XXXII. *millia*] Ex qui-

bus patet et cespititium murum eodem ipso in loco ab Hadriano Imp. jam antea positum fuisse; et Latinorum *Vallum* (quemadmodum Anglorum *Wall* et Britonum *Guual* inde deductum) idem quod *murum* valere, eruditum illum presbyterum ignorasse, contra quod accuratissime probarunt Boëthius, Camdenus, Usserius, aliique. Ita Bedam lapsum esse potius mirandum, quod promiscue etiam ista verba usurpata fuisse a Spartiano didicisse potuerit, qui in Severi vita ait: 'Post murum aut [sic enim voculam hanc recte restituit Cl. Salmasius] vallum missum in Britannia.' Hinc Annales Saxonici: *Severus on Brytene geprohte he peal mid turpum pram pætera.* Quod vero Eutropius et Victor in XXXII. sive ut alia exemplaria habent in CXXXII. mill. pass. hujus longitudinem extenderint, mendas in numero subrepsisse existimant Usserius Camdenusque. Non enim tanta est insulæ eo loci (inter *Itunæ* nimirum æstuarium sive *Solweyfrith*, et *Tinæ* ostium *Tinmouth*) latitudo, etiamsi ipsum anfractuosum muri ductum persequaris; quod si etiam in Italica milliaria resolvas, paulo plus quam LXXX. ut recte numeravit Spartianus, colligas. Proculdubio itaque librariorum vitio numeri quinquagenarii illa nota, in quibusdam codicibus penitus omissa, in aliis cum nota centenarii (quod facile fieri potuit) commutata fuit. *Hearn.* Vid. ad Dion. p. 868.

Vallum per XXXII.] Spartianus *murum* vocat cap. 18. Multis autem verbis Beda Hist. I. 5. contendit *vallum*, non *murum* fuisse. De longitudine valli vide in variis lectionibus: Græcus enim hic, quem Fuldensis sequitur, nimis largus est. Augentque centenario numerum; sed citra rationem. Nam τὸ ἐλάχιστον πλάτος hujus insulæ continet τριακοσίους σταδίους. Xiphilin. in Severo. *Cell.*

Per XXXII. *millia passuum*] Vetus liber habet, *per* CXXXII. *millia pass.* et Beda Anglus: lege Dionem. Porro Eboraco (urbs est Britanniæ) Romam Severi corpus relatum fuit. *Vinet.* CXXXII. etiam Oros. VII. 17. ubi vid. Comm.

Mari ad mare] Et sic hodie separatur Scotia ab Anglia. *Glar.*

Eboraci] Brigantum oppido, in media insula. *Glar.*

Admodum senex] Vel menses IX. dies XXV. ut Cl. Gruner. a Dione scriptum notat. ubi vide. *Verheyk.*

Imperii anno XVIII.] Hic variant Codd. Mss. ut qui potior sit calculus, vix erui queat. Vide hic Gruner. et ad Dionem V. Cl. pag. 871. *Verheyk.*

Divus appellatus est] Herodianus initio lib. IV. tradit solennitatis ritum mirifice, quomodo Cæsares in numerum Deorum referebantur. *Glar.*

Nam filios duos successores reliquit] Fuld. Schonh. et Græcus *duos.* Vinetus *suos.* Videtur *nam* redundare: sed referendum ad consecrationis auctores. *Cell.* Deleo *nam.* Heumann. Vox tamen ista in omnibus Codd. exstat. Hic certe non satis opportuna. in Lugd. Bat. 2. diducitur in medio spatium, et scribitur *n am.* Forte scripsit auctor *Etiam*, &c. vel: *Antoninos duos filios successores reliquit.* Verba morientis apud Spartian. cap. 23. 'firmum imperium Antoninis meis relinquens.' Qui idem tradit cap. 20. in ejusdem Vita: 'Septimium Severum immoderatissime, quum moreretur, lætatum, quod duos Antoninos pari imperio Reipublicæ relinqueret.' *Hav.* Illud *nam* delet quoque Pæanius. Quia vero exstat in omnibus nostris Codd. Mss. cum Cellario facerem. *Verheyk.*

Bassianum] Caracallam. *Glar.*

Sed Bassiano Antonini nomen] Spartianus perhibet, a patre Severo Bassiano Antonini nomen impositum.

Vide, ubi de morte Severi. *Glar.*

Nam Geta hostis publicus] Hoc nemo, quod sciam, scribit: sed a fratre Bassiano occisus est supra matris pectus, cum irruisset, ac eum nihil tale expectantem invasisset. *Glar.* Hoc nemo forsan, præter Spartianum in Caracalla cap. 1. alius dixerit. Interfectus enim est Geta in sinu matris. Xiphilin. et Herodian. *Cell.* Vid. hic Gruner.

Cap. 20. *M. igitur Aurelius Antoninus Bassianus*] Vincit natura vel artem vel industriam, si gratia Dei destituatur. Quod in hoc Bassiano nimis clarum evasit. Hic ut puer omnibus fuit charus, ita in adolescentia ejus videri potuit, cujus esset naturæ: crudelior namque continuo visus est. Vir deinde factus, patrem retulit vafricia, crudelitate etiam longe superavit, initio facto a fratre Geta, quem contra jus et fas in sinu matris occidit, ut Herodianus tradit. Furiis deinde actus ac conscientiæ stimulis, primum conatus est Getæ matrem occidere: sed territus, ne augeretur fratris cæsi crudelitas, Lætum, qui inter suasores Getæ mortis primus fuerat, primum occidit, ac alios cædis ejus conscios, cum antea matrem Getæ ac alias mulieres cæsi mortem flentes, occidere tentarent. Sed hoc libet primum ostendere, Herodianum dicere lib. iv. utriusque matrem Juliam fuisse, at Spartianus in Severo ait, Severum duas habuisse uxores; Martiam, ex qua Bassianus; et Juliam, ex qua Geta natus sit. Quod videtur verisimile. Et Bassianum iratum novercæ, et fratrem non uterinum minus amasse: præterea plus ausum in novercam, quam in veram matrem. *Glar.*

Aurelius Antoninus] Severi filius major. *Glar.*

Caracalla] A vestimento quod dederat, demisso usque ad talos. Spart. in Severo. Fuit hic Anno Christi 214. *Glar.*

Morum fere paternorum fuit] Sceleratus Caracalla occidit præterea patruelem Afrum Pompeianum, M. Philosophi ex filia nepotem: Papinianum, juris asylum ac legalis doctrinæ thesaurum: item Petronium, item Papiniani filium, et promiscue qui Getæ favisse dicebantur: denique Pertinacis imperatoris filium. Alexandro Magno similis videri voluit, ac Syllæ. Alexandriæ in Ægypto magnas cædes fecit. Tandem in Mesopotamia suorum fraude merito cæsus est. *Glar.*

Paternorum] Eadem crudelitate ac sævitia præditus, qua pater Severus. *Glar.*

Lavacri, quæ Antonivianæ] Omnes nostri libri licet ita habeant, et ita legi possit, tamen pro *lavacri* fortasse scripserat Eutropius *thermarum*. Vide Spartianum de Antonino Caracalla. *Vinet.* Intellige *thermæ*. Spartianus in vita cap. 9. 'Opera Romæ reliquit thermas nominis sui eximias,' &c. Adde Varias Lectiones. *Cell.* Vineti et Cellarii pro *lavacri* legentium *thermarum* conjectura non inanis est, si Spartiani locum perpendas. Cl. vero Grunerus eodem modo scriptum censet, quo apud Sallust. Catil. 58. 'Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur:' quod in mentem etiam mihi jam venerat ante, sed exempla ejusmodi ubivis obvia parum satisfaciebant, quia hic loci numerum singularem sequitur pluralis, qualia in aliis desiderabam. Nunc vero præsto sunt, quæ quoque me inducunt, ut Gruneri meamque sententiam tuear: 'Incredibile est, quæ illos scio fecisse:' Cic. Fam. xvi. 27. quem laudat Cel. Perizon. ad Sanct. Min. ii. 9. 'Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomiæ vocantur.' Idem Verr. vii. citante Vossio de Construct. c. 55. *Verheyk.*

Lavacri] Thermarum. *Glar.*

Antonianæ] Eas plurimum laudat Spartianus. *Glar.*

Ut qui novercam suam Juliam] Sequitur opinionem Spartiani hic author, Juliam Bassiano novercam fuisse. Ea, ut erat pulcherrima, nuda magna corporis parte visa est a privigno Bassiano, qui cum diceret, Vellem, si liceret: illa respondisse fertur, Si libet, licet. An nescis te Imperatorem esse, et leges dare, non accipere? Scelerata hæc vox nunc assidue accinitur auribus regum: utinamque etiam non a Theologis ac Jurisperitis. *Glar.* Novercam ei fuisse, eamque uxorem duxisse, ignorant Græci, qui Juliam Domnam, Syram gente, matrem utriusque, Caracallæ et Getæ, appellant. De nuptiis nihil habent, ideo suspectis et dubitandis. In nummis MATER AUGG. non semel dicta: et lapides Caracallæ *matrem* dicunt. Vid. Oppian. præf. et Herodian. 4. 13. sub finem, et Xiphilin. ex Dione: Grut. Inscrip. p. 6. Reines. p. 156. Adde illustres viros Scalig. ad Euseb. 211. Spanhem. de Usu numism. p. 617. Salmas. ad Spart. in Severo c. 18. *Cell.* E quibus omnibus ficta esse, quæcunque de hoc matrimonio scripserint Noster, Spartianus, Eusebius, Orosius, Victor, discis. Adde quos laudat Gruner. Basnag. Annal. Pol. Eccl. Tom. II. p. 180. &c. Pagi Crit. in Ann. Bar. ad ann. 212. Sed error inde ortus, quod Bassianum e priore matrimonio, ex altero Getam natum crediderint, quod quam falsum Viri Docti ostendunt. *Verheyk.*

Defunctus est] Cæsus a Martiali milite, ut autor est Herodianus. *Glar.*

In Osdroëne] Vetus liber, *in Osdroësa*. Est tamen apud Dionem, Herodianum, et alios Græcos hoc nomen sine *d*, habetque *u* pro *e* in secunda syllaba apud Ammianum Marcellinum libro decimoquarto. Porro Bassianum inter Carrhas et Edessam interfectum fuisse, scribit Spartianus, quæ sunt urbes, hæc Syriæ, Carrhæ Mesopotamiæ, Stephano. *Vinet.* Mesopotamiæ regione. *Glar.* Supra VI. 18. Spartianus cap. 7. 'in medio itinere inter Carras et Edessam, cum levandæ vesicæ causa ex equo descendisset.' *Cell.* Periisse insidiis Macrini recte monuit Cl. Gruner. nempe per Martialem, ut ex Herodiano Glareanus notat, consentientibus Spartiano, Cedreno, ac Dione, ad quem in not. Vir Celeb. Sextum Rufum erroris arguit, qui Caracallam propria morte consumptum scribat, quemadmodum Orosius dormitat, tradens eum ab hostibus circumventum et occisum, l. VII. c. 18. *Verheyk.*

Edessam] Euphrati imminet in Mesopotamia. *Cell.*

Parthos] Quos perjurio fefellerat. *Glar.*

Anno imperii sexto] 'Annis non plenis VII.' ait Oros. VII. 18. sed cum Nostro faciunt Dio, Herodian. Aur. et Cedren. quos ad Dionem laudat Vir Cl. sed II. non IV. dies, ut hic in notis Doctorum est, deesse ibidem monet. *Verheyk.*

Ætatis XLIII. *annum*] Sic quoque Spartianus c. 9. et Xiphil. XXIX. *Cell.* Alii quoque eumdem errorem commiserunt. Sed eum vidit Cl. Gruner. et ad Dionem Vir Cl. qui XXIX. Caracallæ e Dione, cui proxime accedit Victor Epit. XXI. tribuit. Vide quoque Casaub. ad Spartianum d. l. *Verh.*

Funere publico] Quia combustus Edessæ, ejusque ossa delata sunt Romam. *Glar.*

CAP. 21. *Opilius deinde Macrinus*] Hic Macrinus ignobilis, et stemmate et vita, ignominia a Caracalla notatus, ac vitæ timens, curavit occidendum Caracallam: ac odio Caracallæ, mansit per annum in imperio. Verum qui dederant imperium milites, iidem eum exuerunt, atque, una cum

filio occiderunt Diadumeno. *Glar.*

Præfectus] Una cum Audentio. *Glar.*

Cum filio Diadumeno] Quia diademate insignito, Anno Christi 220. *Glar.*

Facti imperatores] Syllepsis casuum. Vide quæ diximus ad Nepotis Phocion. c. 2. n. 2. An ergo Imperator Diadumenianus? Herodianus 5. 4. extr. tantum Καίσαρα, *Cæsarem*, a patre factum dicit: nec aliud in nummis est quam M. OPEL. ANTONIN. DIADUMENIANUS CÆS. *Cell.* *Opelius* etiam Orosio VII. 18. ubi vid. Cl. Haverc. et quæ ad Dion. p. 895. laudantur, ubi vides *Diadumeniano* potius legendum esse, uti quoque dedit Cl. Gruner. quod imitari non sumus ausi, quia obstant Codd. Mss. Pæanius, et Edd. vetustæ. Quod autem Diadumenianum cum patre Macrino imperatorem factum scribat Eutropius, ea in re admodum fluctuare scriptores, an, et quando summæ potestatis insignia cum utroque communicata sint, recte observat vir Cl. ad Dionem d. l. quo adi. *Verh.*

Ex temporis brevitate] Quia per XVI. menseis duntaxat regnarunt. *Glar.* De imperii tempore, et, qui inter se discrepant, auctoribus vide ad Dionem p. 905. *Verh.*

Seditione militari ambo pariter occisi sunt] Quod milites Syriam transeuntes Heliogabalum elegerant. Capitol. in Macrino. *Cell.*

Ambo pariter occisi] Chalcedone Bithyniæ, quo fugerat, acie victus ab Heliogabalo in Syriæ et Phœniciæ finibus. Herodian. v. 4. 20. *Cell.*

Pariter] Ut per milites venerant ad imperium, ita per milites sunt occisi. *Glar.*

CAP. 22. *Creatus*] Scil. a sceleratis militibus. *Glar.*

Post hos] Anno Christi 221. *Glar.*

M. Aurelius Antoninus] Hic imperator dignus non est, de quo quisquam loquatur. Turpitudine enim omnes alios vicit. Verum id consideratione dignum, quomodo hic sceleratus homo in imperium venerit. Erat Julia secunda Severi, ut inquit Spartianus, uxor: ea sororem habuit Mæsam, quæ vivente sorore diu in imperatoria aula fuerat, magnam nacta pecuniam. Eam Lampridius Variam vocat. Unde et quidam Helgabelum Varium vocant. Ea duas filias habuit, quarum major natu Soæmis ab Herodiano in 5. vocatur; a Lampridio vero Semiamira; a nostro, Semia: ita et Sex. Aurel. Syria additur, quia ex Emissa Syriæ urbe erat. Ex ea genitus Heliogabalus, et ex Caracalla, qui eam stuprasse dicitur: minor vero Mæsæ filia Mammea dicta est, ex qua Alexander consobrinus Helgabali, tanto omnium optimus, quanto *Helgabel* omnium pessimus. Hunc igitur *Helgabel* post cæsum Bassianum Caracallam, cum Macrinus sordide se gereret, visum in suo habitu, Deo *Helgabel* sacrato, et audito quod Caracallæ filius esset, de Antoninorum genere, simul et matrem ingentem possidere pecuniam, omnes in eum inclinati milites Imperatorem crearunt, ac contra Macrinum inita pugna defenderunt: fortunatus imperator futurus, si cor ac aliquid hominis habuisset. Bestia erat. *Glar.*

Caracallæ filius] Ex Soæme consobrina Caracallæ natus. *Glar.*

Elagabali templi] Quod Emissæ, Phœniciæ urbe, fuit. Vopisc. in Aureliano c. 25. *Cell.*

Heliogabali] Solis apud Syros. *Glar.* Vulgaris hæc Latinorum scriptura, (quasi ex ἥλιος sit hoc solis cognomen) sed citra controversiam falsa et corrupta. Nam Herodianus, qui Ἐλαιαγάβαλος scribit, l. v. c. 3. θεωνίκων φωνῇ ita Solem vocari tradit, ut multi non dubitent, quin prima vocabuli parte, ⟨illegible⟩ *Dei* nomen exprimatur: posteriores syllabas interpre-

tari difficilius est. Nicolaus Fullerus Misc. Sacr. I. 14. ex ܓܒܠ *formare*, *creare* derivat, ut sit θεὸς ὁ κτιστής: Salmasius vero (ad Vopisci Aurelianum c. 25.) Alagabalum *Deum montis* interpretatur, quod ab Emissenis sub montis effigie cultus fuerit. nam Orientales ab eodem verbo, quod *creare* notat, etiam جبل *montem* appellant. Seldenus de Diis Syris Synt. II. c. 1. ex eo, quod Herodianus simulacrum hujus Dei fuisse scribit λίθον μέγιστον, κάτωθεν περιφερῆ, *lapidem ingentem, ab imo rotundum, &c.* mavult per metathesin hoc nomen deducere ex עגל בעל *Agol Baal*, forsan ut sphæra mundi, aut solis, significaretur. Sed quæcunque est derivatio hujus nominis, certe *Alagabalus*, vel quovis alio modo, rectius, quam *Heliogabalus* scribitur. Secuti nihilominus vulgatissimam consuetudinem sumus, cui omnino aliquid dandum erat. *Cell.* Soli nomen ab Emessenis datum *Alagabalus*, sive *Elagabalus*: pro quo Græci ac Romani, ut vox ea quodammodo barbariem exueret, *Heliogabalus* dicere maluerunt: imo et Ἐλαιαγάβαλος pro eo apud Herodianum legas. Eum solem esse, indicant tum Dio et Herodianus, qui Ἥλιον exponunt; tum lapides, in quibus est, SOL ALAGABALUS: item nummus antiquus, in quo est, SACERDOS SOLIS DEI ELAGABALI. Nomen *Elagabali* unde conflatum sit, non convenit; præterquam de parte priori, quæ est *elah*, sive Arabice *alah*. Ea autem Deum signat. Quod ad alteram partem, varie de eo doctissimus Fullerus in Miscellaneis sacris l. I. c. 14. Sed non dubitandum, quin illa sit *gabal*. Controversum interea quo modo capi debeat. Nam *gabal* principe quidem significatione sumitur pro *finire*, sive *terminum constituere*; sed præterea notat *fingere*, *figurare*, *formare*. Unde Syris *gabul*, Arabibus *gabil*, hoc est, κτιστὴς, sive *fictor*, *conditor*. Quæ sententia Fullero in primis placuit. Nempe ut *Elagabalus* idem sit ac ὁ Ἥλιος δημιουργὸς, *Sol opifex*, sive *conditor universi*: prout dicitur Porphyrio apud Euseb. Præparat. Evangel. III. 4. Quicum convenit, quod idem sol κτιστὴς τῆς οἰκουμένης, *conditor universi*, nominatur in obelisco maximo, quem Constantinus M. transferri Romam jussit, ut locuples nobis testis est Ammianus in septimo decimo libro. Sed præterea *gêbel* Arabibus *montem* notat. Ut *Elagabalus* signet *Deum montem*, sive *Deum montis*, in quo ædes illius foret: unde et symbolum ejus erat lapis ingens montis in modum fastigiatim adsurgens. Ab hoc proinde numine Antoninus noster nomen accepit *Heliogabali*, quia prius Sacerdos fuisset Dei Heliogabali, sive, ut oriens efferebat, Elagabali, vel Alagabali. Hinc ubi, e Syria profectus, (ut notavit Lampridius) primo ingressus est urbem, *Heliogabalum* in palatio monte juxta ædes imperatoris consecravit, eique templum fecit, studens et Martis typum (διοπετὲς illud ἄγαλμα, quod in primo libro describit Herodian.) et Vestæ ignem, et Palladium, et ancilia, et omnia Romanis veneranda in illud transferre templum, et id agens, ne quis Romæ Deus nisi Heliogab. coleretur. Dicebat insuper Judæorum et Samaritanorum religiones, et Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum, Heliogabali sacerdotium teneret: omnes enim alios Deos, sui Dei ministros esse aiebat; cum alios cubicularios ejus appellaret, alios servos, alios aliarum rerum ministros. Cæterum notandum quod in Inscriptione quadam apud Gruterum [LXXXVI. 8.] deinde etiam ab editoribus Inscriptionum Palmyrenarum descripta, pro *Alagabalus*, sive *Elagabalus*, *Aglibolus* vel *Aglibelus* sive *Aglabolus*, (ut emendandum censuit Scaliger, obstante tamen viro doctissimo Tho. Smitho in notis

ad Monumenta Palmyrena, p. 59.) sit scriptum, quod *Solem* denotare, arbitratur vir summus Ger. Joh. Vossius [De Orig. et Prog. Idol. l. II.] sicut *Malachbelus*, alterum Deum in ead. Inscript. memoratum, *Lunam*. De his autem melius judicabis, ex ipsa Inscriptione hic subjecta:

ΑΓΛΙΒωΛω ΚΑΙ ΜΑΛΑΧΒΗΛω ΠΑΤΡωΟΙC ΘΕΟΙC ΚΑΙ ΤΟ CΙΓΝΟΝ ΑΡΓΥΡΟΤΥ
CΤΥ ΠΑΝΤΙ ΚΟΖΜω ΑΝΕΘΗΚΕ Λ. ΑΥΡ. ΗΛΙΟΔωΡΟC ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟC
ΠΑΛΜΥΡΗΝΟC ΕΚ ΤωΝ ΙΔΙωΝ ΥΠΕΡ CωΤΗΡΙΑC ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ Τ̄ CΥΜΒΙΟΥ ΚΑΙ
Τ̄ ΤΕΚΝωΝ ΕΤΟΥC Ζ̄ Μ̄ Φ̄ ΜΗΝΟC ΠΕΡΙΤΙΟΥ.

i. e. *Aglibolo et Malachbelo Diis patriis argenteum hoc signum cum ornatu omni dedicavit L. Aurelius Heliodorus filius Antiochi Hadrianensis Palmyrenus de sua pecunia pro salute sui et conjugis filiorumque anno* 547. [i. e. A. D. 235. an. 1. Maximini] *Mense Peritio*. A quo Melachbelo non fuisse diversum *Jaribolum* Deum (ut in Inscriptione Palmyrena VIII. vocatur) existimavit vir ingeniosissimus Ed. Halleius. Cæterum ex eo quod Imperator iste Dei sui nomen assumpserit patere videtur, non apud Judæos tantummodo aut Christianos receptam opinionem fuisse Dei Personam nomenque in se recepisse, dum munere saltem fungerentur, Sacerdotes. De qua re vide, quid egregie disseruit Patronus meus, pissimus eruditissimusque Hen. Dodwellus, in Parænesi sua de nupero Scismate Anglicano, §. 29. p. 132. *Hearn.*

Expectatione] Quia Antoninus credebatur ex incestu Caracallæ natus. *Glar.*

Probris] Sceleribus. *Glar.*

Biennioque post et octo mensibus] Sic et Victoris Epitome: Lampridius, fere triennium: Beda quatuor, Herodianus annos sex imperio deputant. *Vinet.* Ita et Sext. Aurelius, et Egnatius, cum Eutropio de annis sentiunt. Eusebius, et eum sequutus Haloander IV. annos tribuunt. Herodianus prorsus in fine l. v. dat ejus imperio sexennium. *Glar.* Aurel. Vict. 'tricesimo regni mense.' Epitoma Victoris, ut Eutropius 'biennio et mensibus octo.' Laprid. c. 34. 'prope triennio:' at Herodian. l. v. extr. εἰς ἔτος ἕκτον ἦκες, in sextum annum. *Cell.* De vitæ et imperii Elagabali termino uti inter Veteres minus convenit, ita inter se discrepant recentiores, præsertim Itali, qui calamum invicem in se acuerunt, singuli suam opinionem acriter urgentes. Vide de his latius ad Dionem p. 910. Eutropius tamen et Victor calculum bene iniisse videntur Vignolio (qui inter Viros D. hac de re differentes non ultimum meretur locum) a Viro Cl. ibid. laudato, dum de tempore, quod Romæ exegit, loqui videantur; sed Dio, qui tres annos, menses novem, dies quatuor numerat, a pugnæ die, in qua summam potestatem obtinuit. Consule vero ipsa ad Dionem notata. *Verh.*

Tumultu] Militum, qui maluerant Alexandrum. *Glar.*

Semia] Sic et in Lampridio. In veteri lib. *Simia Serena*: in quibusdam aliis, *Semia Syra*: in Herodiani l. v. *Soæmis*, in Victoris Epitome, *Seme*. Vinet.

Semiasyra] Duæ dictiones sunt *Semia Syra*. In Græco exemplari Herodiani Σοαμὶς dicitur. *Glar.*

Semia Syra] In pluribus nummis JULIA *Soæmias*: paucis *Soëmias*, sine diphthongo. Dio et Herodian. Σοαμίς. Veteres libri Vineti et Schonhovii *Semia Syra*; unde pravum *Semiamira* Lampridio. *Cell.* Euseb. Συρία Σιρά.

Utroque modo recte, ut notavit Scaliger, quem adeas. *Hearn.* Mire hic variant Codd. Mss. et Edd. quorum Schonh. Merul. *Semiasyra* conjunctim. Fabri patris ac filiæ *Semia Syra*, quod imitati sunt Hearne et Havercampus. *Soæmias* dedit Cellarius. *Soæmias Syra*, Cl. van Hoven et Gruner. qui e numis ita legere mavult, quod nimis deformatum illud nomen in Mss. occurrit, et Dion etiam Ζοαμίδα scribit. Codici vero Leid. 1. consentiunt Ed. utraque Aldina et Juntina *Symia Syra*. Pæan. Ἰυμία Συνήρα. Apud Dionem, Zonaram, Xiphilinum, Herodianum, uti et in Græcis numis, occurrit Ζοαμίς, ut in notis ad Dion. videre est. In Latinis *Soæmias*, ut recte edidit Cellarius. At cur ab aliis *Soæmias Syra* editum sit, causam non video: certe in Latinis numis, ut Cellarius recte notat, *Julia Soæmias* vocatur. Vid. ad Dion. p. 902. neque illud *Syra* ab ullo additum est, nisi qui *Semia Syra*, *Symia Syra*, &c. scripserit, quod an ex *Soæmia*, ut perperam apud Dion. in Exc. Peiresc. legitur Ζοαμία, unde Σοëma apud Victorem Epit. XXIII. distortum sit, quod ad Capitolin. placet Casaubono, an ex *Semiamira* ut cum Capitolino etiam scribit Lampridius, dubito. Quidquid sit, etiamsi Latine *Soæmias* scribendum certo credam, nihil mutare ausim, dum errorem penes Eutropium, qui in scriptorem prave illud nomen exprimentem inciderit, esse liquet e Pæanio, omnibus Codd. Mss. et vetustioribus Edd. *Verh.*

CAP. 23. *Successit*] Anno Christi 225. *Glar.*

Successit huic Aurelius Alexander] Alexandri vita non eodem modo descripta est ab authoribus. Sext. Aurelius ac Herodianus non magnopere laudant. Ille bonis Reipublicæ ærumnosum fuisse asserit: hic male pugnasse in Persis, ac avaritiæ causa, maxime matris, merito occubuisse. Lampridius fœlicissime, cum authore nostro, adversus Persarum regem Artaxarem, ut Herodianus, Artaxerxem, ut Lampridius, pugnasse scribit. Sed hæc in medio relinquimus. Ipse Alexander, ut Lampridius author est, a juvenili ætate ad duas res assuetus est, ad literas et ad arma. Duo nomina imperium adeptus a Senatu oblata respuit, nempe ut Antoninus ac magnus Alexander appellaretur. Urbem a spurcitiis Heliogabali repurgavit. In dicundo jure, doctos adhibuit judices: fures pessimo odio prosecutus est. Adorari omnino nolnit. Invitos, non ambientes, in Rempublicam suscipiendos esse ait. Cum sui ei objicerent, quod facilitate se contemptibiliorem faceret: Sed securiorem, inquit, atque diuturniorem. Trientarium fœnus publicum exercuit. Rem militarem severissime rexit, ita et integras legiones exauctoravit. In disciplinis mirabilis, maxime in mathematicis. *Glar.*

Alexander] Mamææ filius, quæ Soæmes soror erat. *Glar.*

Ab exercitu Cæsar, a Senatu Augustus] Herodianus v. 7. 7. scribit, Heliogabalum XIV. annorum puerum, consobrinum Alexandrum, XII. annos natum, in senatu ridicule adoptasse. Lamprid. cap. 1. *a Senatu.* Nam multa in hoc extra ordinem studio matris facta: ibidem. *Cell.* Alexandrum jam a Senatu ante dictum inter alios Lamprid. Heliog. c. 10. et Alex. Ser. c. 1. *Verh.*

Juvenis admodum] Quibus Consulibus natus sit Alexander, legisse me non memini. Inter historicos quidem omnes eum constat occisum fuisse anno Imperii tertiodecimo; sed quoto ætatis anno, ambiguum: apud Lampridium enim invenies, an. 29. in Victoris vero Epitome, 26. ex quibus tamen numeris, si tredecim annos Imperii deduxeris, Alexandrum rerum potiri cœpisse anno ætatis sextodecimo aut tertiodecimo colliges: nisi et illi

LIBER IX.

In hoc nono libro est historia circiter 71. annorum a Maximino patre usque ad Constantinum Chlorum, et Maximianum Galerium. *Glar.*

Cap. 1. *Post hunc*] Anno Christi 238. *Glar.*

Maximinus] Hic imperator Thrax ignobilis, pastor primum, mox in exercitu Severi lixa, deinde miles. Sed corporis robore paulo post invaluit, ut inter Severi stipatores esset: sub Caracalla ordines duxit: sub Macrino, quod eum oderat, militare desiit: *Helgabel* ignominiose eum accepit, sed tamen hæsit. Ab Alexandro honeste susceptus, honestius tractatus. Sed ingratissima belua optimum imperatorem cecidit. Deinde adepto imperio, perfecto in Germania bello, cum crudelitate in omnes sæviret, ingens odium in se Senatus et omnium ordinum excitavit, ac hostis judicatus est. Postremo cum Aquileiam obsideret, nec expugnare posset, Prætoriani milites, relictis suis castris, ad Albanum montem, ac ad eum profecti, trucidarunt. Hic latro longitudine plus octo pedes habuit, admirandi roboris. Capitolinus: Amphoram vini uno die hauriebat, et XL. libras carnis devorabat. *Glar.* Thrax in pueritia pastor, per honorum militarium gradus ordinarie promotus; corporis proceritate atque robore imperatori Severo commendatus. Capitolin. in vita. Herodian. VI. 8. Integrum nomen ejus in nummis et inscriptionibus est: C. JULIUS VERUS MAXIMINUS. *Cell.*

Ex corpore militari] Miles duntaxat. *Glar.* Ad Capitol. c. 8. quem describit Auctor, recte Magnus Casaubonus negat Maximinum primum fuisse, qui imperium accepit nondum Senator, quia hoc ante factum in Opilio Macrino. Ipsum adi. *Verh.*

Is bello adversus Germanos feliciter gesto] Non antequam Augustus fieret, sed multo post. Herodian. VII. 2. *Cell.*

A Pupieno] Quoniam Maximum appellat Herodianus, lib. VII. et octavo, illum a quo Aquileiæ cæsus fuit Maximinus: Julius Capitolinus in vita Maximi et Balbini tradit ex Fortunatiano, illi Maximo Pupieno nomen fuisse. *Vinet.* Maximo, aut ejus militibus. *Glar.*

Cum filio] Maximino minore. *Glar.* Vel XXI. vel, ut alii tradunt, XIIX. annos nato, cum periret. Capitolin. Nomen filio fuit *Maximo* (non *Maximino*, ut Capitolinus habet) nummis testibus, in quibus est, C. JULIUS VERUS MAXIMUS CÆS. Nec aliter in veteri Inscript. apud Gruter. p. 158. n. 6. *Cell.* Ne tyrones, in quorum gratiam hæc scribo, *pueri* vocabulo offendantur; illud enim non a recentioribus tantum pro adolescente vel admodum juvene usurpatum, quem admodum Gordianus senex a Capitolino c. 3. post quam *adolescens* dictus erat, *puerulus* vocatur, quum tamen Antoniniada, sive Antonini Pii et Antonini Marci vitam versibus conscripserat, verum ab ipso Cicerone, qui ad Fam. l. X. Ep. 28. Cæsarem Octavianum *puerum egregium* adpellat, plus decem et octo annos natum. Ceterum, etsi cum patre imperaverat, *Augusti* titulo non gavisus fuit, sed *Cæsaris*, ut recte Cellarius monet. Confirmat etiam Aur. Vict. Cæs. c. 25. *Verh.*

Triennio et paucis diebus] De trien-

nio Victor assentitur, et Cassiodorus in Chronico. Eusebius lib. VII. cap. 19. tertio, quam regnabat, anno periisse scribit: ut biennium cum aliquot mensibus imperio potitus sit. Vide Petav. de Doctr. Temp. lib. XI. cap. 24. *Hearn.* Triennium horum imperio e Symmacho quoque tribuit Jornandes de Reb. Get. c. 15. qui pro *Pupieno* scribit *Pupienem*. Vide quos hic laudat Cl. Gruner. Norisium, et Pag. in Ann. Baron. ad A. 238. *Verh.*

CAP. 2. *Postea*] Anno Christi 240. *Glar.*

Tres simul Augusti fuerunt] Cum Maximinus post victoriam in Germania partam, tyrannide in omnes intolerabili esset, primum in Africa ab eodem descitum est, atque ibi per vim Gordianus fere octogenarius imperator factus est, a S. P. Q. Romano confirmatus. Verum ibidem a Senatore quodam, cui nomen Capelliano, Mauritaniæ præfecto, oppugnatus, cæso in pugna filio, ipse sibi mortem conscivit. Quare territus P. R. duos Augustos creavit, Maximum Pupienum ac Clodium Albinum (Balbinum alii vocant) ac Gordiani nepotem Cæsarem. Maximus contra Maximinum missus, Balbinus Romæ retentus est. Interea cum audiret hæc omnia contra se facta, ira commotus Romam ire contendit, quo itinere Aquileiam oppugnat: ubi non solum conatu frustratus, sed militum etiam orta seditione cæsus est. Omnibus igitur pacatis, ut videbatur, Maximini milites occultum dolorem in omnium lætitia dissimulantes, occasionem expectabant, quo ulciscerentur se. Cum igitur ludi essent theatrales, facto ad palatium concursu, ad mortem Maximinum ac Balbinum deposcebant: illi autem cum sedare milites conarentur, alter alteri suspectus, ne ad eum veniret imperium, occasionem dederunt militum furori, ut uterque discerperetur. Sic Gordianus nepos, decimum tertium tunc annum agens, imperator est factus. *Glar.* Eutropium erroris arguit Pag. ad ann. 238. notante hic Grunero, qui præterea laudat Capitol. in Max. et Balb. c. 14. Clarius liquet ex eodem in Maxim. Duob. c. 20....' Senatu.... Maximum Papienum....et Clodium [*Cœlium* rectius e num. Casaub. ib. et infra Cellar.] Balbinum...imperatores creavit. Quibus a populo *Augustis* appellatis, per milites et eumdem populum etiam parvulus nepos Gordiani *Cæsar* est dictus.' Et ex hoc loco Eutropium errasse patet, qui *Seniorem Gordianum* hujus patrem faciat, quod ex Capitol. in Gord. 22. Herod. VII. 10. Zosim. l. 1. c. 16. quamquam diversa ratione, etiam recte refellit Cl. Gruner. Sed auctor Gordianum filium, quem *Juniorem* Capitolinus vocat, silentio plane prætermisit, et quem e Dexippo diserte idem Capitol. in Gordian. Juniore c. 19. patrem nominat Gordiani tertii. *Verh.*

Pupienus] Capitolino et Herodiano *Maximus* dicitur. Ille etiam in Maximinis c. 24. 'Maximus, quem multi Pupienum putant.' Non autem alienum nomen esse, nummi probant, M. CLODIUS PUPIENUS MAXIMUS AUG. item IMP. CAES. PUPIEN. MAXIMUS. AUG. inscripti. Sed *Balbini* nomen in nummis est: D. CAEL. BALBINUS. *Cell.*

Cujus frater, senior Gordianus] Omnes authores tres faciunt Gordianos: patrem senem, ac filium ejus, in Africa tumultu Capelliano mortuos, sub Maximino: tertium nepotem; quamquam nescitur certo ex filiane, an ex filio qui in Africa cum patre perierit, natus sit. *Glar.*

Frater] Avus legendum. *Glar.*

Senior Gordianus] Maximinus Thrax crudelitate meruerat, ut a senatu hostis, et Gordiani, pater et filius, Augusti appellarentur. Sed Capellianus quidam, Maurorum olim præ-

fectus, victo et interfecto filio patrem coëgit ut laqueo vitam finiret. Quibus Romæ nunciatis, senatus Max. Pupienum et Clod. Balbinum imperatores creat: addunt milites tertium, Gordianum nepotem, Maximus Pupienus a senatu contra Maximinum mittitur, eumque ad Aquileiam obtruncat. Capitolin. *Cell.*

Proconsulatum Africæ gereret] An *ageret*, uti est in Cod. Leid. 1. dubitat Cl. Gruner. quia *agere* et *gerere partes* inter se permutarunt Librarii apud Ovid. VIII. Heroid. 42. quamquam supra l. VIII. c. 6. eamdem in Nostro locutionem agnoscit, 'præfecturam urbis tunc agens.' Verum quia alibi sæpius fidem Codd. secuti sumus, neque hic nostri dissimiles esse voluimus. De hujus autem locutionis permutatione consule Cel. Drakenb. ad Liv. XXII. 8. *Verheyk.*

Itaque cum Romam venissent, &c.] Scribe *venisset*, scil. Gordianus, nam de Gordiano esse intelligendum, patet ex Hist. Miscella; confudit enim Eutrop. Gordianum II. et III. *Hav.*

Itaque cum Romam venissent Balbinus et Pupienus, in palatio interfecti sunt] Sic legunt Edd. Aldi (1521.) Schonhovii, Merulæ, Cellarii, Fabrorum, Hearnii, Havercampi, Hovenii: cum Pæanio autem Gruneri, *Itaque cum venissent, Balbinus et Pupienus, in pal. &c.* Altera Aldina (1516.) et Juntina: *Itaque cum Romam venisset Balbinus et Pupienus, in pal. &c.* ut mirere, illud *venisset* ab Havercampo tanquam ex ingenio depromptum, magis, dum in Ms. Leid. 1. invenire potuit. Uti autem varii varie sentiunt, sic neminem tamen Eutropii mentem cepisse recte, puto. Doctissima Femina, cui adsentiri solet Hearne, *venisset Pupienus* jam conjecerat, quia Balbinus in urbe manserat, quod verum est: quamquam, quia constructio verborum rarior, et nullus Codicum Mss. neque Edd. admittit, non recipiendum. Havercampus vero vellem, ut locum, quo ex Miscella Historia Gordianum hic intelligi tradit, accuratius dedisset, quum ex aliis contrarium liquet satis: propterea quod cum Grunero fateor nescire, quid illa Gordiani II. et III. distinctio sibi velit. An vero Gordianus junior sive secundus nunc Romam venit, qui a Capelliano victus prælio et interfectus erat? teste Capitol. c. 15. Num tertius, quem Romæ mansisse infra liquebit? De seniore enim Gordiano, quem filii morte audita laqueo vitam finiisse constat, qui capit, unus est Zonaras l. VII. c. 17. Sed is ab historiæ veritate toto illo loco mirum quantum abhorret. Est tamen, nisi aliæ rationes impedirent, quo suam conjecturam tueri posset Doct. Femina. Capitol. Max. Duob. c. 24. 'Deinde [post Aquileiensem obsidionem Pupienus] Romam venit, Senatumque ingressus, actis ibi gratiis, concionem habuit, atque inde Palatium cum Balbino et Gordiano victores se receperunt.' Verum Eutropium potius errasse crediderim, et revera voluisse et Balbinum et Pupienum ad bellum profectos tunc revertisse, loco Capitolini male intellecto, Max. et Balb. c. 13. 'Balbinus quidem cum Maximo [Pupieno] urbem cum magna moderatione gaudente senatu et populo Romano regebant: Senatui plurimum deferebatur: leges optimas condebant, moderate causas audiebant, res bellicas pulcherrime disponebant. Et quum jam paratum esset, ut contra Parthos Maximus proficisceretur, Balbinus contra Germanos, puer autem Gordianus Romæ remaneret,' &c. *Verheyk.*

In palatio interfecti sunt] Militari seditione, Capitol. in Gordiano III. tumultu militarium, Aur. Vict. *Cell.*

Soli Gordiano] Nepoti. *Glar.*

Gordianus admodum puer] Gordianus III. nepos, post suorum ac alio-

rum Augustorum Pupieni ac Balbini cædes, Augustus appellatus, qui antea Cæsar, magnæ spei juvenis : sed fata hunc abstulerunt, fraude Philippi Afri, hoc modo. Erat Gordiano socer Misitheus, doctissimus vir, quem ob eximiam eloquentiam et singulares virtutes dignum sua parentela Gordianus judicavit. Is socer bello Parthico egregie exercitui omnia necessaria providentia sua proviserat : unde Philippus eum timebat, ac mortem ejus machinatus dicitur, ut ipse in Misithei locum acceptus, ipsum juvenem imperatorem perderet : quod et factum est. *Glar.*

Admodum puer] Annos 13. habens, apud Herodianum. Junius Cordus 16. tribuit. *Glar.*

Cum Tranquillam] Vetus liber *Tranquillinam* appellat. *Vinet.* Misitheï filiam. *Glar.*

Janum geminum] Jani templum, ut ostenderetur indictum bellum. Capitolin. Hic porro Gord. nepos imperare cœpit Anno Christi 241. *Glar.* Quis clauserit fanum nunc aperiendum, nesciunt. Aurelius Victor Marco tribuit, sed refutatur a Casaubono in Capitolini Gordian. cap. 26. *Cell.*

Ad orientem] In Mesopotamiam. *Glar.*

Erumpere] Ultra Euphratem. *Glar.*

Interfectus est fraude Philippi] Sublato Misitheo, qui omnia proviserat exercitui necessaria, Philippus ascitus in ejus locum, primum curavit, ut naves frumentariæ averterentur : deinde in ea loca ducerentur milites, in quibus nihil annonæ : inde odium in principem, ut qui juvenis esset, nec sciret regere exercitum. Inde corrupit etiam duces, ut deposcerent eum, qui posset per ætatem regere exercitum : atque eo perfecit, ut omnes deposcerent eum : nec ullis precibus ad ullam conditionem admiserunt, sed ad necem dederunt. *Glar.*

A Circesso] Sic Antiq. liber. Quidam alii *Cirgesso* scribunt. In Capitolino *Circeium* legimus locum hunc appellatum ; et fortasse *Cercusium* Ammiano lib. XXII. *Vinet.*

Circesso] In Capitolino *Circeia* legitur, si codex non errat. *Glar.* Ammianus *Cercusium* lib. XXIII. vocat 'munimentum tutissimum et fabre politum,' in angulo, quem Euphrates cum Abora fluvio constituit. Procopius eundem situm describit, et Κιρκήσιον vocat lib. II. Pers. cap. 5. *Cell.*

Euphrati] Fluvio, qui terminat Romanum et Parthicum imperium. *Glar.*

Exsequias] Videtur *exsequias* posuisse pro *reliquias*. Glar. *Scribe reliquias.* Hearn.

Divum appellavit] In numerum Deorum retulit. *Glar.*

CAP. 3. *Philippi duo, pater et filius*] An. Christi 247. Sceleratus hic Philippus se Christianum finxit, ut scelus in Gordianum apud vulgum levaret. Bostris Arabiæ Petrææ oppido natus, per militiam ad honores venit, et per scelus ad imperium. Sed ut in Gordianum sceleste egit, ita in eum Decius : ut sciamus, nullum malum impunitum manere, nullum bonum irremuneratum. *Glar.* Philippus Arabs ἐκ Βόστρων, *Bostris oriundus*, Zonar. *Arabs Thraconites* vocatur a Victore, id est, *Trachonites*. Bostra autem, (Arab. بصرى) *murorum firmitate cautissima*, Ammian. XIV. cap. 27. et latronum δρμητήριον, Strab. 16. unde Patrem Philippi *nobilissimum latronum ductorem* Victoris Epitoma vocat. Patri et filio nomen in nummis et inscriptionibus est M. JULIO PHILIPPO. Filius primum Cæsar ; post Imperator et Augustus. *Cell.*

Invaserunt] Per scelus. *Glar.*

Reducto] Ex Parthis, ubi Gordianum occiderunt. *Glar.*

Profecti sunt] Imperfecto bello. *Glar.*

Millesimus annus Romæ] Quibus Consulibus, dicet Cassiodorus, et Ca-

pitolinus in Gordianis. Vide et cap. 53. Miscellaneorum Politiani. *Vinet.* Vide quos hic laudat Cl. Gruner.

Romæ] Conditæ. *Glar.*

Ingenti ludorum apparatu] Exhibita in his ludis, elephanti XXXII. alces X. tigrides X. leones mansueti LX. leopardi cicures XXX. hyænæ X. hippopotamus I. rhinoceros I. archoleontes X. camelopardali X. onagri XX. equi feri XL. gladiatorum mille paria. Gordianus paraverat ea ad triumphum Parthicum, sed Deo aliter visum. *Glar.*

Veronæ] Venetorum urbs. *Glar.*

CAP. 4. *Post hos Decius a Pannonia*] Hic Decius multas virtutes bellicas ac honores ingentes uno scelere inquinavit, persequutione pessima in Christianos innocentes excitata, qua divum Laurentium igne exussit. Sed suos inultos non reliquit Deus. Ut enim Philippus hypocriseos peccatum luit, ita hic invidiæ et crudelitatis ultionem non effugit. Justus est DEUS, nos iniqui, quantumvis nonnunquam homines nos prædicent. Porro Decii duo, pater et filius, imperio sunt potiti anno Christi 252. *Glar.* Nummis et Inscriptione Feltriensi apud Gruter. p. 273. est C. MESSIUS QUINTUS TRAJANUS DECIUS. *Cell.*

Bubaliæ] *Budaliæ*, vetus liber. *Vinet.* Bibalin vocat Ptolemæus, inter Saum ac Danubium. *Glar.* Aurel. Victor: 'Syrmiensium vico ortus.' *Budoliæ* per *d* scribit Burdeg. Fuld. et Græcus: ceteri *Bubaliæ* per *b*. Cell. Sed altera lectio melior: vide ad laudatum Antonin. Itin. p. 268. *Verheyk.*

Filium suum] Cujus nummi præferunt Q. HER. ETR. MESS. DEC. NOB. C. hoc est, Q. Herennius Etruscus Messius Decius nob. Cæsar. *Cell.*

Cum biennio ipse et filius] Rectius proinde cod. noster LC. *Cum non completo biennio imperassent.* Hearn. Miror, unde Victori, qui quod alias raro accidit, in Cæs. et Epit. sui fere similis est, 'peracto regni biennio, et imperavit menses triginta,' hic parum fidei habeatur a Doctiss. Femina, quæ ad Epit. ipsa fatetur, tempora horum Imperatorum valde esse obscura. unde recte eam cum Hearnio a Cl. Grunero notari putem, qui e Pag. ad An. 251. Decium tertium imperii annum inchoasse ostendit. *Verheyk.*

In Barbarico] In Dardanis, in Mysia. *Glar.* *Solo*, quod cum Cod. LC. et Aur. Vict. Epit. XXIX. sed inclusum dedit Cl. van Hoven, commode abesse posse, quod supra l. VII. c. 9. ubi vide, quæ diximus, eadem ellipsi usus est auctor, recte monet Cel. Gruner. *Verheyk.*

Interfecti] A Scythis. *Glar.* Epitome Victoris; 'inter confusas turbas gurgite paludis submersus est.' Barbari, qui ipsum in tantas angustias adegerunt, fuerunt λαιξόμενοι τὸν Βόσπορον, *Bosporanam regionem populantes.* Zonar. *Cell.*

Inter Divos relati] Lectio, quam exhibent Cod. Leid. 1. Schonh. et Mer. occurrit iterum c. 15. 'meruit quoque inter Divos referri.' Sed pro his in Aldina utraque Ed. et Juntina habes, quæ a Diaconi manu profecta: 'interfecti sunt: e quibus senior gurgite paludis immersus est: ita ut nec cadaver ejus potuerit inveniri: [hæc historia confirmat] digno damnatus judicio, qui persecutionem in Christianos movens, inter cæteros beatissimum Laurentium Levitam et martyrem igne excoxit.' *Verheyk.*

CAP. 5. *Gallus Hostilianus*] Anno Christi 254. Hunc Sex. Aurelius Victor *Virium Gallum* vocat. Cæterum Hostilianum Perpennam a Senatu imperatorem creatum, qui non multo post pestilentia consumptus dicitur: Egnatius tantum Gallum; Pomponius Lætus Trebonianum Gallum vocat: hic ab eodem Læto dicitur Decii proditor fuisse, adversus Scythas in Mysia: quibuscum postea fœdus ig-

nominiosum fecisse dicitur, ita ut etiam tributum iis solveret, quod sub imperatoribus nemo ante fecerat. *Glar.*

Gallus, Hostilianus] Quos quidam confundunt, nummis clare distinguuntur ita: C. VALENS HOSTILIANUS MESSIUS QUINTUS, Decii Augusti filius minor, una cum fratre *Cæsar* dictus a parente, et illis adversus Scythas proficiscentibus, Romæ relictus. Nummi C. VALENS HOSTIL. MESS. QUINT. N. C. hoc est, *nobilissimus Cæsar*: quodam additur DECII AUG. FILIUS. Post patris fratrisque necem *Augustus* declaratus. Nummis aliis: IMP. CAES. C. VAL. HOST. MESS. QUINTUS AUG. Alter est *C. Vibius Trebonianus Gallus*, cujus nummus præ se fert IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLUS. AUG. ante a Decio, quem prodidisse fertur, limiti Scythico impositus, Zosim. 1. 13. Ejus filius C. VIBIUS VOLUSIANUS primum Cæsar, mox Augustus in nummis est. *Cell.* Ex his lucide adparet, Eutropium *Gallum* ab *Hostiliano* distinxisse, atque adeo tres hic memorari Imperatores: ut nihil, quod arctius adstringat, habens lectorem ad Gruner. Vir. Cl. dimittam, qui multa, quod sæpius alibi accidit, quæ ante, quam illius Edit. vidi, observaram, occupavit, inter quæ etiam hic monendum habebam, Heumanni observationem, vocem *ambo*, quæ subsequitur, obstare numero duobus majori, ab Aurelio Victore, Epit. XXX. omnino frustrari, ubi vides, Hostilianum jam ante, quam Gallus et Volusianus adversus Æmilianum profecti fuerunt, periisse: ut nisi de his duobus, concisus Eutropii stylus loqui non potuerit, qua quidem in re Gruneri, quam Cel. Arntzenii ad Vict. conjectura felicius procedere mihi videtur, et omnem plane scrupulum tollere. *Verheyk.*

Gallus et Galli filius] Quibusdam idem est Gallus et Volusianus: aliis, ut pater et filius, distinguuntur. Zonar. Gallum quoque et Hostilianum Victor distinguit, ut duos Augustos, iisque tertium addit Volusianum, tasquam Cæsarem. *Cell.* Sensu Eutropii unum hominem esse, non duos, clare patet ex illis, ubi dicit: 'cum ambo profecti essent,' scilicet Gallus Hostilianus et ejus filius. Non igitur recte Eutropium emendat comma interserens inter *Gallus* et *Hostilianus*, Rupertus Observat. ad Besoldi Hist. univers. cap. 14. p. 363. *Heumann.*

Interamnæ] Ἰντέραμνα Straboni dicitur: ac ita etiam Plinius X. 28. Ἰντεραμνία Ptolemæo. *Glar.* Umbriæ oppido, cis Apenninum. *Græcus* male dividit. *Cell.*

Non completo biennio] At Euseb. Chron. et Cassiodorus annos duos, menses 4. his Imperatoribus tribuunt. In veteribus nummis Occonis unus est cum hac Epigraphe: IMP. CÆ. C. VIB. VOLUSIANO AUG. P. M. TR. P. IIII. COSS. II. ex quo Baronius Gallo et Volusiano quatuor adscribit annos, quem sequitur Petavius de Doctr. temp. XI. 26. *Hearn.*

CAP. 6. *Æmylianus obscurissime natus*] Sub Gallo Hostiliano hic in Asia imperator factus, quod adversus Scythas sive Sarmatas adeo egregiam operam navaverat, ut invidiæ esset Gallo ac Volusiano. Sed his expeditionem in Æmilianum molitis, ac mox cæsis, cum majoris nobilitatis ac famæ vir Valerianus a militibus, qui in Alpibus erant, electus esset, milites ejus, ne civile bellum aliud nasceretur, et inspecta ejus humilitate, eo occiso ad Valerianum defecerunt. *Glar.*

Extinctus est] Apud Spoletium pontem inter Ocriculum Narniamque. Epitome Victoris. *Cell.*

CAP. 7. *Hinc Licinius Valerianus*] Anno Christi 256. Trebellius Pollio Valerianorum genealogiam ponit: Valeriani ex duabus uxoribus singulos filios, Valerianum juniorem et Gallienum: deinde Gallienum Salo-

ninum Gallieni filium, Valeriani nepotem. Sext. Aurelius filium putavit. Cæterum horum regimen ita habuit, ut senior Valerianus cum Gallieno filio regnarit per 7. annos. Tum vero mortuo Valeriano seniore, Gallienus fratrem Valerianum juniorem secum Augustum fecit per 5. annos: quo mortuo, Gallienus solus triennio, non absque magna imperii Romani calamitate, regnavit. Cæterum haud consona de hoc Valeriano authores prodidere. Sext. Aurel. stolidum eum et multum inertem narrat, neque ad aliquem usum publicum, officio, consilio, vel gestis accommodatum. Contra Trebellius Pollio mire hunc laudat, adducto Senatusconsulto in ejus rei testimonium. Pomponius Lætus ait, eum fuisse hominem majoris spei ac opinionis quam fortunæ: id quod res ipsa ostendit. Privatus enim fœlicissimus fuisse dicitur, at post adeptum imperium infelicissimus: nec infelicitatis parva portio fuit, talem filium genuisse, Gallienum inquam, ex quo major imperii calamitas nata est, quam ullo unquam imperatore, ut in Gallieno patebit. *Glar.*

In Rhetia] Alpina provincia.

Norico] Ad Danubium, supra Pannoniam. *Glar.*

Horum] Valeriani et Gallieni. *Gl.*

Infelicitate] Valeriani. *Glar.*

Ignavia] Gallieni. *Glar.*

Ravennam] Oppid. ad Picenum. *Glar.*

Mesopotamia] Reg. inter Tigrim et Euphratem. *Glar.*

Ignobili] Misera. *Glar.*

Eo] Valeriano. *Glar.*

Cervicibus] Tergo. Hoc meruit ille, persecutione in innocentes Christianos facta. *Glar.*

CAP. 8. *Gallienus, cum adolescens*] Anno Christi 268. Gallienus imperator Romani imperii certa pernicies, neque de patris apud Parthos capti ultione, neque de imperii ruentis miseria quicquam pensi habens, voluptatibus immersus: initio tamen imperii aliquid boni fecit, dum viveret pater. At deinde desidia ac ingenti vecordia occasionem dedit omnibus hominibus irridendi eum, ita ut XXX. tyranni in diversis Romani imperii provinciis adversus eum insurrexerint. E quibus multi strenui viri: ut Postumus in Gallia, Lollianus, Victorinus, Ingenuus, Regilianus, Aureolus: in Oriente Macrianus, cum filiis: Odenatus, ac ipsius uxor Zenobia, post mariti mortem Principis officio fungens (in tantum contemptum venerat Gallienus): de quorum numero multi ad imperium coacti, post a militibus deserti, nonnulli suopte ingenio moti, quidam etiam inutiles. De quibus omnibus Trebellius Pollio ad longum tractat. Postremo insidiæ ei factæ ab Herodiano ac Martiano, assumpto etiam Cecropio Dalmatarum duce, a cujus percussoribus cæsus dicitur Gallienus. *Glar.*

Primum feliciter] Cum patre Valeriano. *Glar.*

Mox commode] Cum fratre juniore Valeriano. *Glar.*

Ad ultimum] Solus. *Glar.*

Juvenis] Filius sub patris imperio. *Glar.*

In Gallia et Illyrico] Regionibus ad Danubium. *Glar.*

Apud Mursiam] Multi ita appellant, quidam *Mursam*, quo modo et vetus liber habet: alii etiam *Murtiam*. Orosius libro VII. *Myrsam*, sed hoc valet Mursam. *Vinet.*

Mursiam] In Pannoniis. *Glar.*

Apud Mursam] Idem nomen occurrit infra X. 12. in Constantio, ad cujus historiam Socrates lib. II. H. E. cap. 32. scribit: περὶ Μούρσαν, φρούριον δὲ τοῦτο τῶν Γαλλιῶν. Sed Zosimus lib. II. de eadem re: ἐν τῇ Μούρσῃ, Παιονίας οὔσῃ πόλει. Et inscript. vet. MURSA EX PANON. INFERIORE. Gruter. p. 1007. *Cell.*

Ingenuo] Viro strenuo. *Glar.*

Purpuram sumpserat] Imperator fu-

erat facta. *Glar.* Id est, imperium et Augusti honores rapuerat. Purpura enim inter præcipua Augustorum ornamenta. Vide Trebell. Pollionem in XXX. Tyrannis cap. 18. et 28. &c. et nostrum infra IX. 8. et IX. 10. Lactantius IV. 7. 'Nunc Romanis indumentum purpuræ insigne est regiæ dignitatis adsumptæ.' *Cell.*

Trebellianо] Isaurorum duce. *Glar. Regilliani*, ut recte hic emendant V. D. nomen etiam apud alios misere corruptum. Vide ad Pollion. c. 10. ubi docet, unde originem traxerit. *Verh.*

Diu] Quamdiu vixit pater. *Glar.*

Mox] Post patris mortem. *Glar.*

Habenas] Gubernacula. *Glar.*

Laxavit] Pro *relaxavit*, quod ex ultima præcedentis vocis syllaba ortum putem, e Codd. Mss. Leidd. 1. 2. 5. (cui 3. proxime accedit *lassavit*,) et Edd. Vetust. prætuli. Cl. Grunerus idem fecit. *Verh.*

Alemanni, vastatis Galliis] Alemanni, ex Germanico *Allerleymann*, nomen deductum, id est, collecti milites ex Germanis, Rhenanis, Gallis, Rhetiis, ac Vindelicis ad lacum Brigantinum, vulgo *Hock Teütschland*. Glar.

Penetraverunt] Ita Codicum multitudine motus fere edidisset Cl. Gruner. nisi idem verbum, quamquam ab ejusmodi repetitionibus Eutropium non abhorrere fatetur, repeteretur, *Germani usque ad Hispanias penetraverunt*. Nos, etsi nihil temere umquam immutavimus, tot Codicum auctoritati adversari non ausi sumus; sed miramur potius, unde illud *irruperunt* in contextum irrepserit, quod etiam nulla vetustiorum Edd. agnoscit. *Verh.*

Dacia] Transpadana regio. *Glar.*

Adjecta] Imperio Romano. *Glar.*

Græcia] Attica, Peloponnesus, Achaia. Trebellius. *Glar.*

Pontus] Bithynia. *Glar.*

Gothos] Getas ac Scythas. Trebellius addit, templum Ephesiæ Dianæ spoliatum ac incensum. *Glar.*

Pannonia a Sarmatis] Trebellius Pollio: Gallienus provinciarum defectionem quasi levissimarum rerum jacturam joco eludere solebat. Cum enim nunciatum esset Ægyptum defecisse: Quid, inquit, sine lino Ægyptio esse non possumus? Cum Scytharum incursione vastatam Asiam accepisset, Quid, inquit, sine aphronitris esse non possumus? Aphronitrum autem est spuma nitri, quod in Asia laudatissimum concrescebat. Martialis lib. XIV. 'Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicas? Spuma vocor nitri, dicor et Aphronitrum.' *Glar.*

Sarmatis] Europæis. *Glar.*

Quadisque] Populis prope Marcomannos. *Veitlander.* Glar.

Germani] Inferiores, ut Catti, Franci, Burgundiones. *Glar.*

Tarraconem] Scipionum oppidum, unde Tarraconensis Hispania dicta. *Glar.*

Syriam] Quæ circa Eufratem est. *Glar.*

Vindicare] Occupare. *Glar.*

CAP. 9. *Desperatis rebus*] Ob Gallieni levitatem ac desidiam. *Glar.*

Postumus] Vir egregius. *Glar.* Sic in nummis. Prave alii *Posthumius* vel *Postumius*. Cell. Ποστούμιος etiam male Pæanius. Cellarii sententiam confirmant alii Docti. Vid. Magnum Casaub. ad Trebell. Poll. Cl. Cannegieter. Diss. nuper edita, Cel. Arntzen. ad Vict. Cæs. XXXIII. et ita numus apud Vaillant. p. 186. *Verh.*

In Gallia, obscurissime] Hic inter XXX. tyrannos, qui sub Gallieno Romanas provincias invaserunt, apud Trebellium secundus numeratur. Sed vir laudatus fuisse dicitur, quem Valerianus Gallieni parens plurimi fecit, quique per 7. annos Gallias ante vastatas egregie restituerat: sed a Lolliano altero tyranno cæsus est. Extat Valeriani epistola apud Trebellium ad Gallos missa, de Postumi

eximiis virtutibus. *Glar.*

Obscurissime natus] Sed qui principis locum mereatur, ut Valerianus imperator dicit apud Trebellium. *Glar.*

Per annos decem] *Septem*, inquit Trebellius, semel in Gallieni, iterum in Posthumi vita. *Glar.*

Consumptas] Male perditas. *Glar.*

Virtute] Fortitudine. *Glar.*

Moderatione] Gubernatione. *Glar.*

Reparaverit] Restituerit, instauraverit. Trebellius. *Glar.* Trebell. Pollio in XXX. Tyran. cap. 5. scribit, 'Romanum in pristinam securitatem revocasse imperium.' *Cell.*

Interfectus est] Oppid. ad confluentem Mœni et Rheni. *Glar.*

Lolliano] Adversario ejus. *Glar.* Pro *Lolliano* interpres Pæanius habet *L. Æliano*, et quidem recte, judice Gassendo lib. II. Vitæ Peirescii p. 112. et Reinesio Epist. ad Bosium p. 21. *Heumann.* Optime in L. Bat. meliore sive primo scribitur *L. Æliano.* Id enim verum huic Tyranno nomen esse ex Nummis ejusdem didicerunt Antiquarii, quales et ipse plures habeo, inscriptos IMP. C. L. ÆLIANUS P. F. AUG. quique ab altera parte Victoriæ festinantis typum habent. *Hav.* Mira in hoc nomine designando varietas occurrit in Codd. Mss. e quorum tamen primo Leid. veram lectionem Cl. Havercampus eruit, et nummis, quos habebat, confirmavit. Comprobant hic Heumann. et quos laudat, Gassendus, et Reinesius, Arntzenius et quos testes citat, ad Aurel. Cæs. XXXIII. ubi diserte *L. Ælianus*, et quod urget magis, Epitomes lectio *Ælianus* omisso *L.* quod per *Λούκιον* optime expressit Pæanius, adprobante Cl. Cannegietero Dissert. in Trebell. Pollion. nuper edita, qui Pollio *Lollianum* ubique exhibet prave. *Lælianus* tamen mallet Cl. Grunerus, quia sic in nummo est apud Harduinum: qua autem ratione hujus diligentiam Havercampianæ prætulerit, non video: nam, quod hunc nimis festinanter eos numos inspexisse credat, exigui sane momenti est, acsi idem ab Harduino fieri non potuisset. Certe nihil frequentius, quam interpunctionem temporis injuria evanescere LÆLIANUS cujusmodi exemplum in Codd. Mss. habemus supra l. VII. c. 10. *M. Lollius*, unde *L.* non amplius adparente, inscii Librarii *Mallius* fecerunt. Etsi enim Banduri omnino legendum esse censet numorum fide *Lælianum*, ipse plures vidi numos, qui CL ÆLIANUS exhibent, ut æque Clælianus legi possit quam C. Lælianus. Pro hoc autem *Æliano* perperam historiam confundens *Æmilianum* reposuit Orosius l. VII. c. 22. 'Æmilianus apud Moguntiacum, cum res novas moliretur, oppressus est;' nam non in Gallia, sed in Ægypto res conturbasse, recte observat Cannegiet. d. l. *Verh.*

Res novas moliente] Lollianus quartus apud Trebellium tyrannus, occasio fuit, ut Postumus, qui Gallias instauraverat, occideretur. Ipse etiam mox, cum non minus coperit benefacere Galliæ, a Victorino, Victoriæ filio, interemptus est. *Glar.*

Post eum Marius] Marius in ordine XXX. tyrannorum septimus est. Ex fabro ferrario triduo tantum imperavit: una die factus imperator, alia imperavit, tertia cæsus est; ut C. Caninius Rebilus apud Suet. in Julio tit. 76. Consul Ro. adeo vigilans, ut sub ejus consulatu nemo somnum ceperit. Fuerat enim duntaxat dimidio die Cos. Nullius manus vel ad feriendum vel ad impellendum fortiores fuisse narrantur: talitro hominem occidere potuit. Vide eadem de Tiberio referentem Suetonium, tit. 68. *Glar.*

Purpuram sumpsit] Post Victorinum, inquit Trebellius. *Glar.*

Et secundo die] Trebellius Pollio huic Marii imperio diem unum adjicit, qui triduum imperasse scribit, sed cujus primo die factus sit im-

perator, et tertio occisus. *Vinet.* Hanc opinionem procedere haud commode posse Nummi ejusdem Tyranni plures evincunt. *Hav.*

Interfectus est] Ab operario suo, in officina olim fabrili. *Glar.*

Victorinus] Victoriæ, sive Victorinæ filius. *Glar.*

Victorinus postea Galliarum] Hunc Julius Aterianus apud Trebellium, omnibus imperatoribus præferendum putat, si una ejus libido non obfuisset, qua cuncta bene gesta contaminavit. Quintus in tyrannorum ordine. *Glar.*

Postea] Post Posthumium ac Lollianum. *Glar.*

Acturio quodam] Sic antiquus liber: in aliis *Authoriano:* in Pollione *Actuario.* Vinet.

Actuario] Qui acta celeri scriptione excipit *Actuarius* dicitur. Sabell. in Suet. tit. 53. in Cæs. *Glar.* Suetonio in Cæs. c. 55. et Senecæ Epist. 33. Actuarii sunt notarii, ταχυγραφεῖς, qui acta notis excipiebant. *Cell.* Pæanii infra a Viris Doctis notati errorem inde ortum putat Cl. Cannegiet. ad Trebell. Poll. c. 5. quod diversa Eutropii Codicum lectio eum turbaverit, a quo scriptum fuisse suspicatur *Attitiano actuario quodam.* Verh.

Cap. 10. *Huic*] Victorino: at alii aiunt *Martio.* Glar.

Successit Tetricus Senator] Post Galliæ imperatores Posthumum, Lollianum, Victorinum, Marium, quintus hortatu Victoriæ sive Victorinæ, post cæsum ipsius filium, imperator factus est Tetricus: ab Aureliano tandem victus, cui volens se dedit, et in triumpho una cum Zenobia Odenati uxore ductus: ultimo ab eodem Aureliano factus totius Italiæ corrector, ac in summo honore habitus. *Glar.*

Aquitaniam] Galliæ partem. *Glar.*

Burdegalam] Ubiscorum Butirigum oppidum. Auson. ' Burdigala est natale solum, clementia cœli Mitis,' &c. *Glar.* Aquitaniæ metropolim, hodie *Bordeaux.* Cell.

Agerentur] Per quinque jam dictos viros. *Glar.*

In oriente, per Odenatum] Trebellius Pollio: ' Nisi Odenatus princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis Romanæ Reipublicæ viribus, sumpsisset imperium, in Oriente res perditæ essent.' Tres filios habuit, Herodem ex priore uxore, Herennianum ac Timolaum ex Zenobia: quæ novercali odio in Herodem privignum, cum Mæonio Odenati consobrino consilium iniit, ut quidam putant, ut Odenatus cum filio Herode, quem nimis indulgenter enutrivit, tolleretur; quod et factum est. Paulo post et ipse Mæonius cæsus a militibus. *Glar.*

Odenatum] Palmyrenorum principem, Zenobiæ maritum, qui Palmyram, Cœlesyriæ urbem, rerum et imperii sedem fecit. *Cell.*

Persæ] Parthi. *Glar.*

Ctesiphontem] Oppid. supra concursum Tigris et Eufratis. *Glar.*

Cap. 11. *In Occidente*] Gallia. *Glar.* *Oriente*] In Syria. *Glar.*

Fraude Aureoli ducis sui] Hunc quoque exercitus Illyrici in contemptum Gallieni imperium accipere coëgerunt: sed ipse pro Gallieno Macrinum cum filio oppressit. Cum eum autem Gallienus expugnare vellet, nec posset, assumpsit eum, pace inita, socium contra Postumum: post Gallieni autem mortem a Claudio cæsus est. *Glar.*

Fraude Aurelii ducis sui] Hæc, quod neque Cod. Leid. 1. nec Metaphrastes agnoscit, delevimus aliunde inserta. Si enim et Victor. Cæs. xxxiii. et Capitol. Gall. Duob. c. 14. audiamus, res aliter plane facta. *Verh.*

Fraude] Una cum Heracliano ac Martiano. *Glar.*

Ducis sui] Scilicet contra Martianum. *Glar.*

Imperii] Quo solus imperavit. *Vinet.*

At Decennalia celebravit. Treb. Poll. in Salonino. Nummus quoque apud Vaillant. VOTIS X. ET XX. decennalia persoluta; vicennalia nuncupata ostendit. *Cell.* Sed *nono* post patrem a Persis captum, recte Cl. Gruner. *Verh.*

Claudiusque successit] Anno Christi 271. Claudius hic imperator mire a Trebellio laudatur, qui ait eum Gothorum ac Scytharum CCCXX. millia uno prælio fere attrivisse. Sex. Aurelius ait, ægre dimidiam superfuisse partem. Locum pugnæ nec hic author nec Trebellius commemorant. Sextus Aurelius ait, ad Benacum lacum pugnatum cum Alemannis. Ego per Alemannos intelligo Gothos. Et quod alibi legitur in sylva ad Marcomannos. Nec in Italia pugnatum cum Gothis, sive Alemannis, sed in Illyrico. *Glar.*

Gothos] Alemannos, Sarmatas, Scythas. *Glar.* Ipse Claudius in epist. ad Brochum, citante Treb. Pollione cap. 8. ' delevimus CCCXX. millia Gothorum, II. millia navium mersimus.' *Cell.*

Ingenti prælio] Terra ac mari, inquit Trebellius. *Glar.* Non uno, sed multiplici apud Martianopolin inferioris Mœsiæ, apud Byzantium, et Thessalonicen, &c. Vid. Treb. Pollionem in vita cap. 2. *Cell.*

Tenax] Amator. *Glar.*

Intra biennium] Quia anno uno ac IX. mensibus, authore Eusebio. *Glar.*

Intra biennium imperii] E Pagio ab An. 270. Claudium imperii annum tertium inchoasse, rectius notat Cl. Gruner. *Verh.*

Ingenti cum honore decoravit] Sextus Aurelius ait causam hujus honoris fuisse, quod cum libri Sibyllini inspecti essent, ibi prædictum, Si Rempublicam Romanam salvam vellent, ut primi dicendi sententiæ morte id fieret. Cum igitur eo tempore Pomponius Bassus se obtulisset, non passum hoc Claudium, sed primas imperatorem habere, ipsum se obtulisse, ac fata implesse. *Glar.*

Clypeus] Statua aurea decem pedum, inquit Trebellius. *Glar.*

Statua aurea] Argentea, librarum mille quingentarum 1500. lib. argent. 15000. coron. *Glar.*

CAP. 12. *Quintilius*] Sic et in Orosio: at in Pollione *Quintillus* hic dicitur. *Vinet.* Recte. Quemadmodum Viri Cl. van Hoven et Gruner. etiam legunt: qui Grunerus numorum auctoritatem Mss. præferendam hic recte censet, quamquam Cl. Arntzen. in Vict. Epit. XXXV. *Quintitius*, servat, meo quidem judicio, optime, quod immutandi veniam nec Mss. neque Edd. admittunt, ut, nisi L. F. et Metaphrastes hic præiissent, vulgatam quoque tuitus fuissem, quia error penes auctores ipsos esse potest. *Verh.*

Quintilius post eum] Qui de hoc scribunt, aiunt eum, ut primum Claudii mors Romam denunciata sit, a Senatu Romano imperatorem electum: a militibus autem, secundum Claudii morientis sententiam, Aurelianum. Quod cum audisset Quintilius, primum adversus Aurelianum concionari ausum: sed a militibus non auditum, venas solvisse, ac sic exspirasse septimadecima die, postquam imperator est factus. *Glar.*

Unicæ] Singularis, præstantis. Sic Livius XXIV. 34. ' Archimedes, unicus spectator cœli siderumque.' Et Suetonii Gram. cap. 2. ' unicum magistrum,' Berneggerus exponit *incomparabilem*. Cicero v. Epist. 8. ' unice diligere.' *Cell.*

Septimo decimo die] Quæ causa? Respondit Trebellius in Claud. cap. 12. ' Quintillus, quod se gravem et serium contra milites ostenderat, ac verum principem pollicebatur;' eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus est. *Cell.*

CAP. 13. *Post eum Aurelianus*] Anno

Christi 273. Hic in re militari magnus, corpore validus, utputa barbarus, ad occidendos homines natus, militibus horrendus, quibus arctissimas dedit leges, quas multas Flavius Vopiscus recitat. Valerianus imperator eum veneratus est, ac nonnihil veritus: dona ejus apud eundem Vopiscum enumerantur.. Dimicavit contra Francos ac Suevos, Sarmatas ac Marcomannos: nimis diligens in superstitione Deorum, et pietatis Christianæ hostis crudelis, severus, truculentus. Et ut idem Vopiscus ait, princeps magis necessarius quam bonus, misere periit, ut debuit pietatis sanctæ persequutor. *Glar.*

Daciæ] Quæ ad Danubii ripas est. Quidam eum Syrmii, oppido inferioris Pannoniæ, natum aiunt. *Glar.*

Bello] Militari disciplina. *Glar.*

Immodici] Nimis arrogantis. *Glar.*

Gothos] Francos, Germanos, et Sarmatas. *Glar.*

Romanam ditionem] Per Gallieni socordiam imminutam. *Glar.*

In Gallia] In Occidente. *Glar.*

Electus] Contra suam voluntatem. *Glar.*

Apud Catalaunios] *Schalun* hodie, in Campania Francica. *Glar.* Urbem Campaniæ Francicæ hodie *Chalons.* Cell.

Ipso Tetrico prodente] In hoc Tetrico ambitiosior æque visus est Aurelianus. Unde postea quasi pœnitens, eum magnæ parti Italiæ circa Lucanos correctorem fecit, imo totius Italiæ, si Trebellio credimus, in Tetrico seniore. *Glar.*

Virgiliano] VI. Æneidos, Palinuri ad Æneam. *Glar.* Æn. VI. vs. 365. *Cell.*

Zenobiam] Palmyræ urbis dominam, unde et regio Palmyræna in Syria. *Glar.*

Zenobiam quoque, occiso marito] Hæc virago de Cleopatræ Ptolemæorum gente se jactabat. Post Odenatum virum regnavit, de qua elegans epistola est Aureliani ad Senatum Romanum, qua purgat se adversus eos qui ei turpe putabant fuisse de muliere triumphasse. At ille ostendit, talem illam fuisse in administranda re bellica, ut non frustra Odenatus Parthos usque ad Ctesiphontem prosecutus, unius hujus mulieris arte ac consilio. *Glar.*

Orientem] Syriam, et alias ibidem nationes. *Glar.* Filiorum nomine, Vhaballathi, Herenniani, Timolai, qui singuli *Augusti* in nummis declarantur. Vide Illustr. Spanhem. p. 597. Adde Pollionem Zenobia: Vopiscum Aureliano c. 22. 38. qui male posteriore loco ad unum *id Vhaballathum* refert. *Cell.*

Tenebat] Sub Gallieno. *Glar.*

Haud longe ab Antiochia non sine gravi] Prœlium Antiochenum seu ad Immas leve fuit: alterum ad Emesam grave. Vide Zosimum I. 50. 52. Sext. Rufum c. 24. *Cell.*

Antiochiæ] Quæ ad Orientem est. *Glar.*

Orientis] Zenobia. *Glar.*

Occidentis] A Tetrico. *Glar.*

Tetrico] Galliæ præside. *Glar.*

Zenobia] Odenati uxore. *Glar.*

Corrector Lucaniæ] Ita Eutropius et Sextus Aurelius. *Glar.*

Corrector] Inter honores hujus ævi erat etiam *correctura* provinciarum, ut Victor vocat in nostro principe. Ordinario nempe præsidi, vel ipsi principi, adjuncti fuerunt *correctores.* Id officii Ammiano XXVII. 4. est 'provinciam correctoris administrare potestate.' *Cell.* Vide quos hic laudat Grunerus.

Privatus] Non amplius Imperator. *Glar.*

Zenobia autem posteros] Trebellius: Huic ab Aureliano vivere concessum est, ferturque vixisse cum liberis matronæ jam more Romanæ, data ei possessione Tiburti, quæ hodieque Zenobia dicitur. *Glar.*

CAP. 14. *Monetarii in urbe*] Baptis-

ta Egnatius, in Aurelianum Flavii Vopisci scripsit, Monetarios, viles homines hic dici, qui vestes texerent, lanam ducerent, et textricium facerent: imperitumque esse, quisquis Monetarios pro iis intelligeret, qui monetam cuderent. Sed viderit Egnatius, quam firmis suam sententiam argumentis fulciat: quando non leve est, quod hic subjungit Eutropius, 'Vitiatis pecuniis, et Felicissimo Rationali interfecto.' *Vinet.* Meminere obiter et Sextus Aurelius et Vopiscus: 'Felicissimo Rationali seditionis authore:' de quo est epistola Aureliani Imperatoris apud Vopiscum, quam scripsit Ulpio patri. 'Fuit sub Aureliano,' &c. Vide Delph. Not. De hac re Suidas in voce Μονιτάριος: Μονιτάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται· οἱ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα, καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα Φιλικήσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον, οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος, ὑπερβαλλούσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο. *Cell.*

Et Felicissimo Rationali interfecto] Aurelianus hunc Felicissimum in epistola ad Ulpium, ait servorum ultimum fuisse, cui procurationem fisci mandaverat. Magno constitit Aureliano ea victoria, 7000. suorum militum interemptis. *Glar.* Posset excusari Eutropius hac correctione: *At Felicissimo rationali interfecto, eos Aurelianus, &c.* Sed repugnant Mss. et Diaconus, omnes forsan corrupti. *Hav.* Vix crediderim, auctorem, quos descripsit, tam negligenter inspexisse, ut inde collegerit, Felicissimum rationalem ab ipsis monetariis interfectum fuisse. Clarius eum seditionis auctorem faciunt Vopiscus et Victor a Viris D. hic citati. unde Cl. Arntzenii ad Cæs. XXXV. *præfecto* legentis conjectura minime rejicienda: vel, si per Mss. liceret, Havercampi, ac tum Eutropii mens fuisse potest, Felicissimo, cujus opera pecuniæ vitiatæ erant, ab Aureliano interfecto, monetarios eo duce jam rebellantes arma sumpsisse, ut aut sui præfecti necem ulciscerentur, vel se simili supplicio liberarent: sed abstineo. Cl. Grunerus Eutropium errasse fateri mavult. Pæanius nimium quantum ab auctoris mente divagatur, ut nihil inde lucis. Suidas in voce Μονιτάριος ad verbum fere nostrum imitatus est, sed falsum esse in notis ostenditur. De vitiatis autem pecuniis latius disserentes vide sis Casaub. et Salmas. ad Vopisc. c. 38. *Verheyk.*

Rationali] Capitolinus in Maximinis cap. 14. eundem *rationalem* vocat, quem ibidem dixerat *fisci procuratorem.* Adde Casaub. commentar. *Cell.*

Ultima crudelitate compescuit] Flavius Vopiscus: 'Dicitur præterea hujus fuisse crudelitatis, ut plerisque Senatoribus simulatam ingereret factionem conjurationis, quo facilius eos posset occidere.' *Glar.*

Etiam filii sororis] Hoc et Flavius Vopiscus et Sextus Aurelius scribunt. *Glar.*

Disciplinæ] In qua enutritus erat, ut eximius latro. *Glar.*

Dissolutorum] Malorum ac seditiosorum. *Glar.*

CAP. 15. *Urbem Romam muris*] Meminit Vopiscus cum ejus rei causa: et cui principi permissum sit promovere pomœrium, narrat. *Glar.*

Firmioribus] Et laxioribus, inquit Sex. Aurelius. *Glar.*

Templum Soli ædificavit] Ex Palmyra Orientis urbe ab Helgabali templo hanc Solis venerationem sumpsit, de qua multa Flavius Vopiscus. *Glar.* Quod mater Aureliani sacerdos solis in eo vico fuerat, in quo habitaverant parentes. *Cell.*

Infinitum] Vopiscus in Aureliano, ex quo hic videntur ad verbum esse permulta, pro illo *infinitum*, habet *multum*. Vinet. Lectionem eam (Tan. Fabri) tamen non agnoscit Vopiscus.

Hearn.

Intermisit] Vastam reliquit. *Glar.*

Mœsia] Quæ circa Danubium est. *Glar.*

Desperans eam posse retinere] Pro *retineri*, ut ante edebatur, restituimus fide Cod. Leid. 1. pari modo, ac supra l. III. c. 18. ubi vide sis. *Adductos* pro *abductos* ex eodem Cod. magis placet, uti etiam legi malim l. II. c. 20. *Verh.*

Occiditur] Hæc ex Sexto Aurelio. *Glar.*

Servi] Mnesthei, notarii ac liberti. *Glar.*

Servi sui fraude] Mnestheus Aureliani libertus ac scriba, cum ei Cæsar minatus esset, ac ipse sciret non frustra illum minari solere, occidendi Aureliani consilium hoc modo cepit. Libellum, sive breve, ut Vopiscus loquitur, conscripsit, mixtis nominibus et reorum et amicorum, imperatoris manum imitatus, quasi imperator ipse omnes occisurus esset. Qui cum fidem ei haberent, quod etiam ipsius nomen illic insertum esset, Aurelianum in itinere facto in eum impetu occiderunt. Mnestheus postea surrectus ad stipitem bestiis objectus est, inquit Vopiscus in Aureliano. *Glar.*

Nomina pertulit] Hæc iisdem verbis Sextus Aurelius. *Glar.*

Ejus] Aureliani. *Glar.*

Quod inter Constantinopolim et Heracleam] In Thracia Byzantium est, quæ nunc Constantinopolis. Heraclea est versum Isthmum Chersonesi: quanquam et Perinthus quoque Heraclea Ptolemæo dicitur: in prætura Καινῆς. In allo exemplari est *Cænophrurium*, καινοφρούριον, id est, *nova custodia*: quæ lectio placet magis quam *Zenophrurium*. Glar. Sicut prior urbs per anticipationem dicta est, ita posterior olim *Perinthi*, celebris Thraciæ oppidi, nomen habuit. Zonaras in Miehaële Balbo: Πέρινθος, πύλαι ἐνόμασντο ἡ Ἡράκλεια. *Cell.*

Stratæ] Viæ. Hactenus Sex. *Glar.* Viæ. Sic l. 4. Cod. de Privileg. Domus August. scribitur: ‘ Absit ut nos instructiones viæ publicæ et pontem stratarumque opera titulis majorum principum dedicata, inter sordida munera numeremus.’ *Cell.*

Cænophrurium] Sic etiam vocat Antoninus, nisi quod scribat cum simplici *e*, *Cenophrurium*. Hearn. *Cenophrurium* quoque legunt Edd. Ald. Junt. et Mer. *Zenophurium* Schenk. *Cænophrurium* alii præferunt, ut cum Cellario Cl. van Hoven et Grunerus: sed *Cænophrurium* recte Fabri Filia et Hearne, Καινὸν φρούριον Metaphrast. et per *æ* quoque Cod. Leid. 1. et 5. efferunt, quod vindicat Salmas. ad Vopisc. c. 35. et vide quos laudat Cl. Arntzen. ad Vict. Cæs. c. 35. *Verh.*

Inulta] Quia tres imperatores sequentes, eos exquisitos occiderunt. *Glar.* Propter vindices successores. Vide Tacitum Vopisci c. 13. &c. *Cell.*

Imperavit annis V. *menses* VI.] Ita Eusebius. At Vopiscus ait, eum imperasse annis VI. minus paucis diebus: differentiam fecit, opinor, quod post Aureliani mortem fuit interregnum VII. mensium, dum exercitus petunt a Senatu qui daret principem, contra Senatus voluit, ut exercitus darent: ita res extracta est in VIII. mensem. *Glar.* Victor autem, Eusebius, Orosius, et Cassiodorus ab Eutropio minime discedunt. *Hearn.* Suspecta hæc Cl. Grunero, quod in quibusdam Codd. Mss. neque Pæanio reperiantur: unde etiam uncis inclusit Cel. van Hoven, non inepte. Quamquam quia Edd. Vett. omnes, et e Codd. Nostris 2. 2. 5. servant, nihil mutandum. Recte autem e Pagio ad Ann. 275. Aurelianum IV. annos, menses circiter IV. imperasse, observat Cl. Grunerus. *Verh.*

CAP. 16. *Tacitus post hunc*] Anno Christi 278. Vopiscus refert hujus

Taciti decreta: ut capitale esset, si quis publice privatimve argento æs miscuisset: si auro argentum, æri plumbum. Vitæ continentissimæ fuisse dicitur, ita ut vini sextarium tota die non ebiberit, et sæpe intra heminam. Sex. Aurelius ait, eum Tarsi occisum: Eusebius apud Pontem. *Glar.*

Suscepit imperium] A Senatu electus. *Glar.*

Nihil tamen clarum potuit ostendere] Nisi quod vicit Mœotidas populos, Pontum et Ciliciam infestantes. Zosimus l. I. *Cell.*

Morte præventus] Quidam militari tumultu cæsum volunt, quidam morbo. *Glar.* Vel insidiis militaribus, vel morbo interiit. Vopisc. c. 18. Zosimus d. l. insidiis periisse ait. *Cell.*

Florianus, qui Tacito successerat] Florianus non germanus, sed uterinus Taciti frater, quasi imperium hæreditarium esset, post fratrem imperium arripuit, nec a Senatu, nec ab exercitibus electus. Cæterum ut auditum est Probum imperatorem factum, ut Sext. Aurelius, venis incisis, ut Flavius Vopiscus et Eusebius scribunt, a militibus Tarsi cæsus, interlit. *Glar.*

Florianus] Frater Taciti arripuit imperium, quasi hereditarium, sine senatus auctoritate. Vopisc. c. 1. *Cell.*

Duobus mensibus et diebus XX.] Interfectus enim est a suis, cum Probo ad Tarsum Ciliciæ de principatu contendens. Zosim. *Cell.*

In imperio fuit] Eodem anno. *Glar.*

CAP. 17. *Post hunc Probus vir illustris*] Anno Christi 279. De Probi imperatoris probitate ac virtutibus multa prosequitur Flav. Vopiscus. Syrmii in Pannonia inferiore natus dicitur. A puero honestis studiis deditus, et corporis exercitio sub IV. Imperatoribus militavit, Valeriano, Gallieno, Claudio, ac Aureliano: ab omnibus his donatus in eam famam venit, ut post Aureliani Tacitique mortem statim imperator eligeretur. Contra multas barbaras gentes pugnavit, Marmaridas, Francos, Sarmatas, Parthos: ad Neccarum et Albim Germanos summovit, et Galliæ civitates ab eis occupatas e manibus eorum forti eripuit manu. Atque ita universum imperium Romanum ab omnibus barbaris tutum reddidit, ut gloriaretur brevi fore, ut nullis opus esset militibus; quæ causa una mortis ejus fuit: mox enim inde a militibus cæsus. *Glar.*

Vir illustris] Nobiliore matre quam patre, inquit Vopiscus. *Glar.*

Gloria militari] Non nativitate. *Glar.*

Gallias] LX. urbes. *Glar.*

A barbaris] Germanis ac Sarmatis. *Glar.*

Præliorum felicitate] Quibus 40000. occisa sunt, 9. regibus captis. *Glar.*

Scilicet Saturninum in Oriente] Duo Saturnini, qui hisce temporibus imperium invaserint, referuntur: alter sub Gallieno a militibus factus imperator, ab iisdem mox cæsus est, alter sub Probo in Oriente, eadem a militibus passus, quæ prior Saturninus. *Glar.*

Saturninum, Proculum, Bonosum] De singulis Vopiscus consulatur. *Cell.*

In Oriente] Palæstina. *Glar.*

Proculum] Proculum Albigaunensem. *Glar.*

Proculum et Bonosum] De Bonoso Aurelianus imperator dicere solebat: Non ut vivat natus est, sed ut bibat. Laqueo finivit vitam. Unde jocus in eum, Amphoram pendere, non hominem. Longo gravique certamine a Probo superatum ait Vopiscus. *Glar.*

Bonosum] Amphoram, non hominem. *Glar.*

Vincas] Sexti Aurelii verba. *Glar.*

Vincas Gallos et Pannonios] Vites instituendi aut colendi, quantum quis

vellet, neque in Italia neque in provincia jus fuit. Coërcebatur enim ejus rei libertas lege Domitiani, Suetonio notata, c. 7. *Cell.*

Gallos] Ergo ante Probum in Gallia ac Pannonia non fuere vites. *Glar.*

Almum montem] Sic in Epitome Victoris. In antiquo libro, et in Vopisci Probo, *Almam* prima inflexione. *Aureum* vero alterum montem, omnia exemplaria nostra ita scribebant, quasi totus ex auro sit. *Vinet.* *Almam* fide Codd. Leidd. 1. 2. 3. Edd. Ald. utriusque et Juntinæ restituimus. Eamdem terminationem habet Vopisc. in Probo c. 15. Victor Epit. XXXVII. ubi vide Annam Fabri, quæ in suo Eutropio vulgatam quoque lectionem abjecit. *Verh.*

Sirmium] Oppid. inferioris Pannoniæ. *Glar.*

Mœsiam] Ad Danubium, juxta Dacos. *Glar.*

Consevit] Hactenus Sext. *Glar.*

Conseruit] Sic Codd. Leidd. 1. 2. 3. 5. Edd. Ald. utraque et Juntina. unde vulgatum *consevit* abjeci. Vopisco in Prob. c. 19. editum quidem *consevit*, sed in Pal. *conseruit* invenit Salmasius; uti etiam est apud Vict. Ep. XXXVII. qui Victor Nostrum descripsit ad verbum. Vide quæ nostram lectionem stabilientia ibi citavit Cl. Arntzen. *Verh.*

Provincialibus] Gallis et Pannonibus. *Glar.*

Pace parta] Per universum orbem. *Glar.*

Parata] Pro *parta*, ut ante legebatur, majori Codicum Mss. numero nititur, quam ut eorum auctoritati adversemur. Ita enim S. N. M. B. V. Leidd. 1. 2. 5. *Verh.*

Dixit, brevi milites necessarios] Flav. Vopiscus tres causas Probi mortis recitat. Primam, quod milites nunquam otiosos permisit. Secundam, quod dixerat brevi fore, ut nullis militibus opus sit. Tertiam, quod in patria sua amplianda ad sordida ac servilia ministeria milites coëgisset. Quod milites ægre ferentes tumultum excitarunt: quem cum effugere vellet, in ferratam turrim concessit, atque ibi est cæsus. *Glar.* His verbis felicitatem reip. et aureum seculum pollicebatur, quod omnibus undique pacatis nulli sumptus posthac in milites faciendi, nullæ injuriæ ab iisdem patiendæ sint. Vopisc. c. 23. *Cell.*

Interfectus est tamen Sirmii] Non immerito a Tanaq. Fab. suspectum est illud *tamen*. quorsum enim pertinet? an vult Eutropius, Probum, licet Aureliano minorem, *tamen* a militibus interfectum? At, quot *bonos* Imperatores non interfecerunt milites? Delet itaque optimus Lugd. Bat. legens, *Interfectus autem est.* Duo reliqui Mss. L. B. transponunt *Interf. est tamen.* Ejici debere puto, ut legatur, *Interfectus est Sirmii.* Nam ut bis *autem* repetatur, non placet. *Hav.* *Tamen* pro *vero* vel *autem* hic repositum censet Cl. Gruner. pari modo, quo alibi sæpius abusus est Eutropius. Et certe alterutrum immutandum judico, sive legas *morum tamen civilitate superaret.* *Interfectus autem est, &c.* quod malim, sive, ut nunc ediderunt Viri Docti; quia alterum Cod. Mss. non confirmant, sed tantum Edd. Vetustiores, quarum Schonhovii et Merulæ *principes.* Aliæ ut Aldina utraque et Juntina bis *tamen* repetunt. Quod a Librariis profectum, qui ita ut est in iis Edd. et *am* promiscue confundunt. *Verh.*

Sirmii] Ad oppid. Pannoniæ inferioris. *Glar.*

In turri ferrata] Hanc turrim speculæ causa ædificatam ab eo altissimam, scribit Vopiscus. *Glar.*

In turri ferrata] Quam speculæ caussa ipse exædificaverat. Vopisc. c. 21. ubi etiam caussa tumultus refertur. *Verh.*

Imperavit annos VI. *menses* IV.] Recte calculum hic ab Eutropio bene

positum observant Viri D. quamquam cum Cl. Grunero hæc suspecta mihi videntur. *Verh.*

Cap. 18. *Post hunc Carus est factus Augustus*] Anno Christi 285. Cari imperatoris patriam Sext. Aurelius, quem hic author sæpe sequitur, Narbonem fuisse, scriptis prodidit. Vopiscus autem varias authorum narrat opiniones de ejus patria. Bonus dici meruit imperator, quamvis majorem natu filium malum reliquerit, Carinum inquam: cum minor natu Numerianus probæ indolis fuisse dicatur. Hic Carus paucis diebus Sarmatas vicit, occisis XVI. millibus, captis XX. millibus hostium. Deinde in Persas profectus, ultra Babylonem victor evasit, sed periit fulmine, ut quidam: alii morbo interiisse scribunt. *Glar.*

Narbonæ natus in Gallia] Cum Plinio facit Nummus Titi apud Goltzium, COL. NARONA. *Hav.* Ad Vopiscum, quem citat Doctiss. Femina, *Naronæ* legendum pluribus jam ostendit Salmasius. Vid. Cel. Oudend. ad Suet. Tib. c. 4. *Verh.*

Sarmatas] Europeos. *Glar.*

Persarum] Parthorum. *Glar.*

Profectus] Cum Numeriano. *Glar.*

Corchem et Ctesiphontem] Vopiscus ait, Mesopotamiam ab eo captam, ac Ctesiphontem usque pervenisse. In altero Eutropii codice legitur: *Seleuciam ac Ctesiphontem urbes nobilissimas cepit.* Fortassis *Seleucia* aut *Carræ* legendum: nam *Corchen* non invenias temere apud authores. *Glar.*

Cochen] Quæ Seleucia etiam dicitur, Parthorum olim regia, perinde ac Ctesiphon. Vide supra VIII. 8. et adde, quæ in Variis Lectionibus de *Coche* scripsimus. Sita fuit ad confluentes Tigridis et Euphratis. Plin. v. 26. *Cell.* Recte Cellarius Glareano opem fert, quem latere videtur, *Cochen* et *Seleuciam* eamdem esse. De Ctesiphonte autem quæ narrat auctor, minus vera: Carus enim gloriæ avidus longius quidem progressus fuisset, sed Mesopotamia capta ad Ctesiphontem tantum pervenit morte præventus, ut errasse Eutropius videretur, si, uti in pluribus Edd. exhibetur, locus legeretur *et cum castra supra Tigridem haberet*, ac si Tigridem trajecisset; quod quam falsum hæc ostendunt: 'Mesopotamiam Carus cepit, et Ctesiphontem usque pervenit.' Vopisc. in Caro c. 8. Pompon. Lætus in Eod. 'Hic apud Ctesiphonta ictu fulminis interiit.' Victoris Epit. XXXVIII. In Cæs. vero errat, uti et Oros. VII. 24. Hinc *super* e Codd. Leid. 1. 2. 3. 5. (quos negligentius silentio prætermisit Havercampus) Edd. Aldina utraque et Juntina prætulimus: *super* enim hic idem est, ac *ad Tigridem: in ripis Tigridis*, ut docet Cl. Oudend. ad Sueton. Calig. c. 8. Ubi hunc Eutropii locum ita emendat ex Orosio, Jornande, aliisque. Vid. Oros. VII. 24. quem, quia Nostrum ubique ad verbum fere describit, hic etiam ipsum imitatum esse verisimile, nec secus Sextus Ruf. c. 24. et Jornandes de Regn. ac Temp. success. c. 86. Et Carum Ctesiphontem non transisse, latius docet Vopisc. c. 9. ubi negat, quod cum aliis noster quoque refert, Carum fulminis ictu periisse, ex epistola Junii Calphurnii... 'fama emersit, fulmine interemptum eum, quem, quantum scire possumus, ægritudine constat absumptum;' quibus subdit, 'Hanc ego epistolam idcirco indidi, quod plerique dicunt, vim fati quondam esse, ut Rom. princeps Ctesiphontem transire non possit: ideoque Carum fulmine absumptum, quod eos fines transgredi cuperet, qui fataliter constituti sunt.' Unde patet, Cellarium fugitivo oculo inspexisse hunc locum. *Verheyk.*

Ictu divini fulminis periit] Quod vis fati Rom. principem noluerit Ctesiphontem transire. Vopisc. c. 9. *Cell.*

Aper] Præfectus prætorio. *Cell.*

Numerianus quoque, filius] Hic Cari

minor natu filius, egregie moratus, eloquentia præpollens, ut Vopiscus inquit, cum patre in Persas abiit, cum Carinus maneret in Occidentis imperio. idque factum, propter ætatem puerilem: alioqui Numerianus constitutus fuisset in Occidente. *Glar.*

Lecticula veheretur] Legitur et, in *lecticula veheretur*. Legendum fortasse, *illecticaretur*, ut habet antiquus liber: licet hoc verbum nullo alio in loco legere meminerim. *Vinet. In lecticula* quoque legunt Edd. Ald. utraque et Juntina, confirmant Codd. Mss. Leidd. 2. 3. 5. ut recte Cl. Arntzen. quem hic quoque laudat Gruneru, ad Aurel. Epit. XXXVIII. eam præpositionem in Victore, et Nostro e Mss. aliisque optimis scriptoribus vindicet. *Verheyk.*

Impulsore Apro] Aper Arrius Cari imperatoris præfectus fuit, ut Vopiscus tradit: magnæ adeo autoritatis, ut Carus filio suo Numeriano Apri filiam daret, ac Aprum socerum Numeriani faceret. Quo beneficio Aper elatus, invadendi Imperii consilium cepit a Numeriani cæde. Sed exercitus jussu vindex ejus mortis fuit Diocletianus, postea Augustus. *Glar.* Nota pentametrum fortuitum: 'impulsore Apro, qui socer ejus erat.' *Heum.*

Dolo occultaretur] Scil. ut ipse Aper interea imperium arriperet. Sextus Aurelius: 'Quousque Aper invadere posset imperium.' *Glar.*

Ipsius] Numeriani. *Glar.*

Fatore commoti] Vopiscus in Numeriano: 'Ut res est prodita, omnes invaserunt Aprum, cujus factio latere non potuit: eumque ante signa et principia protraxere. Ingens facta concio: quæsitus vindex Diocletianus.' *Glar.*

Eum] Numerianum cæsum. *Glar.*

Diductis lecticulæ] Vetus liber, *deductis*: et infra *ad Parthos*, pro *in Parthos. Perside victa*, ubi alii *victor*: *Amilini*, ubi alii *Amilini*, alii *Amallini*: *non suo*, pro *nullo suo*: *Margum*, ubi alii *Margum* et *Murtium*: *Ureum*, pro *Aureum montem*. Vinet.

Diductis] Amotis tegumentis. *Glar. Pallisne* legendum, an *plagulis*, vid. Lipsius Elect. lib. 1. cap. 16. p. 575. *Heuman.*

CAP. 19. *Interea Carinus*] Homo omnium contaminatissimus, adulter frequens, juventutis corruptor, ut primum pater in Parthos abiit, omnia tyrannorum officia exercuit. Mimis, meretricibus, atque lenonibus palatium implevit: in corporis voluptatibus ac gulæ illecebris superavit propemodum Caligulam, ita ut pater Carus eum suum negaret: et Constantium, qui postea Cæsar, in locum ejus surrogare vellet, ac illum occidere. Nec ei defuit ad vindicandum sibimet imperium vigor mentis: qui contra Diocletianum multis prœliis conflixit. *Glar.*

Carinus] Cari natu major filius. *Glar.*

Parthos] Persas. *Glar.*

Inquinavit] Ita restitui ex tribus L. Bat. Vulgati enim habent *coinquinavit*. Hav.

Nobilia] Nobilium virorum. *Glar.*

Condiscipulis] Qui cum eo ludum visitaverant. *Glar.*

Auditorio] Schola. *Glar.*

Vel levi fatigatione taxaverunt] *Lego Fatigatione vexaverunt.* Scilicet hoc tractu temporis 'illusiones jocosæ' dicebantur *fatigationes*. Vid. Woverius not. ad Sidonium Apollin. p. 408. et Index verborum ad illum Sidonium v. *fatigare*. *Vexare* vero eo ævo significabat idem, ac hodie nos Germani eodem sensu dicimus *einen vexiren*. Vid. de eo vocabulo Gellium II. 6. *Heuman.* Vide omnino Cel. Arntzen, et quos laudat ad Victor. Epit. XXXVIII, ubi vides, nihil omnino hic mutandum esse. *Verheyk.*

Parmas dedit] Cæsus est. *Glar.*

Perside] Qui sub Caro ac Numeriano militavit. *Glar.*

De Perside victor exercitus, &c.] Sic pro *de Perside victa*, restitui, tum quod ita exhibent Codd. Mss. HM. Leidd. 1. 2. 3. 5. Edd. Aldina utraque, Juntina, Schonhovii ac Merulæ, ut mirer, unde vulgata lectio irrepserit, tum quod frequens ea locutio Nostro, aliisque. Supra II. 22. ' Consules cum victrici classe redeuntes,' &c. ' Victorem exercitum ... Romam reduxit' Livio VII. 24. ' Quam [Corvum] Manlius, victore exercitu, aggressus,' &c. l. XXII. c. 4. ubi vide Cl. Drakenb. Et de hac eadem historia Pomp. Lætus d. l. ' Victor tamen exercitus in Perside,' &c. *Verheyk.*

Augustum] Imperatorem. *Glar.*

Numerianum] Cari minorem natu filium. *Glar.*

Perdidisset] Amisisset. Fuit hic annus Christi 287. *Glar.*

Diocletianum Imperatorem creavit] Sext. Aurelius Diocletianus ante susceptum imperium Diocles dictus est, a matre Dioclea : post imperium autem assumptum, Graium nomen in Romanum convertit morem. *Glar.* Integrum nomen est C. AUREL. VALERIUS JOVIUS DIOCLETIANUS. Gruter. p. 199. n. 4. *Cell.*

Creavit] Exercitus. *Glar.*

Dalmatia] Salonis urbe litorali. *Glar.*

Obscurissime] Humillimis parentibus. *Glar.*

Libertinus] Ita Sext. Aurelius. *Glar.*

CAP. 20. *Et cum juxta eum Aper*] Cum apud Tungros in Gallia miles adhuc gregarius Diocletianus cum Druyde muliere avara rationem victus solveret, a muliere de sorditate accusatus : Tum largus ero, inquit, cum imperator fuero. Ibi illa Diocletiano : Cum Aprum occideris, imperator eris. Et cum deinde sedulus in apris occidendis esset, tandem ultor cædis Numeriani, Aprum fatalem se apprehendisse dixit. *Glar.*

Aper] Numeriani socer. *Glar.*

Numeriano] Genero suo. Eusebius in Chronicis ait, jurasse Diocletianum, non sine Apri scelere Numerianum occisum. *Glar.*

Diocletiani] Ut vindicis necis Numeriani. *Glar.*

Manu Diocletiani gladio, &c.] Illud *gladio*, quod respuit Cod. Leid. 1. cui adstipulantur Schonh. et Merul. abjeci. Vopisc. in Numer. c. 13. ' Quum Diocletiani manu esset Aper occisus.' *Verheyk.*

Postea Carinum, omni odio] Verum est quod vulgo proverbio dicitur, non omnia possumus omnes. Non uni dii dedere omnia. Non omni Deus omne dedit. Nemo est omnis homo. Non omnes omnibus artes. Non fuisset alius melior imperator Diocletiano, si manum a piorum sanguine continuisset, et sibi divinum honorem non tribuisset, hoc est, si sese hominem miserum cognovisset. De ejus in Christianos edicto meminit Eusebius in Ecclesiastica historia libro VIII. Jussit etiam se adorari homo stolidus, cum cacaret per posteriora, ut alii homines. *Glar.*

Carinum] Cari majorem natu filium. *Glar.*

Viventem] In Occidentis imperio. *Glar.*

Margum] Mœsiæ oppidum. *Glar.* Margus Mœsiæ superioris oppidum ; etiam Mons *Aureus* est ad Taurinum seu Albam Græcam. *Cell.*

Ab exercitu] Illyrico. *Glar.*

Fortiorem] Quam Diocletianus. *Glar.*

Inter Viminatium atque Aureum] Meminit Viminatii in Mysia superiore Ptolemæus Οὐιμινάκιον λευκὸν ad Danubium. Montem autem aureum esse in Mœsia, satis patet ex Probi historia superius habita. *Glar. Viminacium* oppidum Mœsiæ superioris. *Cell. Viminatium* recte Glareanus, sive ut Cellarius, *Viminacium*, quod

habent Edd. Ahlina utraque, Juntina, Schonh. ac Mer. sed per *t* Codd. Mss. Leidd. 1. 2. *Verheyk.*

Cum tumultum rustici in Gallia] Bellum rusticum fuit in Gallia sub Diocletiano, quale in Germania anno Domini 1525. *Gard*, lingua antiqua Gallica est collectio, et *Puren*, id est, Rusticorum. Unde *Purengard* est rusticorum collectio sive exercitus, quod nomen neque Græci neque Latini recte pronunciare potuere. In altero codice Chronicorum Eusebii legitur *Progaridarum*, propius ad linguam Gallicam *Purengard*. Glar.

Rusticani] Al. *rustici*. Glar.

Bagaudarum] Sic quidam ex impressis libris: alii verba duo Latina pro hoc Gallico habent, hæc, *sæve clarum*, sic: *factioni suæ sævæ clarum nomen imp.* Antiquus liber, *Caudarum*: ubi *Bacaudarum*, *b* prima litera, et *c* tertia, aliquando scriptum fuisse suspicor, quemadmodum apud Orosium lib. VII. invenimus, sed *v* pro *b*, *Vacaudas*. In Eusebii Chronicis Latinis *Baccharidarum* (utinam Græca ipsa haberemus) invenies, apud annum Christi CCLXXXIX. in Sigeberti, non solum *Bagaudarum* (quemadmodum hoc Eutropii loco, dum quid melius asseratur, lecturi sumus) sed etiam *Bagaudam* singulari casu ad annum Christi CCCCXXXVII. ubi sic legimus: 'Gallia citeriore a Battone principe in rebellationem commota, conspiravere in Bagaudam omnia pene Gallorum servitia.' Alter locus est apud annum CCCCXLII. hujusmodi: 'in Galliis principibus seditionis attritis, et Battone capto, quiescit Bagaudarum commotio.' Quod autem ea Eutropii et Sigeberti non una eademque fuerit Baganda, satis ipsa admonent tempora, quod anni intersint minimum centum et quadraginta: unde conjicias, Imperio Romano ita fluctuante, in Gallia multos tumultus factionesque ortas fuisse, quas Bagaudas dicerent. Cæterum hoc *Bagaudæ* corruptum vocabulum, quantum ab *Alauda* Gallico nomine abesse debeat, videris: quæ avis est, quam hodie Galli *Alactam* vocamus: a qua ave legioni nomen Julius Cæsar olim imposuit, quam ex Gallis Transalpinis conscripserat: ut memoriæ prodiderunt Plinius, Suetonius, et alii. *Vinet.* De voce Bagauda vid. Leibnitii Etymologica P. I. p. 91. Suicerus Thes. Eccl. T. II. p. 379. Vossius lib. II. de Vitiis Serm. c. 3. p. 178. Schilteri Gloss. Teut. p. 71. Colomesii Italia Orientalis p. 179. Ant. Pagius ad A. C. 437. §. 5. apud Boxhornium Orig. Gallic. c. 2. p. 21. &c. 'quæ extat etymologia Bagaudarum, non est Boxhornii, sed Bocharti, cujus ipsissima verba toto illo capite exhibentur. Idem in subjecto Lexico antiquæ linguæ Britannicæ, quam putat Gallos et Britannos communem habuisse:' p. 8. exhibet vocem Bagad, i. e. turba: et p. 9. Basgaud. Ex alterutro nata videri poterat vox Bagaudarum. Sed p. 12. exhibet vocem Bugad, i. e. tumultuatio. Et hæc quidem mihi videtur esse vera illa vox, quam Romani scriptores expresserunt vocabulo Bagaudarum. Errat vero Eutropius IX. 13. cum putat, Bagaudas hoc nomen sibi ipsos imposuisse. De seditione eorum memorat Mamertinus Panegyrico primo C. IV. 2. et 3. itemque Panegyr. tertio C. IV. 1. (litteris ad Cl. *Grunerum* datis.)' *Heumann.*

Baucadarum] Burgardarum. *Glar.*

Bagaudarum nomen] Zosimus lib. VI. Βαγαύδαι· Aurelius Victor: 'excita manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas incolæ vocant.' Bagaudæ ergo factio rusticorum in Galliis, propter iniquitatem Romani magistratus rebellantium. Salvian. v. de Gubern. 'Vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitate Judicum?'

Cell. Consule ad Salvian. a Cellario laudatum, Rittershus. Cangii Glossar. et Comm. ad Oros. VII. 25. *Verh.*

Amandum et Ælianum] Ita legendum esse, ostendit exemplis Cl. Arntzen. ad Vict. Cæs. XXXIX. Pro *Herculeum* autem *Herculem* Codd. Leidd. 1. et 5. et ita *Achilles Achilleus* apud Aurel. Cæs. d. l. *Narses* et *Narseus* ibidem et apud Jornandem de Reb. Get. *Verh.*

Cæsarem] Mox Augustum. *Glar.*

Per hæc tempora] Hanc locutionem tum ex aliis, tum e Nostro recte vindicat Cl. Grun. *Verh.*

CAP. 21. *Carausius*] Vide longum hyperbaton usque ad hæc verba, 'purpuram sumpsit,' &c. *Glar.* et *Cell.* At *Carausium* Schottus et Arntzen. ibi satis comprobant. *Verh.*

Strenuæ militiæ] Ordinariæ, justæ. *Glar.* Locus hic omnino ita legendus est, *Qui vilissime natus, strenuæ militiæ ordine, &c.* quod adprobantibus Mss. duobus L. Bat. primo scil. et secundo, res ipsa docet. Dicitur enim de Carausio fere, quod de Scæva legitur apud Lucan. VI. 144. 'Scæva viro nomen: castrorum in plebe merebat Ante feras Rhodani gentes: Ibi sanguine multo Promotus, Latiam longe gerit ordine vitem.' Quod Eutrop. Vulg. habent *in strenuæ, &c.* illepidum. *Hav.*

Bononiam] Zosimus lib. VI. initio: ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν· πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται, Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω. *Cell.*

Belgicæ et Armoricæ] Armoricæ civitates sunt ad Oceanum occiduum, ac partem Septemtrionalem Galliæ, ubi hodie ducatus Britanniæ, descriptæ a Cæsare fine lib. II. Comment. de bello Gallico, et septimo, ubi de Gallorum exercitu ante Alexiam. Sunt autem hi populi

Veneti	*Wæner*
Unelli	*Velich.* Spurii sunt Romæ quoque.
Osisini	*Hosenschiner*
Curiosolitæ	*Kuriskut*
Aulerci	*Owlercher*
Rhedones	*Redener*
Ambibarri	*Handimbart.*
Sic Armoricæ,	*Armenrich*, sicut *Armeniælen.* Glar.

Belgicæ] E regione Britanniæ. *Glar.*

Armoricæ] Vetus liber, *Armorici.* Vinet. Civitatem Lugdunensis Galliæ, ad mare Britannicum et occiduum. *Glar.* Hirtius in continuatis Comment. de Bello Gall. cap. 31. 'civitates positæ in ultimis Galliæ finibus, Oceano conjunctæ, quæ Armoricæ appellantur.' *Cell.*

Accepisset] Ab imperatore. *Glar.*

Franci] Germani ad Mœnum amnem. *Glar.*

Saxones] Ad Albim flu. *Glar.*

Barbaris] Germanis. *Glar.*

Captis] A Carausio. *Glar.*

Provincialibus] Quibus Franci et Saxones abstulerant. *Glar.*

Imperatoribus] Diocletiano ac Maximiano. *Glar.*

Consulto] Per dolum. *Glar.*

Admitti barbaros] Germanos in Gallias. *Glar.*

Hac se occasione] Non imperatores, quorum tamen exercitus habebat. *Glar.*

Purpuram sumpsit, ac Britannias] Ordo in hoc longo hyperbato est: Post hæc tempora etiam Carausius purpuram sumpsit, et Britannias occupavit. *Glar.*

Britannias occupavit] Imperium Britanniæ obtinuit, per 7. annos. *Glar.*

CAP. 22. *Omnem orbem*] Romanum

quia cum Philippopoli conjungit. Plures ergo hujus nominis urbes fuere, an in confinio harum provinciarum una? Epitome Victoris de Galerio: 'ortus Dacia Ripensi.' Sed Sardica caput Daciæ Mediterraneæ fuit, non Ripensis. *Cell.*

Serdica] Antiq. lib. *Sardica*. Index noster in Sidonium. *Vinet.* Non temere hanc reperias apud authores. *Glar.*

Constantius] Chlorus, Magni Constantini pater. *Glar.*

Herculei] Maximiniani. *Glar.*

Theodoram accepit] Pomponius Lætus ait, Cæsares hosce Augustorum adoptatos fuisse filios. Itaque abdicare coactos priores uxores: Armentarium Diocletiani, Chlorum Herculei filium factum. *Glar.* Theodora non fuit uxor Constantii, sed Constantini, quem errorem etiam secutus est Orosius, Constantium nempe cum Constantino confundens, sicut nonnulli Historici confundunt Maximianum cum Maximino. Vide Spanhem. Diss. de præst. et usu Numism. p. 639. *Hearn.* Contra *Constantii* pro *Constantini*, ut mavult hic Vir Doct. uxorem fuisse Theodoram, recte Cl. Grunerus ostendit.

Accepit] Rejecta Helena, priore uxore, ex qua Constantinum Magnum jam susceperat. *Glar.*

Fratres] Sed non uterinos. *Glar.*

Tentata] A Max. Herculei ducibus: Pomponius. *Glar.*

Ad postremum pax convenit] Vide, quæ habet hic Cl. Grunerus. Ad Orosium quoque VII. 25. numos exhibuit Cl. Havercampus historiam, quam hic conscripsit auctor, illustrantes. *Verh.*

Recepta] In manus Imperatorum. *Glar.*

CAP. 23. *Circa Lingones*] Cæsar libro IV. de bello Gallico. Situs Lingonum optime ex situ Mosæ habetur. Mosa profluit ex monte Moseco, qui est in finibus Lingonum, hodie *Langres* lingua Parlarica: *Mosek* antiqua Gallorum lingua hic mons vocatur. Ex quo alii *Vosegum*, alii *Vogesum*, transpositis syllabis enunciarunt. Sed uterque error accidit ex ignorantia veteris Gallicæ linguæ, qua hodie Helvetii utuntur. *Glar.* Oppidum in finibus Lothoringorum. *Glar.* In Burgundiæ et Campaniæ confinio, inter Sequanam et Matronam fluvios, et Vogesum montem. Cæs. Gall. IV. 10. 1. *Cell.* In altera Cellarii editione hæc erant reposita: 'Heic non tam populi quam urbis nomen in Lugdunensi prima, hodie Langres, in Campania Gallica.'

Barbaris] Alemannis. *Glar.*

Adventante] Ad murum urbis. *Glar.*

Exercitu] Romano, aut forte Alemannorum. *Glar.*

LX. *fere millia Alemannorum*] Pomponius Lætus ait Alemannos profligatos, tum per Romanos qui antea illic profugerant ex adversa pugna, tum per cives Lingonenses. *Glar.*

Profligavit] Extinxit. *Glar.*

Domitis Quinquegentianis] Pomponius Lætus ac Egnatius aiunt, Quinquegentianos, quinquagenarios milites esse, et supra eum numerum veteranos, qui omnia diripientes, sibi imperium in Africa parare cupiebant. *Glar.*

Quinquegentianis] Veteranis militibus. *Glar.*

Achilleum] Qui Ægyptum invaserat. *Glar.*

Interfecit] Bestiis objecit. *Glar.*

CAP. 24. *Primo adversum prælium, exin secundum habuit*] Sic in vetere lib. legimus. Inepti, qui *secundum* hic ordinis nomen putabant, locum fœdissime corruperant. *Vinet.*

Primo adversus Narseum adversum prælium, &c.] Corruptissimum locum sic putamus corrigendum. Verba enim *adversus Narseum*, etiam Sylburgii judicio, sunt necessaria, eademque Græcus habet, et Merula: delevi vero alias voces, *exin secundum*, seu

at Par. et Ven. habent, *et secundum*, quæ ex margine, ut innuerunt, quod n. 8. sequitur, felicius prælium, in textum videntur irrepsisse. Neque enim Græcus de altero prælio quidquam habet. Vinetus quidem retinet, *exin secundum*: addit vero: *inepti, qui secundum hic ordinis nomen putabant, locum fœdissime corruperant.* Sed esto, felicitatem significari, qui autem adhæret sequentibus? Nam illico sequitur: ', cum inconsulte dimicasset,' item: ' Pulsus igitur,' &c. *Cell.*

Galerius Maximianus primo adversus Narseum adversum prælium habuit] Ita, nisi fallar, primus edidit Cellarius, quem secuti Hearne, Havercampus, van Hoven, Grunerus. *Primo adversum prælium, exin secundum*, ut in veteri libro Vinetus invenit, ediderunt Fabri pater ac filia, et Sylburgius, quamquam ex Paullo Diacono, Græco Metaphraste, et cap. seq. *rursus cum Narseo*, &c. hic deesse *adversus Narseum* manifestum esse monet; et recte. Addunt quoque Edd. Aldina utraque, Juntina, Schonhovii ac Merulæ, uti et Codd. Mss. Leidd. quos, qua ratione nescio, Cl. Havercampus neglexit. Verum, dum eadem Edd. et Codd. Mss. textum exhibent pluniorem, scrupulus quidam restat. Typis exarati constanter legunt *primum adversus prælium et secundum* vel *exin secundum*, cujus lectionis vestigia exstant in Nostris quoque Mss. quorum primus et optimæ notæ Cod. pro *secundum* habet *scdum*, unde, si quid Codicum manu et typis exaratorum auctoritati hic dandum sit, hæc speciosa Ingeniosissimi Præceptoris mei Oudendorpii a me consulti exorta conjectura, *primum adversus Narseum prælium et* vel *at scævum*, &c. i. e. infelix, uti pro hac voce e glossa in textum reliquorum irrepsit *infecundum*, *insecundum*. Quamquam cum Cellario, ob easdem rationes quas is reddidit, legere malit. Librarii enim prælium hoc ab Eutropio ordine primum esse positum rati, illud secundum, addiderint. Male. Nam tertium fuisse ex Orosio VII. 25. docemur, ' Galerius Maximianus, cum duobus jam prœliis adversis confligisset, tertio inter Callin.' &c. Et hinc alteram lectionem exortam puto, quam habet Ed. Eutropii Frobeniana *inde inter Callin.* Vales. ad Amm. Marc. XIV. 21. secta sentit. *Verh.*

Inter Callinicum] Sic in mendosis libris restituendum depravatum nomen ex antiquo libro: siquidem sit a pulchritudine victoriæ nomen factum, quod significat κάλλος et νίκη. Sic et apud Procopium *appellatur*: in Gothicis hic locus. *Vinet.*

Inter Gallinicum Carrasque] *Gallinicum* locum in Mesopotamia, ab victoria contra Gallos dictum, vix reperias apud veteres. Quid si *Nisephorum* legas? quod equidem malim. *Glar.*

Callinicum, &c.] Sunt Mesopotamiæ oppida, Zosim. III. et Callinicum quidem non longe ab Euphrate, Procop. I. Pers. c. 18. *Cell.*

Inconsulte] Non bene exploratis rebus omnibus. *Glar.*

Pulsus] A Narseo. *Glar.*

Ad Diocletianum] In Syriam. *Glar.*

Insolentia] Increpatione. *Glar.*

Per aliquot passuum] Mille passus, inquit Pomponius et Ammianus lib. XIV. ad finem. *Glar.*

Purpuratus] Quia Cæsar erat. *Glar.*

Vehiculum] Imperatoris. *Glar.*

CAP. 25: *Saporis avo*] Abnepote Saporis, at nepote Hormisdæ.

ARTAXERXES.

Tritavus	*Regnus*	Pater
Atavus	*Sapores*	Filius
Abavus	*Hormisda*	Nepos
Proavus	*Vararanes*	Pronepos
Avus	*Vararanes*	Abnepos
Pater	*Vararanes*	Atnepos
Filius	*Narses.*	Trinepos.

Glar.

Ipsum in ultimas regionis solitudines]

Pomponius Lætus, haud scio quo authore, dicit, Narseum vulneratum in montes pulsum. Sed cum convaluerit, pacem postulasse: ac promissam primum, tandem etiam datam cum fœdere, ut Persæ ab Armeniis, Mesopotamia, Assyria et v. novis provinciis abstinerent. *Glar.*

Egit] Ita ex tribus L. B. Mss. restitui. Vulg. *coëgit*: quod si voluisset Eutropius, *fugere*, vel *recipere se*, addidisset. *Hav.* Havercampum hic frustra esse monet Cl. Grunerus, quia pari modo VI. 6. 'intra oppidum coactus est:' et hujus l. c. 23. 'cum ... intra civitatem coactus esset.' Recte. Sic 'cogere in cursum' Plin. Hist. VIII. 43. An vero *coëgit* hic unice vera lectio sit, ut Vir Cl. statuit, dubito: licet enim sæpius ità locutus sit auctor, eum tamen semper sic scripsisse non sequitur; præsertim ubi Codd. Mss. fide dignissimi aliam exhibent lectionem, ut hoc loco: et miror, unde *coëgit* hic irrepserit, ubi Edd. Ald. utraque, Juntina, Schonhovii ac Merulæ Mss. nostris adstipulantur, nisi quod tres priores in *ultimi regni solitudines, &c.* præferant. *Verh.*

Quare a Diocletiano in Mesopotamia cum præsidiis tum morante, &c.] Ita Schonhovius ac Merula legunt, et qui dein secuti. Aldinæ autem et Juntina *Quare ad Diocletianum in Mes. cum præs. i. morantem, &c.* nempe *regressus, ob eo, &c.* quam lectionem propterea præferendam judico, quod Codd. Mss. S. B. G. V. HM. Leid. I. 2. 5. auctoritate non minus quam numero valentes eam exhibent. *Verh.*

Ovans regressus] Gaudens reversus. *Glar.*

Simul] Imperator Diocletianus cum genero suo Cæsare Armentario Galerio Maximiano. *Glar.*

Carpis et Bastarnis] Ptolemæus, in Sarmatia Europæa supra Daciam ponit Bastetnas ac Carpianos, ad paludem Amadocam, unde Borysthenes fontes ducit. Carpates etiam mons ipsis est tum ad occasum, tum ad meridiem. in iis regionibus hodie degunt Podolii, Lituani et Ruthoni. *Glar.*

Carpis] Sarmatis in Europa. *Glar.*

Carpis et Basternis] Populis transdanubianis: his quidem vicinis Germanis trans Vistulam; illis, inter Peucinos, qui supra Daciam erant, et Basternas. Ptolem. 2. 5. cui *Carpiani* sunt, qui ceteris omnibus *Carpi*. Horum nomen a *Carpate* monte, Poloniam Ungaria dividente, deducit Cluverius. *Cell.*

CAP. 26. *Diocletianus moratus*] Nunc de Diocletiani moribus. *Glar.*

Aliena invidia] Per alios. *Glar.* Vid. hic Grun.

Diligentissimus] In rep. gubernanda. *Glar.*

Regiæ] Tyrannicæ. *Glar.*

Adorarique se jussit] Ut Deum. Hoc didicerat a regibus Persarum: unde et Alexander Magnus, et postea Romani tyranni, monstra hominum, non homines. *Glar.*

Cuncti] Imperatores. *Glar.*

Gemmarum] Ex Gemmis. *Glar.*

Calceamentisque] Hoc didicerat a Caligula, monstroso imperatore. *Glar.*

Prius] Ante Diocletianum. *Glar.*

Communia] Cum aliis Romanis. *Glar.*

CAP. 27. *Herculeus autem, propalam ferus*] Sextus Aurelius de Herculeo ita inquit: Aurelius Maximianus cognomento Herculeus, ferus natura, ardens libidine, consiliis stolidus, ortu agresti Pannonioque, interiit ætate sexagenarius, annorum XX. imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium et Faustam, conjugem Constantini, cujus patri Constantio tradiderat Theodoram privignam. *Glar.*

Propalam ferus] Aperte crudelis. *Glar.*

Inciviliis] Immodesti. *Glar.*

Asperitatem] Atrocitatem. *Glar.*

Horrore] Torvitate. *Glar.*

Indulgens] Non repugnans. Cæterum observandum hoc loco, septem esse præcipua, quæ malum faciunt principem. 1. Nimia licentia. 2. Rerum copia. 3. Amici improbi. 4. Satellites detestandi. 5. Eunuchi avarissimi. 6. Aulici vel stulti vel detestabiles. 7. Rerum publicarum ignorantia. *Glar.*

Etiam] Addidi hanc vocalam ex Historia Miscella, utpote quam verborum sententia postulabat maxime. Ceterum loco *severioribus*, quod est Vineti, Miscellæ et Sylburgii, habet Mer. *sanioribus*, Paris. *senioribus*, prave, Ven. et Fuld. *sævioribus*, non male. Nam metaphrasta vocat βουλὰς ἀπηνεστέρας. *Cell.* Vocem *etiam* inter Mss. L. B. tertius agnoscit, pro illa secund. *et* habet, abjicit vero primus et optimus. Neque eam, quam vidit cum Cellario Hearn. in V. L. necessitatem, agnosco. Naturæ suæ indulsisse ait Herculium Eutropius, cui satisfecit, in omnibus severioribus consiliis Diocletiano obsecutus. Id si præterea in omnibus fecisset consiliis, neque *ægre*, ut mox dicturus est, in deponendo imperio Collegæ obtemperasset, neque magno suo malo quieta ejusdem consilia postea sprevisset. *Hav.* Cum Havercampo facit Cl. Grunerus illud *etiam* commode abesse posse. Et verum est: quamquam parum interest, deleamus, an servemus. *et* enim, quod in Leid. 2. reperitur, pro *etiam*, ut ubivis frequens, capi potest, illudque agnoscunt Edd. Aldinæ, ac Juntina, quæ *et sævioribus*. Non vero Schonhovii et Merulæ, qui pro *severioribus* dederunt *senioribus;* qua ratione vel auctoritate non video. *Verh.*

Cum tamen ingravescente ævo] Adde Lactant. de mortibus Persecutor. *Hearn.*

Ingravescente ævo] Non propter senectam se abdicavit, sed ob animi impotentiam, quod 'certis horis insaniret, certis resipisceret.' Lactant. Mort. Persec. c. 17. *Cell.*

Autor fuit] Id est, persuasit. Vide Vallam lib. v. cap. 30. *Glar.*

Ut in privatam vitam concederet] Flav. Vopiscus: Diocletianum jam privatum dixisse ferunt: nihil esse difficilius, quam bene imperare. Colligunt se 4. vel 5. atque unum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt. Dicunt quid probandam sit Imperator, qui domi clausus est, vera non novit, cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur, facit judices quos fieri non oportet: amovet a Repub. quos debebat retinere. Quid multa? ita bonus, cautus, *optimus* venditur imperator. *Glar.*

Privatam vitam] Abdicato imperio. *Glar.*

Concederent] Ipse et Herculeus collega se darent. *Glar.*

Stationem] Munus. *Glar.*

Viridioribus] Valentioribus. *Glar.*

Pompa ferculorum illustri] *Ferculum* a *ferendo* dicitur, pompæ triumphalis gestamen, supra quod signa Deorum ac urbium simulachra hostiumque spolia ferebantur. Utitur Livius in Romulo, quamvis Perottus illic pro *ferculo, pheretro* legendum putet. Cæterum de hoc Diocletiani ac Maximiani Augustorum triumpho multa Pomponius Lætus, ut nullus ethnicus copiosius. Porro nulla res æque ostendit Romanos stultos et *toti* humano generi graves fuisse dominos, atque ipsi triumphi, in quibus, ut pueri pupis, ita stolidus ac gravis toti orbi populus applaudebat suis latronibus, quibus triumphus non dabatur, nisi occidissent sena, ut minimum, millia hominum. *Glar.*

Currum] Triumphantem. *Glar.*

Tum] Post triumphum. *Glar.*

Salonas] Urbem Dalmatiæ. *Glar.*

Salonas] Zonaras: Διοκλητιανὸς ἐν Σάλωνι, πόλει τῆς Δαλματίας, διῆγεν, ἥτις ἦν αὐτοῦ καὶ πατρίς. *Cell.*

Unus] Diocletianus. *Glar.*

Alter] Herculeus. *Glar.*

Lucanium] Regionem ultra Campaniam. *Glar.*

CAP. 28. *Diocletianus privatus in villa*] Diocletianus cum ab Herculeo ac Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestatus in hunc modum respondit: Utinam Salonæ possitis visere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum judicaretis. Vixit annis duodeoctoginta, morte per formidinem prope voluntaria consumptus. A Constantino atque Licinio ad nuptias vocatus, cum senectutem excusasset, quo minus venisset, ac illi minacibus scriptis eum Maxentio ac Maximipo favisse arguerent, suspectans dedecorosam mortem venenum hausisse dicitur. *Glar.* Epit. Aur. Victoris: 'Venenum dicitur hausisse.' *Cell.*

Privatus in villa] Villa hæc palatium fuit prope Salonas, origo urbis Spalati, quod etiam nomine adprobatur. Porphyrogen. de Admin. Imp. c. 30. *Cell.*

LIBER X.

DECIMUS hic liber historiam continet 59. annorum, ab eo tempore quando Diocletianus et Maximianus Herculeus purpuram deposuerunt, ac Constantius Chlorus et Galerius Maximianus ex Cæsaribus facti sunt novi Augusti, usque ad Valentem ac Valentinianum. *Glar.*

CAP. 1. *His igitur*] Diocletiano et Maximiano Herculeo. *Glar.*

Ad administrationem, &c.] Optime Faber [supra p. 242.]: sic enim quoque Codd. nostri (quod prius monuisse oportebat) L. C. S. N. *Hearn.* Faber tamen, neque Filia, neque ipse Hearnius lectionem a se probatam in textum recepit, sed Havercampus, dein van Hoven, et Grunerus, qua tamen ratione, nihil monent, ea, suspicor, quam reddidit Faber, contenti. Quamquam vero Viris D. consentio, lectionem hanc altera meliorem esse, dubito an tot Codd. Mss. et Edd. vetustate sua commendatarum auctoritati obstare liceat. Leidd. quidem 1. 3. et 5. et Fuldensis præpositionem delent, sed *administrationem* tamen servant. Suspicor n̄ pro in Librariorum incuria omissum. Sic enim Edd. Aldinæ, Juntina, Schonhovii ac Merulæ, *His igitur abeuntibus, in administrationem, &c.* [*ad*] uncis inclusit Sylburgius, sed Leid. 2. expresse *His igitur abeuntibus, ad admin.* et ita Cellarius. Dandum aliquid ejus ævi stylo. *Verh.*

Constantius] Chlorus. *Glar.*

Galerius] Maximinus Armentarius. *Glar.*

Augusti] Ex Cæsaribus. Anno Christi 309. *Glar.*

Orbis] Romanum imperium. *Glareanus.*

Galliam] Occidentis imperium.

Augusti duo novi.

Constantius Chlorus. **Galerius Maximianus Armentarius.**

Cæsares duo novi sub his Augustis.

Severus per Italiam. Hic occiditur ab Herculeo, Romæ, intra Tabernas: ait Sextus Aurelius.

Maximinus Galerii sororis filius, ut Orient præesset, creatus Cæsar. Quidam aiunt hunc Tarsi mortuum, ut Sex. Aurel. Alii aiunt eum cæsum a Licinio. Quadriennio Cæsar, triennio Augustus fuit, immanissima bellua.

Alii novi Cæsares post Constantii Augusti mortem.

Constantinus in Britannia, in locum patris factus Imperator.

Maxentius Romæ a prætorianis militibus quinto Constantini anno bello contra eum moto Romæ occiditur.

Licinius a Galerio factus Augustus, XIV. annis in imperio fuit: avarus, libidinosus, asper, impatiens, literis infestus.

Alii novi Cæsares.

Alexander Phryx in Africa, apud Carthaginem, a Constantini exercitu cæsus.

Valens a Licinio cæsus. *Glar.*

Gallias] Pro *Galliam*, uti est in Ed. Havercampi, aliisque, ex Codd. Mss. S. B. G. N. LC. L. HM. Leidd. 1. 2. 5. et Edd. Aldinis ac Juntina. prætuli. Cl. quoque van Hoven pluralem numerum dedit. *Obtinerent*, ut est in Cod. Leid. 1. legi etiam posse, e Plinio et Tacito recte ostendit Cl. Grunerus: quem vide. *Verh.*

Sumptis duobus Cæsaribus] Hi sunt Severus Maximinus, filius sororis Galerii Maximiani. Ex hoc autem loco, et aliis aliquot, videre licet, illa tempestate quid distarent Augusti a Cæsaribus. *Vinet.*

Constantius tamen, contentus dignitate] Constantius Chlorus dictus est, quasi virentem a colore dicas. Χλωρὸς pro χλοερὸς, *viridis, pallidus, luteus, croceus.* Cum quatuor regiones sorte accepisset regendas, Hispanias, Gallias, Italiam, ac Africam, posteriores duas non suscepit, quod existimaret ab uno tantum onus sustineri non posse: a Christiano sanguine abstinens, sicut ejus filius Constantinus. Cum autem Africam ac Italiam recusasset Constantinus, creatus est Severus, qui eis præesset. Eusebius autem lib. VIII. Ecclesiasticæ historiæ, multas ejus commemorat virtutes cap. 16. *Glar.*

Vir egregius et præstantissimus] Constantio mortuo, multi tumultus ubique pullularunt. In Britannias in patris Constantii locum Constantinus creatur Imperator, Romæ Maxentius a Prætorianis militibus: eodem tempore et Maximianus Herculeus spem recuperandi regni temere suscepit, ut postea narrabitur. Severo mortuo, Galerius Licinium imperii consortem sibi assumpsit: sed paulo post et ipse Galerius moritur. Relinquuntur in imperio hi quatuor. Maxentius Romæ, Licinius in Illyrico, Maximinus in Oriente, Constantinus in Occidente: adjicit Sextus Aurelius duos reliquos, Alexandrum Carthagine in Africa, et Valentem quendam, qui mox oppressi sunt a Licinio: Maxentius a Constantino, Maximinus item a Licinio auspiciis Constantini. Denique ultimus ipse Licinius a Constantino. Ita ad solum Constantinum tandem imperium devenit, et ad tres ejus filios. *Glar.*

Egregius] Nam mitissimus, et divitiarum spretor, inquit Pomp. Lætus. *Glar.*

Divitiis provincialium] Ut ditaret

provincias. *Glar.*

Divitis provincialium ac privatorum studiis] Miror, unde Fabri lectionem *divinis*, &c. eruerint, cujus vestigia neque ullus manu nec typis exaratus Cod. servat. *Verh.*

Fisci commoda non admodum affectans] Entropii mens est, Constantium non fuisse acerbum exactionibus damno provincialium faciendis, ut inde ditaretur fiscus Principis, quod illa, 'intra unum claustrum,' &c. abunde docent. *Hap.*

Publicas opes] Reipublicæ opes a subditis haberi. *Glar.*

Claustrum] Ærarium. *Glar.*

Festis] Ed. LC. Lugd. Bat. 1. Schonh. et Mer. prætulimus. Idem fecit Cl. van Hoven. *Feriatis* ceteri. *Verh.*

Argento] Vasis argenteis. *Glar.*

Ostiatim] A singulorum domibus. *Glar.*

Triclinia sternerentur] Lectuli discumbentium, seu mensæ potius instruerentur. *Glar.*

Prudentiam] Calliditatem. *Glar.*

Principatus anno tertio decimo] Tot (XIII.) annos Cæsar fuit: adde biennium Augustæ dignitatis. Adr. Vales. *Cell.* Constantium A. C. 292. Kalendas Martias Cæsarem dictum, mortuum vero A. C. 306. a. d. VIII. Kalend. Aug. observat Cl. Grunerus. *Verh.*

Anno tertiodecimo] Eusebius Latinus per Hieronimum, et Beda, ponunt Imperii Constantii annos sedecim. *Vinet.* XVI. ait Euseb. XII. Pomp. et Egn. *Glar.* Potius anno 15. *Heum.*

CAP. 2. *Galerius, vir et probe moratus*] Euseb. Eccles. hist. VIII. 7. 8. 9. mira de martyrum sub Galerio constantia narrat: maxime vero in Thebaide, ubi tot fuisse ait, qui se CHRISTO occidendos obtulerint, ut carnificum manus deficerent, gladii hebetarentur, ac fessi sederent occisores: ac neque parvulos deterreri potuisse, quin pro CHRISTO voluerint mori. In Phrygia sub Adaucto sacro episcopo tota urbs incensa est, et cum omnibus conflagravit: et cum effugere possent qui vellent, nemo fugit, imo omnes pro CHRISTO periere. Et hæc facta sunt potissimum IX. Diocletiani anno, cum Galerius adhuc esset Cæsar, incentor ac signifer nostræ persecutionis; ut inquit Euseb. VIII. 15. Hic tyrannus per IX. annos Christianos persecutus est, cujus crudelitas egregie describitur c. 18. ejusdem VIII. lib. historiæ Ecclesiasticæ et quomodo Deus eum punierit. *Glar.* Hic est Galerius, Constantii Augusti collega, Armentarius cognomine, quia pastor armentorum fuit, ortus parentibus agrariis. Epit. Victoris n. 57. *Cell.*

Probe] Pro stolido mundo, sed in Deum impius. *Glar.*

Sinente] Permittente. *Glar.*

Cæsares duos] Severum, et Maximinum suæ sororis filium. *Glar.*

Maximinum] Galerium Maximinum, sorore Armentarii genitum, qui Cæsar per Orientem factus. Epit. Vict. c. 1. *Cell.* Inclusa Schonhovius nec Merula agnoscit, sed Pæanius. Edd. autem Aldinæ ac Juntina prioribus adnectunt per 'videlicet Maximianum,' &c. ut pro Maximino constanter illa servant, quibus adstipulantur Codd. Leidd. 1. et 3. Sylburgius et Pæanius ubique, (quamquam Cellarius proprio marte Μαξιμῖνον dedit) uti et Codd. Mss. apud Oros. VII. 21. *Verh.*

Constantinus] Anno Christi 311. juxta Halonandrum. *Glar.*

Ex obscuriori] Quia ex repudiata, nec Augusti filia, sed tamen sancta et Christiana muliere Helena. *Glar.* Matrimonio et legitimis nuptiis, quia Helena non concubina fuit, ut Zosimus criminatur: sed uxor et γαμετὴ, uti Eutropius et Pæanius IX. 14. 3. adpellant. Obscurius vero matrimonium fuit propter nobiliores nuptias Theodoræ, Herculii privignæ. Ibid.

imperium. *Glar.*

Ad Gallias] Ubi Constantinus erat. *Glar.*

A filio] Maxentio. *Glar.*

Genero] Qui Faustam ejus filiam habebat. *Glar.*

Cæsis Francis atque Alemannis] Quidam putant, Alemanniam potissimum dici, quam hodie altam Germaniam *hoch Teütschland*, id est, Suevos ac Helvetios nominant. Nam si hoc loco Alemannos dicas Germanos, videbitur author Francos separasse a Germanis, cum sint Germanissimi Germani Franci. *Glar.*

Francis atque Alemannis] Qui Galliam infestabant, ac tandem post multa tempora invaserunt. *Glar.*

Alemannis] Germanis aliis. *Glar.*

Eorum] Francorum. *Glar.* At Alemannorum rex Erocus amicus et socius Constantii patris et Constantini fuit. Ambo ergo reges Francorum, quos captos Constantinus inter spectacula feris objecit, Ascaricus et Regaïnus, Paneg. Eumen. c. 11. Nazar. c. 16. Adde de supplicii genere Ammian. XIV. 15. et ibi Lindenbrog. ac Vales. *Cell.*

Filiam] Herculei. *Glar.*

Nuntiaverat] Pro *enuntiaverat*, quod unde sit, nescio, restitui e Codd. Mss. Leidd. 1. 2. 3. 5. Edd. Aldinis, Juntina, Schouhovii ac Merulæ. *Verh.*

Massiliam] Urbem maritimam Narbonensis Galliæ. *Glar.*

Justissimo exitu] Sext. Aurelius, 'Fractis laqueo cervicibus.' *Glar.* et *Cell.* De hujus mortis genere variæ ex dubiis scriptorum locis opiniones exortæ sunt: Zosimus et Socrates tamen tota aberrarunt via, Herculium morbo apud Tarsum periisse, Maximianum et Maximinum confundentes. Vid. Baluzium et Cuperum ad Lactant. c. 30. ubi Suidam ab altero culpatum, ab altero vindicatum vides. Alii, quod ibidem refellitur, Maximianum ipsum laqueo vitam finivisse putant versu Virgiliano impulsi Æn. XII. 603. a Lactantio citato, 'Ac nodum informis leti trabe nectit ab alta.' Quæ quamquam a Poëta de regina necem laqueo sibi ipsi consciscente usurpata, dubito an hoc sensu a Lactantio dicta: quum potius velle mihi videtur, Herculium suspendii pœnam elegisse, quod e præcedd. colligo, 'postremo datur ei potestas liberæ mortis.' Unde ad Zosimum a Sigonio ex aliis observatum notat Sylburgius, eum Constantini jussu strangulatum fuisse. Ex eodem autem Lactantio Eutropium et Victorem corrigi debere censet Cl. Grunerus, scribente, Herculium in ipsis insidiis oppressum fuisse; quod verum esse potest, si statuamus eum ante, quam pœnas dederit, aufugisse, et Massiliæ iterum captum et supplicio traditum; nam cur uni auctori plus fidei habeamus, quam pluribus aliis, non video. Massiliæ enim captum et occisum non solum Eutropius et Victor testantur, verum etiam Orosius, et Eusebius. consule Pagium in Crit. Baron. ad A. 307. ad Lact. laudatum. *Verh.*

CAP. 4. *Per hoc tempus Licinius*] Eusebius Eccles. hist. VIII. 16. communi omnium sententia Licinium Imperatorem factum: hic a Galerio dicit factum. De hoc Sextus Aurelius ita scribit: Licinius post decimumquartum dominationis annum, vitæ proxime LX. occiditur, avaritiæ cupidine omnium pessimus, venereus, asper, impatiens: denique infeatus literis, quas propter imperitiam virus ac pestem publicam nominabat, præcipue forensem industriam. Hæc ille. Adeo indoctus, ut ne literis quidem aut decretis subscribere posset, rusticis et agrestibus, ex quo genere natus erat, æquus. militaris disciplinæ rigidus observator. Spadones et aulicos, tineas soricesque Palatii nominabat. Constantinum potissimum in se incitavit, quod persequutionem in Christianos moliebatur. In qua superavit omnes fere in crudelitate, ut copiose describit Euseb. Ecclesiast.

Hist. l. IX. c. ult. Primum enim palatio pellit. Secundo in carceres conjecit. Tertio prohibet eis alimenta. Sacerdotes invadit, maxime episcopos, laniandos Christianos exhibet, ac frustatim in mare projiciendos. Templa subvertit, virgines stuprat. tandem a Constantino sublatus est, ut ipse hic author paulo post refert. *Glar.*

Ita Resp. tum ab his quatuor, &c.] Hunc lectionem cur Viri D. dederint, aliam non video caussam, quam quod *novis*, quod proxime sequitur, repetitum displicuerit. Perperam: si enim scriptorum loca, quæ minus adrident, pro libitu amputare vel augere liceret, auctores in auctoribus quærendi essent brevi necesse est. Militant pro nobis Codd. Mss. quorum certe auctoritas plus valet, LC. S. B. F. HM. et Leidenses omnes. Adhuc *novi imperatores* alio sensu dicuntur hi quatuor, quam *novi homines* Licinius et Maximinus. Illi quod Augusti nunc dicti: hi quod ignoti et barbari, quo sensu etiam apud optimos scriptores, quicunque progniati loco humili, claruere cœperunt, et primi splendorem generi adposuerunt, occurrunt. E Nostro Oros. VII. 28. 'Ita Resp. nunc sub novis quatuor principibus fuit, Constantino et Maxentio, filiis Augustorum, Licinio autem et Maximino, hominibus novis.' *Verk.*

Quinto tamen Constantinus] Anno Domini 315. *Glar.*

Bellum adversus Maxentium] Eusebius in Ecclesiast. histor. IX. 9. ait, Constantino, cum anxius de Maxentii bello secum multa reputaret per soporem, ad orientis partem in cœlo crucis signum visum igneo rutilare splendore: exterrito astitisse angelum, ac Græcis verbis ei dixisse, *ἐν τούτῳ νίκα*, id est, *In hoc vince.* Tum vero lætatum, vexillis crucis signo imposito, cum Maxentio conflixisse, ac adeptum esse victoriam. *Glar.*

Omnibus exitiis sævientem] Vide de hac sævitia Maxentii Eusebium VIII. 16. In matronas, in Senatores, in universum populum Romanum mira narrantur crudelitates. et cap. 17. narrat, Sophronam matronam quandam sibi mortem conscivisse, ne ejus in manus veniret. *Glar.*

Apud pontem Milvium] Vetus liber non habet *Milvium*. Vinet. Qui extra urbem est, qua itur in Picenum. *Glar.* Urbe in Saxa Rubra progressum Maxentium acie vicit Constantinus: Maxentius urbem fuga repetiturus, iisdem insidiis navalis pontis, quas Constantino struxerat, interceptus et Tiberis gurgite submersus est. Aurel. Viet. n. 40. *Cell.*

Maximinus res novas molitus] Hic sceleratus vir factus Cæsar ab Galerio Maximiano, quod ex ejus sorore esset genitus, in crudelitate referens avunculum, ut copiose narrat Eusebius in Ecclesiast. histor. VIII. 17. et initio lib. IX. In causa fuit, quod magicis artibus infectus erat. Sagis et malarum artium doctoribus honores maximos tribuerat, urbes spoliabat, multos proscribebat, ingentem colligens pecuniam, ut milites saginaret, ac ingluviem satiaret; potator, scortator, virginum ac matronarum stuprator, Christianorum hostis: nec mortis pœna avunculi, quam illi infixit Deus, novam afflictionem Ecclesiæ injunxit, per *totum* Orientem ac Ægyptum. Antiochiæ cœpit: venit Tyrum, ubi multos occidit: leges æneis tabulis erexit, in quibus professus est særis fore lætiorem tempestatem, ac terræ fœcunditatem abundantiorem. Cum autem ex Dei providentia contrarium proximo evenisset anno, ingens pestis, immensa fames, magis adeo inter gentes quam Christianos, coacti sunt miseri Christianos implorare. Porro postquam Constantinus Maxentium vicisset, Licinium nondum infensum Christianis in Maximinum misit: pugna victus ille aufugit. Et cum repararet bellum, immissa simili fere avunculi

plaga, internorum viscerum doloribus agitatus misere periit, ut tradit Eusebius IX. 10. *Glar.* Dum ex Cæsare se Augustum invito Licinio fecit. Aurel. Vict. LX. extr. *Cell.*

Vicinum] Imminens. *Glar.*

Fortuita] Imo a Deo inflicta. *Glar.* Periit autem morbo lento, νὰς σάρκας ὅλας ἀοράτῳ καὶ θεηλάτῳ πυρὶ τηκόμενος. Euseb. H. E. lib. IX. extr. *Cell.*

CAP. 5. *Licinio bellum intulit*] Sext. Aurelius: 'Verum enimvero, ut imperia difficile concordiam custodiunt, dissidium inter Licinium Constantinumque exoritur, primum apud Cibalas, juxta paludem Hiulcam nomine; Constantino nocte castra Licinii irrumpente, Licinius fugam petiit, Byzantiumque pervenit.' *Glar.*

Necessitudo] Cognatio. *Glar.*

Ac primum cum in Pannonia] Ex Sexto Aurelio satis liquet, primum congressum fuisse apud Cibalam: sed postea iterasse prælia, ac succubuisse Licinium. *Glar.*

Ac primo cum in Pannonia ingenti apparatu bellum apud Cibalas instruentem, &c.] Ita primus legit Cellarius, quem ceteri dein secuti sunt; quum ante in Edd. Aldina utraque, Juntina, Schonhovii, Merulæ, Sylburgii, Fabri patria ac filiæ expressa sit hæc lectio, *ac primo cum in Pannonia, secundo ingenti, &c.* Doctissimus Anglus pari modo, ac IX. 24. codicum suorum Mss. varietatem nullam adnotavit: ubi Nostri Leidd. eamdem, quam hic habent. Cellarium, ut illud *secundo* abjecerit, impulit hæc ratio, quod nec Græcus habet, neque historiæ convenit: et certe Licinius, quum discidium exortum esset, ad Cibalas exercitum colligens a Constantino oppressus, et post acre prælium in fugam coactus in Thraciam transiit, ut iterum colligeret exercitum; ibi vero a Constantino in tantas redactus est angustias, ut, quas auctor nominat, regiones ei cedere debuerit. Quod olfacientes librarii τὸ *secundo* sed non suo loco in textum recepe-runt: ut, nisi quid Eutropio excide-rit, et legendum, *primo cum in Pannonia ingenti apparatu bellum apud Cibalas*, secundo in Thracia *instruentem, &c.* tutius credam auctorem errasse, duo prælia confundentem, aut ignorasse Cibalas fuisse Pannoniæ oppidum, quod diserte Zosimus testatur II. 17. Eoque inducor magis ut credam, quod Orosius Nostrum vel in erroribus sequi solitus hæc scribat VII. 28. 'Constantinus Licinium . . . . in Pannonia primum vicit, deinde apud Cibalas oppressit, universaque Græcia potitus ad deditionem coëgit: nisi quis cum cod. 1. malit *ac primo cum in Pannonia Secunda, &c.* ita enim infra a Festo aliisque vocatur 'Pannonia Inferior.' *Verheyk.*

Apud Cibalas] Cibalæ vel Cibalis oppidum Pannoniæ Interamniæ ad Hiulcam paludem. Zosimus lib. II. ejus situm describit. Adde Victoris Epit. n. LIX. *Cell.*

Dardania] Quæ ad Mysiam superiorem ac Danubium est. *Glar.*

Mœsia] Quæ et Mysia. *Glar.*

CAP. 6. *Terrestri prælio*] Pomp. de Licinio: 'Tandem et navalibus et terrestribus prœliis victus, deditionem Nicomediæ fecit.' *Glar.* Primum terrestri ad Adrianopolim Thraciæ; deinde navali ad Hellespontum: iterum terrestri ad Chalcedonem, unde Nicomediam fuga elapsus se dedidit. Zosim. II. *Cell.*

Apud Nicomediam] Alii sic perperam distinguunt: *Postremo Licinius navali et terrestri prælio victus apud Nicomediam, se dedidit.* Nam primum terrestri prœlio ad Adrianopolim Thraciæ victus fuit: deinde navali ad Hellespontum: iterum terrestri ad Chalcedonem, unde Nicomediam fuga elapsus se dedidit. Zosim. II. *Cell.*

Contra religionem sacramenti] Hoc videntur Christianæ pietatis hostes in Constantinum finxisse. Alii aiunt, Licinium iniisse consilium de resumendis armis, ac ideo in eum missos

Primum necessitudines persecutus] Sext. Aurel. in Constantino : Crispum filium ex Minervina natum, Fausta conjuge ac noverca suggerente, necari jussit; deinde uxorem Faustam. Adjicit Pomponius cansam, quod Fausta conquesta esset Constantino, Crispum eam interpellasse de concubitu : quod cum temere credidisset Imperator, jussit Crispum occidi. Verum cum postea innocenter cæsum filium rescivisset, Faustam quoque occidisse; atque hæc fecisse videtur ante baptismum, quem sero recepit. *Glar.*

Necessitudines] Cognatos. *Glar.*

Egregium virum] Crispum. *Glar.*

Crispum filium] Consule Varias Lectiones. *εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τοῦ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι, incestu suspectum fuisse*, ipse Zosimus, acris insectator Constantini lib. II. fatetur. Negat factum Sozomenus I. c. 5. *Cell.*

[*Crispum filium*] *egregium virum, et sororis fil. comm. ind. juv.*] Inclusa dedit Cellarius, quem dein ceteri secuti sunt. Vetustarum autem edd. agnoscit nulla. Credo Monachos hoc Constantini filium suum et egregium virum falso accusatum occidentis scelus dissimulare volentes, ac si uxorem et sororis filium interficere minus esset scelestum, *Crispum*, dein *filium* ejecisse : hoc certe cum Pæanio servant Codd. Mss. 1. et 3. ut, nisi legendum, *Crispum filium suum egregium virum, et Licinium* (Licinius enim Licinianus vocabatur, unde error Historiæ Miscellæ *Commodum* referentis liquet) *sororis filium comm. ind. juven.* uti ex Eutropio servasse videtur Orosius VII. 28. recte legi putem, *filium* suum *egregium virum, et sororis filium comm. ind. juv.* De duobus enim hic agi ex his *egregium virum* i. e. *Crispum* et *commodæ indolis juvenem* i. e. *Licinium* Crispo natu minorem, patet. Dubitet Cellarius, aliique vere, an ex Paganorum conjectura. Nos de veritate non dubitamus, ubi plures hac in re consentiunt. Quos recensere longum foret; suspecta enim licet gentilium scriptorum, quamquam qua ratione non video, fides sit, Orosius certe Christianus Nostro aliisque consentit, et Hieronymus in Chron. Euseb. has neces agnoscens crudelissimas vocat, et qui plura desiderat, is consulat Joann. Leunclavium Zosimi fidem Cellario suspectam egregie vindicantem Apol. pro Zosimo. *Verheyk.*

Sororis filium] Suum filium, ait Sext. Aurelius. *Glar.*

Mox uxorem] Sidonius Apollinaris libri quinti epistola octava. *Vinet.* Faustam, consuetudinis cum Crispo privigno incusatam. Fama enim erat, balneo extinctam, et illud quidem Constantinus *ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρωθῆναι κελεύσας* credebatur. Zosim. II. Utrum vere, an ex conjectura paganorum, non omnino liquidum. *Cell.* Hic iterum sententiam mutavit Cellarius, quamquam eam candide prodere ausus non est. *Verheyk.*

Numerosos] Plurimos. *Glar.*

CAP. 7. *Vir primo imperii tempore*] Hoc Eutropius ut gentilis scribit. Initio enim idolis adhuc immolabat, ergo bonus : posterioribus vero annis Christianis favit. Hinc gentilibus scriptoribus mediis comparandus visus. *Glar.*

Optimis principibus] Quia adhuc idololatra scilicet. *Glar.*

Mediis] Quia Christianus factus. *Glar.* Lugd. Bat. 1. et 3. habent *modiis*. Quasi vellent *modicis*. Sed servat secundus ex iis *mediis*. Recte et ex consuetudine Eutropii, qui de Claudio VII. 13. 'Hic medie imperavit.' *Hav.*

Claruerunt] Jam inde puero. *Glar.*

Industriam] Qua maxime excelluit. *Glar.*

Gothos] Germanorum ac Sarmatarum colluviem. *Glar.*

Ingentemque apud barbaras gentes] Constantinus Magnus, Constantii

Chlori Imperatoris ex Helena filius, sub Galerio Maximiano militiam edoctus, ita virtute enituit, cum multis objiceretur periculis, ut Galerio invidiam moveret. Cum vero Romæ obses esset, nec satis tutus ab insidiis Galerii, magno periculo fugit in Britanniam ad patrem Constantium: opportunissime sane, cum ille jam efflaturus esset animam, quo mortuo, ipse factus est Imperator Occidentis. Ex Fausta Herculei filia tres suscepit filios, Constantinum, Constantem, ac Constantium: filias duas, Helenam ac Constantiam. *Glar.*

Memoriam gratiæ] Etsi Schonhovius, Merula, aliique dederunt, servare non ausi sumus, majore Codicum auctoritate obstante, ut in Variis Lectionibus videre est, quibus accedunt Codd. Leidd. 1. 2. 3. et Edd. Ald. utraque et Juntina, nisi quod *ingentem* non *ingenti*, servent. *Verh.*

Gratiæ] Beneficiorum. *Glar.*

Affectator] Amator. *Glar.*

Affectator justi amoris, quem omnibus sibi et lib. &c.] Sic edidit Sylburgius (quamquam forsan rectius e Fuldensi Cod. *omnib. ibi* legi ait *ab omnibus sibi*) Fabri, Hearne, Havercampus, et van Hoven. *ab omnibus sibi* dedit Cellarius e Sylburgii conjectura, uti et Grunerus, maxime quod Metaphr. παρὰ πάντων. Et certe hac unica causa nititur ea immutatio, quæ alioquin audacior videtur: quum *ab* Fuldensi non adpareat, uti nec in aliis, et illud *omnib. ibi* procul dubio ex *omni sibi* ortum sit, quod habet Cod. Leid. 1. non *omnis sibi*, uti dedit Havercampus. atque ita lectionem recte habere opinor *quem omni sibi et liberalitate, &c.* Aliam præterea lectionem exhibent Codd. Mss. et Edd. *affectator justitia moris* Mss. Leidd. 1. et 3. quod ex *justi amoris* Librariorum incuria ortum crederem, nisi pleniores essent ceteræ Edd. non contemnenda, quarum Aldina utraque, Juntina et V. *affectator justitiæ et amoris, quem, &c.* Schonhovii autem et Merulæ *affectator justitiæ et amoris, quæ, &c.* alterutrum non inlepidum. *Verheyk.*

Cap. 8. *Leges regavit*] Loquitur veteri more, cum libera respublica esset, et tribunorum potestas valeret. *Cell.*

Superfluas] Christianas leges de ecclesia, episcopis, hæreticis, etiam de sublatis quibusdam pœnæ generibus, ut crucis, Sozomen. 1. 8. inscriptionis in facie l. 11. C. Th. de pœnis, damnationis ad ludos, l. 8. C. Th. de spectaculis, sigillat homo, si non paganus, nec tamen vere Christianus. Adde de cœlibatu, *Sozomen.* 1. 9. *Cell.*

Urbem nominis sui] Ea est Constantinopolis, quæ prius Byzantium. Vide Stephanum, et historiæ Ecclesiasticæ autores, et Ausonium de illa. *Vinet.* Byzantium urbs est Thraciæ, hodie Constantinopolis, ad Bosporum Thracicum, velut arx incursionibus barbarorum propulsandis olim structa, quam nunc omnium barbararum crudelissimus tyrannus regiam obtinet. Capta est autem a Turcis anno Domini 1453. et miserabiliter direpta. Eam Constantinus omnium fere urbium nuditate dedicarat, Neam Romam nominando: ac, ut Orientis caput esset, auxit. *Glar.*

Bellum adversum Parthos] *Parthos* pro *Persis*, ut alibi sæpius.

Uno et XXX.] Minus *duob.* memoribus. Alii autem, eum rexisse XXX. annos ac X. menses: vixisse autem 63, ut Sex. Aurel. *Glar.*

Sexto et LX.] Ita Eusebius in Chronicis, et Pomp. Lætus. *Glar.*

In villa publica] Quam Ancyronem vocat D. Hieronymus. *Glar.* Solus Philostorgius 11. 4. tradit, a fratribus veneno interemtum, quod post tam diturnum imperium non est credibile. *Cell.*

Denunciata mors ejus etiam per cristatam stellam] Κομήτην Græcis literis dederunt, Editio Aldina utraque et

Juntina, Vinetus, Schonhovius, Merula, Cellarius, quos secuti van Hoven et Grunerus. Fabros autem patrem ac filiam *cometen* edentes imitati sunt Hearne et Havercampus, impulsi auctoritate Codd. Mss. quibus, etsi alteram lectionem præferre mallem, nihil variantibus obstare non audeo. *Verheyk.*

Inter Divos meruit referri] Meruit laudabili imperio, ut ceteri pagani imperatores: non autem relatus fuit, quia Christianus, et filii Christiani. *Cell.* Infra c. 5. ubi eadem locutio de Constantio occurrit, recte observat Cl. Havercampus, Imperatores etiam Christianos, e veteri consuetudine, *Divos* post mortem adpellatos fuisse. *Verheyk.*

CAP. 9. *Successores filios tres reliquit*] Divisio imperii post Magni Constantini mortem, tribus filiis ita contigit: Constantino maximo natu, Occidentis imperium, Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ: Constanti, Italia, Africa, Illyricum, Macedonia, Græcia: Constantio, Orientis imperium, Thracia, cujus caput Constantinopolis. *Glar.*

Fratris] Hannibalii. *Glar.*

Dalmatius] Hannibalii filius. *Glar.* Plura de hoc diximus Histor. Med. Ævi p. 14. *Cell.*

Patruo] Constantino magno. *Glar.*

Oppressus] In Oriente. Verisimilius autem, Constantii clandestino consilio Dalmatium periisse, ob virtutem invisam Constantio: triennio autem rexit.

Tres Constantii fuere: { Chlorus, pater Magni Constantini. / Chlori filius. / Constantini Magni F.

Helenæ duæ { Magni Constantini mater. / Magni Constantini filia.

Constantini duo { Magnus. / Magni filius.

Constantiæ duæ { Chlori filia, Licinii uxor. / Constantini Magni filia, Galli uxor. *Glar.*

Et Constantino patruele] Cum in hujus historia negotium aliquando mihi facesserent tot Constantini, Constantes, et Constantii: hanc depinxi tabellam, in qua Magni Constantini genus et familia fere universa ob oculos ponitur.

CONSTANTINI MAGNI, IMPERATORIS,

a quo Byzantium Constantinopolis,

Pater, — Constantius Chlorus Imperator.

Mater, — Helena: qua repudiata, Constantius duxit Theodoram.

Fratres { Annibalianus / Constantius / Constans } Theodora matre.

Soror — Constantia, quæ nupsit Licinio.

Uxor — Fausta, filia Maximiani Herculii Imp.

Filii { Crispus, ex Minervina concubina. / Constantinus / Constantius. / Constans } qui tres patri in Imperio successerunt.

αἰσθόμενος, ἀποδρᾶναι πρός τινα πολίχνην ὡρμήθη τοῦ Πυρηναίου πλησίον ᾠκισμένην· (Ἑλένη δὲ τοὔνομα τῷ πολιχνίῳ) καταληφθεὶς δὲ ἀνῃρέθη, &c. *Cell.*

Anno imperii XVII.] Hoc est, ex quo Cæsar factus fuerat. Nam aliquot ante annis Cæsar fuit, quam Augustus. Quare Sextus Victor, Hieronymus, et alii, Constantem imperasse tredecim solum annos memoriæ prodiderunt. *Vinet.* XIII. Divus Hieronymus et Sex. Aurel. Egnatius, et Pomponius. In ætatis annis omnes concordant. Ex hoc autem numero facile colligitur, eum minorem natu fuisse Constantino, v. scilicet annis. *Glar.* Recte Vinetus. Eutropius ab anno numerat, quo Cæsar factus. Vid. Pag. ad A. 350. et hic Gruner. *Verh.*

Sine crudelitate] Quam nullam exercuit. *Glar.*

CAP. 10. *Diversa Constantii fortuna fuit*] Hic pessimo Ecclesiæ catholicæ publico ad Arianos defecit, sub quo eximii viri male multati sunt et in exilium missi: Athanasio etiam contra jus et fas manus intentatæ, post repertam in eundem calumniam, ut Rufinus refert x. 17. Inter Imperatores vix alius magis timidus, qui semper se feriri timebat, ut Dionysius: fastuque sufflabatur adulatorum, dejiciendo eos qui palpari nesciebant. Post Constantis itaque cædem multi viri innocentes trucidati sunt, ut refert Ammianus Marcellinus l. XIV. *Glar.*

Constantii] Tertii filii Constantini Magni, qui in Oriente fuit. *Glar.*

A Persis enim] An. XI. ejus imperii hæc acta referuntur. *Glar.*

Sæpe captis oppidis] Ammianus Marcellinus l. XVII. sub finem de Amida urbe amissa refert: amissa etiam et Singara, et aliæ quædam urbes. Nisibis egregie defensa est, a qua Sapores Parthorum rex invitus discessit, implicitus etiam vicino a Massagetis bello, unde facile inducias cum Constantio fecit. *Glar.* Ut Amida et Bizabda. *Glar.*

Oppidis] Ut Nisibi. *Glar.*

Nullum ei contra Saporem prælium] Zosimus lib. III. circa finem, Nisibinos (Nisibis, Mesopotamiæ urbis cives) dixisse scribit, Κωνστάντιον τρεῖς Περσικοὺς πολέμους ἀναδεξάμενον, καὶ ἐν πᾶσιν ἐλαττωθέντα· i. e. *Constantium tria suscepisse bella Persica: in omnibus fuisse superatum.* Cell.

Saporem] Parthorum regem. *Glar.*

Prælium] Quia Ariana hæresi infectus erat. *Glar.*

Nisi quod apud Singaram] Ptolemæus ponit Singaram urbem in Mesopotamia ad Tigrim, uno gradu orientaliorem Nisibe. Singaram autem montem in eadem Mesopotamia adhuc longius ad Orientem, ὁ Σιγγάρας. *Glar.*

Singaram] Urbem Mesopotamiæ munitam. *Cell.*

Magnentio Italiam, Africam, Gallias] Magnentius sub Constante ordinum comes, dolo imperator factus in Galliis, cum multos dolose perdidisset, in Italiam concessit, Mediolani aliquamdiu moratus, fratrem suum Decentium Cæsarem fecit: ac ut Gallias tueretur, in Gallias misit. Ipse literas ad Constantium dedit cum legatis, uti Constantius Oriente ac Thraciis contentus esset. Constantius nihil respondit, sed Gallum patruelem Cæsarem fecit: ac ulturus fratris Constantis cædem, in occidentem exercitum ducit, ut cum Magnentio decertaret. Interea duobus locis mota seditio est: altera in Illyrico, sub Veteranione; altera Romæ, ut author ipse statim narraturus est. *Glar.*

Veteranione ad imperium consensu] Sext. Aurelius: 'Constantis morte cognita, Veteranio magister militum imperium in Pannonia apud Marsiam corripuit, quem Constantius non post multos dies regno exuit, grandævo non vitam modo, sed etiam voluptarium ocium concedens. Fuit

diam et vicinas hodie nationes. Cæterum dum illæ Germaniæ Celticam habuere linguam, Ubios usque propemodum, quamvis circa Moguntiam ac Spiram mixtus Germanico sit sermo Gallicus etiamnum hodie. Manet et apud Ptolemæum adhuc Germaniæ in Belgica Gallia divisio plane inepta, Bovenlander et Widerlender. *Glar.*

Cap. 15. *Germanici jam*] Libri nostri alii, *Germani jam:* pro quibus duobus verbis fortasse unicum ab Eutropio positum fuerat, rectus scilicet ille casus, cujus obliquum ante posuerat lib. VII. in Othonis historia: quo loco, *Germanis, Germanicianis, Germanianis, Germanicanis,* et *Germanicis,* scribebant nostra exemplaria. Germanianos autem exercitus Capitolino in Clodio Albino dictos meminimus, at Germanicianos Suetonio in Tiberio Augusto; quemadmodum Illyricianos ab Illyrico, regione, Vopisco in Probo, et alia hujusmodi apud alios. *Vinet.* Vel qui Germaniam invaserant Romani, vel Germani ex Gallia pulsi. Sed malo intelligere de eo quod refert Marcellinus, de præsidio postulato a Constantio in Orientem. *Glar.*

Germanicianis, &c.] Cum hostiles Germanorum exercitus cum rege Chonodomario a Gallicianis Romanorum legionibus duce Juliano vincerentur, &c. Ammian. XVI. *Cell.*

Consensu] Non voluntate principis Constantii, imo et reluctante aliquandiu Juliano. *Glar.*

Qui rebus cognitis] Quod Julianus esset Augustus ab exercitu factus. *Glar.*

Ad bellum civile conversus] Marcellinus lib. XX. non ita longe ab initio, veras causas dissidii inter Constantium et Julianum narrat, Constantii invidiam, quem male urebant Juliani virtutes, clara fama, et per orbem Romanum encomia. Postulavit itaque ex Gallia ab Juliano præsidia, atque ea fortissima, ac Juliano conditione obnoxia, quæ invita ab eo discedebant: imo quæ malebant novum sibi Augustum facere, ac pro eo mori, quam exire Galliam. Moto igitur tumultu Julianus coactus est fieri imperator, et Augusti habitum induere. Quæ res ita commovit Constantium, ut facta pace qualicunque in Oriente cum Parthis, converterit arma in patruelem Julianum, sed in itinere periit Mopsucrenis, cujus loci meminit et Ptolemæus in minoris Armeniæ descriptione. *Glar.*

Civile] Contra Julianum. *Glar.*

Conversus] In Occidentem. *Glar.*

In itinere] Mopsucrenis, in Ciliciæ finibus, sub Tauri montis radicibus. Marcellin. lib. XXI. cap. 29. Hieronymus Epist. 8. ' in Mopsi viculo moriens.' *Cell.*

Inter Ciliciam] Mopsucrenis, in confinibus Cappadociæ, Armeniæ minoris, et Ciliciæ. *Glar.*

Anno imperii octavo et vicesimo] Hi anni imperii Constantii intelligendi sunt, ex anno quo factus est Cæsar. Nam a morte magni Constantini, qui hujus Constantii pater fuit, sunt 23. anni: sed annis 4. ante patris mortem Cæsar factus est, ut in Coss. catalogo patet. *Glar.*

Octavo et trigesimo] Annum unum addit Epitome Victoris, in qua legimus Constantium fuisse quindecim annis Cæsarem, et Augustum viginti quatuor. Quod autem ad ætatem ejus attinet, Eutropius hic cum Hieronymo quadraginta quinque: eadem Epitome, quadraginta quatuor: Ammianus Marcell. lib. XXI. quadraginta solum annos, cum paucis mensibus vixisse tradit. *Vinet.*

Trigesimo] *Vicesimo* legendum. Atque hic error est etiam in Sex. Aurelio. *Glar.* Pro *trigesimo* scribo *vigesimo.* Heumann. Rectius Nostri calculum vindicat, et cum Victore conciliat, Cl. Grunerus. Quem vide, et quos laudat.

Mitis alia] Sic c. 17. Forsan ut *ceterum* et *cetera*. Verh.

CAP. 16. *Hinc*] Anno Christi 363. *Glar.*

Julianus rerum potitus est] Claud. Julianus Constantinopoli natus ex Constantio Magni Constantini fratre, ingenio satis liberali, Eusebio Arianæ hæreseos episcopo erudiendus traditur. Sed postea Libanio rhetori, qui eum ad idolorum cultum reduxit a CHRISTI veritate. Inde philosophus videri cupidus, ut M. Antoninus, nimium sæpe ineptus apparuit. Hic dum Cæsar Constantii auspiciis in Gallia ac Germania fuit, egregie se gessit: ac Augustus per vim factus, conatus est se adversus patruelem defendere. Verum ut primum eum mortuum audivit, ipse Constantinopolim confestim concessit; atque ibi compositis rebus, auditisque ex diversis mundi regionibus legatis, cum alia fere quieta essent, unis exceptis Parthis in eos totius belli apparatum direxit. Ejus iter ex Constantinopoli ad Orientem diffuse commemorat Marcellinus lib. XXII. quippe qui ei expeditioni, ut noster hic author, interfuit. *Glar.*

Parthis] Ut alibi sæpius pro *Persis*, quod mox patet 'oppida et castella Persarum,' &c. *Verh.*

Oppugnavit] Melius *expugnavit*. Hav. Hanc conjecturam an ingenio viri cl. debemus, quam a Merula mutuari potuit? quam etiam lubenter sequeremur, si per Codd. liceret. *Verh.*

Hostili manu interfectus est] De morte ejus varia authores tradunt. Qui interfuerunt, Eutropius ac Marcellinus, aiunt ab hoste percussum hasta, quæ brachio ejus perstricto, costis perfossis hæserit in ima jecinoris fibra, ut lib. XXV. Marcellinus ait. Alia fama obtinuit, missum de cælo telum, quod cum ille sensisset, dixisse fertur, Vicisti Galilæe: ita enim CHRISTUM, homo levissimus per ignominiam vocare solitus erat: atque ita periisse. Nec reversum Antiochiam, quo minatus erat in exitium se Christianorum venturum, idque multis de causis. Sed Deus solus est Dominus, qui hominum quantumvis magna gesta merito irridet. *Glar.* Idem habet Epitoma Victoris: 'ab uno ex hostibus, et quidem fugiente, conto percutitur.' Ammianus et Zosimus nihil de hoste. Ille quidem XXV. 8. 'incertum subita equestris hasta, costis perfossis, hæsit in ima jecoris fibra:' hic autem, πλήττεται ξίφει, sine mentione percussoris. Christiani rem incertiorem faciunt. Socrates H. E. III. 21. ἐξ ἀφανοῦς ἀκόντιον φέρεται. Cedrenus f. 253. ἐπλήγη δόρατι ἀφανῶς. Clarius Zonaras f. 28. ἄδηλον, ὅθεν ἡ αἰτὸν πλήξασα αἰχμὴ κατ' ἐκείνου ἐβέβλητο, εἴθ' ὑπό τινος τῶν αὐτοῦ, εἴθ' ὑπὸ πολεμίου, εἴτ' ἐκ θεοπέμπτου δυνάμεως. *Cell.*

Inter Divos relatus est] Uti supra de Constantio cap. VII. 'Meruitque inter Divos referri.' De Juliano inde et Symmachus lib. X. Epist. 60. 'Sed Divo Juliano moderante Remp.' &c. *Hav.*

Si per fata licuisset] Si non fuisset apostata. *Glar.*

Facundia ingenti] Vin. et Sylb. *facundia ingenti, promtæ memoriæ* [et] *tenacissimæ*. Sed idem Sylburgius in Notis: 'Inclusa *et* abest a Fuldensi. Unde suspicor, veriorem esse scripturam: *facundiæ ingenti promptitudine, memoria tenacissima*.' Dubitamus autem, *promtitudinis* vocabulum, quod Vossio judice non satis Latinum, Eutropii ætatem, quanquam cadentis Latinitatis, admisisse. Nos secuti sumus Par. Ven. et Mer. *Cell.* Nihil mutandum contra Mss. quorum consensus tribus etiam Lugd. Batavis firmatur. Fuit enim in illo non tantum militaris (i. e. *promta*) facundia; sed et ingena, studiorum labore acquisita. *Hav.* Vid. hic cl. Gruner.

Memoriæ tenacissimæ] Adinsuper L. Batav. 2. et 3. *et amplissimæ*. Non te-

Augusti Juliani, una tantum litera discerni: quare non mirandum, si Pomponius Lætus *Juvianum* pro *Joviano* hunc appellat. *Vinet.* Cum Julianus cæsus esset, exercitus ejus nihil hominus objectus erat hostibus. Ibi consultatum est, ut in tumultu fieri potuit, de novo imperatore inter Palatinam turbam, ac inter Celtarum proceres, suum utraque factione de suo sibi corpore deposcente principem. Erant qui suadebant, eniteudum ut tuto in Mesopotamiam venire possent: ibi consociatis suffragiis creandum principem. At milites, non expectato tempore, mox imperatorem crearunt Juvianum, domesticorum ordinis primum, paternis meritis commendabilem. Erat enim Juvianus Varroniani, notissimi Comitis, super post depositum militiæ munus ad vitæ tranquilliora digressi, filius. Arrisit militibus nomen, una litera a Juliano discriminatum, ut scripsit Marcellinus in XXV. lib. Verum ut in militum conspectum productus, ac incurvus visus est, in lachrymas effusi sunt, malum nimirum rerum imminentium auspicium. Erat in exercitu Romanorum signifer, Juviano etiam privato adhuc invisus, qui judicium metuens, et potentem jam factum inimicum, ad hostes profugit. Et cum omnem Romanorum necessitatem Sapori Parthorum regi indicasset, animosiores Parthos fecit: sicut igitur Romani cesserunt, ita Parthi secuti sunt. *Glar.* Ammianus XXV. 17. ' Jovianus eligitur imperator, domesticorum ordinis primus.' Qui vero fuerint domestici, Socrates I. H. E. cap. 18. Gr. (Lat. 9.) edocet, τῶν δορυφόρων τις, inquiens, *ὃς οἰκείους καλεῖ ὁ βασιλεύς.* Ergo satellites sunt et corporis custodes. Adde Salmasium ad Lampridii Heliogab. cap. 33. Plures ex hoc gradu militiæ Augustos narrat Adr. Valesius lib. II. Hist. Franc. p. 59. *Cell.* et *Hearn.*

Modestius] Privatus, in nullo magistratu. *Glar.*

Patris] Varroniani. *Glar.*

Jam turbatis rebus] Ob Augusti mortem. *Glar.*

Atque altero] Hoc non habet Marcellinus. *Glar.*

Necessariam quidem] Philostorgius ineunte lib. VIII. *οὐ γὰρ ἦν ἄλλως διασωθῆναι. Cell.*

Muletatis finibus] Ablatis quinque provinciis Transtigritanis. *Glar.*

Ac nonnulla imperii Romani parte] Cum ad Tigris amnis transitum ventum esset, Celtæ nandi periti, noctu transgressi, Parthos inopinantes opposita in ripa trucidarunt: atque ita exercitus Romanus traductus est. Ita legatio a Parthis missa de pacis conditionibus, audita est: quas conditiones Juvianus urgentibus multis necessitatibus, accipere, vellet nollet, coactus est. *Glar.*

Parte] Nisibi ac Singara. *Glar.* Omni parte Transtigritana, et firmissimis in Mesopotamia Romani orbis propugnaculis, Nisibi et Singara. Ammian. XXV. 23. et Zosim. lib. III. extr. Zonaras in Joviano. *Cell.*

Mille centum et duobus de viginti] Hic impressi libri omnes habent, CCC. et XX. Antiquus vero Burdegalensis, LC. *et duobus de* XX. Tam diversi inter se numeri et notæ fecerunt, ut diu magnopere hærerem, Romanum imperium quodnam diceret Eutropius, cum numeri illi non procul abessent ab Augustorum origine: et proprie Romanum esset imperium, quod jam inde a Romulo cœpisset. Verum dubitationem mihi omnem consultus de ea re Ammianus tandem sustulit, qui lib. XXV. tanquam si hunc Eutropii locum interpretandum de industria suscepisset, Romanum imperium hic non esse aliud, quam quod ab Urbe Roma condita cœperit, aperte monstrat. Ab eo itaque autore confirmatus, cœpi nostrorum numerorum notas factorumque annos conferre diligentius, donec mihi tandem depre-

Gloria] Reipublicæ et *suæ*. *Glar.*

Illyricum] Ut fortissimam nationem. *Glar.*

In Galatiæ] Oppido Bithyniæ, Dadastana Ptolomæo. *Glar.* Dadastanæ, quod oppidum in Bithyniæ et Galatiæ confinio est. Philostorg. VIII. 8. Socrat. II. 26. *Cell.*

Vir alias neque iners, neque imprudens] Incedebat autem motu corporis gravi, vultu lætissimo, oculis cæsiis, vasta proceritate, et ardua, adeo ut din nullum indumentum regium ad mensuram ejus aptum inveniretur. Marcellinus ad finem libri vigesimi quinti. *Glar.*

CAP. 18. *Multi examinatum opinantur*] De morte hujus tres narrat opiniones. Miratur autem Marcellinus ad finem libri XXV. non inquisitum in hujus mortem, sicut nec in posteriores Africani: ut est apud Florum lib. LIX. in Liv. Epit. *Glar.*

Nimia cruditate] Quod cibum concoquere nequierit. *Glar.*

Quod ex recenti tectorio calcis] Vide Vallam I. 6. ubi de nominibus in *orium* ita inquit: *Tectorium*, illinimentum est, et quasi pavimentum parietis, atque incrustatio. *Glar.*

Grave] Exitiosum dormientibus. *Glar.*

Nimia] Al. *nimietate*. Glar.

Nimietate] Hieronymus Epitaph. Nepotiani fine epist. 8. 'Jovianus, gustatis tantum imperialibus bonis, fœtore prunarum suffocatus interiit.' Nonnullis suspecta vox *nimietatis*: verum etiam Columella, tersissimus auctor et puræ antiquitatis, l. VI. c. 28. dixit 'nimietate verni pabuli.' Adde Curas nostras Posteriores. *Cell.*

Adoleri] Incendi. *Glar.*

Decessit] Antequam Romam perveniro ponset. *Glar.*

Decessit imperii mense septimo] Vel potius die vigesimo primo, ut magis conveniat cum Eutropii Quartodecimo Kal. Mart. quod est XVI. Februarii. *Hearn.*

Mense septimo] Alii mense octavo Imperii decessisse scribunt: sed quam parva sit illa controversia, accipito. Julianus sexto Calend. Jul. vulnere in pugna accepto, obiit. Secuta luce (sic Marcellinus l. XXV.) Jovianus eligitur Imperator: isque postea obiit quartodecimo Calend. Martias. Intersunt autem inter vigesimumseptimum diem Junii, et sextumdecimum Februarii, menses septem, et dies viginti unus. En tibi tempus imperii Joviani. *Vinet.* Post octo menses, ait Rufinus et Eusebius. *Glar.*

Tertiodecimo Kalendas] XVI. die Februarii. *Glar.*

Tertio et XXX.] Ita et Ammianus Marcellinus. *Glar.* Sextus Aurelius ait, 'Annos gerens proxime XL.' *Glar.*

Principum] Fl. Valentiniani et Valentis. *Glar.*

Nam et civilitate propior, et natura] Sextus Aurelius: 'Hic fuit insignis corpore, lætus ingenio, literarum studiosus.' Hæc ille. Ut autem Rufinus initio libri undecimi Ecclesiasticæ historiæ refert, Jovianus in Christianos pacificus fuit: et si vixisset, plurimum eos promovisset. *Glar.*

Is status] Peroratio hujus operis. *Glar.*

Varroniano] Filio ejus. *Glar.*

Anno U. C. M. C. *nono et decimo*] Haloander ait, Anno 1117. Duobus ergo annis sequitur Eutropium. Differentia duorum annorum est etiam inter Dionysium. Sed vide num recte legatur, *Nono et decimo*, pro *decimonono*. Glar.

Millesimo centesimo et nonodecimo] Andreas Alciatus, v. 2. Parergon, hoc loco alium invenit numerum: sed hic noster est idem ille annorum numerus, quem modo supra reposuimus, uno adjecto anno: nec ille ab hoc alias diversus esse potest: quod Jovianus, seu Juvianus (ut appellare

RECENSUS EDITIONUM EUTROPII

AUCTIOR FABRICIANO

ET IN IV, ÆTATES DIGESTUS.

[EX ED. BIPONT. 1780.]

ÆTAS I.

PRINCEPS Romana Eutropii, ejusque a Paullo Diacono, qui duplo plura quam ille scripserat, inferciente contaminati, 1471—1546.; quo anno eum restituit Ant. Schonhovius novæ ætatis princeps.

1471 Romæ, fol. min. Eutropius historiographus, et post eum Paullus Diaconus de historiis Italicæ provinciæ ac Romanorum. Cum Terentio Varrone de L. L. Romæ, 'impress. anno 1471, die lunæ, XX mensis Maji. Ponti. S. in Christo patris ac domini nostri domini Pauli Papæ secundi, anno ejus septimo.'— Nitidissimis typis expressa. Vid. Maittaire Ann. typ. T. I. p. 307. et Hamberger in Zuverlæssigen Nachrichten, etc. T. II. p. 787. sq. cf. Indicem nostrum edd. Varronis de L. L. in fine anni 1471.

1475 Mediolani, fol. Eutropius, ad calcem Suetonii et Scriptorum Historiæ Augustæ. Vide Indicem nostrum editionum Historiæ Aug. Scriptorum p. XXVI. sq.

1480. Venetiis, fol. Eutropius, ad calcem Scriptorum Hist. Augustæ. Vide Indicem nostrum Scriptt. Hist. Aug. pag. XXVII.

1489. Venetiis, fol. Eutropius, cum Scriptoribus. Hist. Aug. Vid. ibid.

1490 Venetiis, fol. Eutropius, ad calcem Scriptorum Hist. Aug. Vid. Indicem nostrum Scriptt. Hist. Aug. p. XXVIII.

1510 Cracoviæ, 4. Eutropius, curante Mich. Coccinio. ap. Jo. Haller.

1512 Parisiis, fol. Eutropius, cum Paullo Diacono, apud Gormontium.

1513 Parisiis. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ, opera Nic. Maillardi. Contulit eam Jo. Fr. Grunerus.—In his duobus edd. Eutropius additamentis Paulli Winfridi Langobardi, qui Caroli M. ætate Diaconus Aquileiensis fuit, mire interpolatus est. Omnes enim a Jano, primo Italiæ rege, incipiunt, et alia multa admixta habent.

1516 Venetiis, Aldina I. Egnatii, 8. Sext. Aur. Victoris a D. Cæsare Aug. usque ad Theodosium excerpta. Eutropii de gestis Rom. libri X. Paulli Diaconi libri VIII. ad Eutropii historiam additi. Venetiis, in ædibus Aldi et Andreæ Soceri. Una cum Suetonio. Vid. Indicem nostrum edd. Suetonii pag. XVI.

— Lugduni. Eutropius.

1517 et 1519 Florentiæ, 8. ex offic. Juntina repetita est Aldina I. Prior tomus habet cum Suetonio Victorem et Eutropium; certe posterior tomus complectitur VI. Scriptt. Hist. Aug. cum Dione.

1518 Basileæ, fol., Eutropius, inter Scriptt. Hist. Aug. minores ex recognitione Erasmi Roterod. Basil. ap. Frobenium. Vide Indicem nostrum edd. Scriptt. H. A. pag. XXX.

1521 Venetiis, Aldina II. Egnatii, 8. De vita et moribus Imperatorum excerpta ex Sexto Aurelio: item Eutropii, c. n. Des. Erasmi, et Paulli Diaconi, de gestis Romanorum libri XVII. Cum Suetonio. Vide Indicem nostrum Scriptt. Hist. Aug. pag. XXXI. Havercampus contulit.

1524 Venetiis, 8. eadem repetita, teste Fabricio.

1527 Coloniæ, fol. Eutropius, inter Scriptt. H. A. curatos ab Erasmo an. 1518.

1529 Parisiis, 8. ap. Colinæum repetita est Aldina an. 1516.

1531 Parisiis, 8. ap. Sim. Colinæum Aldina 1516. repetita. Ibidem Paulli Diaconi Libri VIII. de Gestis Rom. ad Eutropium additi.

1532 Basileæ, fol. Eutropii insigne volumen, quo Romana historia universa describitur, ex diversorum auctorum monumentis collecta. Quanto vero major Codicum sinceritas eo tempore fuit, quam est hodie? Itaque non pauca leguntur hic emendatius multo quam in editionibus quorundam historicorum, quæ vulgo circumferuntur. Id docebit vel Sext. Aur. Victoris libellus, ut

de Epitome Eutropii ad Valentem Aug. sileatur. Additæ sunt Græcorum Imperatorum vitæ de rebus in Oriente et Constantinopoli, Persia, Arabiaque gestis, de quibus hactenus Latinis parum constabat. Quidam Annales Constantinopolitanos appellant. Opus indignum certe, quod in tenebris tamdiu delituerit. Paulli Diaconi Aquileiensis de gestis Longobardorum libri VI. Basil. in offic. Frobeniana, edente Sigism. Gelenio.—Mera est Historia miscella Paulli Diaconi.

1539 Parisiis, 8. Eutropii de gestis Romanorum libri X. apud Colinæum.

1540 Parisiis, 8. Eutropius, etc. apud Sim. Colinæum.

1543 Parisiis, fol. Eutropii Epitome belli Gallici, adjuncta Jul. Cæsaris Commentariis, apud Mich. Vascosanum.

1544 Parisiis, 8. Eutropii Epitome belli Gallici; Glarean. in comment. Cæsaris; nomina Gall. urb. fluvior. montium. Apud Rob. Stephanum.

ÆTAS II.

Lautior 1546—1590. Eutropium quippe adhuc misere ex Paulli Longobardi additamentis contaminatum primus reddidit integriorem Ant. Schonhovius, Belga, integerrimo Eutropii Codice Gandensi usus, quem descriptum edidit Basileæ 1546. Purum fecit meliorem Elias Vinetus, Gallus, ex Cod. Ms. Burdegalensi, Pictavii 1553. Tertiam post hos laudem meritus est Henr. Glareanus ab ingenio et doctrina, edito Eutropio cum notis Friburgi 1554. quæ inde illis Vineti conjungi cœpere in edd. Basil. 1559. et Paris. 1560.

1546 Basileæ, 8. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ, ed. Ant. Schonhovio Canonico Brugensi, ap. Oporinum.—Editor usus est Ms. Cod. Gandavensi, idemque addidit libellum vetustum locorum Urbis et provinciarum scriptum circa an. Christi 390. De hac editione sic Georg. Cassander:

Hactenus Eutropii titulum nomenque: sed ipsum
Nunc demum, lector, conspicis Eutropium.

1552 Basileæ, 8. Eutropius ex ed. Ant. Schonhovii 1546. repetitus. —Lugduni, 12. Historiæ Romanæ auctores varii: Velleius Paterculus, Florus, Sext. Rufus, Mess. Corvinus, et Eutropius. Apud Seb. Gryphium.

1553 Pictavii, 8. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ, ed. Elia Vineto.—Is Eutropium ex Msto Burdegalensi emendavit notisque

bovio et Vineto emendatiori usus est Codice Fr. Nansii, 1592. rec. 1594. Inter hos, qui in Collectionibus suis ad an. 1579. enumeratis Eutropium cum aliis curarunt, primas tenet Janus Gruterus 1610. et sq. Codd. etiam Palatinis usus. In Eutropio separatim edendo Chph. Heidmannus Helmstadii 1621. rec. 1637. et 1653. textum Sylburgianum secutus. Eutropium una cum Victore notis suis instructum dedit Tan. Faber Salmurii 1667.

— Basileæ, 12. Eutropius, in Dionys. Gothofredi Antiqua historia ex XXVII. auctoribus contexta.

1592 Lugduni B. 8. Eutropius, una cum Paullo Diacono, ed. Paul. Merula.—Merula Schonhovium secutus, etiam usus est Cod. scripto Fr. Nansii, notasque adjecit Henr. Glareani et Eliæ Vineti. Repetita est hæc editio 1594.

1594 Lugduni, 8. Eutropius, ex priori. Collata a Granero.

— Genevæ, 8. eadem cum priori Lugdunensi.

1601 Parisiis, 8. Eutropius, cum versione Gallica D. Prexfontaine.—Sic est in Cat. edd. J. E. Bertrandi, curatoris ed. 1762.

1604 Argentorati, 8. Eutropius, in Dion. Gothofredi Antiqua historia ex ed. 1590. recusa.

1607 (Lugd. Bat.) ex offic. Raphelengii. Junctim cum Floro, Aurelius Victor, Festi Rufi Breviarium, Messala Corvinus, Cassiodorus, et Eutropius.

1609 Aurel. Allobr. (Genev.) fol. in Scriptorum hist. Rom. Lat. veteris Vol. I. extant post Livium, Eutropii L. X. cum VIII. libris additt. Paulli Diac. &c. apud Petrum de la Roviere.

1615 Amstelod. vel Lugd. Bat. 16. Eutropius in Rom. hist. Epitome.

1621 Helmstadii, 4. Eutropius, curante Chr. Heidmanno. Sequitur textum Sylburgii correctiorem; Chronologiam in margine addidit et historiam in articulos minores distinxit.

1623 Genevæ, fol. Eutropius, in recusis Scriptt. hist. Rom. Latinis: apud viduam Petri de la Roviere.

1625 Amsterodami, 24. Sext. Aur. Victor, Sext. Rufus Festus, Messala Corvinus, Eutropius, (ex rec. Vineti) cum Floro, Velleio, Paullo Diac. Cassiodoro, Jornande, et Exuperantio, in hist. Romanæ Epitome. Amsterodami apud Guiliel. Janss. Cæsium.

1629 Lugduni Batav. 12. Elzevir. Respublica Romana post Velleium et Florum habet Eutropium, Cassiodorum, &c. cura Petri Scriverii.

suisque et Cbph. Heumanni instructiorem et ex Mss. Leidens. recensitum dedit Sigeb. Havercampus Lugd. B. 1729. Hunc vero supergressus Henr. Verheyk Batavus, editionem Cellario-Havercampianam c. n. Varr. et varietate lectionis ex Mss. recens collatis et Cellarii notis integris suisque ornatiorem dedit an. 1762. quam uti præcesserat 1752. recensio J. Fr. Gruneri. Prof. tum Coburgensis, cum notis in usum juventutis, ita ejusdem curæ secundæ a Verheykio 1768. ad diligentiam laudatiores extitere in Germania. Mittimus ceteros editores, sive Gallos, quibus vel brevitas placuit Tanaq. Fabri, vel auxilium versionis vel notarum Gallic. sive Germanos, qui vel Cellariano textui suas notas addidere, ut Laur. Reinhardus 1729. vel studio Latii vel prodesse vel obesse studuere, notis Germ. additis; sive Anglos, quibus aderat interpres Jo. Clarke, 1722. &c.

1678 Cizæ, 8. Cellariana I. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ ab Urbe condita ad Valentinianum et Valentem Augustos. Cum metaphrasi Græca Pæanii. Christophorus Cellarius recensuit, notis et indicibus locupletavit. Cizæ, ap. Jo. Bielke.

1683 Parisiis, 4. Eutropii historiæ Romanæ Breviarium ab Urbe condita usque ad Valentinianum et Valentem Augustos. Notis et emendationibus illustravit Anna Tanaquilli Fabri filia, in usum Delphini. Paris. apud viduam Antonii Cellier.

1692 Parisiis, 24. Eutropii Breviarium historiæ Rom. restitutum per Eliam Vinetum. Paris. apud viduam Thiebaust.

1698 Jenæ, 8. Cellariana II. Eutropii cum Pæanio, auctior priori. — Parisiis, 24. Eutropius.

1703 Oxonii, 8. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ, cum Pæanii metaphrasi Græca. Messala Corvinus de Augusti progenie. Julius Obsequens de prodigiis. Anonymi oratio funebris Gr. Lat. in Imp. Constant. Constantini M. filium. Cum variis lectionibus et annotationibus. Oxonii, e theatr. Sheldon.—Editor est Thom. Hearne. Sequitur maxime contextum Sylburgii, cum quo septem Codd. Mss. melioresque edd. contulit.

1705 Londini, 12. Eutropius et Aur. Victor cum notis Tan. Fabri. Recusi ex ed. 1667.

1710 Oxonii, 8. Eutropius.

1715 Halæ, 12. Eutropius, cum notis Germanicis Car. Schumanni.

1717 Parisiis, 12. Eutropius, cum versione Gallica Lezæi.—Vid. infr. Versiones h. a.

Germ. Indice et Phraseologia Eutropii.

1743 Heidelbergæ, fol. In Bennonis Caspari Haurisii Scriptoribus historiæ Romanæ Latinis veteribus in unum corpus redactis T. II. Eutropius, &c.

1744 Varsoviæ, 8. Eutropius c. obss. Reinhardi pro usu studiosæ juventutis.

1745 Francofurti, 8. Eutropius, cum notis German. Em. Sinceri.

— Halæ, 12. Idem sine notis.

1746 Lutetiæ Parisiorum, 8. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ. Accedunt selectæ Lectiones dilucidando auctori appositæ. Lutet. Paris. sumtibus F. G. Merigot.—Editio nitida et accurata. Editor maxime secutus est ed. Oxon. Thom. Hearne. Post varias lectiones in titulo indicatas habet etiam Tan. Fabri in Eutropium animadversiones, et Indicem duplicem, rerum notabilium et locutionum memorabilium.

1752 Coburgi, 8. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ ab U. C. ad Valentem Aug. Recensuit et notis illustravit Jo. Frid. Gruner. Coburgi, ap. Ge. Otto.

— Hafniæ, 8. Eutropius, curante Laur. Reinhardo. Repetitus ex ed. 1738.

1754 Parisiis, 12. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ. Accedunt selectæ lectiones dilucidando auctori appositæ. Typis J. Barbou.

1755 Jenæ, 8. Eutropius ex rec. et c. n. Cellarii.

1758 Francofurti, 8. Eutropius, cum notis German. Em. Sinceri.

1760 Londini, 8. Eutropius, Lat. et Angl. cum notis et Indice, cur. Thoma.

1762 Lugduni Bat. 8. Eutropii Breviarium historiæ Romanæ, cum metaphrasi Græca Pæanii et notis Variorum. Accedit Rufus Festus, cum notis Variorum. Recensuit, suasque annotationes cum Indicibus copios. addidit Henricus Verheyk. Lugd. Bat. apud Sam. et Joan. Luchtmans.—In hac ed. sunt omnia, quæ in Havercampiana, Cellarii tamen notæ integræ. Accessere ipsius editoris notæ, ubi res postulare videbatur, et Indices meliores: variæ lectiones Mss. quos ipse contulerat diligenter notatæ: ut hæc jam sine dubio optima sit editio. In præfationis altera parte est accurata de Dictatore Romano Disputatio ad I. 12.

— Novi-Castri, 8. Flavii Eutropii Breviarium historiæ Romanæ in usum juventutis scholasticæ adornatum a J. E. Bertrand, in col-

HISPANICÆ.

1561 Antverpiæ, 8. Hispanice versus prodiit Eutropius interprete Jo. Martino Corderio.—De alia Amati Lusitani versione vid. Bartolocci Bibl. Rabbinicam T. I. pag. 369.

ANGLICÆ.

1564 London, 8. Eutropius.

1722 London, 8. Eutropius, Lat. and Engl. by J. Clarke.

1760 London, 8. Eutropius, Lat. and Engl. with Notes and Index by Thomas.

ITALICÆ.

1544 Venetia, 8. L'Historie d'Eutropio de le Vite et Fatti de tutti gl'Imperatori Romani, tradotte di Latino in lengua Italiana. Venetia, per Michele Tramezzino.

1548 Venetia, 8. L'Historie di Paolo Diacono seguenti a quelle d'Eutropio, de i fatti de' Romani Imperatori. Tradotte di Latino in Italiano (da Benedetto Egio da Spoleti.) Venetia, per Michele Tramezzino.

BIPONTINORUM Recensus exhibuit lectori notabiliora quæ pertinent ad editiones Eutropii, sive cum aliorum historiis conjunctim, sive separatim editas. Supplementum qualecumque, interjectis simul pauculis in Bipontinos annotationibus, nunc in ordine suo subjungimus. Eutropii, confitemur, historiæ tantum est Epitome, at tamen nobilissimæ gentis Romanæ, proptereaque multum æstimanda. Stylus est tenuior, et sequioris ævi Latinitatem sapit; at simul mira perspicuitate nitet, sæpe etiam non sine elegantia. Vidit etiam, ex iis quæ jam prædicta sunt, lector, textum interpolationibus multum fuisse contaminatum, et alienis continuationibus auctum. Hæc monitus æstimabit editiones ejusdem, non secundum Prolegomenωn longitudinem et annotationum multitudinem, sed secundum codicum puritatem et textus a Schonhovio aliisque criticis sæc. XVI.

8vo. Cizæ 1678. auctiorem 8vo. Jenæ 1698. 1716. et adhuc auctiorem 8vo. Jenæ 1726. et iterum vulgata fuit 8vo. 1741. Si igitur recte se habet Harlesius, una in Bipontinorum Recensu editio desideratur.

Römische Historie oder Chronick, 4to. Fryburg. im Brisgow 1617. Cum gratia et privilegio Cæsareæ Majestatis. A Degenio describitur, et exemplar in Christii Biblioth. extitit. Tom. 2. p. 602.

Eutropius, 16mo. Petrochoræ 1649. Ex recensione Vineti, sine notis. 'Hanc editionem, ab aliis præteritam, ipse vidi.' C. H. Tzschucke.

Eutropius et Aur. Victor, ex recensione et cum notulis T. Fabri. 12mo. Salmur. 1672. Mus. Britann. Hæc editio a Bipontinis penitus omittitur, et de priore edit. Salmur. 1667. non recte dictum: 'cum brevibus notulis Tan. Fabri:' notulæ enim Fabri ibidem nullæ sunt.

Eutropii Breviarii Romanæ Historiæ Anglica versio vulgata est 8vo. Lond. 1684.

Eutropii Hist. Libri x. cum Pauli Diaconi libris VIII. 8vo. Lugd. Bat. 1692.

Annæ, Tanaquilli Fabri filiæ, editio, in usum Delphini, iterum edita est 8vo. Oxon. 1696. et editione priore correctior et emendatior 8vo. Londini 1716. impensis J. Churchill.

Eutropius, &c. 8vo. Lond. 1716. Mus. Brit. Vide etiam Biblioth. Pinellianam, tom. II. p. 69.

In L'Augmentation de l'Histoire Romaine par Marolles, tom. II. p. 8. a. 1717. versio est Eutropii Gallo-Francica, si recte dirigat Biblioth. Casanatensis, tom. III. p. 122.

Eutropii Hist. Romanæ Breviarium, or Eutropius's Epitome of the Roman History, for the use of Schools, with an English Index and a Vocabulary. 8vo. Lond. 1726. 1736. 1765. 1774. 1810. A J. Stirling, eodem editore qui vulgavit Virgilium et Persium.

Eutropius, &c. 8vo. Francof. et Lips. sine anno, sed forsan circa a. 1732. cum annotationibus Reinhardi.

Eutropius, cura J. D. Van Hoven, 8vo. Amstelod. 1738.

et Messalam, æque ac Eutropium, respexisse, nos vero eum tantum secutos esse ubi descripserit Eutropium, ceteris, in præsenti saltem, ad res nostras minus pertinentibus.

Eutropius, 12mo. Halæ 1789. cui præfiguntur Imp. Romani regiones XI.

Eutrops Auszug der Römischen Geschichte, Von Ludwig. Haus. 8vo. Francof. 1790. Desideratur, ait C. H. Tzschucke, linguæ vernaculæ puritas et elegantia, passim etiam redditæ narrationis veritas et fides. Offendunt etiam Romanorum nominum detruncatæ formæ, veluti Rem, Kar, Domiz; sed plura dabit Degen. p. 174. Notas breves, sed non inutiles, habet.

Breviarium Historiæ Romanæ Eutropii, una cum Sex. Aur. Victore de viris illustribus urbis Romæ. Excudit J. Pote. 8vo. Etonæ 1790.

'Germanice versa est,' ait Harlesius, 'Eutropii Hist. ab Hausto, 8vo. Mogunt. 1790. et melius a Jo. Dan. Buchling, 8vo. Lips. 1794. Confer Not. Br. p. 595. seqq. Suppl. II. p. 238. seq.' Brevior Notitia Literaturæ Romanæ, &c. p. 244.

Eutropius, &c. 8vo. Berolini 1791. Edidit Joërdensius. Annotationes habet subjectas hæc editio duorum generum, quorum prius magistris, posterius discipulis, se accommodat. Textus est e Gruneri editione sec. Multa Geographica præbet, et locorum antiquorum nomina hodiernis aptantur, et exinde explicantur. Notat Klüglingius, minus plenum accuratumque esse vocabularium proprie ad editionem Caroli Hen. Joërdensii pertinens, 8vo. Berolin. 1791. Völlstand. Worterbuch su Eutropii Brev. Hist. Rom. Für Schulen. 8vo. Berolin. 1806.

Editio Henrici Verheyk, quam vulgatam a. 1762. iterumque 1779. memorant Bipontini, rursus prodiit 8vo. Lugd. Bat. 1793.

Eutrops Auszug aus der Römischen Geschichte, von Joh. David Buchling, 1794. 'Elegantia,' ait C. H. Tzschucke, 'superat priorem,' nempe Versionem, von Ph. Ludwig. Haus. 1790.

God. Seebodii, tom. XIII. Quod ibi dedit conjungendum isti operi, separatim edendum dedit Grossius, 8vo. maj. Lips. 1816.

Eutropii Brev. &c. diligentissime recognovit et in usum scholarum edidit Carolus Poppo Froebel. 8vo. Rudolstad. 1816. Bene audit hæc editio ut accurate exscripta.

Eutrops Abrifs der Rom. Geschichte von Fred. Hermann, Professore Gymn. Lubec. 8vo. Lubec. 1818. Multum critice se versari et textum corrigere profitetur editor, et simul, tironum usui, dilucidationes et mantissam observationum dare.

Eutropii Historiæ Romanæ Libri septem: quibus accedunt notulæ Anglicæ et quæstiones. Studio C. Bradley. Editio altera. In Ædibus Valpianis, 12mo. Lond. 1819.

Additamentorum Pauli Diaconi ad Eutropium Lib. VI. 3. Seriem sive Successionem Imperatorum Romanorum. 4. Orosii Presbyteri de Ormesta (sive Hormesta, quicquid intelligendum sit de hujus verbi sensu, de quo disputatum est) Mundi Lib. VII. quibus præmittitur præfatiuncula, &c.

2508. sæc. XV. continet, inter alia (art. 5.), Eutropii Epitomen Romanæ Historiæ abbreviatam. Lectiones multum ab iis superioris ætatis discrepantes præbet. Hoc modo (post fabulosam Historiam de Jano et Saturno, &c.) incipiens: 'Romanum igitur imperium, quo ad exordium nullum fere minus, et quo ad crementum nullum majus humana potest memoria recordari, a Romulo exordium habuit,' &c. Cod. membran. ut videtur, sæc. XV. sed ut apparet a modo diphthongum æ scribendi ab exemplari multum antiquiore derivatus.

N. 4793. Codex chartac. continens, una cum Flori Rerum Romanarum Libris IV. Eutropium a Paulo Diacono interpolatum, Lib. XVII. In extrema folii rasi sub initio codicis inscribitur: 'Paulus Rosius.'

N. 3242. Codex chart. sæc. XVI. continens, una cum M. Aur. Cassiodori Hist. (scripta A. D. 1519. a fratre Michaële, Treveris) Eutropii Historiam Romanam, cum continuatione Pauli Aquilejensis Diaconi, et postea Landolphi, ad tempus Leonis, scripta ab eodem fratre Michaële, Treveris, 1520.

N. 2729. Cod. Membran. circa sæc. X. qui cum Julii Frontini strategem. amplectitur Eutropii Epitomen Rom. Hist. Lib. X. Lectiones sub initio eædem quæ in num. 2508. Harleian.

5252. Cod. Membran. sæc. XV. Hic continet libros Eutropii, vel Epit. Rom. Hist. una cum interpretationibus et additamentis Pauli Diaconi.

Inter codd. *indescriptos* vocatos (a viro Rev. S. Ayscough notatum vol. I. p. 346.) est Fragmentum Rerum Gestarum sub Vespasiano Imp. et Tito filio, ex Polychron. Jos. Egesippi, Eutropio, &c. cum exemplis quorundam Morum. In perg.

Burneiensis N. 172. Eutropii Historia. Cod. chartac.

Fabricius. Atque ita fere Ms. scripta hæc sunt: 'Explicit Liber decimus: huc usque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua Paulus Diaconus addidit. In hac et altera pagina descripta est particula aliqua operum illius Pauli, sed manum cohibuit librarius priusquam paginam alteram compleverat.' Resecta sunt duo folia a tertia pagina.

Similiter nos effugerat alius cod. Oxoniensis: nempe Bodl. *Canonici* Lat. 264. sæc. XV. vel XVI. parvi vero, ut videtur, pretii. Hæc amice nobis data ad doctum Librarium Alex. Nicholl referenda sunt.

Hisce subjiciatur Eutropius 8vo. impress. Basil. apud Oporinum 1548. 8vo. cum variis Mss. lectionibus, collat. cum edit. Pictav. 1554. Inter codices Mss. et Impressos D'Orvillianos.

Codices Cantabrigienses.

Apud libros Mss. *Colleg. Corp. Christi* et Beatæ Mariæ Virginis *(Bene't)* asservantur duo codd. quorum prior, CXXIX. cum aliis, præbet (art. 1.) Eutropium de Principibus Romanis, seu Breviarium, &c. Cod. membran. in folio, sæc. XV. Posterior, CCLXXVI. cum aliis (art. 1.) Hist. Romanæ ex urbe condita ad Justinianum Imp. libros XVI. Decem hujusce cod. priores libri Eutropii Historiam præbent, cum Pauli Diaconi additamentis: sex posteriores a diversis criticis ad diversos auctores referuntur; sed a nemine ad Eutropium; cui fuit quidem in proposito Historiam suam, ut ipse dicit sub fin. Historiæ libri decimi, continuare, sed non compertum est eum opus suum ad finem propositum perduxisse.

Inter codd. Galeanos *Trin. Coll.* est Eutropius, cui præfigitur nomen Abr. Ortelii; et e raso folio sub initio codicis quæ sequuntur transcribimus: 'In notis ad Orosium Fabricii a. M.D.LXXXII. p. 553. quædam sub Eutropii nomine edidit R. Stephanus, et in eodem Gul. Cambdenus Britanniæ suæ p. 28. quædam ex Eutropio adducit quæ non sunt in Eutropio, sed in Valerio Maximo.' Retinet nomina cl. virorum quorum in peculio fuerat hic codex, Sam. Reni

INDEX

IN

EUTROPIUM.

INDEX

RERUM ET VERBORUM

IN

EUTROPIUM.

Prior numerus Librum, posterior Caput indicat.

A Romulo exordium habet Imperium Romanum i, 1 a Roma milliario undecimo i, 20 a Romanis quid exigere xi, 7 a cursu suo averti ii, 14 a Tarento recedere, ibid. a Romanis pacem obtinere ii, 15 a condita urbe ii, 18 a complexu uxorem removere ii, 25 a victo obsides poscere iii, 17 a solo evertere urbem iv, 17 a Catuli parte felicius dimicatum est v, 2 non longe a Capua v, 7 a rege veniunt legati, ibid. a tergo periculum habere, ibid. a Sylla secundus v, 8 a tergo aliquem obsidere vi, 6 a Numa pendet origo paterna viii, 9 a Salentino rege, materna, ibid. a principio vitæ viii, 11 a mari ad mare perducere vallum viii, 19

Ab urbe condita, Præf. ab exordio i, 1 ab urbe esse i, 4 ab urbe abesse, ibid. ab urbe non longe esse i, 8, 11 ab urbe in octavo decimo milliario posita civitas i, 8 ab urbe duodecimo milliario i, 17 ab urbe condita anno ccc. et altero i, 18 et i, 19. &c. ab urbe quarto milliario consedere ii, 5 ab urbe in centesimo et tricesimo milliario i, 8 ab urbe octavodecimo milliario i, 12, &c. ab urbe non longe vii, 16 ab honestate averti ii, 14 ab impetu aliquem frangere iii, 9 ab Hispanis obsides accipere iii, 15 non longe ab Athenis v, 6 ab Arimino fugere v, 8 ab Arimino cum exercitu venire vi, 19 ab Artaxata venire vi, 13 ab initio principatus vii, 8

Abducere multa captivorum millia ii, 20

Abesse ab urbe sexto milliario i, 4, 19

Abire magistratu x, 1 (not.)

Abolere merita patris et fratris vii, 23

Abrogare alicui imperium x, 11

Absens consul fit Marius v, 1 absens et præsens vi, 17

Absimilis alicui x, 9, 16

Abstinere bello iii, 7 cruore x, 16

Abundantia aquarum vi, 14

Accedere usque ad urbem i, 15 ad quartum milliarium urbis iii, 14 usque ad Indiæ fines viii, 3 accessit Romanis ingens animus iii, 18 Asia accessit imperio Romano iv, 19 Libya Romano imperio accessit vi, 11 accessit Romano imperio Judæa vii, 19 accedere ad imperium ix, 1 ad reip. administrationem ix, 17 moderatorem in patris locum x, 2

Accidere: calamitates, quæ in præliis acciderunt vi, 19 quod ante eum nunquam accidit x, 17

Accipere regnum i, 6 consulatum v, 8 imperium vii, 23. ix, 9 imperii administrationem viii, 18 purpuram ix, 9 togam prætextam i, 17 Macedoniam provinciam vi, 7 imperatorem ab exercitu vii, 16 mare pacandum ix, 21 nomen iv, 4 sibi et posteris cognomen ii, 5 obsides ab hoste iii, 15. vi, 17 aliquem in amicitiam iii, 17 aliquem

spectaculum venire iv, 8 invitari i, 2 ad severitatem propensior vii, 16. x, 15 ad reparandas vires auxilia mittere iii, 11 ad regem mittere legatos iii, 1 ad rebellandum aliquem impellere iii, 2 ad omnem asperitatem sævitiamque proclivus x, 3 ad Prænestе venire ii, 12 ad portas urbis accedere iii, 14 ad portam Collinam v, 8 ad postremum vi, 18, 21. vii, 14. ix, 22. x, 7 ad mare a mari vallum perducere viii, 19 ad mentum gladio subjecto vii, 18 ad duos Augustos resp. redacta est x, 9 ad nomen suum transferre mensem Septembrem viii, 15 ad nostram memoriam, Præf. ad nostram memoriam permanent i, 6 ad nostram ætatem quæ manent ix, 23 ad pacem redigi ix, 23 ad pedes alicui cadere iv, 7 ad plenum viii, 19 ad Philosophiam institutus viii, 12 ad præsidium Italiæ naves salvæ ii, 23 ad Persas ducere secum filium, i. e. adversus ix, 18 ad privatæ vitæ statum remeare ix, 28 ad prosperrimum statum redire viii, 1 ad veterem statum reverti ii, 13 ad urbem redire vi, 19 ad ultimum ix, 8 ad majorem scribendi diligentiam reliqua reservare x, 18 ad pugnam duci i, 16 quæri vii, 15 ad quælibet bella externa idoneæ vires x, 12 ad quosdam viros militares nomina annotata perferre ix, 15 ad se evocare aliquem per blanditias vii, 11

Addere D. millibus pondo argenti c. millia librarum iii, 22 imperio Rom. insulas vii, 13 provincias viii, 6

Adducere LXXX. millia peditum, &c. ad Italiam iii, 8 ingentes copias ex regno vi, 8 Romanos ex urbibus ix, 15

Adeo pauper i, 11 adeo cultus modici esse x, 1 vid. iii, 20. iv, 8. vi, 24. vii, 18, 21. &c.

Adeptus Philosophiæ scientiam ad plenum viii, 19

Adherbal a fratre Jugurtha interficitur iv, 26

Adhortari aliquem per literas x, 2

Adhuc parvis rebus Romanis ii, 6 Alpes adhuc ea parte invias patefacere iii, 8 juvenis adhuc consul est factus iv, 12 nunquam adhuc Romanæ copiæ in unum neque majores, neque melioribus ducibus convenerant vi, 21 tantæ admirationis adhuc juvenis viii, 11 cum filio adhuc puero ix, 1 posteri, qui adhuc manent ix, 13

Adiabeni vincuntur a Septimio Severo viii, 18

Adiabenicus Septimius Severus dictus viii, 18

Adjicere urbi montem Cœlium i, 4 Aventinum civitati i, 5 validissimas gentes imperio Romano vii, 19 Daciam ix, 8

Adimere alicui imperium i, 8 partem regni vi, 13 signa Romana, quæ Crasso victo ademerant vii, 9

Adjungere urbi montes tres i, 7 non parum agrorum urbis Romæ territorio i, 6 civitates Romanis ii, 2

Adjutores habere iv, 5

Administrare imperium, Præfat. et viii, 9 Macedoniam vi, 10 provinciam pro prætore vii, 10 bellum per aliquem vii, 9 remp. viii, 2, 8 Aquitaniam cum præsidis honore ix, 10 administrandæ Africæ solicitudinem recusare x, 1

Administratio reip. viii, 18. ix, 17. x, 1 administrationem imperii Rom. accipere viii, 18 cum Italiam quoque administrationi suæ accessisse sentiret x, 2

Admirari aliquem ii, 12, 14

Admiratione ingenti alicujus teneri ii, 12 tantæ admirationis adhuc juvenis viii, 11

Admittere: Afros pacem petentes nullus admisit ii, 25 legatos admittere noluit iii, 7 cum suspicio esse cœpisset, consulto ab eo admitti barbaros ix, 21 sibi aspidem admittere vii, 7

Admodum perniciosum bellum v, 3 non admodum clare natus vii, 18 non admodum vetere sed claro genere viii, 8 admodum parcus viii, 18 admodum senex viii, 1, 19 admodum juvenis viii, 23 admodum puer ix, 2 admodum parva manu committere ix, 24 admodum subtilis ingenio ix, 26 admodum liberalis natura x, 18 non admodum affectans fisci commoda x, 1

Adoleri multas prunas jussit x, 18

Adolescens annos unum et XX. natus v, 8 annos x. et VIII. annos natus vii, 1 egregiæ indolis ix, 18

Adoptare aliquem viii, 1, 6, 11 adoptari per testamentum vii, 2

Adoptione filius vii, 10

Adorari se jubere ix, 26

Adventante exercitu ix, 23

Adventu ad Italiam cognito iii, 8

Adversus: adverso vulnere jacere ii, 11 adversis duobus ducibus vi, 1 die una adversam et secundam fortunam experiri ix, 23

Adversum patriam cum exercitu venire vi, 19 adversum aliquem dimicare vi, 20 adversum se conjurationis convic-

ætatis vicesimum iii, 7. v, 9. vii, 16. &c. bellum vi, 8 cum hoste ii, 9 contra hostem ii, 20 agere æquo jure cum omnibus viii, 12 aliquem in ultimas regni solitudines ix, 25 agere Antiochiæ et circa Armeniam viii, 10 in Rætia et Norico ix, 7 de pace cum hostibus v, 6 causas Latine vii, 21 nihil quasi Romanus egit ii, 25 multa bene iii, 20 insolentius vi, 25 se negligenter et avare vi, 9 se ingenti modestia x, 15 res egregias iii, 16 nihil non tranquillum et placidum viii, 4 nihil injustum ad augendum fiscum, ibid. præfecturam urbis viii, 16

Aggredi Præneste ii, 2 Isauros vi, 3 oppidum vi, 10 civitates, ibid. aliquem subito iii, 14 Germanos trans Rhenum vi, 17 prælium inconsultius x, 9 Saguntum oppugnare aggressus est iii, 7

Agnoscere ex sorore filiam vii, 12

Agrestes iidem, qui Rusticani ix, 20

Agrigentum civitas iii, 14

Agrippa, M. in Aquitania rem prospere gerit vii, 5

Agrippina in Galliis viii, 2, &c.

Ala: alis et unguibus Galli oculos verberat corvus ii, 6

Alamanni in Italiam irrumpunt ix, 8 cæduntur ix, 23. x, 3 eorum ingentes copiæ extinguuntur x, 14

Albani vincuntur a T. Hostilio i, 4

Albanis bellum infert Pompeius vi, 14 regem dat Trajanus vlii, 3

Albinus, Clodius, Cæsarem se in Gallia facit viii, 18

Albinus, Sp. Postumius, contra Jugurtham mittitur iv, 26

Albis fluvius vii, 9

Alexander Macedo Alexandriam condit ii, 7

Alexander, Aurelius, ab exercitu Cæsar, a Senatu Augustus nominatur, &c. viii, 23

Alexandria ab Alexandro conditur ii, 7 Alexandriam petere vi, 21 venire vi, 22 Alexandria potiri vi, 22, &c.

Alexandrini legati ii, 15 Alexandrinæ thermæ nunc appellantur, quæ ante Neronianæ dictæ vii, 15

Algidus mons i, 17, 18

Alias mitis x, 15 vir alias neque iners, neque imprudens x, 17 quod nunquam alias fuit x, 6

Aliena matrimonia corrumpere ix, 9 invidia suam severitatem explere ix, 26

Aliquamdiu fulsit stella x, 8 strenuum aliquamdiu et justum imperium x, 9 aliquamdiu stativa Castra ad Ctesiphontem habere x, 16

Aliquantus: post aliquantum (tempus) ii, 3 aliquantum agrorum vi, 14 aliquantum ex animi docilitate mutare x, 6

Aliquis: neque in aliquo animus fractus fuit ii, 22 sine aliqua voluntate Trajani viii, 6 aliquid polliceri ii, 14 indicere provincialibus aliquid viii, 13

Aliquot annis post iii, 6 per aliquot passuum millia ix, 24 oppida x, 16

Aliter: non aliter quam iii, 10 non aliter nisi v, 7. viii, 5

Alius (pro alter) ii, 26. v, 3. vi, 1 sic aliud pro alterum vi, 1

Allectus Britannias tenet ix, 22 ab Asclepiodoto opprimitur, ibid.

Allia flumen i, 20. ii, 2

Alma mons ix, 17

Alpes patefacere iii, 8 transeunt Gallorum copiæ iii, 5 inter Alpes, omnem Galliam domuit, vi, 17 &c. Alpes Cottiæ vii, 14

Alter: unus et alter de duobus i, 9. ii, 7. iv, 25 concesserunt Salonas unus, alter in Lucaniam ix, 27 alter (pro secundo) i, 18. iv, 10. vi, 19. vii, 15, 22. &c.

Altinum proficisci viii, 10

Altitudo columnæ viii, 5

Amabilis Senatui et populo vii, 20 cunctis vii, 20. x, 1, 10 necessarius magis in quibusdam, quam in ullo amabilis imperator ix, 14

Amandus dux Bagaudarum ix, 20

Ambo, (i. e. uterque) i, 19. ii, 9, 22, 28. iii, 10. iv, 22. v, 2, 7. &c. ambo pariter occisi viii, 21

Ambrones vincunt Romanos v, 1

Amicitia: amicitiam a Romanis obtinere ii, 15 facere cum aliquo iii, 14, 22 in amicitiam aliquem accipere iii, 17 amicitiam sequi vi, 21

Amicus (pro consanguineo) i, 8 Saguntus Romanis amica iii, 7 (i. e. fœderata) sic amicus Populi Romani iv, 11, 26. v, 5. vii, 19. viii, 8. Amici (pro aulicis et consiliariis): ab amicis reprehendi vii, 21 idem de Dacia facere conatum amici deterruerunt viii, 6 in amicos fidelissimus vii, 8 civilis circa quosdam amicos vii, 13 circa amicos liberalitatibus opes suas minuere viii, 8 in nonnullos amicos dubius x, 7 cum amicis numerosioribus epulari x, 1 amicis pravioribus uti x, 9 in amicos liberalis x, 16 amicis et familiaribus nimium credens x, 15 amicos

Aurelius, M. Antoninus viii, 22
Antonius, C. Cos. vi, 15 prælio vincit Catilinam, ibid.
Antonius, L. Cos. bellum civile commovet vii, 3
Antonius, M. Cos. partium Cæsaris percussores ejus bello civili opprimere conatur vii, 1 a Senatu hostis judicatur, ibid. fugatus ad Lepidum confugit vii, 2 cum Octaviano pacem facit, ibid. cum eo et Lepido remp. armis tenere incipit, ibid. vincitur a Bruto et Cassio vii, 3 vincit Brutum, &c. dividit remp. cum Octaviano et Lepido, ibid. contra Sext. Pompeium bellum gerit vii, 4 Cleopatram ducit uxorem vii, 6 contra Parthos bellum gerit, ibid. civile bellum movet vii, 7 vincitur apud Actium, et se ipse interimit, ibid.
Anulinus Senator ix, 19
Aper Numeriano insidias facit ix, 18 a Diocletiano percutitur ix, 20, &c.
Aperiri Janum geminum ix, 12
Apionis (Ptolemæi) testamento Libya accedit imperio Romano vi, 11
Apollonia evertitur a Lucullo vi, 10
Apollonius Chalcedonius M. Antoninum Philosophiam docuit viii, 12
Ἀπόπλῆξις viii, 10
Apparatus belli iii, 15 convivii iv, 7 ingens ludorum spectaculorumque ix, 3 ingenti apparatu bellum instruere x, 5 bellum alicui inferre x, 16
Apparere: ut appareret P. R. magis pro æquitate dimicare iv, 7
Appellare: appellari ex eo Africanus cœptus est iii, 23 appellare suo nomine civitatem vii, 11 appellari Divum vii, 10. viii, 19. ix, 2, 11 post mortem vii, 13 se Dominum et Deum jubere vii, 23 se voluit Pertinacem viii, 18 imperatorem a militibus ix, 1 Cæsarem a Senatu ix, 7 Augustum Senatus consensu ix, 12 Augustum a Senatu ix, 11 locus Cænophrurium appellatur ix, 15 eam, quæ nunc duas Mœsias dividit, Daciam appellare, ibid.
Appetere: stercore in vultum et pectus ab omnibus obviis appetitus vii, 18
Appetentissimus militaris gloriæ x, 7
Appia via ii, 9
Appius Claudius Decemvir i, 18
Appius Claudius censor aquam Claudiam inducit ii, 9
Appius Sabinus consularis perit vii, 23
Apponere aves et pisces in cœna vii, 18
Apprime liberalibus disciplinis eruditus x, 16
Apud Ostium Tiberis condere civitatem i, 5 apud flumen Alliam sequi hostem i, 20 apud Samnitas bellum agere ii, 8 apud exercitum relinquere magistrum equitum ii, 8 apud Epirum ii, 13. vi, 19 apud Argos civitatem ii, 14 Trebiam confligere iii, 9 apud Nolam pugnare iii, 12 apud Senam iii, 18 apud Romanos quæ vidissent iii, 22 Libyssam iv, 5 apud omnes hujus ingens metus erat iv, 8 apud Pergamum iv, 20 Stratonicen civitatem, ibid. Palæopharsalum vi, 20 vicum qui Cannæ appellatur iii, 10 Piræum v, 6 Agrigentum civitatem iii, 14 Cabira civitatem vi, 8 Bosporon vi, 12 Arvernos vi, 17 Chalcedonem vi, 6 Hispanos res gerere iv, 16 apud milites seditione filii ad mortem cogi vi, 12 apud Mundam civitatem vi, 24 Perusiam vii, 3 Philippos Macedoniæ urbem, ibid. Palæstinam vii, 19 Mogontiacum monumentum habere vii, 13 apud barbaros tanto amore esse vii, 10 Actium vii, 7 Bebriacum vii, 17 Thessaliam vi, 22 Agrippinam viii, 2 Carnuntum viii, 13 Burdegalam ix, 10 Catalaunos ix, 13 Bononiam ix, 21 Aquileiam x, 9 Argentoratum x, 14 apud Barbaros ingentem memoriæ gratiam collocare x, 7 apud Seleuciam Isauriæ viii, 5 Sirmium ix, 17 Mœsiam, ibid. Singaram x, 10 Parthos ignobili servitute consenescere ix, 7 Numantiam x, 17 Nicomediam x, 6 Mursam ix, 8. x, 12 Mulvium pontem viii, 17 Margum ix, 20 Lugdunum viii, 18. x, 12 Lorium villam viii, 8 Edessam viii, 20 Cyzicum viii, 18 Cibalas x, 5 Ctesiphontem, x, 16 Tarsum, x, 4 Cyzicum x, 18
Apulia ii, 8. iii, 12. &c.
Aqua Claudia ii, 9
Aquarum abundantia vi, 14
Aquileia ix, 1. x, 9
Aquilius, C. Florus, Cos. ii, 20
Aquitania: ibi M. Agrippa rem prospere gerit vii, 5 sub Augusto fit Provincia vii, 9 honore præsidis a Tetrico administratur ix, 10
Arabes vincuntur a Pompeio vi, 14 Arabes interiores a Septimio Severo viii, 18
Arabia in provinciæ formam a Trajano redigitur viii, 3 a Septimio Severo viii, 18
Arabicus dicitur Septimius Severus viii, 18
Arantem et in opere inveniri i, 17
Arbitrium: ex arbitrio Scipionis pacem cum Carthaginiensibus fieri jubet Senatus iii, 21

deris habere iv, 17
Auctoritas Senatus ix, 1
Audaces viri vi, 15
Audere nihil omnino in re militari vii, 14 nihil unquam atrox viii, 10
Audire: neque ullo tempore tanta maritima tempestas audita est ii, 22
Auditorium ix, 19
Aventinus mons civitati ab Anco Martio adjicitur i, 5
Avertere: ab honestate averti ii, 14 a cursu suo, ibid.
Auferre nulli pecuniam injuste vii, 19
Aufidius, Cn. Orestes Cos. vi, 10
Augere aliquem honoribus viii, 4 ad augendum fiscum nihil injustum agere, ibid. auctæ Maxentio opes x, 3
Augustus, vid. Octavianus. Augusto felicior, melior Trajano principibus in Senatu acclamatum viii, 5 Augusti omnis familia in Nerone consumta est vii, 15
Augustus et Cæsar differunt: unde Augustum fieri ex Cæsare ix, 22, &c. Augustos singulos quamdiu habuerit Roma viii, 9 Augustum a Senatu nominari viii, 23 appellari ix, 11 senatus consensu ix, 12 fieri ix, 8, 18 Augusti tres simul ix, 2 Augusti dignitas x, 1 Augustum creari, ibid. nuncupari x, 2 fieri consensu militum x, 15 sub uno Augusto et tribus Cæsaribus imperium fuit x, 6 resp. ad duos Augustos redacta x, 9 Solus imperio Rom. eo tempore Constantius princeps et Augustus fuit x, 14
Avidus gloriæ x, 16 avidior pecuniæ vii, 19
Avium septem millia in cœna apponere vii, 18
Aurelia via vii, 16
Aurelianus Augustus ix, 13, &c.
Aurelius, M. Cotta Cos. vi, 6
Aureolus dux Gallienum et Valerianum occidit ix, 11
Aureus mons ix, 17, 20
Aureus torquis ii, 5 aurei annuli Romanis cæsis detracti iii, 11 aureus currus iv, 8 aurea lorica vi, 22 urna viii, 5 vasa viii, 13 vestis, ibid. aureis retibus piscari vii, 14 aureum statuam alicui ponere vii, 23. ix, 11
Aurum (pro pecunia) i, 20 auri argentique infinitum pondus ii, 27. iii, 18 auri gemmarumque infinitum ix, 15 millia LXXX. pondo iii, 23 auri multum redigere viii, 13
Aurunculeius Cæsaris legatus, perit vi, 17
Auspicium: contra auspicia pugnare ii, 26 contra omina et auspicia dimicare vi, 18
Avunculo suo simillimus vii, 14
Auxilium præstare alicui i, 11, 19 ferre i, 11. iv, 27 auxilia contra aliquem accipere i, 15. iii, 12. vi, 21 auxilio elephantorum vincere ii, 11 auxilium poscere aliquem ii, 14 petere ab aliquo ii, 21 in auxilium habere ii, 24 auxilia promittere iii, 1 non accipere iii, 1 ferre alicui contra hostem iv, 4, 5, &c. auxilio esse alicui contra hostem iv, 3, 4, 6. vi, 22, &c. auxilia colligere vi, 11

B

Babylon a Trajano vincitur viii, 3
Bagaudarum nomen factioni suæ imponunt Rusticani ix, 20
Balbinus Aug. ix, 2
Barbaria omnis (i. e. barbari omnes) viii, 13
Barbaricum (solum) vii, 9. ix, 4
Barbarus (i. e. exterus): sic barbaræ gentes x, 7 (sic vocantur) Daci viii, 6 Sarmatæ viii, 13 Germani, ibid. ix, 21. x, 14, &c.
Bassianus Antonini nomen accipit viii, 19 etiam Caracalla dicitur viii, 20
Basternæ subiguntur ix, 25
Beatissimam remp. successori relinquere vii, 10
Bebriacum in Italia vii, 17
Belgica (Gallia) ix, 21 (not.)
Bellare adversus aliquem vii, 4
Bellica gloria viii, 19 negotia, Præf.
Bellicosissimus vii, 21
Bellum commovere i, 2, 9. ii, 16. vi, 7, 13. vii, 4 adversus aliquem x, 4 ad bellum commovere Hispanias vi, 1 gerere i, 3. ii, 1, 8. iii, 13. v, 4. viii, 12, 18 contra hostem iii, 2, 7. iv, 6. v, 1, 4. vi, 7. viii, 10 cum aliquo (i. e. contra) vii, 3 reparare i, 4, 9. iii, 2. v, 7. vi, 23 renovare vi, 9 alicui inferre i, 11, 11, 28. iii, 1, 7, 22. iv, 2, 22, 24, 26. vi, 10, 13, 14, &c. suscipere contra aliquem ii, 7, 18. vi, 12. vii, 12, 17 agere ii, 9. vi, 8 indicere alicui ii, 11, 17. iii, 8. iv, 14 in Africam transferre ii, 21 transigere ii, 28. iv, 1, 3, 10. v, 9 tollere ii, 9 finire iii, 1, 6 finem bello imponere iv, 27. vi, 7 terminum iv, 27 finem dare vi, 3, 4, 5, 14 perficere iv, 6 bellum componere vi, 4 conficere vi, 10, 11, 12. vii, 8. viii, 13 bello superare hostes i, 4 vincere iv, 7 bello venire ad urbis portas ii, 2 ad

Bocchus Mauritaniæ rex a C. Mario superatur iv, 27
Bonitatis gloria viii, 5
Bononia ix, 21
Bonosus Agrippinæ imperium usurpat ix, 17
Bonus: bonis omnibus hostem esse vii, 14 honorem habere viii, 8 boni principes viii, 1 optimis principibus comparandus vii, 19 bonum et æquum x, 8 bona habere exordia vii, 16
Bosporanorum rex a Trajano in fidem accipitur viii, 3
Bosporon tenet Mithridates v, 5 imperio R. adjicit Augustus vii, 9
Brachium: supra alicujus brachia sedere ii, 6
Breve: brevi narratione res Rom. colligere, Præf. Hujus imperium breve fuit vii, 16 brevi (tempore) ix, 17
Brevitas: ex brevitate temporis nihil memorabile agere viii, 21
Britanniæ bellum infert Claudius vii, 13 eam pene amittit Nero vii, 14 Britannias occupat Carausius ix, 21 tenet Allectus ix, 22 Britannica expeditio vii, 13 Britannici nomen filio imponit Claudius vii, 13 Britannicus Oceanus vi, 17
Britannis bellum infert Cæsar vi, 17
Brundusini vincuntur ii, 17
Bruti duo inter conjuratos contra Cæsarem vi, 25
Brutus, vid. Junius
Brutus bellum civile movet vii, 3
Bruttii se Pyrrho jungunt ii, 12 occupantur ab Hannibale iii, 12 civitates, quæ in Bruttiis ab Hannibale tenebantur, se Romanis tradunt iii, 19
Budalia ix, 4
Burdegala ix, 10
Burziaonem capit Lucullus vi, 10
Byzantium, nunc Constantinopolis vi, 6 sub Vespasiano sit provincia vii, 19

C

Cabira civitas vi, 8
Cabyle vi, 10
Cadaveris fœtor ix, 18
Cadere alicui ad pedes iv, 7
Cæcilius, C. Metellus Cos. iv, 25 de Thracia triumphat, ibid.
Cæcilius, Cn. Metellus Caii frater e Sardinia triumphat iv, 25
Cæcilius, L. Metellus Cos. in Sicilia Afrorum ducem superat ii, 24
Cæcilius, L. Metellus Cos. iv, 21
Cæcilius, Q. Metellus Cos. iii, 19
Cæcilius, Q. Metellus Macedonicus contra Pseudophilippum mittitur iv, 13 eumque in potestatem R. redigit, ibid. triumphat iv, 14 in Celtiberia res egregias gerit iv, 16
Cæcilius, Q. Metellus Numidicus Cos. Jugurtham vincit iv, 27
Cæcilius, Q. Metellus filius qui Jugurtham vicit, filius ejus mittitur contra Sertorium vi, 1 ex Hispania triumphat vi, 5
Cæcilius Metellus Creticus e Creta triumphat vi, 11, 16
Cædere hostes i, 17, 20. x, 3 hostium xx. millia ii, 13 exercitum hostis ii, 14. x, 10 cædi in pugna v, 2 per insidias vi, 17 virgis usque ad mortem vii, 15
Cædes nobilium gravissimæ x, 11 cædibus et proscriptionibus Ægyptum fœdare ix, 23
Cæninenses vincuntur a Romulo i, 2
Cænophrurium locus appellatur ix, 15
Cæpio nobilis Juvenis in bello Italico erit v, 3
Cæpio vide Servilius
Cæsar Augustus vii, 1 vide Octavianus
Cæsarem aliquem facere viii, 13 se facere viii, 18 filium suum facere ix, 4 a Senatu appellari ix, 7 dare Orienti x, 12 mittere ad Gallias tuendas x, 12, 14 Cæsares facere filios suos ix, 18 duos sumere x, 1 duos creare x, 2 ex Cæsare facere Augustum ix, 22 sub tribus Cæsaribus et uno Augusto quando imperium fuerit x, 6
Cæsareæ nominantur civitates, quas in Augusti honorem condiderunt, barbari vii, 10 Cæsarea dicitur civitas, cum Mazaca antea vocaretur vii, 11
Cæsaris magister equitum vii, 2, vide Julius
Calabria iii, 12
Calamitas gravis v, 3 calamitates continuæ ii, 23 belli vi, 7 multas belli pati vii, 23 quæ in præliis acciderunt vi, 19 calamitate non dubia nutare x, 14
Calatis a Lucullo capitur vi, 10
Calceamentis gemmarum ornamenta indere ix, 26
Calide moratus ix, 26
Calidus et impatiens dux iii, 10 calidis et frigidis unguentis lavare vii, 14
Caligula Caius Cæsar vii, 12
Callinicum ix, 24
Calpurnius, L. Bestia Cos. iv, 26
Calx: cubiculum ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus x, 18

Catenatum duci ante currum iv, 27
Catilina, vid. Sergius
Cato, vid. Porcius
Catti vincuntur a Domitiano vii, 23
Catulus, vid. Lutatius
Caudium x, 17
Causa: sine causa bellum alicui commovere vi, 13 causam bello civili dare v, 4 qua causa vi, 22 ob quam causam ii, 8 propter quam causam i, 8 causas Latinas agere vii, 21 causa salutandi amicos frequentare viii, 4
Causidicus vii, 20
Cedere alicui pro victore vii, 6 cedere urbe i, 10
Celebrare annum Romæ millesimum ix, 3
Celebris: celebrem triumphum agere vii, 13 celeberrimi triumphi iv, 14
Celerare ad Asiam iv, 20
Celeritate ingenti bellum conficere vi, 12
Celtiberia iv, 16
Censum ordinavit primus Servius Tullius i, 7 in censum omnes deferre i, 7 in urbe habere i, 16. ii, 6, 28
Centena: ad bis et tricies centena millia passuum vi, 17
Centesimus annus ii, 8
Centum ex senioribus eligere i, 2
Centurio vi, 12
Cernere spectaculi Trojæ imaginem vii, 14
Certamen omne implere (i. e. bellum) i, 16 certamen pro prælio iii, 23. iv, 4 navale ii, 22 certamen committere ii, 13 ad certamen singulare progredi (de duobus) ii, 5 certaminibus multis opprimi ix, 17
Certatim omnibus annitentibus viii, 14
Cessare: cum bella nunquam cessarant ii, 18 cum omnia bella cessarent v, 3 Consulare imperium cessavit i, 18
Cetera supellectilis copiosa iii, 23 ceteri diffugerunt iii, 9 ceteris in fidem acceptis vi, 14
Chalcedon vi, 6
Chlamys purpurea ix, 26
Christianæ religionis insectator x, 16
Cibalæ x, 5
Cilicia vi, 1. x, 15 subigitur a Servilio vi, 3 sub Vespasiano fit provincia vii, 19
Cimbri ad Italiam transeunt v, 2 e Gallia in Italiam transeunt ix, 25 in Gallia vincuntur iv, 27 vincunt Romanos v, 1 Cimbris XXXIII. signa sublata v, 2
Cimbricum bellum v, 1
Cineas Pyrrhi legatus ii, 12
Cingere urbem muris firmioribus ix, 15 hæc omnia oppida urbem cingunt i, 2
Circa ærarium diligentissimus viii, 7 circa amicos civilis vii, 1 circa amicos liberalitates viii, 8 circa eadem tempora vi, 18 circa murum fossas ducere i, 7 circa omnes nimis communis viii, 10 circa Carras vi, 18 Magnesiam iv, 4 Lingonas ix, 23 Sabinos vii, 20 Siciliam ii, 22 Vesperam vii, 22
Circessum, quod nunc Castrum Romanorum est ix, 2
Circuitu patere ad bis et tricies centena millia passuum vi, 17 in circuitu tenere Armeniam minorem, et totum Ponticum mare v, 5
Circum Romæ ædificat Tarquinius Priscus i, 6
Circumducere per castra exploratores iii, 22
Circumferre caput alicujus pilo per urbem x, 11
Circumire orbem Romanum viii, 7
Citharœdicus habitus vii, 14
Civilissime vivere vii, 8
Civilita smusitata viii, 2 civilitati proprior x, 18 civilitatis præstantissimæ vir x, 1 civilitatis expers x, 10 civilitatis unicæ vir ix, 12 civilitatis esse in imperio vii, 21 ad civilitatem remeare ix, 28 civilitate gloriam militarem superare viii, 4 civilitate morum aliquem superare ix, 17
Civis honestus ii, 25 cives non necessarii, qui, cum armati essent, capi potuissent iii, 11 cives Romani i, 7 civium inventa sunt capita, &c. ii, 18 civium capitum CXIX. millia sunt inventa i, 16 civile bellum v, 4 civile bellum motum opprimere ix, 4 civile ad bellum conversus x, 15 civilem esse i, 9 civilis parum ingenii vir viii, 10 civilia negotia, Præf. civilis circa amicos vii, 13 civilis in cunctos x, 16 civilia et externa bella x, 15 civilia bella reparare vii, 1 civilibus artibus deditus x, 7 civilibus bellis opprimere Cæsaris persecutores vii, 1 civilibus rebus insignis vii, 16 civilibus studiis clarus viii, 19 civilissimum se præbere viii, 1
Civitas pro urbe Roma i, 5, 8. ii, 14 15, 19 civitas pro civibus Romanis i, 3 civitas antiquissima, ditissima, non minus nobilis i, 20 civitas Italiæ opulenta ii, 28 civitas opulentissima iv, 17 civitas nobilissima iv, 22 civitates nobilissimæ vii, 9 civitates maritimæ vii, 9 intra civitatem cogi ix, 23 in civitatem aliquem recipere i, 2 civitates Romanis adjungere ii, 2 condere civitatem i, 2,

errantes elephantos ii, 24 multas gentes i, 9 pecuniam omni diligentiæ provisione vii, 19 a populo nummos i, 11 res Rom. brevi narratione, Præf. servitia iv, 15 spolia variarum civitatium excidiis iv, 12
Collina porta v, 8
Collo suo torquem imponere ii, 5
Collocare aliquem juxta se in sella iv, 7 captivos in Gallia supra ripam Rheni vii, 9 alicujus ossa in urna viii, 5 diadema in manibus alicujus vi, 13 Romanos in media Mœsia ix, 15 gratiam memoriæ ingentem apud barbaras gentes x, 7
Colloquium: ad colloquium venire iii, 22. v, 7
Coloniam deducere aliquo iv, 23
Columna Trajani viii, 5
Coma erecta et capite tuhi per urbem vii, 18
Cometen Græci vocant crinitam stellam x, 8
Commagene sub Vespasiano fit provincia vii, 19
Commemorare bella x, 17
Commendare filium suum Senatui iv, 8
Commendatione patris notus x, 17
Committere alicui bellum contra hostem ii, 27 certamen ii, 13 certamen contra hostem iv, 10. v, 6 cum hoste manu parva ix, 24 parricidia vii, 14 prælium ii, 20. iii, 9. v, 6. vi, 23 pugnam ii, 11 pugnam adversus hostem ii, 6 remp. bonis principibus viii, 1 scelera multa vii, 1
Commoda fisci affectans x, 1
Commodæ indolis juvenis x, 6
Commode gerere imperium ix, 8
Commodus ut September mensis diceretur, ad nomen suum transferre conatus est Commodus viii, 15
Commorari in obsidione vi, 6 in Illyrico x, 2
Commovere bellum i, 2. ii, 16. vii, 15 bellum alicui i, 9 alicui bellum sine causa vi, 13 bellum civile v, 4. vi, 5 alicui invidiam i, 20 alicui seditionem ii, 8 Hispanias ad bellum vi, 1 commoveri factore cadaveris ix, 18 commotus Sylla cum exercitu ad urbem venit v, 4
Communis nimis circa omnes viii, 5 communia reliqua ix, 26 Quasi communem patrem Brutum lugent Matronæ i, 10 communi morte obire vii, 8 communi sepultura carere vii, 18
Comparere i, 2
Comparare: optimis principibus comparandus vii, 19. x, 7
Comparata reddere viii, 13
Compellere aliquem fame ad deditionem iv, 20 aliquem ad fugam v, 7 aliquem ad mortem v, 8 compelli deponere insigne x, 11 compelli repudiare uxorem ix, 22
Comperire: non facile cujusquam principis vel major est liberalitas comperta, vel justior vii, 19 Qualem Romam comperisset ii, 13
Compescere victos ultima crudelitate ix, 14
Complere unum annum i, 2 cum compleret elephantorum numerus omnia itinera ii, 24 Completo biennio ix, 5
Complexus: a complexu uxorem removere ii, 25
Componere bellum vi, 4 bella vi, 25 Edictum perpetuum viii, 17 remp. vi, 1 Græce poëmata et Tragœdias vii, 21 dolo composito x, 3 compositæ insidiæ iii, 18
Computatio i, 3
Conari idem facere de Dacia viii, 6 opprimere aliquem bello vii, 1 aliquem nudare x, 3 conatus est transferre mensem ad suum nomen viii, 15
Concedere alicui pacem ii, 28 civitates iv, 4 concedere Salonas ix, 27 in Lucaniam, ibid. in privatam vitam ix, 27
Concidere in prælio i, 16
Concio exercitus x, 3 concione prima militum jurare ix, 20
Concitare in se odium libidinis, iracundiæ, &c. vii, 23 populum i, 8 populos ad bellum iv, 16 tumultum ix, 20
Concitor belli iv, 4
Concordia civitas viii, 10
Concubina iv, 20
Condere civitatem i, 2, 5 civitates ii, 16 civitates in alicujus honorem vii, 10 urbem ii, 7
Condiscipulis perniciosus ix, 19
Conditio pacis x, 17 sub conditione iii, 12 ex conditione pacis Romanis parere iii, 2 conditiones displicuerunt iii, 22 conditionibus æquis pacem petere ii, 12 conditionibus duris pacem dare ii, 21 conditionibus, quibus voluit, in fidem accepit Nabidem iv, 2 pacem dare ii, 21, 22, &c.
Conditor juris viii, 23 patriæ i, 20
Conferre multum triumphorum securitatisque x, 12 se Tusculum i, 11 conferri alicui viii, 12 alicui merito viii, 8
Confestim viii, 19. ix, 18. x, 4, 17
Conficere bellum vi, 11. viii, 13 bella

Contentione ingenti pugnare vi, 21
Contentus dignitate Augusti x, 1
Continere se intra Taurum iv, 4
Contingere: quod his semel contigerat iii, 3 si tales sibi milites contigissent ii, 11 contigit ei, ut cum privatus obisset, inter divos tamen referretur ix, 28
Continuæ calamitates ii, 23 continuos per duos menses viii, 13
Contra aliquem auxilia accipere i, 15 contra aliquem bellum agere ii, 20, &c. bellum parare ii, 19 bellum suscipere i, 16. ii, 7 frustra tentare bella ix, 22 aliquem multas conjurationes facere vii, 20 proficisci vii, 1 auspicia pugnare ii, 26 barbaros ducere copias vi, 21 caput alicujus quidquam spondere ii, 14 consuetudinem Romanæ libertatis vi, 25 hostem bellum gerere iii, 7, &c. bellum suscipere ii, 11, &c. dimicare i, 5. ii, 21 instruere aciem i, 21 mittere consulem ii, 11, &c. consules mittere ii, 9 mittere dictatorem i, 20 mittere duces ii, 13 nobiles res gerere ix, 18 naves parare ii, 27 pugnare ii, 14. iii, 6, 20 feliciter pugnare viii, 15 alicui auxilio esse iv, 3 feliciter res gerere viii, 12 Lilybæum pugnatum est ii, 27 omina et auspicia dimicare vi, 18 patriam ducem esse i, 15 rationem belli x, 10 religionem sacramenti x, 6 Romanos aliquem auxilium poscere ii, 11 contra Romanos se alicui jungere ii, 10 rebellare i, 19 contra se reos punire vii, 19
Contradicente consule altero iii, 10 contradictum est a Marcello, &c. vi, 19
Contrahere copias ix, 25
Controversias suas litesque ad aliquem deferre viii, 8
Convenire in unum vi, 21 convenit eruditio Latina cum Græca scientia x, 16 convenit pax vii, 4. ix, 22
Conventus infinitorum populorum iv, 7
Convertere se ad aliquem v, 7 ad civile bellum conversus x, 15 conversus ad gravia vitia x, 9
Convicia militum ferre x, 3 in se dicta leniter ferre vii, 20
Convictus conjurationis vii, 21
Convivia exhibere viii, 14 cum amicis indiscreta vicissim habere viii, 4 convivii apparatu elegantem esse iv, 7 convivio aliquem pascere iv, 7
Copia Cimbrorum infinita v, 2 copiæ captivorum ingentes ix, 25 Gallorum ii, 10 hominum infinitæ viii, 6 ingentes iii, 16 magnæ ii, 24 militum viii, 12 peditum et equitum iii, 7 Romanæ vi, 21 Romanorum ii, 18 copias adducere ex regno vi, 8 congregare iii, 7 contrahere ix, 25 ducere contra barbaros vi, 21 hostis fundere x, 4 ingentes cædere vii, 9 ingentes capere aut interficere iii, 18 ingentes utrinque producere vi, 20 ingentes ad bellum habere vii, 17 ingentes ad bellum parare iv, 5 ingentes perimere iii, 6 militum grandes habere vii, 2 omnes extinguere v, 6 suas ad bellum educere iii, 23 copiis modicis ingentes hostium copias extinguere x, 14 copiis tantis nunquam in mari pugnatum est ii, 27
Copiosa supellectilis cetera iii, 23 copiosissima Persarum gaza ix, 25 copiosissimo cum hoste parva manu committere ix, 24
Cordueni occupantur a Trajano viii, 3
Corinthiis bellum a Romanis infertur iv, 14
Corinthus a Mummio diruitur iv, 14
Corioli Volscorum civitas i, 14, 15
Cornelii, Cn. et P. Scipiones fratres Hannibalem vincunt iii, 11 ab eo in Hispania occiduntur iii, 14
Cornelius, Cn. Asina Cos. i, 20
Cornelius, L. Cinna v, 4, &c.
Cornelius, Cn. Dolabella Cos. delet Gallorum copias ii, 10
Cornelius, L. Faustus Syllæ filius vi, 23
Cornelius Fuscus præfectus prætorio perit vii, 23
Cornelius, Cn. Gallus Ægypto præponitur vii, 7
Cornelius, L. Lentulus Cos. adversus Pyrrhum mittitur ii, 14
Cornelius, P. Lentulus Cos. vi, 8
Cornelius, P. Rufinus Cos. contra Samnitas mittitur ii, 9
Cornelius, Cn. Scipio Cos, iii, 6
Cornelius, L. Scipio Corsicam et Sardiniam vastat ii, 20
Cornelius, L. Scipio, Africani frater, in Hispania res egregias gerit iii, 16 ei frater Africanus legatus datur iv, 4 Antiochum vincit, ibid. ingenti gloria triumphat, et propter Asiam domitam Asiagenis nomen accepit, ibid. Cos. v, 7
Cornelius, P. Scipio in Hispaniam proficiscitur iii, 6 fugatur ab Hannibale iii, 9
Cornelius, P. Scipio filius annos natus XXIV. ad Hispaniam mittitur, Carthaginem capit iii, 15 res egregias agit iv,

proficisci ii, 8 hoste bellum agere ii, 9 committere ix, 24 confligere v, 1. vii, 19 de pace agere v, 6 dimicare ii, 11 imperatore capi ii, 21 ingenti gloria Romam regredi iii, 14 Romam venire iii, 18 ingenti pompa redire iv, 8 ipso oppido ducem capere iii, 14 ipso rege civitatem oppugnare (i. e. civitatem, et ejus regem) i, 8 militibus venire vi, 9 multo dedecore imperare vii, 18 navibus proficisci ii, 23, 27 cum XXX. navibus fugere ii, 26 numerosioribus amicis epulari x, 1 numinibus sermonem habere iii, 20 omnibus æquo jure agere viii, 12 parva manu dimicare iii, 6 pugnatoribus naves capere ii, 22, 26 uxore consenescere i, 11 uxore et liberis fugere i, 8 victrici classe redire ii, 22 cum lorica aurea inventum est corpus ejus vi, 22

Cunctis amabilis et jucundus vii, 20

Cupiditas muliebris vii, 7

Curam ærarii mediocrem habere x, 16

Curia: ad Curiam venire vi, 25 in curiam irrumpere vii, 22 in curia clypeum aureum alicui ponere ix, 11

Curius, M. Dentatus Cos. contra Samnitas mittitur ii, 9 contra Pyrrhum ii, 14

Currere ad alicujus vehiculum vii, 10. ix, 24

Currus aureus iv, 8 currum præcedere iv, 14 triumphantis præcedere ix, 13 ante currum ducere obsides iv, 2 ante currum hostem ducere iv, 27

Cursus: a cursu suo averti ii, 14

Custodia in publica esse ii, 27

Cyrene Libyæ civitas vi, 11

Cyzicena pugna vi, 8

Cyzicus vi, 6. viii, 18

D

Dacia Ripensis ix, 13

Daciam subigit Trajanus viii, 2 eam appellavit Aurelianus, quæ duas Mœsias dividit ix, 15 intermittit Aurelianus ix, 15 sub Gallieno amissa ix, 8

Dacos vincit Augustus vii, 9 Domitianus vii, 23

Dalmatæ a Sylla domantur v, 7

Dalmatia: de hac triumphant L. Metellus, et Q. Mucius Scævola Coss. iv, 23 Ejus multam partem subigit Cn. Cosconius vi, 4 Eam imperio R. adjicit Augustus vii, 9 Dalmatia oriundus Diocletianus ix, 19

Damnare capite ix, 14 capitis ii, 8 damnari i, 18, 20 per Senatum viii, 4

Danubius vi, 2, 10. viii, 2. ix, 8

Daphnensibus aliquantum agrorum datur a Pompeio vi, 14

Dardani a Sylla domantur v, 7 vincuntur a Curione vi, 2

Dardania omni potitur Constantinus x, 5

Dare alicui aliquantum agrorum vi, 14 consulatum vii, 2 Italiam x, 2 leges iv, 7 legatum ii, 9 obsidem iv, 2 obsides vii, 9 regem viii, 3 regnum vi, 22 veniam et pacem vi, 14 victoriam et nomen ii, 6 aurum alicui i, 20 argenti ducenta talenta ii, 19 Cæsarem Orienti x, 12 captivos sine pretio ii, 27 causam bello civili v, 4 finem bello vi, 1, 2, 14, &c. finem prælio ii, 11 inducias XLV. diebus iii, 21 milites ii, 7 millia D. ponda argenti iii, 21 occasionem irrumpendi vi, 9 operam vii, 2. viii, 1, 6 operi modum x, 11 pacem x, 7 pacem alicui legibus iv, 2 pacem durissimis conditionibus ii, 21 pacem conditionibus iii, 21, 22, &c. pœnas ix, 19. x, 11 pœnas justissimo exitu x, 3 prandium exploratoribus iii, 22 tutorem alicui vi, 21 vineas colendas provincialibus ix, 17

De Assyria exercitum revocare viii, 6 de Africa triumphare v, 9, &c. de belli eventu desperare viii, 17 de belli eventu diffidere iii, 18 de bello triumphare vi, 16 de Dacia facere idem viii, 6 de die quarto vel quinto epulari vii, 18 de exercitu magna pars sauciatur iii, 10 de exercitu suo XX. perdere vi, 12 de hostibus triumphare ii, 7, 9 de injuria alicui queri i, 8 de pace agere cum hoste v, 6 de Perside victorem redire ix, 19 de redimendis captivis legatos mittere ii, 12 de saxo præcipitari vii, 15 de senatoribus nobilissimus juvenis ii, 5 de suis perdere CD. v, 8

Decedere (i. e. mori) viii, 19. x, 18 morbo decedere i, 3

Decemviri facti i, 18 iis sublata est potestas, ibid.

Decernere alicui triumphum ii, 2. iii, 5. iv, 2 bellum alicui contra hostem v, 1 alicui Galliam et Illyricum vi, 17 decrevit senatus, ut ii, 23

Decet tantum principem x, 16

Decibalus a Trajano vincitur viii, 2

Decipi casu magis, quam virtute iii, 14 fraude ii, 29

Decius Augustus ix, 4

Decius Mus dux mittitur contra Pyrrhum ii, 13

pitis damnat magistrum eq. ii, 8 dictatorem facere i, 17 se facere vi, 20 dictatori magister equitum fuerat vi, 23 dictatorem mittere adversus hostem ii, 5 mittere contra hostes i, 20 dictatori obsequebatur magister equitum i, 12 dictatoris cum honore ad bellum proficisci ii, 8
Dictatura antiqua i, 12 dictaturæ sub nomine et honore regnare, ibid. dictaturam dignitatem novam creare, ibid. Dictatura consulatu major, ibid.
Die ea ii, 14 die jam præcipiti x, 10 diem obire iv, 20 diem perdere vii, 21 die senatus ad curiam venire vi, 25 de die quarto vel quinto epulari vii, 18 per quinos dies i, 2 dies festi x, 1 dies festos habere viii, 4 intra sex dies, quam venerant ii, 28 quæ omnia ab eo gesta sunt xx. diebus ii, 2 diebus xlv. inducias dare iii, 21
Differre prælium iii, 10
Difficilius ab honestate averti posse ii, 14
Diffidere de belli eventu iii, 18
Diffugere iii, 9
Diffundere imperii fines longe lateque viii, 2
Dignari: nemo Romanorum pacis mentionem habere dignatus est iii, 10
Dignitas Augusti x, 1 honesti civis ii, 25 (pro imperio consulari) i, 9 Tribunorum militarium ii, 3 dignitatem depositam resumere x, 2 iterum resumere ii, 3 dignitatem novam Dictaturam creare i, 12 dignitates (de consulibus) mutatæ sunt ii, 1
Dignum exitum exordiis sævis nancisci x, 11 quidquam memoria dignum agere ix, 16
Diligens coërcitor disciplinæ militaris vii, 20 minus diligens x, 16 diligentissimus circa ærarium et militum disciplinam viii, 7 princeps ix, 26
Diligentiam ad scribendi majorem reliqua reservare x, 18 diligentiæ provisio omnis vii, 19
Diligi inusitato favore vii, 22
Dimicare adversum aliquem vi, 20 armis gladiatoriis viii, 15 contra hostes i, 5. ii, 21. v, 2 contra omina et auspicia vi, 18 cum hoste (i. e. contra) ii, 11. iv, 7 cum parva manu iii, 6 felicissime ii, 8 inconsulte magis quam ignave ix, 24 in mari ii, 20 per præsidem viii, 7 pro æquitate iv, 7 successu vario vi, 1 ut in regnum posset restitui i, 9
Dimicatione ea Romani imperii vires consumtæ sunt x, 12 post multas dimicationes victor vi, 23
Dimidium tributorum præstare iv, 7
Diminuere imperium R. vii, 14
Dimittere convictos adversum se conjurationis vii, 21 exercitus vi, 19 exploratores ii, 11 legatos iii, 22
Diocletianus Aug. ix, 19, &c
Diogenes Archelai filius interficitur v, 6
Diripere alicujus castra vi, 8, 12, 21. ix, 25 urbem ix, 9
Diruere urbem iv, 12, 14
Discedere tristem ab Imperatore vii, 21
Disciplina militaris vii, 20. viii, 23. ix, 14 militum viii, 7 Romana iv, 27 disciplinis liberalibus eruditus x, 16
Dispertire prædam militibus iii, 16
Displicere: pax displicuit ii, 13 displicuerunt conditiones iii, 22 cum continuæ calamitates Romanis displicerent ii, 23
Disponere multa provide ix, 23
Dissimulatione ingenti quid contemnere vii, 20
Dissoluti mores ix, 14 dissolutus in omnem lasciviam ix, 8
Distrahere facta sectione instrumentum regii cultus viii, 13
Distribuere prædam militibus iv, 8
Ditare militem suum ingenti præda ii, 22 omnes et honoribus augere viii, 4 ditare se ix, 21
Ditio Romana ix, 13 in ditionem P. R. redigere Hispanias vi, 1
Ditissimus ante imperium viii, 8 ditissima civitas i, 20
Diutissime vivere privatum ix, 13
Diuturnitate et felicitate militiæ cunctis amabilis x, 10 diuturnitas potestatis i, 9
Diuturnum bellum viii, 6
Diversa fortuna x, 10 diversis præliis vinci x, 12
Dividere remp. inter quosdam vii, 3 Romanum orbem x, 1 appellare eam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit ix, 15
Divinum quiddam Scipioni inesse existimabatur iii, 20 divinos honores alicui tribuere viii, 7 divina provisione reip. consulere viii, 1 mens divina, Præf. divini fulminis ictu perire ix, 18
Divisorem regni inter filios aliquem esse jubere iv, 11
Divitiis studens x, 1
Divus Hadrianus viii, 17 Trajanus viii, 13 Divum appellari vii, 10. viii, 19.

Egressus annum XLIII. ætatis viii, 20
Elatus ad insolentiam viii, 12
Elegantem esse convivii apparatu iv, 7
Elementa prima literarum x, 10
Elephantos ad Italiam adducere iii, 8 interficere ii, 13 occidere vel capere iv, 27 Romam primus ducit Curius ii, 14 Elephantorum auxilio vincere ii, 11
Eligere aliquem Imperatorem vii, 16 sedem x, 2 ex senioribus centum eligere i, 2 eligi imperatorem a militibus ix, 11 imperatorem consensu militum ix, 12 a militibus ix, 10 principem ix, 2 ad imperium x, 10
Eminere in negotiis bellicis vel civilibus, Præf.
Emta semel retinere viii, 13
Emtoribus pretia restituere viii, 13
Ephesus v, 5 Ephesum contendere v, 5
Epirus ii, 11, 13, &c.
Epistola: per Epistolas pacem rogare vi, 14
Epulari cum amicis numerosioribus x, 1 de die quarto vel quinto vii, 18
Epulis indulgere x, 18
Eques: parva manus equitum iii, 6 equitum et peditum copiæ iii, 8
Equites Romani et Senatores in Cæsarem conjurant vi, 25
Equitatus cum rege fugit integer iv, 7 equitatui præesse iv, 10
Erecta coma et capite trahi per urbem viii, 18
Ergo i, 9
Eripe me his, invicte, malis ix, 13
Errare per Numidas ii, 24
Errantes elephantos colligere ii, 24
Eruditio Latina cum Græca scientia convenit x, 16 eruditione Philosophus viii, 11
Eruditus liberalibus disciplinis x, 16 eruditissimus Græco sermone viii, 7
Erumpere moliri ix, 2
Esquilinus mons Romæ adjunctus a Servio Tullio i, 7
Esse alicui auxilio iv, 3, 4 alicui in auxilio iv, 6. vi, 22 cum aliquo iv, 4 civilitatis in imperio vii, 21 ex Fabia familia i, 16 in imperio ix, 16 inusitatæ civilitatis et fortitudinis viii, 2 magnæ facilitatis et liberalitatis vii, 21 moderatum in imperio vii, 23 morum paternorum viii, 20 nimiæ libidinis ix, 9 partium Marianarum vi, 1 ejusdem hominis et bello vincere et convivii apparatu elegantem esse iv, 7
Et (i. e. etiam) i, 8. vii, 21
Etiam lacrymas fudisse dicitur Cæsar vi, 21, &c.
Eumenes Asiæ rex iv, 6 frater Attali iv, 20
Eumenes Eumeniam in Phrygia condidit iv, 14
Eumeni donantur Asiæ civitates, quas Antiochus perdiderat iv, 4
Eumenia in Phrygia ab Eumene conditur iv, 4
Euphrates vi, 18 Euphrati imminet Circessum ix, 2 Euphraten imperii finem esse vult Hadrianus viii, 6
Europa iv, 4
Evadere vi, 20 alicujus prudentiam x, 1 cum multis equitibus iii, 23
Evehere aliquem honoribus vii, 8 urbem ad fastigium x, 8
Evenit, ut victores Cos. ambo morerentur vii, 1
Eventus belli iii, 18. vii, 17
Evertere Apolloniam vi, 10 domum v, 7 oppida vii, 14 urbem a solo iv, 17 urbem iv, 21
Evocare ducem cum copiis omnibus iii, 18 ex Hispania ducem iii, 18 aliquem ad se per blanditias vii, 11
Ex Africa oriundus viii, 18 ex Africa solus imperator Septimius Severus, ibid. Afris captivos tenere ii, 27 animi docilitate mutare x, 6 arbitrio iii, 21 Asia alicui mittere milites v, 6 bono et æquo leges rogare x, 1 Cæsare Augustum facere ix, 22 Classe Romanorum XII. naves demersæ ii, 27 concubina susceptus iv, 20 conditione pacis Romanis parere iii, 2 Consule (i. e. pro Cos.) XI, 3 ex corpore militari ad imperium accedere IX, 1 ex eo (n. tempore) vii, 8 eo appellari Africanus cœptus est iii, 23 Epiro in Ægyptum fugere vii, 7 Europa et Asia recedere iv, 4 Fabia familia esse i, 16 fisco solvere pretium ii, 27 Gallia victorem redire vi, 19 Gallis quidam ii, 6 gaudio vultum mutare viii, 11 genere Achillis originem trahere ii, 11 antiquissimo Scipionis vi, 23 ex genere Bruti vi, 25 Germania transferre captivos vii, 9 Hispania ducem evocare iii, 18 iis unus i, 18 illa die, qua ii, 25 Italia recedere ii, 13 legatis unus ii, 12 magna parte ix, 11 maxima parte Deo similis vii, 8 medietate agrum tollere ii, 28. ex CCXX. navibus cum XXX. fugere ii, 26 nomine suo Romam vocare i, 2 numerosis gentibus triumphum agere ix, 27 obscuriori matrimonio esse x, 2 omni exercitu ii, 21 parte regis occidere x.

Expaverunt incognitos Elephantos Romani ii, 11
Expectare exercitus non potuit ii, 22
Expectatio militum ingens viii, 22
Expeditio Britannica vii, 13 expeditionem adversus Parthos moliri viii, 20 parare contra hostem vi, 9 expeditiones habere vii, 23 expeditioni interesse x, 16
Expellere aliquem ex urbe i, 15 aliquem civitate i, 20 regem i, 9 reges, ibid. vi, 25 regem Bithynia v, 5 expelli x, 3 expelli urbe vi, 15
Experiri fortunam adversam et prosperam ix, 23 laboriosa alicujus officia x, 15
Expers artium liberalium x, 10 expers civilitatis x, 3
Explere suam severitatem aliena invidia ix, 26
Exploratores captos circumducere per castra iii, 22 dimittere ii, 11 hostis capere, ibid. ad hostis castra mittere iii, 22
Exportare: per vespillones Domitiani funus ingenti dedecore exportatum vii, 23
Expugnare civitatem ix, 8 civitates iii, 14 Mediolanum iii, 6 oppida x, 14
Externa bella x, 12 externa et civilia bella x, 15
Extinguere ingentes hostium copias copiis modicis x, 14 omnes copias v, 6 extingui (i. e. mori) ix, 6. x, 13 extingui omnibus supplicibus ii, 25 veneno vii, 7 ventris profluvio vii, 20. viii, 5 extincta sunt centum fere millia regis vi, 6
Extorquere, ut sibi consulatus daretur vii, 2
Extra Italiam arma movere ii, 18
Extrahere retia funibus blatteis vii, 14
Extrinsecus (i. e. præterea) ix, 25
Exulare in vicina civitate i, 20

F

Fabia familia i, 16
Fabius, Cæso Cos. i, 16
Fabius, C. Licinus Cos. ii, 15
Fabius, C. Pictor Cos. ii, 16
Fabius, Q. Maximus Magister equit. ii, 8 absente et invito dictatore Samnitas delet, a dictatore capitis damnatus, sed favore militum et populi liberatus, ibid.
Fabius, Q. Maximus filius vincitur a Samnitibus ii, 9 ei Pater Fabius Maximus legatus datur a Senatu, ibid. vincit Samnitas, ibid.
Fabius Historicus iii, 5
Fabricius unus ex Legatis ad Pyrrhum missus ii, 12
Facere muros et cloacas i, 6 facere pacem cum aliquo i, 8, 11. ii, 9, 25. vii, 2 consulem i, 9. ii, 3, 6. iii, 20 sibi collegam i, 10 magistrum equitum i, 12 facere seditionem i, 13 dictatorem i, 17 Decemviros i, 18 Tribunos militares ii, 1 Legiones decem factæ sunt ii, 6 alicui injuriam ii, 11 captivorum permutationem ii, 24 pacem omnibus locis iii, 3 amicitiam cum aliquo iii, 14, 22 pacem ignobilem iv, 17 infamem, ibid. pacem flagitiosissimam cum aliquo iv, 26 nihil cruentum in quenquam iv, 27 iter in Tauro vi, 3 hæredem P. R. testamento vi, 6 quo locus ibi spatiosior fieret vi, 14 fieri consulem vi, 17 facere victos stipendiarios vi, 17 se dictatorem vi, 20 se consulem vi, 23, 24 regia et tyrannica vi, 25 provinciam vii, 10. viii, 2, 18. ix, 15 nihil strenue vii, 12 multa egregie vii, 13 strenue ix, 8 provincias vii, 14. viii, 3 facere aliquem imperatorem vii, 17, 19, 22. viii, 1, &c. Romæ multa opera vii, 23 multas conjurationes contra aliquem vii, 20 idem de Dacia viii, 6 aliquem Cæsarem viii, 13 sectionem, ibid. se Cæsarem viii, 18 opus egregium lavacri viii, 20 Cæsarem filium suum ix, 4 aliquem Augustum ix, 8 fieri Augustum ix, 18 Augustum ex Cæsare ix, 22 Augustum fieri consensu militum x, 15 filios suos Cæsares ix, 16 alicui insidias ix, 20 fieri imperatorem x, 4 Constantinopolin Romæ æmulam x, 8 necessariam pacem cum aliquo x, 17
Facile uno prælio vinci iv, 6 subigere totum terrarum orbem vi, 21
Facilitatis magnæ esse vii, 21
Facta illustrium virorum, Præf.
Factioni suæ Bagaudarum nomen imponunt Rusticani ix, 20 factione alicujus occidi x, 9 militari opprimi, ibid.
Facundia esse ingenti et promta x, 16
Facundissimus vii, 21 Latino sermone viii, 7
Falisci capiuntur a Romanis i, 20 iis bellum a Romanis infertur ii, 28
Falso alicujus manum imitari ix, 15
Famam egregiam consequi ix, 21
Fame laborare i, 20 vinci iii, 7 conficere civitatem iv, 17 ad deditionem ali-

quem compellere iv, 20 consumi vi, 6 et pestilentia laborare vii, 6 nisi tanta fames fuisset ii, 22
Famea dux Carthaginiensium iv, 10
Familia Fabia i, 16 Augusti viii, 15 honorata magis, quam nobili vii, 18 antiqua magis quam clara viii, 2
Familiaris alicui vii, 17 familiaribus et amicis nimium credens x, 15 familiarium locupletator x, 15
Familiaritas: in familiaritate aliquem habere vii, 21 mediocri aliquem cognoscere viii, 4
Famula i, 7
Fastigio suo æquare aliquem vii, 8 ex tanto fastigio sponte ad privatæ vitæ statum remeare ix, 28 fastigium resumere x, 2 ad fastigium evehere urbem x, 8
Fataliter mori i, 11
Fatigare virtutem Romanam ii, 9 Mesopotamiam x, 8
Fatigatione levi aliquem taxare ix, 19
Fatum: si per fata liculsset x, 16
Favere alicui vii, 1
Favor ingens ii, 8 favore inusitato diligi vii, 22 ingenti militum regnare x, 2
Favorabilis alicui viii, 23 docilitas animi x, 6
Fausta Constantini M. uxor x, 3
Faustina Galeria uxor M. Antonini viii, 10
Felicior in bellis vii, 8 felicior Augusto, melior Trajano principibus in Senatu acclamatum viii, 5
Felicissimus rationalis ix, 14
Felicitas ingens viii, 1 felicitate ingenti bellum conficere vi, 12 felicitas bellorum varia ix, 13 præliorum ingens ix, 17 militiæ x, 10
Feliciter pugnare viii, 15 felicissime dimicare ii, 8 feliciter imperium, mox commode ad ultimum perniciose gerere ix, 8
Ferculorum pompa illustris ix, 27
Ferocia militum amittere victoriam x, 10
Ferrata turris ix, 17
Ferre alicui auxilium i, 11. iv, 4, 27 ad cœlum manus ii, 11 dixisse fertur ii, 14 ferre alicujus nomen vii, 1 aliquid præ se vii, 18 de die quarto vel quinto epulatus fertur, ibid. ferre convicia leniter vii, 20 seditiones exercitus ix, 13 seditionem et convicia militum x, 3
Ferro ignique omnia vastare ii, 12
Ferus et incivilis ingenii ix, 27 natura x, 13
Festi dies x, 1 festos dies habere viii, 4
Festinare ad bellum civile v, 7
Fictis criminibus innoxios occidere ix, 19
Fidenæ captæ et excisæ a Romanis i, 19
Fidenates vincuntur a Romulo i, 2 a T. Hostilio i, 4 contra Romanos rebellant i, 19
Fides: in fidem accipere civitates ii, 19, 21 accipere hostem iv, 2. v, 7 accipere provinciam iv, 17 accipere aliquem vi, 14 accipere reges viii, 3
Fidissimus in amicos vii, 8
Filius major, minor vi, 24 adoptione vii, 10 filio Britannici nomen imponere vii, 13 filiorum genitura vii, 20 filius Sororis ix, 14. x, 6, 11 ex matrimonio obscuro x, 2
Finem dare prælio ii, 11 accepit bellum iii, 13 bello ponere iv, 27 finis fuit belli v, 2 finem accipere v, 3 hunc habuerunt duo bella v, 9 bello dare vi, 1, 2, 14, &c. bello imponere vi, 7, &c. hunc habuit Mithridates vi, 12 Fines imperii, quod defensum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum, longe lateque diffundere viii, 2 Indiæ per classem vastare viii, 3 finis imperii viii, 6 fines ad pristinos revocare ditionem ix, 13 finibus in Romanis captivos locare ix, 25 finibus Romanis imperium restituere x, 14 finibus multari x, 17 finium nihil tradere, ibid.
Finire bellum iii, 1, 6
Finitimus: multitudo finitimorum i, 2
Firmioribus muris urbem cingere ix, 15
Fiscus: ex fisco pretium solvere ii, 27 ad fiscum referre pecuniam iii, 16 fiscum augere viii, 4 fisci advocatus viii, 18 fisci commoda affectans x, 1
Flagitiosissimam pacem cum aliquo facere iv, 26
Flaminius Cos. ab Hannibale interimitur iii, 9
Fletu et deprecatione aliquem superare i, 15
Florianus Aug. ix, 16
Floruit nunquam magis res Romana vii, 9
Fluere: ita in urbe fluxit ii, 3 fluere in mare ix, 15
Fœda vastitas x, 14
Fœdare Ægyptum gravibus proscriptionibus cædibusque ix, 23
Fœderis auctor iv, 17 necessitatem mutare x, 17
Fœdus solvere (i. e. frangere) iv, 17
Fœmina ex nobili genitus i, 7 feminam nobilissimam stuprare i, 8

Fœtor cadaveris ix, 18
Formam in provinciæ alicujus regnum redigere vii, 11, 19 in provinciæ formam redigere Arabiam viii, 3 forma regiæ consuetudinis ix, 26
Fortissimi exercitus vi, 20 fortiorem exercitum habere ix, 20
Fortitudo inusitata viii, 2 fortitudine pugnare ix, 25
Fortuita mors x, 4
Fortuna belli iv, 20 fortuna (i. e. fatum) vi, 1 varia sæpe pugnare vi, 1 fortunam variam habere vi, 6 fortuna P. R. mutata est vi, 19 fortunam magis quam amicitiam sequi vi, 21 adversam et secundam experiri ix, 23 fortuna in bellis prospera x, 7 diversa x, 10 in bellis laudanda x, 15 fortunatam Remp. reddere viii, 14
Forum transitorium a Domitiano ædificatur vii, 23 Trajani viii, 5 divi Trajani viii, 13
Fossas ducere circa murum i, 7
Franci infestant mare ix, 21 cæduntur x, 3
Frangi casibus ii, 25 frangere aliquem ab impetu iii, 9 Macedonia fracta iii, 14
Fraternæ necis ultio x, 11
Fraude decipi ii, 20 alicujus interfici ix, 2 servi occidi ix, 15
Frequentare amicos salutandi causa viii, 4 ægrotantes, ibid.
Frequenter dux in gravissimis bellis vii, 16
Frequentibus prœliis vinci iii, 22
Frigidis et calidis unguentis lavare vii, 14
Frigore gravi prunas adoleri jubere x, 18
Fronto orator nobilissimus viii, 12
Frumentum: naves quæ frumenta exhibebant iii, 7
Frustra tentare bella ix, 22
Fuga: ad fugam compellere aliquem v, 7
Fugare hostem ii, 5, 13 hostem Tarentum ii, 14 victum hostem iii, 15 regem ex regno v, 5
Fugere cum uxore et liberis i, 8 per noctem ii, 11 cum navibus ii, 26 ad aliquem iv, 5 ab Arimino ad Siciliam v, 17 e palatio viii, 15
Fulgere: aliquamdiu fulsit stella x, 8
Fulmen: fulmine ictus i, 4 fulminis divini ictu perire ix, 18 fulmine Augustum perdere (i. e. amittere) ix, 19
Fulvius, Q. Cos. ii, 18
Fulvius, Servius Nobilior Cos. ii, 23
Fulvius Flaccus Cos. iii, 2
Fulvius, Cn. Centumalus Cos. iii, 4, 14
Fulvius, M. de Ætolis triumphat iv, 5
Fundi ingenti prœlio iv, 4 fundere hostium ducem cum copiis magnis v, 3 lacrymas vi, 21 hostem prœlio ix, 18 copias hostis x, 4
Funestissima bella v, 9 funestissimus Caligula vii, 12
Funibus blatteis retia extrahere vii, 14 in murum tolli ix, 23
Funus ingenti dedecore per vespillones exportatum et ignobiliter sepultum vii, 23 funere publico efferri viii, 20
Furcam capiti inserere vii, 15
Furius Camillus dictator Vejentes vincit i, 20 Gallos Senonas superat, ibid. de tribus populis triumphat ii, 1 moritur, et honor ei secundus post Romulum defertur ii, 4
Furius, L. adversus Gallos proficiscitur ii, 6
Furius, C. Pacillus Cos. ii, 24
Futurus annus (i. e. sequens) v, 4

G

Gabii subiguntur a Tarquinio Superbo i, 8
Galatia vi, 14. x, 17 sub Augusto provincia fit vii, 10
Galba, Servius Aug. vii, 16
Galerius Aug. x, 1, &c.
Gallæci: de his triumphat D. Junius Brutus iv, 19
Galli Senones superant Romanos i, 20 in Italiam veniunt ii, 5 vincuntur a C. Sulpitio dictatore ii, 5 Gallis bellum infert L. Furius ii, 6 Gallorum copiæ se jungunt Tuscis et Samnitibus ii, 10 ingentes copiæ Alpes transeunt iii, 5 rex Viridomarus a Marcello occiditur iii, 6 ingentes copiæ perimit Scipio iii, 6 Galli et Ligures se Hannibali jungunt iii, 8
Gallia ii, 16 Gallia omnis, quæ inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum, et Oceanum est, et circuitu patet ad bis et tricies centena millia passuum vi, 17 Galliæ tributi nomine annuum imperavit Cæsar Sestertium quadringenties vi, 17 Gallia decernitur Cæsari vi, 17 Galliam omnem domat Cæsar vi, 17 Gallias tenere vii, 3 Agrippina in Galliis viii, 2 Gallias vastare ix, 3 Galliarum imperium accipere ix, 9 Gallias a barbaris occupatas restituit Probus ix, 17 Galliæ pacem reformare

des militum copias habere viii, 2
Gratiam memoriæ ingentem apud barbaros collocare x, 7 gratias alicui agere iii, 1 laudesque alicui agere vii, 22
Gratior nulla victoria Romanis ii, 20
Gravi prælio vinci iv, 6 gravis calamitas v, 3 grave bellum vi, 16 gravis crudelitas vii, 11. x, 9 gravi sævitia notabilis vii, 18 gravius factum est bellum viii, 12 gravi prælio capere aliquem ix, 13 graves proscriptiones et cædes ix, 23 ad gravia vitia conversus x, 9 gravia et multa perpeti ab aliquo x, 10 gravi frigore prunas adoleri jubere x, 18 gravissimum bellum iv, 20 movere v, 3 gravissima bella vi, 17 gravissimis in bellis dux vii, 16 gravissimæ proscriptiones et nobilium cædes x, 11 gravissimam pugnam habere contra aliquem v, 8
Gravius accipi iii, 10 gravissime vinci i, 20

H

Habenas reip. tenendæ relaxare ix, 8
Habere exordium a Romulo i, 1 uxores non habere i, 2 aliquam uxorem i, 7. iv, 6 habuit Roma capitum LXXXIII. millia civium Rom. i, 7 imperium i, 9 potestatem, ibid. primus annus quinque Consules habuit i, 10 sepulturæ sumtum collatis a populo nummis i, 11 imperii potestatem i, 12 civitatem optimam i, 14 censum in urbe i, 16. ii, 6, 18 summam potestatem i, 18 pacem cum aliquo ii, 13 captivos infames, ibid. vicina castra ii, 14 in auxilium ii, 24 spem nullam ii, 25 dignitatem honesti civis, ibid. salvum exercitum ii, 26 nullum bellum iii, 3 pacis mentionem iii, 10 belli apparatum in urbe iii, 15 sermonem cum numinibus iii, 20 adjutores iv, 5 alicui honorem iv, 7. viii, 8 habebatur consultissimus iv, 10 habere auctorem fœderis iv, 17 infinita regum auxilia iv, 20 collegam in consulatu v, 1 periculum a tergo v, 7 pugnam gravissimam contra aliquem v, 8 haberi secundum a Sylla, ibid. habuerunt hunc finem duo bella v, 9 habere levia prælia vi, 2 variam fortunam vi, 6 habuit hunc finem Mithridates vi, 12 bellum contra Romanos XL. annis, ibid. habere aliquem honorifice vi, 13 congregatos milites vi, 19 habuit acies Pompeii XL. millia ped. cet. vi, 20 habere stupri consuetudinem cum aliqua vi, 22 copias militum grandes vii, 2 Corn. Gallum primum Ægyptus Romanum judicem habuit vii, 7 bona exordia vii, 16 ingentes copias ad bellum vii, 17 genituram filiorum cognitam vii, 20 aliquem in familiaritate vii, 21 expeditiones vii, 23 Agri, quos Taiphali nunc habent viii, 2 festos dies viii, 4 convivia cum amicis indiscreta vicissim, ibid. habet columnæ altitudo CXLIV. pedes viii, 5 habere non magnam clementiæ gloriam viii, 7 pacem omni tempore imperii, ibid. quamdiu Resp. R. singulos Augustos habuerit viii, 9 habere aliquam in matrimonium viii, 10 largitiones ad belli usum viii, 13 nihil paternum viii, 15 novissimum bellum viii, 19 aliquem Scrinii magistrum viii, 23 vineas Gallis permittere ix, 17 alicujus mortem notam ix, 18 castra super Tigridem ix, 18 aliquem ducem ix, 20 exercitum fortiorem ix, 20 liberos ex uxore ix, 22 prælium adversus aliquem ix, 24 opes x, 1 literas alicujus irritas x, 2 res novas x, 10 mediocrem ærarii curam x, 16 castra stativa x, 16
Habitare oppidum vi, 10
Habitu Romano (i. e. togatus) vii, 10 habitus Citharœdicus vel Tragicus vii, 14 habitu privato imperii insigne mutare ix, 27
Hadrianus divus viii, 17
Hæredem relinquere Populum R. iv, 18 facere P. R. testamento vi, 6 relinquere aliquem testamento vii, 1
Hamilcar Carthaginiensium dux ii, 21
Hannibal Carthaginiensium dux Romanis bellum Punicum Secundum infert iii, 7 Saguntinos ultimis pœnis afficit iii, 7 Pyrenæum transit iii, 8 Alpes patefacit, ibid. Ei se jungunt Ligures et Galli iii, 8 Hannibal callidus et impatiens dux iii, 10 ambos coss. apud Cannas vincit iii, 10 ei accedunt multæ Italiæ civitates iii, 11 multas Romanorum civitates occupat iii, 12 ad Campaniam se recipit iii, 14 Cn. Fulvium interficit iii, 14 occidit Cos. Marcellum iii, 16 fratrem Hasdrubalem in Italiam evocat iii, 18 ab omni fere Italia deseritur iii, 20 Flens dicitur Italiam reliquisse iii, 21 ad Africam venit iii, 22 victus a Scipione pacem petit iii, 22 se Antiocho jungit iv, 3 navali prælio vincitur iv, 4

Idoneus reip. gerendæ ix, 11, 16 parum moderando imperio ix, 27 idoneæ vires ad quælibet bella x, 12
Idus: Sexto Idus Martias ii, 27
Ignave dimicare ix, 24
Ignavia principum ix, 7 probrosa ix, 8
Ignavum et vitiosum militem corrigere iv, 17
Igni ferroque omnia vastare ii, 12
Ignobilem pacem facere iv, 17. x, 17 ignobili servitute consenescere ix, 7
Ignobiliter sepeliri vii, 23
Ignominiam post tantam iv, 17
Ignominiose pugnare iv, 24, 26
Ignorante Trajano viii, 4
Ille (honoris gratia additur) ii, 14
Illustres viri, Præf. vii, 13 illustris vir gloria militari ix, 17 illustri pugna vinci vii, 7 illustris vita privata vii, 19 ferculorum pompa ix, 27
Illyricis bellum inferunt Romani iii, 4 de his quando primum triumpharint, ibid. Illyriis leges a Romanis dantur iv, 7
Illyricum vi, 4. x, 17 imperio R. adjicit Augustus vii, 9 a Gothis vastatur ix, 11
Imago spectaculi Trojæ vii, 14
Imitari falso alicujus nomen ix, 15
Imitatio: ad imitationem fratris nomen accipere iv, 4
Immanissimis præliis vinci vi, 17
Immemor offensarum et inimicitiarum vii, 20
Imminet Circessum Euphrati ix, 2
Immodici esse animi x, 16
Immunitates multas civitatibus tribuere vii, 14
Imparem esse pugnæ vi, 1
Impatiens libidinis viii, 20 impatiens et callidus dux iii, 10
Impatientia iii, 10
Impellere aliquem ad rebellandum iii, 2
Imperare: Senatores per quinos dies imperaverunt Romæ i, 2 imperare xxv. annos i, 8 xxiv. annos vii, 13 ingenti gloria vi, 8 Armeniis vi, 9 medie vii, 13 cum multo dedecore vii, 18 post aliquem viii, 9 post patrem xii. annis viii, 15 triennio ix, 1 juberi ex Senatus consulto viii, 16 obscurius ix, 6 suo jure x, 13
Imperator (dux) ii, 21 imperatorem interficere iv, 16 aliquem eligere vii, 16 libenter accipi ab exercitu, ibid. aliquem facere vii, 17, 19, 22. viii, 1 creari viii, 22. ix, 5. x, 2 ab exercitu ix, 19 a militibus appellari ix, 1 Imperator ab exercitu, et mox Augustus factus est ix, 7 Imperatorem a militibus eligi ix, 10, 11 eligi consensu militum ix, 12 fieri x, 4 Imperator sævus et sanguinarius ix, 14 Imperatores quatuor novi Remp. tenent x, 4
Imperium Romanum i, 1. vi, 8. ix, 26 administrare, Præf. viii, 9 gerere vii, 8 gerere ingenti socordia vii, 11 imperium suscipere i, 5, 7. ix, 13, 16 perdere i, 8 alicui adimere i, 8 longius, quam annuum habere i, 9 imperii potestas i, 12 imperium consulare i, 18 imperio Romano Asia accedit per testamentum iv, 18 adjicere Ægyptum vii, 9 validissimas gentes vii, 19 imperii anno xxiii. mori vii, 11 R. deformare vii, 14 hujus breve fuit vii, 16 in imperio documentum sui ostendere vii, 17 imperium invadere vii, 17. ix, 3, 18 per manum gladiatoriam x, 11 imperio potiri vii, 18 in imperio se moderatissime gerere vii, 19 in imperio magnæ esse civilitatis vii, 21 moderatus vii, 23 imperium accipere vii, 23. ix, 9 imperii Romani administrationem accipere vii, 18 imperii R. fines longe lateque diffundere viii, 2 finis viii, 6 tempore omni viii, 7 in imperio vivere ingenti honestate viii, 8 ad imperium pervenire viii, 11 accedere ix, 1 imperii fastigium viii, 12 imperium alicui reservare ix, 2 sumere ix, 4 Romano nomini perniciosum ix, 7 imperii Romani cum non dubia calamitate nutaret x, 14 esse in imperio ix, 16 imperium feliciter mox commode ad ultimum perniciose gerere ix, 8 Romanum delere ix, 9 servare ix, 11 usurpare ix, 17 confirmare x, 3 imperio moderari ix, 27 imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat ix, 26 imperio moderari ix, 27 imperii insigne mutare habitu privato ix, 27 alicui abrogare x, 11 obtinere x, 17 Constantis strenuum aliquamdiu et justum fuit x, 9 imperii Romani vires x, 12 imperium finibus Rom. restituere x, 14 imperii suspicio si moveretur x, 15 imperii R. partem tradere x, 17
Impetrare ab aliquo pacem ii, 19. iii, 2
Impetus: ab impetu aliquem frangere iii, 9
Implere omne certamen (pro conficere) i, 16
Imponere torquem collo ii, 5 hostis spolia stipiti iii, 6 Colchis regem vi, 14 imponi nomen a Senatu filio velle viii, 19 bello finem vi, 7, &c. filio

i, 1 in murum funibus tolli ix, 23 in Nilo perire vi, 22 in obsidione commorari vi, 6 in Oceano positæ insulæ vii, 13 in occidendo aliquo socius alicui viii, 18 in omnem lasciviam dissolutus ix, 8 in omnibus consiliis alicui obsequi ix, 27 in opere inveniri i, 17 in Osdroëne viii, 20 in palatio interfici vii, 12 in paludibus nudum latere v, 6 in Parthos proficisci ix, 19 in perpetuum ii, 5 in Pontum irrumpere vi, 9 in Ponto rebellare vi, 22 in potestatem alicujus venire ii, 25. iv, 6. vi, 24 redigere infinitum auri argentique pondus ii, 27 hostem iv, 13, &c. in privata vita mollis vii, 17 moderatus viii, 1 in privatam vitam concedere ix, 27 in prælio concidere i, 16 perire iii, 10 interfici iv, 20 in prima pugna i, 10 in pugna vulnerari ii, 27 perire iii, 10 alicui auxilio esse iv, 4 cædi v, 2 in provinciæ formam alicujus regnum redigere vii, 11, 19 Arabiam viii, 3 in provinciales justissimus x, 16 in publica custodia esse ii, 27 in quemquam nihil cruentum facere iv, 17 in quibus malis iii, 10 in quibusdam necessarius magis, quam in ullo amabilis ix, 14 in quibusdam philosopho propior x, 16 in Rætia et Norico agere ix, 7 in re militari erat tanta virtus ii, 6 nihil audere vii, 14 moderata gloria viii, 8 egregius x, 2 in regnum restitui i, 9 suscipi i, 11 recipi i, 11 in Romanis finibus copias captivorum locare ix, 25 in rostris alicui statuam ponere ii, 7 in scena saltare et cantare vii, 14 in se odium iracundiæ concitare vii, 23 in sella aliquem juxta se collocare iv, 7 in Senatum induci ii, 25 in Senatu dicere vii, 20 principibus acclamare viii, 5 in Sicilia pugnare ii, 18 res magnæ a Romanis gestæ ii, 19 bellum patrare ii, 19 in Siciliam proficisci ii, 27 in Sicilia bellum commovere vii, 4 in sinistro cornu habere equites DC. etc. vi, 20 in suos sævire vi, 12 in Syriam venire vi, 14 in Tauro iter facere vi, 3 in templo constituere infinitum auri ix, 15 in Tiberim dejici vii, 18 in triumphum duci ii, 5 in ultimas regni solitudines aliquem agere ix, 25 in unum convenire vi, 21 in urbe manere i, 9. ii, 25 censum habere i, 16 ita fluxit ut ii, 3 in vehiculis sedere viii, 4, 10 in Venetia viii, 10 in villa senescere ix, 28 publica morari x, 2 obire x, 8 in vultum et pectus ab omnibus obviis stercore appetitus vii, 18
Incedere alicui lævum vii, 13
Incendere urbem Romam vii, 14 aliquem cum Capitolio vii, 18
Inchoare Capitolium i, 6
Incidere in insidias compositas iii, 18
Incivilis ingenii esse ix, 27 incivilia multa gerere x, 13
Inclytas res gerere iii, 17 inclytæ civitates vi, 11 inclyti venerandique principes x, 18 inclytum triumphum ex numerosis gentibus agere ix, 27
Incognitus per orbem terrarum i, 7 incognitos elephantos Romani expaverunt ii, 11 incognitum quibus Romanorum nomen fuerat vii, 10
Incolere provinciam vi, 2
Incolumem exercitum reducere ix, 3
Incommodus vir x, 3
Inconsulte magis quam ignave dimicare ix, 24 inconsultius prælium aggredi x, 9 se prœliis inserere x, 16
Incrementis, toto orbe amplius Romano imperio, nullum potest recordari memoria humana i, 1
Indere vestibus gemmarum ornamenta ix, 26
Indi munera et legatos ad Augustum mittunt vii, 10
India viii, 3
Indicere alicui bellum ii, 17. iii, 8 aliquid provincialibus viii, 13
Indigentibus studiosissime pecuniam largiri vii, 19
Indiscreta convivia cum amicis vicissim habere viii, 4
Indolis egregiæ adolescens ix, 18 commodæ juvenis x, 6 indole prosperrima esse x, 9
Inducere aquam ii, 9 induci in Senatum ii, 25
Inducias dare XLV. diebus iii, 21
Indulgere naturæ suæ ix, 27 epulis x, 18
Industria ejus cognita v, 8 industriæ ingentis consiliique vir vi, 13 industriam superare x, 7
Iners neque imprudens x, 17
Inesse Scipioni divinum quiddam existimabatur iii, 20
Infames captivos habere ii, 13 infamem pacem facere iv, 17
Infelicitas principum ix, 7
Inferior Pannonia ix, 4
Inferre alicui bellum i, 11. ii, 28. iii, 1, 7, 22, &c. ingenti apparatu x, 16 bella alicui x, 17 inferre stupra sororibus

rea tantum erat ix, 26 mutare habitu privato ix, 27 deponere x, 11
Insigniter moderari remp. x, 16
Insolens: insolentiorem reddi per potestatis diuturnitatem i, 9
Insolentia: ad insolentiam elatus viii, 12 ab aliquo excipi ix, 24 rerum secundarum x, 6
Insolentius agere vi, 25
Instare fugienti vii, 6
Instituere ludos i, 6 classem in mari viii, 3 institutus ad philosophiam viii, 12 ad scientiam literarum, ibid.
Instruere aciem contra hostem ii, 21 prælium iii, 23 bellum ingenti apparatu x, 5
Instrumentum regii cultus viii, 13
Insula. Vecta Britanniæ proxima vii, 19
Insulæ ultra Britanniam in Oceano positæ vii, 13 Orcades, ibid.
Insulæ quædam gerere vii, 13
Integer mansit exercitus iii, 14 equitatus fugit iv, 7 non integra xxx. millia vi, 20 integras exauctorare quasdam legiones viii, 23 integram prædam reddere ix, 21 integrum cum esset x, 17
Inter pastores latrocinari i, 1 legatos solicitari non potuit Fabricius ii, 14 inter eos pax est ordinata v, 7 inter tot successus vi, 17 inter conjuratos præcipui vi, 25 inter divos referri vii, 20, 22. viii, 5, 8, 10, 14. ix, 3, 4, 28. x, 1, 8, 15, 16, 18 inter divos referri merere ix, 15 inter alia dicta viii, 5 inter se genere conjuncti viii, 10 inter comandum x, 18
Interamna ix, 5
Intercedere: cum nulla Senatus auctoritas intercessisset ix, 1
Interesse bello iii, 5 expeditioni x, 16
Interficere hostem ii, 6 elephantos ii, 13 hostes variis supplicilis iii, 11 copias iii, 13 exercitum iii, 20 infinitam multitudinem hostium iv, 23 magnam Senatus partem vii, 14 interfici ii, 8. vii, 13 in prælio iv, 20 prælio v, 6 vinci et interfici prælio vi, 15 interfici veneno viii, 15 militari tumultu viii, 22. ix, 17 militum seditione ix, 9 dolo, ibid. manu hostili x, 16
Interfectores iv, 16 Cæsaris vii, 3 interfector filii sororis ix, 14
Interjecto anno ii, 14. x, 15 interjectis aliquot annis ii, 10
Interimere se vii, 7 duces hostium x, 9
Interiores Arabes viii, 13
Interire morbo ix, 11
Intermittere provinciam ix, 15
Internecione ingenti atteri v, 1
Interregnum i, 2
Interveniente nocte vi, 20
Intolerabilis provincialibus x, 9
Intra sex dies ii, 28 intra xxx. dies bello perfecto iv, 6 unam æstatem vi, 5 triennium vi, 2, 3, 11 imperii biennium ix, 11 paucos menses vi, 12 intra Italiam iii, 2 Italiam hostis nullus fuit ii, 9 Italiam pugnare iii, 6 Italiam bellum gerere v, 5 Taurum se continere iv, 4 oppidum cogi vi, 6 civitatem cogi ix, 23 urbem sepeliri viii, 5 claustrum reservare opes x, 1 Orientem residere x, 17
Intrare urbem triumphantem i, 6
Intueri alicujus occisi caput vi, 21
Inulta fuit mors ix, 15
Inusitatæ magnitudinis navis iv, 8 inusitata luxuria vii, 14 inusitato favore diligi vii, 22 inusitata civilitas viii, 2 fortitudo, ibid. virtute uti ix, 28 inusitatæ magnitudinis stella x, 8 inusitato more x, 11
Invadere castra iii, 20 Bithyniam v, 5. vi, 6 regnum alicujus vi, 8 imperium vii, 17. ix, 3, 18 Imperium per manum gladiatoriam x, 11 Remp. viii, 17
Invehere regiæ consuetudinis formam ix, 26
Invenire occasionem iii, 9 inveniri in opere et arantem i, 17
Inventa sunt civium capitum cxix. millia i, 16 sunt civium capita, &c. ii, 18
Inviæ adhuc ea parte Alpes iii, 8
Invicti terra ii, 20 invictum esse in bellis vii, 9
Invidere alicujus gloriæ viii, 6
Invidiam alicui commovere i, 20 invidia aliena explere suam severitatem ix, 26
Invisus omnibus hominibus ix, 19
Invitare ad spectaculum ludorum vicinas gentes i, 2
Invitum amittere fastigium x, 2
Jovianus Aug. x, 17
Ipse etiam pugnavit vii, 6 ipse pro victore cessit, ibid.
Ira insatiabilis v, 8
Iracundiæ odium in se concitare vii, 23
Iratus contendit ad Volscos i, 15
Ire in Macedoniam iii, 12 ad Campaniam iii, 14 ire et regredi Romam iii, 21
Irritas habere alicujus literas x, 2
Irrumpere in Pontum vi, 9 in Syriam vii, 5 in curiam vii, 22

Junius, C. Pullus Cos. ii, 26
Junius, Decimus Brutus iv, 19
Junius, D. Silanus Cos. vi, 16
Junius, L. Libo ii, 17
Junius, L. Brutus primus Cos. i, 9
Junius, M. Silanus Cimbros vincit iv, 27
Jupiter: Jovi in Capitolio templum ædificat Tarquinius Superbus i, 8
Jus æquum, quo duo imperium administrant viii, 9 jure æquo agere viii, 12 jure peritissimus viii, 17 jure suo imperare x, 13 Juris conditor viii, 23
Justi tenax ix, 11
Justus vir ix, 17 justus amor x, 7 justum imperium x, 9 justior vel major liberalitas non facile cujusquam principis est comperta vii, 19 justissimum triumphum agere vii, 5 justissimo exitu pœnas dare x, 3
Juvare aliquem iv, 20
Juvenilis ætas vi, 21
Juvenis de senatoribus nobilissimus ii, 5 adhuc Cos. est factus iv, 12 clarissimus et præstantissimus vi, 18 magnæ admirationis viii, 11 admodum viii, 23 multa strenue fecit ix, 8 commodæ indolis x, 6
Juventius, P. prætor a Pseudophilippo vincitur iv, 13
Juxta se in sella aliquem collocare iv, 7 Rhodanum fluvium iv, 22. v, 1 aliquem constare ix, 20

L.

Laborare fame i, 20 fame et pestilentia vii, 6 inopia x, 17
Labore ingenti et moderatione perseverare viii, 13 laboribus strenuis acceptus x, 4
Laboriosa alicujus officia experiri x, 15
Lacedæmonii Afris contra Romanos auxilium præstant ii, 21 iis bellum infert Flamininus iv, 2
Lacrymabile bellum vi, 19
Lacrymas fundere vi, 21
Lædere nullum viii, 4
Lælius, C. Cos. iv, 4
Lætari, Præf.
Lætitia ingens iii, 15
Lævum alicui incedere vii, 14 Dacia est in dextra Danubii in mare fluenti, cum antea fuerit in læva ix, 15
Lamponius partis Marianæ dux v, 8
Languore deficere viii, 12
Largiri pecuniam studiosissime vii, 19
Largitiones ad belli usum habere viii, 13
Largius, T. primus Rom. dictator i, 12
Lasciviam in omnem dissolutus ix, 8
Late: longe lateque diffundere imperii fines viii, 2
Latere nudum in paludibus v, 6
Latere utroque astantibus filiis duobus iv, 8
Latini: contra hos dimicat Ancus Marcius i, 5 nolunt Romanis milites dare ii, 6 a Romanis exigunt ut e suo populo consul alter crearetur ii, 7 Latinus populus ii, 7
Latine causas agere vii, 21
Latino sermone facundissimus viii, 7 Latinas literas aliquem docere viii, 12 Latina eruditio cum Græca scientia convenit x, 16
Latrocinari inter pastores i, 1 navibus iii, 7
Latronum dux iv, 16
Laudantes vere assentantibus opponuntur viii, 5
Laudare aliquem viii, 11 laudanda in bellis fortuna x, 15
Laudes gratiasque agere mortuo vii, 22
Lauream solam de superato hoste usurpare vii, 23
Lavacri, quæ Antoninianæ appellantur, egregium opus facere viii, 20 lavacrum ædificare ix, 4
Lavare calidis et frigidis unguentis vii, 14
Laxare tenendæ reip. habenas probrosa ignavia ix, 8
Lecticula: in lecticula vehi ix, 18 lecticulæ pallia diducere ix, 18
Lectio: cognoscere lectione, Præf.
Lectissima millia LXX. alicui mittere v, 6 regis XXX. millia vastare vi, 8
Legatio Carthaginiensium Romam venit iii, 2 legationes multarum gentium iv, 7
Legatos repudiare i, 15 legatum alicui dare ii, 9 legatis Romanorum injuriam faciunt Tarentini ii, 11 legatum mittere ii, 12, 15 legatos mittere de redimendis captivis ii, 12 legati Alexandrini a Ptolemæo Romam mittuntur ii, 15 legatos ad regem mittere auxilia promittentes iii, 1 ad aliquem mittere vii, 10 admittere ii, 25. iii, 7 dimittere iii, 22 legati Afrorum a Romanis capiuntur iii, 22 legatum alicui contra hostem proficisci iv, 4 legati a rege veniunt v, 7
Legere tirones ii, 6 legi ad obtinendum imperium x, 17
Legiones proficiscuntur adversus Gallos

Brutus iv, 19 in Hispania vincuntur iv, 27
Lutatius, C. Catulus Cos. contra Afros proficiscitur ii, 27
Lutatius, Q. Catulus Cos. bellum Faliscis infert ii, 28
Lutatius, Q. Catulus Cos. Cimbros vincit v, 1
Luxuria inusitata vii, 14 depravatus viii, 15
Lycia vi, 8 sub Vespasiano fit provincia vii, 19

M

Macedonia iii, 12. vi, 19 Macedonia facta iii, 14 a Romanis recipitur iv, 13 Macedoniam provinciam accipere vi, 7 administrare vi, 10 Macedonia per Gothos vastatur ix, 8, 11 potitur Constantinus x, 5
Macedonibus leges a Romanis dantur iv, 7
Macedonicum bellum iv, 1. vi, 8
Machinari dolum ix, 9
Macrinus, Opilius Aug. viii, 21
Madena viii, 3
Magis: qui Rom. virtutem magis fatigaverit ii, 9 id pretium e fisco magis quam a Carthaginiensibus solveretur ii, 27 casu magis quam virtute decipi iii, 14 magis pro æquitate quam avaritia dimicare iv, 7 magis honorata quam nobili familia vii, 13
Magistrum equitum facere i, 12 magister equitum primus Sp. Cassius i, 12 equitum a Dictatore capitis damnatur ii, 8 equitum ei Dictatori fuerat vi, 23 magister Scrinii viii, 23
Magnentiani duces x, 11
Magnentius Aug. x, 10
Magnesia ad Sipylum iv, 4
Magnificentissime aliquem convivio pascere iv, 7 triumphare in curru aureo iv, 8
Magnificus in editione munerum viii, 14 magnificum spectaculum muneris parare x, 3 magnificentissimi exempli, occasionem præstare viii, 5
Magnitudinis inusitatæ navis iv, 8 inusitatæ stella x, 8
Magnus: magnorum exercituum duces i, 16 magnas res gesere ii, 19 magnæ copiæ ii, 24 magna pars de exercitu sanciatur iii, 10 pars Siciliæ iii, 14 magno prælio vincere iii, 17 magnum pondus auri atque argenti iii, 18 magno honore aliquem accipere iv, 8 magna gloria triumphare de hoste iv, 19, 22, &c. magnorum populorum victores vi, 20 magno dedecore trahi per urbem vii, 18 magni exercitus vii, 23 magna clementiæ gloria viii, 7 ex parte ix, 14
Magno tertius Hannibalis frater a Scipionibus vincitur iii, 13 a Scipione capitur iii, 15
Major filius vi, 24 major vel justior liberalitas non facile cujusquam principis est comperta vii, 19 major sexagenario viii, 7 majore stylo reliqua sunt dicenda x, 18 scribendi ad majorem diligentiam reservare reliqua, ibid.
Mala: post hæc mala ii, 24 mala (belli calamitates) iii, 10 malis aliquem eripere ix, 13
Male pugnare iii, 16 male dividere prædam i, 20
Malus: si unus malus esse voluisset i, 8
Mammæa Aurelii Alexandri mater viii, 23
Mandare alicui, ne bellum gerat iii, 7 aliquid memoriæ vii, 18 Reip. tuendæ stationem viridioribus ix, 27
Manere in urbe i, 9. ii, 25 posteros, qui adhuc manent, Romæ relinquere ix, 13 quæ ad nostram ætatem manent ix, 23 mansit integer exercitus iii, 14
Manilius, M'. Cos. iv, 10. v, 1
Manlius, A. Cos. ii, 28
Manlius, L. Volso Cos. ii, 21
Manlius, L. Censorinus Cos. iv, 10
Manlius, T. nobilissimus de Senatoribus juvenis Torquatus dictus ii, 5 Cos. iii, 8 Procos. in Sardiniam proficiscitur iii, 12 Hasdrubalem vivum capit iii, 13
Mansuetudo tua, Præf. mansuetudine et virtute Remp. fortunatam reddere viii, 14
Manus ad cœlum ferre ii, 11 manu sua occidere aliquem iii, 6 manus parva equitum iii, 6 in manibus alicujus diadema collocare vi, 13 manum alicujus falso imitari ix, 15 manu admodum parva cum hoste comittere ix, 24 manus gladiatoria x, 11 manu hostili interfici x, 16 alicujus percuti ix, 20 manibus suis agrum colere i, 17
Marcellus Cos. iv, 9 vid. Claudius
Marcius, L. Philippus Cos. v, 8
Marcius, Q. Coriolanus i, 15
Marcius, Q. Philippus Cos. iv, 5
Marcius, Q. Rex Cos. iv, 23
Marcomannicum bellum viii, 12 confecit M. Antoninus viii, 13
Marcomedi occupantur a Trajano viii, 3
Mare: in mari dimicare ii, 20 mari pla-

17 militari gloria aliquem æquare ix, 17 gloria illustris ii, 17 tumultu interfici ix, 17 factione opprimi x, 9 militaria signa i, 20
Milites præstare (i. e. dare) ii, 6 dare ii, 7 militum et populi favore liberatur Fabius Maximus ii, 8 militem suum ditare ii, 22 milites pro pedites iii, 10 militem vitiosum et ignavum corrigere iv, 17 milites congregatos habere vi, 19 militum disciplina viii, 7 copiæ viii, 12 milites prætoriani viii, 16 militum et Senatus ingens expectatio viii, 22 miles Gordiano tumulum ædificat ix, 2 militum consensu principem eligi ix, 2 consensu imperatorem eligi ix, 12 milites non necessarii ix, 17 militum consensu ad imperium legi x, 17 suorum scelere deseri x, 2 seditionem et convicia ferre x, 3 favore ingenti regnare x, 3 militibus injucundus x, 9 militum ferocia amittere victoriam x, 10 consensu ad imperium eligi x, 10 deponere insigne compelli x, 11 Augustum fieri x, 15
Militiæ strenuæ ordo ix, 21 in militia res strenue gerere x, 9 militiæ felicitas x, 10
Mille octingentos Romanos capere ii, 11 millia capti et occisi &c. ii, 21
Millesimus annus Romæ sub Philippis celebratur ix, 3
Milliarium: ab urbe XII. milliario sunt i, 4 sexto milliario ab urbe absunt i, 4 cum usque ad quintum decimum milliarium vix Roma possideret i, 8 in octavo decimo ab urbe posita civitas, ibid. usque ad quintum milliarium urbis accedere i, 15 milliario ab urbe duodecimo i, 17 milliario a Roma undecimo i, 20 milliario ab urbe quarto consedere ii, 5 milliario in centesimo et tricesimo bellum gerebatur ii, 8 milliario ab urbe octavodecimo ii, 12, &c.
Minax et paulo asperior viii, 20
Minimum: plurimum minimumque qui tradunt i, 1. x, 18
Ministri viii, 14
Minor filius vi, 24
Minuere opes suas stipendiis militum viii, 8
Minus diligens x, 16
Minutius Rufus Scordiscos et Triballos in Macedonia vincit iv, 27
Mirabilis omnium virtutum genere vir vii, 21
Mirari aliquem viii, 11
Mithridates Ponticus Romanos juvat iv, 20 Mithridatis filii ante currum Pompeii ducuntur vi, 16
Mithridaticum bellum v, 4. vi, 8
Mitis alias x, 15
Mittere dictatorem contra hostes i, 20 dictatorem adversus hostem ii, 5 hostes sub jugum ii, 6 consules contra hostem ii, 9 consulem contra hostem ii, 11 consulem adversus hostem ii, 14, &c. legatum ii, 12 legatos de redimendis captivis ii, 12 legatos ii, 15 mittere (simpliciter pro Mittere legatos) iii, 7 captivos sine pretio ii, 12 duces contra hostem ii, 13 ducem ii, 21 ducem contra hostem iv, 6 aliquem adversus hostem iii, 9, &c. proconsulem in Sardiniam iii, 12 ducem ad Hispanias iii, 15 exploratores ad castra hostis iii, 22 consulem in Illyricum iv, 6 literas per omnem Asiam v, 5 milites alicui ex Asia v, 6 alicui caput alicujus vi, 21 munera et legatos ad aliquem vii, 10 legiones Romanas sub jugum vii, 14 Cæsarem ad Gallias tuendas x, 12, 14 legiones sub jugum x, 17 mitti in Africam iii, 20 ad Hispanias vi, 1 ad Macedoniam vi, 2 ad Ciliciam et Pamphyliam vi, 3 ad Illyricum vi, 4 in Germaniam vii, 19 adversum prætorianorum motum x, 2
Moderari imperium ix, 27 remp. insigniter x, 16
Moderate multa gerere vii, 13 moderatissime se in imperio gerere vii, 19
Moderatio ingens et severitas iv, 27 moderatione gloriam militarem superare viii, 4 ingenti provincias tractare viii, 12 et labore ingenti perseverare viii, 13 ingenti reparare provincias ix, 9 moderationis unicæ vir ix, 12
Moderatorem accedere in patris locum x, 2
Moderatus in imperio vii, 23 in privata vita viii, 1 moderata gloria in re militari viii, 8 moderatior in pace vii, 8 moderatissimus vii, 21
Modestus vir ix, 11
Modici cultus esse x, 1 modicis copiis ingentes hostium copias extinguere x, 14
Modii tritici iii, 1 tres aureorum annulorum e manibus Romanorum Carthaginem mittit Hannibal iii, 11
Modus: qui modus LX. armatorum millia efficiebat ii, 6 modum dare operi x, 18
Mœror: ex mœrore vultum mutare viii, 11
Mœsi a Sylla domantur v, 7

Narbonam in Gallia colonia deducitur iv, 23, vid. ix, 18
Narratio: brevi narratione res Rom. colligere, Præf.
Narseus Persarum rex ix, 25, &c.
Nationes vicinæ i, 2 barbarorum plurimæ viii, 8. ix, 25
Natura sævus viii, 18 naturæ suæ indulgere ix, 27 natura ferus x, 13 admodum liberalis x, 18
Natus octodecim annos i, 1 annos XXIV. iii, 15 annos XLV. iv, 8 non admodum clare vii, 18 obscure vii, 19 obscurissime ix, 6, 9, 19 vilissime ix, 21 post homines natos ix, 28
Naufragium pati ii, 22, 23 naufragio classem amittere ii, 26
Navale certamen ii, 27 navali prælio vinci iv, 4. vii, 6 opprimi vi, 6 navali et terrestri prælio vinci x, 6 navalis pugna vi, 8
Naves rostratæ ii, 20 perdere ii, 21 amittere, ibid. parare ii, 20 reparare pro iterum parare ii, 22 capere ii, 20, 22, 27 mergere &c. ibid. demergere ii, 22, 26, 27, &c. servare ii, 22 ad præsidium Italiæ salvæ ii, 23 capere cum pugnatoribus ii, 26 navem ascendere ii, 27 cum navibus proficisci ii, 27 navibus, quæ frumenta exhibebant, latrocinari iii, 7 navis inusitatæ magnitudinis iv, 8
Navigare ad aliquem x, 3
Navigatio sola non tuta vi, 12
Ne nomen quidem cognitum vi, 17 ne elementa quidem prima literarum accipere x, 10
Necem post Constantis x, 10 necis fraternæ ultio x, 11
Necessarius in quibusdam ix, 14 necessariam facere pacem cum aliquo x, 17
Necessitas: propter necessitatem ii, 9 necessitas præceps ix, 23 necessitatem fœderis mutare x, 17
Necessitudo et affinitas quamvis cum eo esset x, 5 necessitudines persequi x, 6
Negare quid alicui ii, 7 se in urbe mansurum ii, 25 nulli quicquam vii, 21
Negligenter se agere vi, 9
Negotia bellica et civilia, Præf.
Nepos ex filia i, 5 per filiam ix, 22
Nepotianus Constantini sororis filius imperium invadit x, 11
Neque (pro Et non) vii, 3
Nero succedit Claudio vii, 14, &c.
Neronianæ thermæ ante dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur vii, 15
Nerva Domitiani successor viii, 1, &c,
Neutro genere obscuro vii, 17
Nicomedes rex Bithyniæ Romanos juvat iv, 20
Nicomedia ix, 27
Nicomedienses iv, 5
Nihil cruentum in quemquam facere iv, 27 nihil omnino audere vii, 14 nihil non venerationis merere viii, 4 nihil non tranquillum agere viii, 4 nihil injustum agere, ibid. unquam atrox audere viii, 10 nihil omnino clarum gerere ix, 5 occasionum prætermittere x, 7 finium tradere x, 17
Nilus vi, 22
Nimia cruditate exanimari x, 18 nimiæ libidinis esse ix, 9
Nimietate prunarum exanimari x, 18
Nimis circa omnes communis viii, 5 nimium amicis credens x, 15
Nisibis vi, 9
Niti: efficere omnia nitens x, 5
Nobili ex fœmina genitus i, 7 nobiles homines trecenti ex Fabia familia bellum contra Veientes suscipiunt i, 16 nobiles viri iii, 10. vii, 13 captivi iii, 14 nobilis vir viii, 17 nobilem civitatem expugnare ix, 8 triumphum agere ix, 13 nobiles plurimos damnare ix, 14 res gerere ix, 18 nobilia matrimonia corrumpere ix, 19 nobilissima fœmina i, 8 nobilissimus de Senatoribus juvenis ii, 5 nobilissima urbs Syracusana iii, 14 nobilissimi obsides iii, 15 Numidæ a Scipione Romam cum rege mittuntur iii, 20 nobilissima civitas iv, 12 nobilissimæ civitates vi, 8. vii, 9 nobilissimi ex senatu et consulares viri a Cinna interfecti v, 7 generis vir vi, 15 nobilissima oppida capere et evertere vii, 14 nobilissimi ex Senatu vii, 23 nobilissimus haud dubie viii, 9 nobilissima urbs viii, 10 nobilissimus orator viii, 12 nobilissimæ urbes ix, 18 nobilissimus rex x, 14
Nobilitas Syracusanorum ii, 19 universa vi, 19 tota vi, 20 infinita vi, 23 nobilitatis dux vii, 3 nobilitas infinita, ibid. nobilitatis antiquissimæ Senator vii, 16 mediæ esse viii, 1 nobilitas Persarum infinita ix, 25
Nobiliter ampliare imperium viii, 2
Nocturna pugna iv, 3 nocturnum prælium vi, 12
Nola civitas Campaniæ iii, 12
Nolle (recusare) ii, 6, 7 admittere legatos iii, 7
Nomen: ex nomine suo Romam vocare i, 2 sub nomine et honore dictaturæ

pendi in Pontum dare vi, 9 magnificentissimi exempli præstare viii, 5 occasione hac se ditare ix, 21 reperta x, 3 occasionum nihil prætermittere x, 7
Occidens ix, 13
Occidere: per aliquem occidi i, 6. ii, 14 scelere generi i, 7 occidi in bello i, 3 alicujus insidiis vii, 16 occidere se i, 8, 10. vi, 24 aliquem manu sua iii, 6 filiâm, ne stuprum pateretur i, 18 hostem ii, 5 occisis tribus millibus hominum ii, 9 aliquem veneno ii, 14 sponte semet ipsum vii, 17 quinquê millia ferarum in dedicatione Amphitheatri vii, 21 occidere aliquem parare ix, 15 innoxios fictis criminibus ix, 19 occidi seditione et scelere alicujus viii, 16 fraude servi sui ix, 15 per insidias ix, 18 alicujus factione x, 9 occisos sepelire ii, 11 hostes ii, 13 occisi et capti millia, &c. ii, 21
Occultæ literæ ix, 13
Occultare dolo alicujus mortem ix, 18
Occupare urbem i, 20. ii, 1 Italiæ partem ii, 12 civitates iii, 12 Asiam et Achaiam v, 4 Græciam v, 6 Mesopotamiam vi, 8. ix, 8 provincias vi, 22 exercitus vii, 3 Corduenos viii, 3 Armeniam viii, 3 Gallias ix, 17 Britannias ix, 21 numerosas provincias x, 5 occupari bellis x, 15
Occurrere hosti iii, 9. vi, 6 alicui in itinere ix, 24
Oceanus Britannicus vi, 17
Octavianus, C. i, 12 adolescens XVIII. annos natus ad Antonium persequendum mittitur vii, 1 hæres a Cæsare relinquitur ejusque nomen ferre jubetur, ibid. postea Augustus dicitur, ibid. Antonium vincit, ibid. cum eo pacem facit vii, 2 Senatum proscribit, ibid. triumviratum init, ibid. Cæsar Octavianus Augustus vii, 3 proficiscitur adversus Brutum et Cassium, ibid. vincitur, ibid. Remp. dividit, ibid. contra Sext. Pompeium pugnat vii, 4 vincit navali prælio Antonium vii, 7 Ægyptum imperio R. adjicit, ibid. Romam redit et solus Remp. obtinet vii, 8 moritur, maxima parte Deo similis habitus, ibid. multas habuit virtutes, ibid. multas gentes Imperio adjicit vii, 9 magno amore etiam apud barbaros fuit vii, 10 Divus appellatur, ibid.
Octavius, Cn. Cos. v, 4
Octodecim i, 1
Oculos Galli alis et unguibus verberat corvus ii, 6 oculorum dolore corripi ix, 18
Odenathus in Oriente Persas vincit ix, 10
Odeum a Domitiano ædificatur vii, 23
Odio omnium vivere ix, 20
Odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus erat, exanimatus x, 18
Œnomaus gladiatorum dux vi, 7
Offensarum immemor vii, 20
Offerre se hosti ii, 6 hosti, ut captivos redimeret iii, 11 pacem conditionibus iv, 4 alicui caput alicujus iv, 20
Officia per varia ad administrationem pervenire viii, 8 officiis acceptus x, 4 officia alicujus laboriose experiri x, 15
Ogulnius, Q. Cos. ii, 16
Olympiadis sextæ anno tertio Roma condita i, 1
Olympus urbs vi, 3
Omen: contra omina et auspicia pugnare vi, 18
Omnino: unus omnino superfuit i, 16 nihil audere vii, 14 nihil clarum gerere ix, 5 nullum punire vii, 21
Omnis: omnium primus i, 7 omne patrimonium i, 9 certamen complere i, 16 omnem exercitum ostendere ii, 11 omnia ferro ignique vastare ii, 12 omnis exercitus Romanus ii, 21 omnibus suppliciis extingui ii, 25 locis pax facta est iii, 3 omni Sicilia recepta iii, 14 omnes Hispaniæ iii, 15 omne aurum et argentum iii, 15 omnis fere Italia iii, 20 Gallia vi, 17 senatus vi, 19 omnium ingenti gaudio mori vii, 11 omnis familia vii, 15 provisio diligentiæ vii, 19 omnium virtutum genere mirabilis vii, 21 omni ejus ætate viii, 4 tempore imperii viii, 7 omnis barbaria (i. e. omnes barbari) viii, 13 omni memoria viii, 18 securitate provincias munire viii, 19 omnibus se probris contaminare viii, 22 omnem in lasciviam dissolutus ix, 8 omni tempore trux ix, 14 omne Illyricum ix, 15 omnibus se sceleribus inquinare ix, 19 omnium odio et detestatione vivere ix, 20 omnis orbis terrarum (i. e. Romanus) ix, 22 omnibus exitiis sævire adversum nobiles x, 4 omnia efficere x, 5 omni Dardania potiri x, 5 omnium liberalium artium expers x, 16
Operam dare vii, 2. viii, 1, 6
Opes suas stipendiis, militum, et circa amicos liberalitatibus minuere viii, 8 opes publicæ x, 1 habere, ibid. reservare intra unum claustrum, ibid. Ma-

tus vii, 9
Paphlagoniam invadit Mithridates v, 5 recipit Lucullus vi, 8
Papirius, L. Cursor dictator contra Samnitas proficiscitur ii, 8 Cos. ii, 9 de Samnitibus triumphat, ibid.
Parare naves ii, 20 naves contra hostem ii, 27 parata ad id bellum dccc. millia iii, 5 parare ad bellum copias iv, 5 expeditionem contra hostem vi, 9 insidias alicui vi, 22 parare relinquere successorem viii, 11 occidere aliquem ix, 15 muneris magnificum spectaculum x, 3
Parata pace ix, 17
Paratissimus ad dimicandum iv, 10
Parcus admodum viii, 18 vir ix, 11
Parens (pro cognata) i, 8
Parentibus reddere obsides iii, 15
Parere Romanis iii, 2, 11 tres exercitus uni Cæsari Augusto paruerunt vii, 1 sententiæ alicujus viii, 3 imperium administrantibus viii, 9
Pariter ambo occisi viii, 21
Parricidia committere vii, 14
Partem Italiæ obtinere ii, 12 regni quartam alicui promittere ii, 12, 14 pars magna de exercitu sauciatur iii, 10 parte ea inviæ Alpes iii, 8 pars magna Siciliæ iii, 14 Mariana v, 8, 9 partium Marianarum esse vi, 1 partem multam Dalmatiæ subigere vi, 4 magnam Armeniorum delere vi, 9 partium Cæsaris esse vii, 1 parte ex maxima Deo similis vii, 8 partem Senatus infinitam interficere vii, 14 pars hominum maxima viii, 12 partem imperii R. tradere x, 17
Parthamasiris Parthorum rex occiditur viii, 3
Parthenius interfector Domitiani viii, 1
Parthenopolis capitur vi, 10
Parthi: contra hos mittitur Crassus vi, 18 in Syriam irrumpentes a Basso vincuntur vii, 5 ab his Armeniam recipit Augustus vii, 9 sub Nerone Armeniam sustulerunt vii, 14 Parthis Armeniam aufert Trajanus viii, 2 bellum inferunt Antonini viii, 10 Parthi vincuntur a Septimio Severo viii, 18 adversum hos molitus fuit expeditionem Caracalla viii, 20 Parthis (Persis) bellum infert Gordianus ix, 2 sic Parthi pro Persis ix, 7, 19, &c. Syriam sibi cœperunt vindicare ix, 8 iis Julianus bellum infert x, 16
Parthica bella x, 15 Parthicum triumphum revehere viii, 10
Parthicus dictus Septimius Severus viii, 18
Partim partim iv, 17 partim hostes vicit, alios in fidem accipit v, 7
Partus: uno partu cum fratre editus i, 1
Parum: non parum agrorum iisdem sublatum est i, 6 parum civilis viii, 10 idoneus ix, 27 consulere gloriæ x, 17
Parvis adhuc Romanis rebus ii, 6 parva manus equitum iii, 6 admodum manu cum hoste committere ix, 24
Pascere aliquem convivio iv, 7
Passuum ad bis et tricies centena millia circuitu patere vi, 17 per aliquot millia ix, 24
Pastor primo fuit, mox latronum dux iv, 16
Patefacere Alpes iii, 8 patefactas conjurationes contemnere vii, 20
Pater: quasi communem patrem Brutum lugent matronæ i, 10
Patere circuitu ad bis et tricies centena millia passuum vi, 17
Paterna origo viii, 9 paternum nihil habere viii, 14 paternorum morum esse viii, 20
Pati naufragium ii, 22, 23 injurias v, 5 bellum ab aliquo, ibid. nullam nisi auream et argenteam statuam in Capitolio passus est Domitianus vii, 23 multas calamitates bellis vii, 23
Patrare bellum contra aliquem ii, 19. vi, 19 multa et ingentia viii, 10
Patria: contra patriam ducem esse i, 15 patriam oppugnat Coriolanus i, 15 patriæ conditor i, 20 patriam suam relinquere iv, 3 patriæ subvenire v, 7 patriam delere vi, 15
Patrimonium omne accipere i, 9
Paulisper tenere exercitum v, 4
Paulo asperior et minax viii, 20
Pauperem esse ii, 12
Pax: pacem facere cum aliquo i, 8, 11. ii, 9, 25. vii, 3 petere i, 15. ii, 12, 15, 25, &c. solvere ii, 9 pax displicuit ii, 13 pacem cum aliquo habere ii, 13 ab aliquo obtinere ii, 15, 24 ab aliquo impetrare ii, 19. iii, 2 pacis mentionem habere iii, 10 ab aliquo petere ii, 21. iii, 21, 22, &c. pacem dare ii, 21. x, 7 tribuere pacem alicui, ibid. concedere ii, 28 ex conditione pacis Romanis parere iii, 2 pacem facere omnibus locis iii, 3 dare conditionibus iii, 21, 22, &c. turbare iii, 22 dare alicui legibus iv, 2 offerre iv, 4 alicui præstare iv, 6 ignobilem facere iv, 17 infamem facere iv, 17 infringere iv, 17 cum aliquo flagitiosissimam facere iv, 26 improbare, ibid. de pace agere cum hostibus v, 6 pax inter eos ordinata est v,

iv, 22 multas militum seditiones ix, 19 ad quosdam nomina annotata ix, 15
Perficere bellum iv, 6
Perfidia nova iii, 22
Perfugas et captivos reddere iii, 21
Pergamus iv, 20
Pergere Romam ii, 12
Periculum habere a tergo v, 7
Perimere ingentes hostium copias iii, 6
Perinde ut, &c. x, 16
Peritissimi viri iii, 23 peritissimus rei militaris ix, 22 jure vili, 17
Permaneo: ad nostram memoriam permanet i, 6
Permittere alicui ut, &c. viii, 14 Gallos habere vineas ix, 17 permittente senatu iv, 8
Permutationem captivorum facere ii, 24
Pernicie ultima vinci ii, 21
Perniciosæ imperium gerere ix, 8
Perniciosus condiscipulis ix, 19 perniciosum bellum v, 3 perniciosum Romano nomini imperium ix, 7
Perpenna Cos. iv, 20
Perpeti gravia et multa ab aliquo x, 10
Perpetuum edictum composuit Julianus viii, 17 in perpetuum ii, 5
Perse pro Parthis vi, 18. vii, 9. ix, 10, 18 Persis bellum infert Aurelius Alexander viii, 23
Persequi hostes ii, 2 aliquem v, 8. vii, 1 necessitudines x, 6
Perseverare: dignitas Tribunorum mil. non diu perseveravit ii, 3 perseverare jugi triennio, ingenti labore et moderatione viii, 13 perseverarunt triennio ii, 3
Perseus in Macedonia rebellat iv, 6 in triumpho ducitur iv, 8
Persica victoria viii, 12
Persis: redire e Perside viii, 5 de Perside victorem redire ix, 19
Perthiax Aug. viii, 16
Persuia vii, 3
Perventum est ad inclytos principes x, 18
Pescennius Niger in Ægypto et Syria rebellat viii, 18 interficitur, ibid.
Pestilentia et fame laborare vii, 6 pestilentiæ casus viii, 12 pestilentia sola notus principatus ix, 5
Petere pacem i, 15. ii, 12, 15, 25, 27 pacem ab aliquo ii, 21. iii, 21, 22, &c. auxilium ab aliquo ii, 21 ut redimi captivos liceat ii, 27 præmium ab aliquo iv, 16 Hispanias vi, 20 Alexandriam vi, 21 Illyricum (i. e. proficisci) x, 17 argentum ostiatim x, 1
Petreius, M. Pompeii dux a Cæsare vincitur vi, 20
Petronius Secundus præfectus prætorio viii, 1
Pharnaces Mithridatis filius a Cæsare vincitur vi, 22
Phaselis urbs vi, 3
Philippi pater et filius ix, 3
Philippi Macedoniæ urbs vii, 3
Philippus Macedoniæ rex Hannibali contra Romanos auxilium promittit iii, 12 a Lævino vincitur iii, 13 cum Romanis amicitiam facit iii, 14 Macedoniæ rex iv, 1
Philosophiæ Stoicæ deditus viii, 11 ad philosophiam institutus viii, 12 scientiam ad plenum adeptus viii, 19
Philosophus vitæ moribus viii, 11 eruditione viii, 11 philosopho in quibusdam propior x, 16
Phœnices pars vi, 3 Phœnice Tigrani adimitur vi, 13
Picentes in Italia bellum movent ii, 16. v, 3
Picenum ii, 3
Pictæ tabulæ iv, 14
Pilo caput alicujus circumferre x, 11
Piræeus v, 6
Piratæ omnia maria infestant vi, 12
Piscari retibus aureis vii, 14
Piscium duo millia in cœna apponere vii, 18
Pium dici propter clementiam viii, 8 plus unice in matrem viii, 23
Placere: placuit ne, &c. i, 9 (bis) placuit nullos fieri Tribunos mil. ii, 3 placuisse Romanis nunquam, imperatorem a suis militibus interfici iv, 16
Placidum: nihil non placidum agere viii, 4 placidus ix, 8 vir x, 15 placidissimæ lenitatis vii, 19
Plautius, A. sub Claudio Britanniam devincit vii, 13
Plenum: ad plenum viii, 19
Plotina Trajani uxor viii, 6
Plurimæ nationes viii, 3 plurimos nobiles damnare ix, 14
Plurimum posse mari ii, 20 minimumque i, 1 minimumque qui tradunt x, 18
Pocula crystallina et murrhina viii, 13
Poëmata Græce componere vii, 21
Pœni cum Romanis pacem faciunt ii, 25
Pœnis ultimis affici iii, 7 pœna exilii vii, 19 pœnas dare ix, 19. x, 11 dare justissimo exitu x, 3
Polemon rex vii, 14
Polliceri quid alicui ii, 14
Pompa ingenti Romam deducere elephantos ii, 24 cum ingenti pompa redire iv, 8 nulla unquam triumphi

consecrati vii, 13 annum imperii viii, 1 aliquem imperare viii, 9. victoriam viii, 12, 13 patrem imperare viii, 15 triumphum ix, 27 natos homines ix, 28 conditum Romanum imperium, ibid.
Posteriori tempore, et sua ætate omnium fere primus iii, 15
Posteris sibique cognomen accipere ii, 5 posteros suos Romæ relinquere ix, 13
Postquam Afris servierat ii, 25
Postremo (respondet primum) iii, 23 Senatui et Populo, postremo cunctis amabilis vii, 20. x, 4 ad postremum vi, 18, 21. vii, 14. x, 7
Postumius, A. Albinus Cos. ii, 27
Postumius, L. Albinus Cos. iii, 4
Postumius, Sp. Albinus Cos. ii, 9
Postumus purpuram sumit ix, 9
Potens in bello ix, 13 potentes esse cœperunt Romani ii, 8 potentissimus Siciliæ rex Hiero iii, 1
Potestatem similem (i. e. parem) habere i, 9 potestatis diuturnitas i, 9 potestas (pro consulari imperio), ibid. potestas imperii i, 12 potestatem summam habere i, 18 potestas decemviris sublata est i, 18 potestas consularis ii, 1, 3 potestates majores (i. e. Curules) ii, 3 in potestatem alicujus venire ii, 25 in potestatem redigere infinitum auri argentique pondus ii, 27 venire in alicujus potestatem iv, 6, &c. in potestatem redigere hostem iv, 13, &c. in potestatem alicujus venire vi, 24
Potiri Alexandria vi, 22 imperio vii, 18 Italia x, 4 rerum vii, 1. x, 16
Pctius sinente quam jubente x, 9
Præ se ferre aliquid vii, 18
Præbere obsides iv, 4 se alicui æquum iv, 6 se æquissimum et civilissimum viii, 1
Præcedere currum iv, 14 triumphantis currum ix, 13
Præceps necessitas ix, 23
Præcipere ne quis se absente pugnet ii, 8
Præcipitari de saxo vii, 15
Præcipiti jam die x, 10
Præcipuus vir ii, 12 præcipui inter conjuratos vi, 25
Præclaro otio senescere ix, 28
Præda ingenti militem ditare ii, 22 prædam ingentem reducere ii, 23 grandem Romam perferre iii, 6 præda ingens Romam perlata est iii, 14 prædam maximam capere iii, 15 militibus dispertire iii, 16 militibus distribuere iv, 8 ex torquibus Gallorum ingentem Romam perferre iv, 22 integram reddere ix, 21
Præesse equitatui iv, 10 Orienti x, 6
Præfecturam urbis agere viii, 16
Præfectus prætorio vii, 23. viii, 1, 21. ix, 22
Præferre urbis ornamenta iv, 14 ante currum ingentem pecuniam vi, 16 præferri omnibus merito viii, 2
Præficere aliquem exercitibus v, 8 aliquem Orienti x, 2
Præliorum consuetudine latrones i, 3 prælio perire i, 10 in prælio concidere i, 16 præliis ingentibus hostem conficere ii, 9 prælio finem dare ii, 11 prælium committere ii, 20. iii, 9. v, 6. vi, 23 prælia maritima ii, 23 in prælio perire iii, 10 prælium differre iii, 10 prælio magno vincere iii, 17 castra capere iii, 20 præliis frequentibus vinci iii, 22 prælium instruere iii, 23 prælio navali vinci iv, 4. vii, 6 ingenti fundi iv, 4 uno facile vinci iv, 6 gravi vinci iv, 6 in prælio interfici iv, 20 præliis variis vinci iv, 27 prælium gerere v, 2 prælio aut in pugna aut in fuga cædi vel capi v, 2 interfici v, 6 prælia levia habere vi, 2 prælio navali opprimi vi, 6 præliis multis vinci vi, 6 prælio ingenti hostem superare vi, 10 præliis ingentibus provinciam capere vi, 11 prælium nocturnum vi, 12 prælio vinci et interfici vi, 15 præliis immanissimis vinci vi, 17 crebris vincere vi, 18 calamitates, quæ in præliis acciderunt vi, 19 prælio levi vinci vii, 17 præliis ingentibus hostem affligere ix, 2 prælio gravi capere aliquem ix, 13 præliorum ingens felicitas ix, 17 prælio fundere hostem ix, 18 præliis levibus aliquem domare ix, 20 prælium habere adversus aliquem ix, 24 præliis multis fundere hostes x, 4 prælio navali et terrestri vinci x, 6 prælium aggredi inconsultius x, 9 prosperum x, 10 præliis diversis vinci x, 12 præliis se inconsultius inserere x, 16
Præmium ab aliquo petere iv, 16
Præneste ii, 2, 12. v, 8
Prænestini a Cincinnato vincuntur ii, 2
Præparare ad aliquem navigare x, 3 quid animo x, 5
Præponere judicem Ægypto vii, 7 præponi alicui ix, 12
Præsens et absens vi, 17
Præses: per præsidem dimicare viii, 7 præsidis honore administrare Aquitaniam ix, 10
Præsidium: ad præsidium Italiæ salvæ

Africam vi, 23 ad Hispanias vi, 24 contra aliquem vii, 1 Romam cum exercitu vii, 2 e Syria ad Italiam ix, 8 ad Orientem ix, 2, 18 ad Gallias x, 3 ad Illyricum obtinendam x, 15
Profligare bellum ix, 23 hostem varie x, 7 profligari acie x, 12
Profluvio ventris extingui vii, 20. viii, 5
Profugere x, 3
Progredi ad certamen ii, 5 ad ingentia vitia vii, 23
Promittere alicui partem regni ii, 12, 14 promittentes senatui per se omne certamen impleadum i, 16 promittere venena aliquem occisuram ii, 14 auxilia iii, 1 auxilia contra aliquem iii, 12
Promtæ esse facundiæ x, 16 promtissimæ liberalitatis esse viii, 12
Pronior ad tyrannidem x, 18
Pronunciare quid in conventu iv, 7
Propalam ix, 27
Propensior ad severitatem vii, 16. x, 15 ad crudelitatem ix, 18
Propior in quibusdam philosopho x, 16 civilitati x, 18
Proprios judices sibi creavit plebs Tribunos i, 13 propria villa vii, 20 tanquam in propria orbitate dolere vii, 22
Propter senectutem senatores nominare i, 2 injuriam bellum commovere i, 2 quam causam i, 8 propter nomen urbe cedere i, 10 ætatem puerilem duci non posse ad pugnam i, 16 meritum ii, 6. v, 1 necessitatem ii, 9 se et paucos ii, 25 perfidiam iii, 22 Africam domitam iv, 4 injuriam iv, 14. vi, 19 virtutem iv, 12 juvenilem ætatem vi, 21 clementiam piam dici viii, 8
Propterea quod viii, 6
Propugnatores vii, 21
Proscribere aliquem v, 7
Proscriptionibus gravibus Ægyptum fœdare ix, 22 proscriptiones gravissimæ x, 11
Prosequi triumphantem vii, 13
Prospere rem gerere iv, 2. vii, 5 res gerere iv, 9 multa gerere iv, 10
Prosperum prælium x, 10 prosperrimum ad statum redire viii, 1 prospera in bellis fortuna x, 7 prosperrima indole esse x, 9
Prostituere se dedecore vii, 14
Prosum: civitati prodesse i, 3
Protrahere bellum v, 1
Provide multa ordinare ix, 23
Provinciales viii, 13. ix, 17, 21 provincialium divitiis studens x, 1 favore regnare x, 3 provincialibus intolerabilis x, 9 in provinciales justissimus x, 16
Provinciam in fidem accipere iv, 17 Rhodopam incolere vi, 2 Macedoniam accipere vi, 7 capere præliis ingentibus vi, 11 occupare vi, 22 facere vii, 10. viii, 2, 18. ix, 15 intermittere, ibid. provincias facere vii, 14. viii, 3 provinciam pro prætore administrare vii, 10 provinciæ in formam redigere alicujus regnum vii, 11, 19. viii, 3 provincia ea decies centena millia in circuitu tenet viii, 2 provincias imperio addere viii, 6 relinquere, ibid. defendere magis quam amplificare viii, 8 tractare ingenti benignitate viii, 12 receptas omni securitate munire viii, 19 consumtas reparare ix, 9 numerosas occupare x, 5
Provisio omnis diligentiæ vii, 19 provisione divina reip. consulere viii, 1
Provocare aliquem ii, 5 e Romanis unum ii, 6
Proximus Deo viii, 4 proximæ Britanniæ insula vii, 19
Prudentiam alicujus evadere x, 1 prudentia Diocletiani suspecta x, 1
Prunas adoleri jubere gravi frigore x, 18 prunarum nimietate exanimari x, 18
Prusias Bithyniæ rex iv, 6 filium commendat Senatui iv, 8
Pseudoperseus in Macedonia rebellat iv, 15
Pseudophilippus in Macedonia arma movet iv, 13 in potestatem Romanorum redigitur, ibid.
Ptolemæus Philadelphus legatos Romam mittit ii, 15
Ptolemæus Euergetes legatos a Romanis accipit iii, 1
Ptolemæus Philometor Romanis in auxilio est iv, 6
Ptolemæus Auletæ filius Pompeium occidit vi, 21 victus a Cæsare in Nilo perit vi, 22
Ptolemæus Apion, vid. Apion
Ptolemais Libyæ civitas vi, 11
Publice per urbem trahi nudum vii, 18 privatimque viii, 4
Publicus luctus vii, 22 publica in custodia esse ii, 27 publicum hostem judicari viii, 19 publico funere efferri viii, 20 per publicum duci nudum vii, 15
Pudicissimam fœminam stuprare i, 8
Pudicitiæ defensor Brutus i, 10
Puer admodum ix, 2.
Puerilis ætas i, 16
Pugna: in prima pugna i, 10 ex pugna victorem recedere i, 10 ad pugnam duci i, 16 pugnam committere ad-

R

Rætia ix, 7
Rapere virgines i, 2
Rata fuit pax x, 17
Ratio belli x, 10
Rationalis Felicissimus ix, 14
Ravennam usque venire ix, 7. x, 3
Rea Sylvia i, 1
Rebellare iv, 5 contra Romanos i, 19 ad rebellandum aliquem impellere iii, 2 in Ponto vi, 22 adversus principem ix, 6
Recedere i, 20. vi, 11 victorem ex pugna i, 10 ex Italia ii, 13 a Tarento ii, 14 a maritimis præliis ii, 23 victorem iii, 23 ex Europa et Asia iv, 4
Recenti ex tectorio calcis grave quiescentibus cubiculum x, 18
Receptor Orientis ix, 13
Recipio: in civitatem aliquem recipere i, 2 recipi in regnum i, 11 recipere se in Campaniam ii, 12. iii, 14 se retro ii, 21 se in Asiam vi, 14 recipere Siciliam (i. e. rursus occupare) iii, 14. v, 9 recipere Tarentum iii, 16 civitates iii, 16 Macedoniam iv, 13 Paphlagoniam vi, 8 Armeniam a Parthis vii, 9. viii, 3 Mesopotamiam ix, 10 Britannias ix, 22 receptas provincias omni securitate munire viii, 19 recipere regem vi, 14
Recognoscere sua ornamenta iv, 12
Reconciliata pax x, 6
Recordari i, 1 in cœna vii, 21
Rectum aspicere ii, 6
Recusare Africæ administrandæ solicitudinem x, 1
Reddere captivos ii, 13, 15, 27 captivos et perfugas iii, 21. iv, 2 alicui pretium ii, 27 dura responsa iii, 7 obsides iii, 15. vi, 14 ornamenta urbium civitatibus ix, 12 alicui regnum vi, 14 signa Romana vii, 9 comparata viii, 13 remp. fortunatam viii, 14 prædam integram ix, 21 insolentiorem reddi per potestatis diuturnitatem i, 9
Redigere in potestatem Romanorum infinitum auri argentique pondus ii, 27 hostem in potestatem iv, 13, &c. Hispanias in ditionem vi, 1 hostes ad deditionem vi, 3 alicujus regnum in provinciæ formam vii, 11, 19 Arabiam in provinciæ formam viii, 3 multum auri viii, 13 Resp. ad duos Augustos redacta x, 9 redigi ad pacem ix, 23
Redimere captivos ii, 12, 27. iii, 11
Redire Romam ii, 8. iv, 4 victorem ii, 21 victorem ex Gallia vi, 19 cum victrici classe ii, 22 Carthaginem ii, 25, 27 in castra iii, 9 in Africam juberi iii, 20 cum ingenti pompa iv, 8 ad regnum suum v, 7 ad urbem vi, 19 ad prosperrimum statum viii, 1 e Perside viii, 5 victorem de Perside ix, 19
Reducere captivorum millia ii, 21 ingentem prædam ii, 23 exercitum ad disciplinam Romanam iv, 27 exercitum incolumem ix, 3 reduci vinctum aliquem jubere ii, 14
Referre spolia hostium ii, 13 pecuniam ad fiscum iii, 16 Romam magnum auri atque argenti pondus iii, 18 referri inter divos merere ix, 15 referri inter divos vii, 20, 22. viii, 5, 8, 10, 14. ix, 3, 4, 28. x, 1, 8, 15, 16, 18
Reformare pacem Galliæ ix, 20
Refugere ii, 21
Regem creare i, 3 regum patria Roma ii, 13 ad regem mittere legatos iii, 1 reges in deditionem accipere iii, 4 reges multarum gentium iv, 8 reges expellere vi, 25 regem alicui dare viii, 3 reges amici viii, 8 rex nobilissimus x, 14 Romæ regnatum est per septem A. CCXLIII. i, 8 post reges exactos i, 13 &c.
Regere disciplinam militarem severissime viii, 23
Regia et pæne tyrannica facere vi, 25
Regiæ consuetudinis forma ix, 26
Regii cultus instrumentum viii, 13
Regiones victas tueri vi, 9
Regnare annis triginta duobus i, 4 regnatum est Romæ per reges CCXLIII. annis i, 8 regnare sub nomine et honore dictaturæ i, 12 annis sexaginta vi, 12, &c. in urbe vii, 7 cum filiis duobus annis ix, 18 in Galliis x, 3 his regnantibus i, 2
Regnum accipere i, 6 in regnum restitui i, 9 in regnum recipi i, 11 regni partem alicui promittere ii, 12 partem promittere ii, 14 regnorum victor vi, 10 regnum alicujus in provinciæ formam redigere vii, 11 dare alicui vi, 22 regni solitudines ultimæ ix, 25
Regredi ad milites i, 18 ad Africam ii, 25 Romam iii, 21. vi, 23, 24 Romam cum ingenti gloria iii, 14 ovantem ix, 25
Relaxare habenas reip. tenendæ ix, 8
Religio sacramenti x, 6 religionis Christianæ insectator x, 16
Relinquere magistrum Eq. apud exercitum ii, 8 ducem in Hispania iii, 8 filios iv, 11 aliquem hæredem iv, 18.

vertens triumphum accepit vi, 3
Revocare militaria signa i, 20 exercitum de Assyria viii, 6 ditionem ad fines pristinos ix, 13
Rhenus vi, 17 Rheni ripa vii, 9
Rhodanus fluvius iv, 22 flumen v, 1. vi, 17
Rhodiis multæ urbes conceduntur iv, 4
Rhodopam provinciam incolere vi, 2
Rhodus sub Vespasiano fit provincia vii, 19
Ripa Rheni vii, 9
Ripensis Dacia ix, 13
Rogare pacem per epistolas ac munera vi, 14 leges x, 8
Roma condita i, 2 e nomine Romuli vocata, ibid. Romam elephantos ducere ii, 14 Romam venire ii, 15 advolare x, 2 perferre grandem prædam iii, 6 Romæ annus millesimus celebratur sub Philippis ix, 8
Romani potentes esse cœperunt ii, 8 primum cum hoste transmarino dimicant ii, 11 expaverunt incognitos elephantos, ibid. eorum legatos injuria afficiunt Tarentini, ibid. Romani clarissima gloria noti iii, 1 nullum bellum habent iii, 8 denuntiant Hannibali, ut bello abstineat iii, 7 Carthaginem mittunt, ut mandaretur Hannibali, ne bellum contra socios P. R. gereret, ibid. toto orbe victores vi, 12
Romanum imperium i, 1. x, 14 Romani ludi a Tarquinio Prisco instituti i, 6 Romanus exercitus i, 17. ii, 21 Romana res pro republ. Rom. ii, 1. vii, 9 Romanis rebus adhuc parvis ii, 6 Romanarum rerum potiri ix, 20 Romana res sub uno Augusto et tribus Cæsaribus fuit x, 6 Romanæ rei status x, 18 Romana virtus ii, 9 disciplina ix, 14 libertas vi, 25. ix, 26 signa vii, 9 Romanum esse desinere ii, 25 Romano imperio per testamentum accedit Asia iv, 18 Ægyptum adjicere vii, 9 Romani imperii vires x, 12 Romanis finibus imperium restituere x, 14 Romanæ copiæ vi, 21 Romanas legiones sub jugum mittere vii, 14 Romani universi exercitus viii, 12 Romano habitu (i. e. togatus) vii, 10 Romanus orbis vii, 15. viii, 6. x, 1 Romanum orbem circumire viii, 7 Romanum nomen ix, 7 Romana ditio ix, 13 in Romanis finibus captivos locare ix, 25
Romulus i, 1 Romulus secundus Camillus i, 20
Rostra: in rostris alicui statuam ponere ii, 7
Rostratæ naves ii, 20
Rubrum mare viii, 3
Rumpere pacem vi, 6. vii, 6. x, 6
Rusticani in Gallia tumultum concitant ix, 20
Rutilius, P. Cos. interficitur v, 3

S

Sabini vincuntur a Romulo i, 2 a Tarquinio Prisco i, 6 subiguntur a Servio Tullio i, 7 Romanis bellum inferunt i, 11. vii, 20
Sabinus Vespasiani frater occiditur vii, 18
Sacerdos Heliogabali templi viii, 22
Sacra ac templa constituere i, 3
Sacramenti religio x, 6
Sævire in suos vi, 12 adversum cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate vii, 12 omnibus exitiis adversum nobiles x, 4
Sævitia gravi notabilis vii, 18 ad omnem sævitiam asperitatemque proclivus x, 3
Sævus natura viii, 18 imperator ix, 14 sævis exordiis dignum exitum nanciscì x, 11
Sagax et admodum subtilis ingenio ix, 26
Sagittarii vi, 9
Sagittarum ictus vii, 21
Saguntini fame victi et capti ab Hannibale ultimis pœnis afficiuntur iii, 7
Saguntus Hispaniæ civitas ab Hannibale oppugnatur iii, 7
Salaria via vii, 15
Salassos in Alpibus imperio R. adjicit Augustus vii, 9
Sallentinis bellum indicunt Romani ii, 17
Sallentinus rex viii, 9
Salonæ vi, 4 Salonas concedere ix, 27
Saltare in scena vii, 14
Salutandi causa amicos frequentare viii, 4 cum cuncti ante Diocletianum salutarentur, adorari se jussit ix, 26
Salvum exercitum habere ii, 26 salvæ ad præsidium Italiæ naves ii, 23
Samnites inter Picenum, Campaniam, et Apuliam medii sunt ii, 8 vincuntur a Q. Fabio Maximo ii, 9 vincunt Fabium Maximum, ibid. Romanos victos sub jugum mittunt, ibid. De his triumphat L. Papirius Cos., ibid. cum Romanis bellum gesserunt per XLIX. annos, ibid. et Tusci se contra Romanos jungunt ii, 10 se jungunt Pyrrho ii, 12 vincuntur a Fabricio ii, 14 Sam-

vii, 20 in Senatu dicere, ibid. Senatus nocte in curiam irrumpens Tito Vespasiano laudes gratiasque mortuo agit vii, 22 favet Cæsaris percussoribus vii, 1 in Senatu principibus acclamare viii, 5 Senatus partem infinitam interficere vii, 14 a Senatu hostem judicari vii, 15 ex Senatusconsulto imperare juberi viii, 16 Senatus auctoritas ix, 1 a Senatu Cæsarem appellari ix, 7 Senatus Claudium ingenti honore decoravit ix, 11 consensu Augustum appellari ix, 12
Senectus: propter senectutem senatores nominati i, 2
Senescere privatum in villa præclaro otio ix, 28
Senex admodum viii, 1, 19 senior Gordianus ix, 2 Philippus ix, 3
Senones Galli ii, 23
Sententiæ alicujus parere vili, 8
Sentire se parum idoneum esse ix, 27
Sentius, Cn. sub Claudio Britanniam devincit vii, 13
Sepelire hostes ii, 11 alicujus corpus iv, 20 sepeliri iv, 5 in Campo Martio vii, 8 in suis hortis vii, 16 humiliter vii, 18 ignobiliter vii, 23 intra urbem viii, 5
Septembrem mensem ad nomen suum transferre conatus est Commodus viii, 15
Septuagenariam ætatem attigisse viii, 16
Sepulturæ sumtus i, 11 sepultura communi carere vii, 18
Sequani nunc, qui ante Helvetii vi, 17
Sequi illustrium virorum facta, Præf. hostem apud flumen Allian i, 20 amicitiam magis, quam fortunam vi, 21 aliquem ix, 18 mors confestim secuta est x, 4
Serapeum a Domitiano ædificatur vii, 24
Sergius L. Catilina ad patriam delendam conjurat, a Cicerone urbe expellitur et ab Antonio prælio victus interficitur vi, 15
Serica vestis viii, 13
Sermonem habere cum Numinibus iii, 20 sermone Latino facundissimus viii, 7 Græco eruditissimus, ibid.
Sertorius bellum movet in Hispania vi, 1
Servare naves ii, 22 reliquias exercitus vi, 18 imperium ix, 11
Servi manumissi et milites facti iii, 10 servi fraude occidi ix, 15
Servius Tullius i, 7
Servilius, Cn. Cæpio ii, 23
Servilius, P. ex consule missus ad Ciliciam et Pamphyliam vi, 3, 5
Servilius, Q. Cos. ii, 4
Servilius, Q. Cæpio Cos. iv, 16
Servilius, Q. Cæpio Lusitanos vincit iv, 28 Cos. v, 1
Servilius Casca inter conjuratos Cæsaris vi, 25
Servire alicui ii, 25
Servitia colligere (i. e. servos) iv, 15
Servitio liberari viii, 13
Servitute ignobili consenescere ix, 7
Sestertium quadringenties victis imperare annuum tributi nomine vi, 17
Severæ leges x, 8 severiora consilia ix, 27
Severissime regere disciplinam militarem viii, 23
Severitas ingens et moderatio iv, 27 ad severitatem propensior vii, 16 severitatem suam aliena invidia explere ix, 26
Severus Cæsar x, 2
Severus, Septimius Aug. viii, 17, &c.
Sexagenario major viii, 7
Sexto Idus Martias ii, 27 Kalendas Julias x, 16
Sextus Chæronensis Plutarchi nepos viii, 12
Sicilia ii, 14, 18, 19, 22, 24. v, 8 Siciliæ rex Hiero iii, 1 Sicilia omni recepta iii, 14 Siciliæ magna pars capitur a Marcello, ibid. Sicilia a Pompeio recipitur v, 9
Sicut Brutum lugent matronæ Publicolam i, 11
Signa militaria i, 26 sacra ante aliquem præferre iv, 13 hosti tollere v, 2 reportare, ibid. Romana vii, 9
Significare suam asperitatem etiam vultus horrore ix, 27
Similis: similem (i. e. parem) habere potestatem i, 9 nulla unquam pompa triumphi vi, 16 Deo vii, 8 simillimus avunculo vii, 14 similis alicui vii, 18, 23
Simul cum civitate capi ii, 17 tres Augusti ix, 2, &c.
Sine pretio captivos mittere ii, 12 pretio dare captivos ii, 27 aliqua acerbitate corrigere militem iv, 7 sanguine exercitum accipere in deditionem v, 7 causa bellum alicui commovere vi, 13 dubietate aliqua deferre alicui consulatum vi, 19 aliqua voluntate vii, 6 aliqua acerbitate improbos detestari viii, 8 gravi prælio capere hostem ix, 13 gravi crudelitate terribilis x, 9
Sinente Constantio x, 2

bem vi, 21 penitus Dalmatiam vii, 9 Daciam viii, 2
Subita morte obire viii, 15 subito casu ictus viii, 10
Subito aliquem aggredi iii, 14
Subjecto ad mentum gladio vii, 18
Subjugare exercitum iv, 17
Submovere hostem trans Albin vii, 2 Germanos ultra Rhenum x, 14
Subtilis admodum ingenio ix, 26
Subvenire patriæ v, 7
Suburbanum n. prædium vii, 15
Succedere regi i, 4. vi, 7 alicui i, 15, 16. vii, 12, 14 succedit bellum civile vi, 19
Successorem alicui venire iv, 20 alicui mitti vi, 2, 9 successori Remp. beatissimam relinquere vii, 10 successorem parare relinquere viii, 11 successores filios relinquere viii, 19. x, 9
Successu vario dimicare vi, 1 inter tot successus vi, 17 successu ingenti pugnare ix, 25
Sudorem detergere i, 17
Suessa Pometia subigitur a Tarquinio Superbo i, 8
Suevi bellum movent viii, 13
Sueviam ingreditur Caligula vii, 12
Sulpicius, C. dictator vincit Gallos ii, 5
Sulpicius, P. dux mittitur contra Pyrrhum ii, 13
Sulpicius, Marii socius interficitur a Sylla v, 4
Sumere sibi collegam i, 10 imperium ix, 4 purpuram ix, 8, 10, 21 duos Cæsares x, 1
Summa potestas i, 13 imperii administratio viii, 13 summo honore hostes tractare ii, 11
Sumtus sepulturæ i, 11 inusitati vii, 14 super ceteros sumtus vii, 13 belli viii, 13
Supellectilis cetera copiosa iii, 22
Super ceteros sumtus vii, 13 Tigridem castra habere ix, 13
Superare aliquem fletu et deprecatione i, 15 bello hostes superare i, 4 superari ingenti pugna ii, 7 superare hostem navali certamine ii, 22 hostem ingenti prælio vi, 10 exercitus validissimos vi, 20 gloriam militarem civilitate et moderatione viii, 4 aliquem civilitate mortem ix, 17 industriam x, 7
Superbia execrabilis vii, 23
Superesse: ut vix decem Archelao superessent v, 6 superesse ex partibus vii, 4 superesse e familia i, 16
Superflua leges x, 8
Superior Mœsia ix, 17 superiores (i. e. priores) ix, 2
Supervenire hostibus i, 20
Supplicils omnibus extingui ii, 25 variis hostes interficere iii, 11
Supra mare sexto decimo miliario urbem condere i, 5 brachium alicujus sedere ii, 6 Pontum positæ civitates vi, 10 ripam Rheni captivos in Gallia collocare vii, 9
Surena Orodis regis dux vi, 18
Suscipere imperium i, 5, 7. ix, 3, 16 bellum contra aliquem i, 16. ii, 7, 18. iv, 10. vii, 12, &c. speculatoris munus ix, 26 suscipi in regnum i, 11 honore ii, 12 honore ingenti ix, 25 ab aliquo vi, 8. viii, 2 susceptus ex concubina iv, 20
Suspectum alicujus prudentiam evadere x, 1
Suspicio ix, 21 si imperii suspicio moveretur x, 15
Sustinere stuprum ab aliquo i, 18
Sutrinorum urbs a Camillo vincitur ii, 1
Symia Syra viii, 22
Syphax Numidiæ rex Afris se conjungit iii, 20
Syracusana urbs nobilissima iii, 14
Syria vi, 8, 14 Tigrani adimitur vi, 13 defenditur ab Odenatho ix, 10. Syriæ rex Antiochus iii, 1 Syriam sibi vindicare cœperunt Parthi ix, 8
Syriacum bellum iv, 8

T

Tabulæ pictæ iv, 14
Taiphali viii, 2
Talem se imperatorem esse privatis, quales esse sibi imperatores privatus optasset viii, 5 tales milites ii, 11 talis erat pœna vii, 15
Talenta argenti ii, 19 talentorum argenti vi. millia populo R. dare vi, 13
Tanquam a Senatu premeretur i, 13 in propria orbitate dolere vii, 22 ipsos pararet occidere ix, 15 expulsus esset x, 3
Tanti non esse ii, 25. vii, 17
Tantis copiis nunquam in mari pugnatum est ii, 27 tanti populi (i. e. tot) iv, 16 tantorum regnorum victor vi, 10
Tantum illo die vi, 20
Tarentini legatis Romanorum injuriam faciunt ii, 11 ils bellum indicunt Romani ii, 11
Tarentum ii, 14 recipitur a Fabio Maximo iii, 16
Tarquinius Priscus i, 6, &c.
Tarquinius Superbus i, 7, &c.

nihil finium x, 17 imperii R. partem x, 17
Tragicus habitus vii, 14
Tragœdias Græce componere vii, 21
Trahere originem ex genere Achillis ii, 11 bellum iii, 1. v, 9 bellum quadriennio v, 3 trahi per urbem magno dedecore vii, 18
Trajano melior, Augusto felicior Principibus in senatu acclamatum viii, 5
Trajanus divus viii, 13
Trajicere exercitum e Sicilia Arminum iii, 8 in Italiam v, 7
Tranquille multa gerere vii, 13
Tranquillissimus a vitæ principio viii, 11
Tranquillitas tua, Præf. vestra i, 12 tranquillitatis egregiæ vir x, 15
Trans Anienem quarto ab urbe milliario consederant ii, 5 Rhenum aggredi Germanos vi, 17 Euphraten vi, 18 Albim submovere hostem vii, 9 Danubium viii, 2 Rhenum, ibid.
Transeo: ad Deos transire i, 2 transire ad aliquem ii, 21. iii, 16. vii, 7 in Africam ii, 21 Alpes iii, 5 Pyrenæum iii, 8 transire e Gallia in Italiam iv, 25 ad Italiam v, 2 in Græciam vi, 19, 20 transeuntes cum præda excipere ix, 21 transiere uno animo omnes ad Scipionem iii, 15
Transferre bellum in Africam ii, 21 se ad aliquem iii, 11 se aliquo vi, 6 ex Germania captivos vii, 9 infinitas hominum copias ex orbe Romano viii, 6 mensem ad nomen suum viii, 15
Transfugas reddere iv, 2
Transgredi ad Africam v, 9 ad Judæam vi, 14
Transigere bellum ii, 28. iv, 1. iii, 10 pugnam iii, 1
Transmarinus hostis ii, 11
Trebellianus occiditur ix, 8
Trebia amnis iii, 9
Trecenti Fabii contra Veientes bellum suscipiunt i, 16
Tremellius Quæstor iv, 15
Triballi vincuntur iv, 27
Tribuere civitatibus immunitates viii, 4 alicui divinos honores viii, 7 quod nulli Romanorum tributum erat v, 9
Tribuni plebis creati ii, 1
Tribuni militares consulari potestati facti ii, 1 esse desinunt ii, 3 resumunt dignitatem ii, 8
Tribunus ibi militabat iv, 8
Tribunus militaris viii, 18
Tributa alicui præstare iv, 7 tributi nomine victis imperare sestertium quadringenties vi, 17 tributorum repressor x, 16
Triclinia sternere x, 1
Triduo nudum in paludibus latere v, 6
Triennio perseverarunt ii, 3 intra triennium vi, 2, 3, 11 triennium juge viii, 13 triennio tenere Britannias ix, 22
Tripolitana provincia viii, 18
Tristem ab Imperatore discedere vii, 21
Tritici modiorum CD. millia dono exhibere iii, 1
Triumphare de hostibus i, 11. ii, 9, 14. &c. de perdomitis hostibus ii, 7 de hoste iv, 8 de Africa v, 9, &c. de bello vi, 16 in consulatu ii, 14 gloria ingenti iii, 2. iv, 4, &c. magna gloria iv, 22, &c. magnificentissime in curru aureo iv, 8 triumphantem intrare urbem i, 6 triumphantem ingredi urbem i, 20 triumphans Marcellus Galli spolia humeris suis vexit iii, 6 triumphantem prosequi vii, 13
Triumphos agere ii, 1 triumphum agere ii, 20 secundum agere iv, 19 celebrem agere vii, 13 nobilem agere ix, 13 inclytum ex numerosis gentibus agere ix, 27 justissimum agere vii, 5 merere vi, 2 accipere vi, 3 triumphi celeberrimi iv, 14 triumphum Parthicum revehere viii, 10 triumphorum securitatisque multum conferre x, 12 triumphum alicui decernere ii, 2. iii, 5. v, 2 in triumphum duci ii, 5 triumphi nulla unquam pompa similis vi, 16
Troja i, 1 capta quali spectaculo olim arserat vii, 14
Trux vultus ii, 11 omni tempore ix, 14
Tueri regiones victas vi, 9 remp. ix, 27 Illyricum x, 15 Gallias x, 12
Tumultum movere i, 18 tumultus militaris vii, 22, 23 tumultu militari interfici ix, 17 tumultum Persarum nunciare ix, 18 concitare ix, 20 excitare x, 2 tumultus Romæ fuit x, 11
Tumulum alicui ædificare ix, 2
Turbare pacem iii, 22 Remp. vii, 1 turbatæ res ix, 22 turbatis rebus x, 17
Turpis libido vii, 11
Turris ferrata ix, 17
Tusci: cum his pacem facit Tarquinius Superbus i, 8 vincuntur a C. Marito ii, 5 et Samnites se contra Romanos Gallis jungunt ii, 10
Tuscia i, 2. iii, 9
Tusculum i, 11
Tuta sola navigatio non est vi, 12 tutum contra aliquem esse i, 13
Tutorem alicui a senatu dari vi, 21

Varie profligare hostem x, 7
Variis suppliciis hostes interficere iii, 11 variis præliis vinci iv, 27 varia fortuna sæpe pugnare vi, 1 vario successu dimicare, ibid. variam habere fortunam vi, 6 varia per officia ad administrationem pervenire viii, 18 bellorum felicitas ix, 13 simul et viritim bella gerere ix, 25 bella x, 6
Varro, M. dux Pompeii, vincitur a Cæsare vi, 20
Varus, Q. vi, 23
Vasa aurea viii, 13
Vastare omnia igni ferroque ii, 12 multa ii, 21 Corsicam ii, 20 Africam iii, 20 reges xxx. millia vi, 8 Indiæ fines per classem viii, 3 Gallias ix, 8 Illyricum ix, 11 omne Illyricum ix, 15
Vastitas fœda x, 14
Vecta insula Britanniæ proxima imperio R. per Vespasianum adjicitur vii, 19
Vehementer aliquid exigere viii, 7
Vehere humeris suis hostium spolia iii, 6 vehi in lecticula ix, 18
Vehiculum: ad alicujus vehiculum currere vii, 10. ix, 24 in vehiculis sedere viii, 4, 10
Veientani iidem ac Veientes rebellant i, 19 Veientes a Romulo vincuntur i, 2 a T. Hostilio i, 4 eos soli Fabii adoriuntur i, 16 Veientes Fidenatibus contra Romanos auxilium præstant i, 19
Velle (pro conari) i, 18. ii, 12. v, 5. vi, 5, 6, 23, 24. ix, 26
Vendere captivos iii, 16
Venditionem habere viii, 13
Veneno aliquem occidere ii, 14 venenum bibere iv, 5 haurire vi, 12 veneno extingui vii, 7 interfici viii, 15
Venerabilis alicui viii, 8. x, 1
Venerandi inclytique principes x, 18
Veneratio nihil non venerationis merere viii, 4
Venetia: in Venetia viii, 10
Veniam ac pacem alicui dare vi, 14
Venire ad urbem i, 8, 20 iterum v, 1 ad aliquem i, 15. ii, 14 ex urbe i, 15. iii, 22. v, 7 cum bello ii, 2 ad Italiam ii, 5, 11. iii, 20 ad Prænestе ii, 12 Romam ii, 15, 25 cum magnis copiis ii, 24 in potestatem alicujus ii, 25. iv, 6, &c. Romam ad spectandos ludos iii, 1 ad spectaculum iv, 8 venit legatio Carthaginiensium Romam iii, 2 venire ad Tusciam iii, 9 in Italiam iii, 14, &c. cum exercitu iii, 14. v, 2 ad urbem cum exercitu v, 4 itinere eodem iii, 18 Romam cum ingenti gloria, ibid. ad Africam iii, 22 ad colloquium iii, 22. v, 7 alicui successorem iv, 20 in Græciam ad Syllam v, 7 cum militibus vi, 9 in castra vi, 13 ab Artaxata, ibid. in Syriam vi, 14 cum exercitu adversum patriam vi, 19 Alexandriam vi, 22 ad curiam vi, 25 ex regno suo vii, 10 Romam ingenti et militum et Senatus expectatione viii, 22 usque Ravennam ix, 7
Ventris profluvio extingui vii, 20. viii, 5
Verberare: oculos Galli alis et unguibus verberat corvus ii, 6
Vere laudare aliquem viii, 5
Vereri imperii æmulum x, 17
Verona ix, 3
Versu Virgiliano uti ix, 13
Vespera: circa vesperam vii, 22
Vespillones ingenti dedecore funus Domitiani exportant vii, 23
Vestalis Virgo i, 1
Vestis uxoria serica, et aurea viii, 13 vestibus calceamentisque gemmarum ornamenta indere ix, 26
Vestra tranquillitas (pro tua) i, 12
Vetere non admodum sed claro genere viii, 8 veterum morum vir x, 10 ad veterem statum reverti ii, 13
Veturia Coriolani mater i, 15
Veturius, T. Cos. ii, 9
Vetus Cos. viii, 1
Vetus strata ix, 15
Vi oppugnare oppida et castella x, 16
Via Appia ii, 9 Salaria et Nomentana vii, 15 Aurelia vii, 16
Vicinus: nationes urbis vicinæ i, 2 vicinæ urbi civitates i, 19 vicina castra habere ii, 14 erant littora ii, 26 Antiochiæ civitas vi, 14 vicinum exitium x, 4
Vicissim indiscreta convivia cum amicis habere viii, 4
Victophali viii, 2
Victorem recedere ex pugna i, 10 redire ii, 21 recedere iii, 23 victoris ira insatiabili consumi v, 8 victores magnorum populorum vi, 20 victor post multas dimicationes vi, 23 victorem regnorum redire vi, 10 ex Gallia redire vi, 19 cedere alicui pro victore vii, 6 de Perside redire ix, 19 remeare x, 16
Victoriam dare alicui ii, 6 victoriæ ob meritum ii, 7 victoria Romana nulla gratior ii, 20 Persica viii, 12 acerbe uti ix, 23 victoriam haud dubiam amittere x, 10
Victrix classis ii, 22
Victum hostem fugare iii, 15 victos sti-

privatum ix, 13 omnium odio et detestatione ix, 20
Vivus est captus iii, 13
Vocare Romam ex nomine suo i, 2 qui Tarquinius vocaretur i, 9
Volo: si unus malus esse voluisset i, 8 voluit se appellari Pertinacem viii, 18
Volsci vincuntur a Tarquinio Superbo i, 8 se conjungunt Veientibus i, 19 Romanis bellum inferunt i, 14 vincuntur acie, ibid. Volscorum civitas a Camillo vincitur ii, 1
Volumnia Coriolani uxor i, 15
Voluntaria morte obire vii, 17
Voluntas: ex voluntate, Præf. ex sua voluntate præstare honores vi, 25 sine voluntate aliqua viii, 6 voluntate sola militum ad imperium accedere ix, 1
Voracitate notabilis vii, 18
Vox: cum hac voce ii, 11
Vulnerare aliquem ii, 13 vulnerari in pugna ii, 27
Vulnere adverso jacere ii, 11 vulneribus XXIII. Cæsar confossus vi, 25 vulnera gloriæ alicujus inferre x, 16
Vultus trux ii, 11 stercore in vultum et pectus ab omnibus obviis appetitus vii, 18 vultum mutare ex gaudio viii, 11 vultus horrore significare suam asperitatem ix, 27

X

Xantippus dux Lacedæmoniorum ii, 21
Xerxes Persarum rex ab Aurelio Alexandro vincitur viii, 23

Z

Zenobia Odenathi uxor ix, 13

FINIS.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02535 5788

BOUND

SEP 28 1937

MICH.
LIBRARY